Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

urn:nbn:de:bsz:31-299711

Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Bh3

ER 20

Th *15569

F 317

Tortellius, Johannes, (Aretinus)
Commentariorum Grammaticarum
de Orthographia dictionum e Graecis
tractarum opus.
Venedig: Hermann Liechtenstein 1484
Pridie Idus Novembres [12. Nov.]
196 Bl.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# IOHANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM PROOEMIVM INCIPIT AD SANCTISSIMVM PATREM NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM.

HOF-BIBLIOTHEK CARLSRUHE

OEPERAM OLIM BEATISSIME PATER NICO
lae.v.ſumme pontifex commentaria quædam grammati-
ca condere:quibus omnem litterariam antiquitatem & or
thographiæ rationem cum opportunis hiſtoriis pro poe-
tarũ declaratione connectere conabar:profuturus ſane ꝑ
mea uirili ſtudioſis linguæ latinæ.iterim ab aliis ſtudiis ne-
gociiſq; familiaribus intercæptus illa prorſus relinquere:
atq; lōgo tempore abiicere uiſus ſum.Sed nuper cũ apud
Alatrium campaniæ oppidum ex aeris romani moleſtia ſe-
ceſſiſſem:ea abſoluere quorundam amicorum rogatu co
natus ſum: ac ſic quoq; ad calcem uix uſq; perduxi opus
magnũ uarium & diffuſum:atq; illud tuæ ſanctitati a qua
uelut fonte omnia mea bona fluxerunt:dedecare conſtui.
non quidem ut inſtitutionibus grammaticis poetarumq;
hiſtoriunculis tua beatitudo indigeat: qui cæteros in do-
ctrinis omnibus etiam minutis ex ſumma ingenii memo-
riæq; fœlicitate præcellis:Sꝫ ut in tua illa bibliotheca: quā
omniũ quæ fuerũt præſtantiſſimam comparas aliquo pa
cto collocare poſſis.Nam licet ex magnificentia animi tui:qui non niſi clariſſima in litteris ædificiiſq;:& re-
bus cæteris aggredieris:uiros utriuſq; linguæ eruditiſſimos ex omnibus fere terris ueluti ad uirtutis quod-
dam aſylum conuocaueris:quos ut ſuum poſſint excolere ingenium:laudemq; ſibi parare:& aliquid conſi-
cere:quod poſteritati prodeſſe poſſit maximis præmiis affeceris.non tamen deterrebor:& ego aliquid pro
mea paruitate tuæ bibliothecæ offerre.Quam tametſi ex clariſſimis altiſſimarum doctrinarum auctoribus
fulcire cupis:quia tamen & minores aliquando facultates neceſſariæ ſunt:non dedignaberis pro tua ſapiē-
tia:etiam minorum facultatum libros inſerere. Video enim quantis impenſis & ſumptibus quantaq; diligē
tia græca oratorum uolumina : hiſtoricorum & philoſophorum atq; ſummorum theologorum in latinā
linguam traduci procuras.Video quantam adhibes curam in antiquorum noſtrorum operibus exquiren-
dis:quæ deperdita credebantur.Ita ut nōnullos ad diuerſas extremaſq; mundi partes pro re hac : multis cũ
difficultatibus & impenſis deſtinaueris.Quæ cum magnis in rebus effeceris non pigebit etiam minorũ fa-
cultatum libros in ipſa tua bibliotheca reponere:& maxime illos:qui de grammaticæ facultate loquuntur.
Quæ auctore Quintiliano: niſi oratoris futuri fundamenta fideliter iæcerit:quicquid ſuper ſtruxerit cor-
ruet.Et niſi æquo longior eſſem:complura poſſem in medium exempla afferre:quibus facile cognoſcerēt:
quot ex huiuſmodi artis negligentia in poetis oratoribus & hiſtoricis quotidie errores inſurgunt: quot in
iure ciuili:medicinæq; arte: & cæteris facultatibus interprætatiōes ineptiſſimæ ſingulis afferuntur diebus:
quot obſcuriſſima ex cuius ignoratōe ſæpiſſime uidentur:quæ alias lucida & perſpicua ītelligi potuiſſent.
Vnde nemo unq̄ inter doctos cōnumerari potuit qui non magna huic diſciplinæ curam impenderit. Et ut
eiuſdem artis profeſſores:qui in ea præcelluerunt:leuiter tranſeamus.Fuerunt ſane inter ipſos grāmaticos
uiri doctiſſimi:ut Iginus multi nominis romæ grāmaticus:Didimus quem Macrobius omnibus grammati
cis quiq; ſint aut fuerint: magna audacia præponere non dubitauit:Antonius Empho: cuius ſcholam Cice
ro poſt labores fori frequentabat:Nigidius figulus:quē Gellius arbitratur iuxta.M.Varronem omniũ do-
ctiſſimũ:Valerius Probus ſua ætate ſciētia præſtantiſſimꝰ: Cornutus:Anneus: Caſſellius:Terentius: Scau-
rus: temporibus Hadriani:de quibus & Gellius ipſe mentionem fecit.Fidus etiam optatus tempore eiuſdē
Gellii multi nominis grammaticus fuit.Prætereo etiam minus antiquos:ut Donatum:Seruium:Diomedē:
Priſcianum:Victorinũ:uiros non minus rhetores & philoſophos:q̄ grammaticos. Sed hos uelut eius artis
profeſſores facile tranſeo:& ad alios uenio.Quid non etiam Fauorinus temporibus Gellii philoſophus cla
rus de grāmatica Gellio referēte multa eruditiōe ſæpe diſſerebat. Nō ne etiā longe ante cũ Ariſtoteles om-
nium philoſophorum princeps:Theodoteſq; ut teſtis eſt Quintilianus:& ſtoicorum ſecta:ut Priſcianus ipſe
oſtēdit: de hac facultate acri cura & diligētia plura ſcripſere.Porphiriꝰ etiā eximiꝰ phūs ĩ Homeꝝ cōmētaria
edidit:quæ uſq; in hæc tp̄a durant:& in quibus nō ſolum altiſſimũ poetæ ſenſum:& uocabula quæq; expla-
nat: ſed & minutiſſimas grammaticæ quæſtiones abſoluit. At hi ut dices græci fuerunt philoſophi : fateor
id quidem:ſed non minus noſtri & philoſophi & oratores ſummiq; duces facultatem hāc neceſſariam iudi-
cauere:& de ea acri cura & diligentia:aut diſſeruerunt:aut ſcripta poſteris ſumma cum laude reliquerunt.

Et Ciceronem inſpiciamus primū qui linguæ noſtre abſq; alicuius dubitatione princeps fuit. Quod idem
artis huius ut dixit Quintilianus diligentiſſimus fuerit:& in filio ut ex epiſtolis apparet recte loquendi hoc
eſt & ſcribendi aſper quoq; exactor & corrector extiterit. Aut uim .C.Cæſaris editi frægerunt de analogia
libri. Aut ideo minus Meſſalla nitidus:quia quoſdam totos libellos non uerbis modo ſingulis : ſed etiā lit-
teris dedit. Quid etiam de Marco Varrone dicemus: An admirandæ ſuæ doctrinæ derogauit quod minu-
tiſſimas quæſtiones in hac arte magno uolumine contractauit : Quid de .C. Baſſo duce nobiliſſimo :& ſci
entia præſtantiſſimo : niſi laudes dicere poſſumus : & tamen plures libros de origine uocabulorum : teſte
Gellio & aliis nonnullis multa cum gloria ſcripſit . Non ne etiam Plinius ſua ætate doctiſſimus in natu-
rali hiſtoria de grammatica libros ſcripſiſſe gloriatur. Cuius dicta Priſcianus nonnunq; inducit : & nos il-
lorum fragmenta quædam precioſiſſima cōperimus. Quod ſi tot tantiq; auctores de hac materia ſcripſe-
runt. In qua tu illis dūtaxat cognitione es cōparandus:non dedignaberis meū tibi de grammatica opus in-
ſcribi:nec poterunt ulli tuam excellentiā uerbis maliuolis lædere:ſi grāmaticæ libros colueris:& de illis æſti
mationem non paruam feceris:atq; in tua bibliotheca locandos illos curaueris. Nam Grāmatica ipſa Quin
tiliano teſte neceſſaria eſt pueris:iucunda ſenibus:dulcis ſecretorū comes:& quæ uel ſola plus habet operis
q̄ oſtentationis. Itaq; primū de litterarū inuentione:numeroq; & figura:ac nomine pertractabimus. Dein-
de cuiuſq; noſtræ litteræ per ordinem poteſtatē:& in alias litteras tam in dictionibus græcis ad nos pertinē-
tibus:q̄ latinis cōmutationes explicabimus. Poſt hæc uero de ordinatione litterarū inuicem tam uocalium:
q̄ conſonantiū:& tam in eadem ſyllaba q̄ diuerſa:dicemus. Vltimo particulariū dictionum orthographiā
ſuis litteris ordinabim⁹: & q̄ breuiſſime dabitur ea narrabūt:quæ ad earūdē declarationē facere putabim⁹
A ccepimuſq; hæc primū ex fragmentis decem librorum Papyriani:quos de orthographia ſcripſit. Ex quattuor
libris Plinii de arte grammatica. Ex unico libro Rhemii grāmatici de poteſtate litterarum. Ex unico Grylli
de accentibus ad Virgilium:cuius parua fragmenta comperimus. Ex Capro. ex Diomede de octo partibus
orationis. Ex Probo doctiſſimo grammatico. Ex Quintiliano uiro ſummo. Ex Varrone de lingua latina. Ex
Aulo Gellio. Ex donato:Seruio:Priſciano:Victorino:Sergio:ex pluribus aliis latinis grāmaticis : græciſq;
minoris auctoritatis cum antiquorum grammaticorū libros amiſerint. Repperi tamen Herodiani fragmē-
ta quædam de orthographia:& eiuſdem libros integros quattuor de conſtructione. Ex gloſulis etiā Ariſtar
chi ſuper Homerū & Heſiodum. Quin & ex Porphyrio ſuper Homerum plura annotauimus . Quæ uero
ad hiſtoriam faciunt:ex Virgilio:Ouidio:Homero:Heſiodo:Liuio:Plinio:Iuſtino:Herodoto:Thucydide
Appiano:Diodoro ſiculo:multiſq; aliis approbatis auctoribus & græcis & latinis:quos ſuis locis commo-
de inducemus.

## I OHANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM LIBER PRIMVS INCIPIT.

### De Numero & figura atq; inuentione litterarum tam græcarum q̄ latinarum.

Ræcorum litteras:quibus ipſi nunc græci utuntur.xxiiii.eſſe conſtat:uidelicet.
α.β.γ.δ.ε.ζ.η.θ.ι.κ.λ.μ.ν.ξ.ο.ϖ.ρ.σ.τ.υ.φ.χ.ψ.ω. Sed harum uetuſtiores
græci:ut ex clariſſimis grammaticis accæpimus:ſolas ſexdecim habuerunt: quas
ex phœnicia Cadmum adduxiſſe uolunt: uidelicet .α.β.γ.δ.ε.ι.κ.λ.μ.ν.ο.π.
ρ.σ.τ.υ. Quibus ad noſtras ſic primū a Nicoſtrata matre Euandri ut ferunt reda
ctis & nos ſexdecim eodem modo & eadem pene figura recæpiſſe: cū Priſcianus
tum antiquiores alii celebreſq; grammatici atteſtantur. Immo eaſdem illas pene
cum græcis fuiſſe rettulit Plinius circa finem libri.vii.naturalis hiſtoriæ ex teſtimo
nio delphicæ tabulæ antiqui æris:quæ i palacio dicata erat Mineruæ:quas huiuſ-
cemodi fuiſſe Rhemius grammaticus præſtantiſſimus nobis rettulit: uidelicet.
a.b.c.d.e.g.i.l.m.n.o.p.r.ſ.t.u . Sed cum paulatim a græcis litteræ aliæ adinuentæ fuerint : &.xxiiii. litte-
rarum numerum adimpleuerint:nos ſimiliter ab illis aliquas accæpimus. Quibus & in noſtro ſermone & in
dictionum græcarum ſcriptura frequentiſſime utimur. Nam uocales primum uetuſtiſſimi græci quinq; ut
noſtri habuerunt uidelicet.α.ε.ι.ο.υ. quas ancipites omnes uel liquidas hoc eſt quæ facile modo produci
modo corripi poſſunt:uti nos uocales noſtras dicimus:& illi ſimiliter tunc quoq; dixerunt. Sed poſtea cum
duas alias adinuenerunt uidelicet.η.ω.has fecerūt ſemper longas:& ex prioribus duas ſemper breues eſſe
ſtatuerunt:uidelicet.ε.&.ο.quin & hoc quoq; paruum.ο.quod uero nouiter inuentum fuerat magnū uo-
cauere. Sic enim nomina litteris pro placito imponuntur. At nos latini ex his nouiter a græcis inuentis nul-
lam penitus ſuſcæpimus:ſed noſtras omnes:uidelicet.a.e.i.o.u.ſuo numero & nomine conſeruauimus : q̄s
ſane omnes ancipites & liquidas antiquo more ſemper habuimus. Poſt id autem uidentes græcorū doctiſ-
ſimi per ablationem aſpirationis a conſonantibus quibuſdam nonnunq̄ ſententiam defraudari:nouas ad-

inuenere figuras:quibus neceſſario aſpiratio comprehendi detineriq; debeat:& ſic.θ.litteram in ſe dulci ſo
no aſpirationem gerentem concæperunt:quam pro.th. q̃;pulcherrime ponunt:nec non &.φ. quã ſimiliter
pro.ph.&.χ.quã pro.ch.iidem a troiano bello citra ſcribere cõſueuerunt.nanq; illas Palamedem cõperiſſe
Seruius atteſtatur.Mox alios ac præcipuũ Simonidẽ teſte Cornelio Tacito cæteras cõperiſſe.Verũ ex his tri
bus ſic cõpertis latini noſtri nullã penitus ſuſcæpere:ſed ſeruata antiqua ſcriptura ipſum.t.uel.c.uel.p.cum
aſpirationis nota more antiquo ſcribere uoluerunt.Sed quærit Parthenius grammaticus : idemq; poſt illũ
Priſcianus:quare non ideo a græcis.rh.aſpiratũ in aliam formam figurãq; trãſlatũ fuit:cũ eodem modo aſ-
pirationẽ ſuſcipiat.Ad quod reſpondentes dicunt:quia nec ſic aſpiratio ipſi.r.cohæret ſicut & præfatis mu
tis:nec ſi ab hac littera tollat̃ ſignificationẽ minuit:nam quãuis ſubtracta aſpiratione dicat̃ retor uel Pyrrus
non minus intellectus manet integer:non aũt ſic in aliis.Nam ſi Chremes cũ aſpiratione proferes nomẽ pro
priũ deſignabis:a quo ſi aſpirationẽ ſubtraxeris ſignificatũ mutabis:quia tunc quoq; a uerbo cremo decli-
natum cũ ſignificatiõe eius uerbi eſſe uidebit̃:ut id idem in mille aliis contingit.Rurſum græci alii & ut fert
Simonides ad linguæ ſuæ ſcripturæq; ornamentũ.ψ.litterã ſine aſpiratione adinuenit : quæ quodammodo
molliorẽ q̃;.ps.uolubilioremq; ſonum habet:ut diligentiſſimi cõſpexere grãmatici: pro qua Claudius Cæ
ſar apud nos antiſigma hac figura deſcribi uoluit.χ.ita ut pro.ps.aliam ſimplicem figurã ut græci habent
& nos haberemus.Sed ut in ſequentibus oſtendemus nulli auſi ſunt antiquã ſcripturã poſt Claudii imperi
um cõmutare.Poſt has uero omnes.ζ.&.ξ.græci ipſi cõparerunt:quæ ſane ad decorẽ & ornatũ propriæ lin-
guæ plurimũ contuliſſe uident̃:At uero latini noſtri præter ſexdecim antiquas litteras:quibus primitus ute
bant̃.f.aliam ex æolico quodã digamma ut infra clare enarrabimus aſſumpſere. Poſt quã &.q.litterã inue-
nere:quæ tametſi præciſe eiuſdẽ cũ.c. poteſtatis eſſe dicat̃:eã tamẽ noſtri auctores in illis dictionibꝯ optaſſe
uiſi ſunt:in quibus pinguior quodammodo ſonus exigi uidebatur:q̃;per.c.litteram præſtari potuerit.Poſt
has uero nõnulli ex noſtris.k.in eadẽ forma qua eſt apud græcos ſupuacuæ recæpere. Qua ſane Quintilia-
nus in nulla ſcriptura noſtra utendũ exiſtimat:niſi ut ait:quæ ſignificat etiã ut ſola ponat̃ . nam in quibuſdã
uetuſtiſſimis inſcriptionibus ſæpe ego cõſpexi.k.DECEMB.pro calendis decembris.Idemq; in Liuio uetu
ſtiſſimæ ſcripturæ frequenter annotaui.Nec illis ullo pacto aſſentiendũ puto:qui ſequente.a.cõtendũt ſem
per.k.ſcribendã eſſe in karthago kaput:cũ teſte Quintiliano ſic.c.littera quæ ad omnes uocales uim ſuam
cõmode præferat.ꝑter has quoq; cũ græci.ξ.litterã ultimo adinuenerint ꝓ noſtrarũ dictionũ magna cõmo-
ditate illã ſub hac forma.x.a noſtris recipi debere uiſum eſt.hoc ſolum ab illis in uoce diſcrepantibus:ꝙ ubi
illi eam proferentes in.i.uocalem deſinũt:& dicũt.xi.nos ecõtrario dicimus.ix.Vltimo uero.y.&.z.aſſum-
pſimus:ut & nobis quoq; in græcis nominibus trãſcribẽdis deſeruirent.Nã ut ait Quintilianus a græco ſer
mone magna ex parte romanus cõuerſus eſt:& confeſſis quoq; græcis uerbis utimur ubi noſtra deſunt . Si-
cut illi nõnunq̃; a nobis mutuant̃.Sunt igit̃ figuræ litterarũ quibus nos utimur uiginti duæ:de quibus om-
nibus ſingulatim dicemus.Nam.h.littera non eſt:ſed aſpirationis nota:ut in ſequentibus oſtendemus.

## De Accidentibus litterarum.

Ed quærunt nõnulli quotidie cur nos ſimplici uoce uocales noſtras:& græci pluribꝯ ſyllabis quaſ-
dam uocare uoluerunt:cũ littera pars ſit minima uocis cõpoſitæ?nã quã nos ſimplici uoce .a.dici-
mus:illi pluribus ſyllabis alpha nominãt.Item quã nos.i.ſimplici ſono:illi iota duabus ſyllabis uo
cauere.Conſonantes etiã fere omnes duabus ſyllabis illi efferunt:ut beta:gamma:delta:quas nos in eadem
quæſtione manentes una ſyllaba nominamus:& quaſdã quidẽ in.e.uocalẽ terminãtes:ut.be.ce.de. & ſimi-
les:quaſdã uero ab.e.incipiẽtes:ut.el.em.en.quã ſane quæſtionẽ facile diſſoluere poſſumus:ſi accidẽtia lit-
teræ diſtinguamꝯ:quæ tria ſunt.ſ.nomẽ figura & poteſtas.Nomen ut apud græcos alpha beta gãma delta.
Apud latinos uero.a.be.ce.de.ita ut apud illos pleræq; uocales pluribus ſyllabis nominent̃:apud nos uero
uocales omnes per ſe prolate nomen ſuũ oſtendũt.Figura uero ea eſt forma quã in ſingulis litteris græcis.ſ.
& latinis cõſpicimus :quæ apud antiquos illorũ & noſtros ut ſupra oſtendimus pene eadẽ fuit . Poteſtas aũt
pronuntiatio eſt illarũ quã in litterario ſermone nos & illi eodẽ modo utimur.Nomẽ igit̃ ad placitã inſtitu-
entis rationẽ impoſitũ fuit:quod nõ ſolũ unica aut duabus ſyllabis:ſed tribus pluribus ue ſi placuiſſet con-
ſtitui poterat.Sed auctoribus ~~latis~~ teſte Priſciano in.viii.in his ut multis aliis breuitas & cõciſio nominis ma
gis placuit.Nec id ſane nomẽ litteræ poteſtatẽ ullatenꝯ ĩpedire ualet:quæ in pronũtiatione litteratæ uocis
oſtendit̃:quia tunc quoq; nõ litteræ nomine:ſed poteſtate utimur:quæ indiuiſibili quodam ipſi litteræ pro
prio conſiſtit.Nam ſi balneum dicimus:aut martium laborem efferimus:non tũc.b.in.e.terminatur: nec.l.
aut.m.ab ipſo.e.incipit:quia non nomine:ſed poteſtate eius litteræ utimur:ut quẽadmodum in cõpacto ex
elementis corpore dicimus elementũ ut quid indiuiſibile ineſſe:hoc eſt quod non ut corpus in aliud elemẽ-
tum diuidi poteſt:& tamen in partes quaſdã diuidi ualet:& cõpoſito nomine effert̃:ſic & in litterali uoce lit
tera ipſa ſua ui & poteſtate indiuiſibilis:hoc eſt non in aliã litterã reſolubilis profert̃:quæ tamen in ſe cõpoſi
to nomine cognominari cõmode potuit:Vnde & ad elementorũ mũdi ſimilitudinẽ uocabulo etiã elementi
nõnulli litteras uocauere.Et ſicut illa ſimplicia ſunt & coeuntia corpus omne perficiũt:ſic etiã hæ cõiunctæ
litteralem uocem quaſi corpus aliquod cõponunt:ſed diuerſa eloquendi ratione apud græcos & noſtros.

Nám cũ apud eos teſte Quintiliano libro.xii.de inſtitutione oratoria:nullæ litteræ dulcius ſpirét q̃.y.&.z. altera uocalis:altera cõſonans: quas ut diximus mutuari ſolemus:quotiés illorũ nominibus utimur.neſcio ut idem inquit auctor quomodo hilarior in earũ ſcriptura ꝓtinus renidet oratio:ut in zephyris:zophyriſq; quæ ſi noſtris litteris ſcribant̃:hoc eſt his quæ loco ipſius.z. apponere cõſueuerant:& cũ ipſo .i.noſtro ſurdum quiddam & barbarũ efficient ſonum.Sed uelut in locũ earũ ſuccedũt apud nos aliæ triſtes & horridæ quibus græcia caret:ut.f.quoq;:quæ eſt ſexta noſtrarũ pene nõ humana uoce:uel omnino nõ uoce potiꝰ inter diſcrimina dentiũ eodẽ teſte efflatur:quæ etiã cũ nõ uocalẽ proximã accæpit: quaſſa quodãmodo: utiq; quotiés aliquã cõſonãtiũ frangit:ut i hoc ipõ frãgit multo ſit horridior.Alia eſt æolica littera ꝓ q̃ primũ ipꝫ f.accæpamꝰ. Deinde ut late uidebimꝰ ad aliã poteſtatẽ.f.redacta.u.cõſonãtẽ illiꝰ loco ſurrogauimꝰ:& nouã illius poſtea formã a Claudio cõpertã:etiã ſi repudiauimus ut infra late uidebimꝰ:uis tamẽ nos ipſa perſequitur:& ineptũ quid reſpectu ſoni quod apud illos ex digãma reſultabat:efflare uidet̃ ut ſeruus ceruus & ſimilia. Alia quæ eſt.q.duras & illa eodẽ teſtante ſyllabas facit:quæ ad cõiungendas demũ ſubiectas ſibi uocales eſt utilis:alias ſupuacua:ut equos quare quoniã:cũ etiã ipſæ hæ uocales duæ efficiãt ſonũ:qualis apud græcos nullus eſt.Ideoq; ſcribi eorũ litteris nõ poteſt.Et nos primã illam uim uocalis amittere in ſequẽtibꝰ oſtendemus.Quid ꝙ pleraq; eodẽ referente auctore nos.m.quaſi mugiente littera cludimus : qua nullum græce uerbũ cadit.At illi.n.iucundã & in fine præcipue quaſi tinnientẽ illius loco ponunt:quæ eſt apud nos rariſſima in clauſulis.Quid ꝙ ſyllabæ noſtræ.b.litteram &.d.innitunt̃:adeo aſpere ut pleriq; nõ antiquiſſimorũ quidẽ:ſed tamen ueterũ mollire tentauerunt:nõ ſolum auerſa pro abuerſa dicendo : ſed in præpoſitione.b.litteræ abſonã & ipſam.f.ſubiiciendo:de quibus omnibus in ſequẽtibus latiſſime diſputabimus:& incipientes ab.a.uim ac poteſtatẽ cuiuſq;:mutationeſq; & alias per ordinem ſubnectemus.

DE Vi ac poteſtate.a.litteræ:& cõmutatione in alias uocales.

Gitur apud antiquos noſtros & græcos eiuſdem prorſus figuræ fuit:& poteſtatis ſemper remanſit. Eſtq; tam apud illos:q̃ apud noſtros anceps quidem & liquida: hoc eſt quæ facile modo produci: modo corripi poteſt.Sed cũ.e.græcis in ſcripturã noſtrã transferimus illam fere ſemꝑ ſua figura & nomine ac poteſtate cõſeruamꝰ.Nõnunq; uero cõmutamꝰ i.o.ut μάρμαρον marmor κάρυλος corilꝰ.Aliquando in.i.ut κάναστρον caniſtrũ.nonnunq; in.æ.diphthongũ ut ἀσκληπιος Aeſculapius.In quo ſequimur æoles.Illi quidem νύμφαισ pro νύμφας:φαισιν pro φασίν ſcribebant.Sæpe etiam auctoribus Papyriano.Proboq; & Priſciano mutatur.a.per deriuationes in uocales alias:ut in.e.modo productã:modo correptã. Productã qdẽ:ut halitꝰ hanelitꝰ:facio feci:ago ægi:iacio iæci:frãgo frægi:capio cæpi:quod cũ æ.diphthongo ſcribit̃.Correptã uero:ut tango tetigi:cado cecidi:parco peperci:fallo fefelli. Similiter per cõpoſitionem.a.producta in.e.productã cõuertit̃:ut armatus inermis:arceo cohẽrceo.In.i.modo cõſimili ut amicus inimicus. Vnde etiam pleraque nomina quæ cum uerbis ſiue participiis componuntur: mutant a.extremam ſyllabam nominatiui in .i.correptam:ut arma armipotens:ſtella ſtelliger:cauſa cauſidicus:tuba tubicen : tiba tibiicen:cũ duabus.ii.breuibus:ſed apud pleroſq; per ſynæreſym in unam.i.longã cõmutant̃:& dicitur tibicen:quod in alia huiuſcemodi compoſitione non reperitur.

DE B Littera.

Quoq; littera muta eſt:hoc eſt quæ nõ in ſonũ ſuũ:ſed in ſonũ.e.litteræ terminat̃:hanc græci beta nominant:Geritq; uirtutẽ & poteſtatẽ mediã inter.p.&.ph.Vnde nec penitus caret aſpiratione:nec plene eam poſſidet.Quare nos ob litterarũ affinitatẽ dictiones græcas traducentes:nõnunq;.p.&.ph.in illam cõuertimus:Vt cũ apud nos πύξος:ſcilicet cũ.p.in prima ſcribat̃:apud nos buxus cũ.b.ſcribitur.Similiter αψυρτος:cũ littera.ψ.pro qua nos.ps.ponere cõſueuimus:ab auctoribus noſtris abſyrtus cum.b. traducitur.Item quod illi cũ littera aſpirata αμφω:nos cum.b.hoc eſt ambo tranſcribimus. At ecõtrario ſimiliter quod illi cũ.b.ſcribunt:nos ſæpe cũ.ph.aſpirato traducimus:ut θριαμβοσ triumphus: de quo in propria dictione uidebimus.Quãdoq; uero &.p. exile pro.ph.aſpirato traducimus:ut quod ab illis φοινίκειος cum principali aſpirata ſcribitur:a nobis puniceus cũ exili.p.tranſfertur.Itẽ πορφυρεον purpureũ. Quin & contra ubi illi.p.exile ponunt:nos ſepiſſime aſpiratum traducimus:ut quod illi Δηιπύλη nos deiphyle: quod illi λάπιθαι nos laphithæ:quod illi υψιπυλη nos hypſiphyle cum.ph.aſpirato ſcribere conſueuimus.Sed hæc & ſimilia etiam nonnulli ex noſtris cum.p. abſq; aſpiratione ſcribunt : quod indifferenter in illis poſſe fieri compertum eſt.Itaq; cum maiores noſtri ut infra late oſtendemus.f.quod digamma æolicum erat:in dictionibus noſtris primũ pro eo quod nunc.u.conſonantẽ ponimus. poſtea pro.ph.aſpirato in latinis dumtaxat dictionibus aſſumpſerint obſeruatum a quibuſdam uetuſtiſſimis referente Plinio fuit:ut pro littera.f.ob cognationẽ quam cum.ph.habere uidebatur.ipſum.b. ob litteræ uicinitatem tranſcriberent: & bruges cum.b.teſte Quintiliano in primo inſtitutionũ pro eo quod eſt fruges ſcriberent & pronunciarẽt Quin & Byrrhus pro Pyrrhus hoc eſt ruffus dicerent:Belena pro Helena:quin & ex græco quod ẽ βάσκανον noſtri faſcinum traduxerũt:Vt teſtis eſt Cloatius Verus in libris quos inſcripſit uerborum e græcis tractorum:quẽadmodũ rettulit Gellius libro.xvi.noctium atticarũ:& faſcinare eſſe quaſi baſcinare.Sane cum æoles ſpiritus aſperitatẽ effugientes ubiq; loco aſpirationis ipſum digamma æolicum.f.ponerent:contigit

etiá ut in dictionibus incipiétib⁹ ab.r.quæ ſemper ſolent aſpirari:nó cú.f.digamma poſt.r.ſed cú.b.loco digammi ante.r.ſcriberét.Cuius ratio in promptu eſt:quia cum digáma nó niſi cú uocali & in principio ſyllabæ poni poſſit:ut ſimili modo noſtrum.u.conſonans:quod loco illius accæpimus:ſequitur manifeſte ꝙ nó etiam poſt.r.in eadem ſyllaba poni poterat. Qua de re ob litterarum uicinitatem transferentes æoles tunc quoq; digamma in.b.præponebant ipſi.r.ac dicebát ϐρήτωρ pro rhetor: ϐρόδος pro rhodos: & nó ρϜήτορ nec ρϜόδοσ ſcribere poterant.At in aliis dictionibus non incipientibus ab.r. ſed a uocalibus ſemper loco aſpirationis digamma ipm apponebant.Vnde teſte Quintiliano ex noſtris nónulli & fordeum & fæd⁹ cum.f.pro hordeú & hædus ſcribebant.Verum ut Papyrianus refert libro.ii.de orthographia. conſueuerunt antiqui noſtri.af.cum digamma.f.pro ab cum littera.b.deſcribere.Sed cum poſtea ipſum.u.conſonás loco digammi accæperint:quia in fine ſyllabæ ſtare non poterat: loco eius ipſam.b.litterá poſuerunt.Idéq; poſtea in nónullis obſeruare placuit:ita ut etiam ubi.u. conſonans ſtare potuiſſet digamma acciperent: & ubi ſibilum dicimus:ſifilum priores cum digamma teſte Nonio Marcellio de doctorú indagine deſcribebant.Similiter cum non poſſit.u.conſonans ante conſonanté in eadem ſyllaba poni mutatum fuit nónúq; teſte Priſciano etiá ipſum.u.conſonans in.b.ut cælebs quaſi cæleſtem uitam ducés. Quid ꝙ.b.ipſum in.u. uocalem euphoniæ uel differentiæ cauſa tranſire dicitur:ut aufero pro abfero:ne ſi cum duplicato.ff.ſcribatur affero:ex ad & fero compoſitum credatur. Vnde & in præterito reaſſumit.b.& facit abſtuli. Aufugio pro abfugio ut in ſequentibus latius uidebimus.Verum ſequente.f.ſolet etiam.b.in ipſum.f.tráſire:ut officio:ſufficio:ſuffio.Item ſequente.c.tranſit:ut occurro ſuccurro.ſimiliter in.g. ut ſuggero.in.m. ut ſummitto.etiam aliquando.m.non ſequente:ut globus glomus.in.p.ut nubo nupſi:ſcribo ſcripſi . Nam q̄uis analogia per.b.etiam in præterito cogit ſcribere: euphonia tamen Plinio auctore ſuperat:quæ etiá nuptá nó nubtam & ſcriptum non ſcribtum per.p.& non per.b.dicere & ſcribere compellit.Vnde teſte Priſciano in.ix.b.ante.s.uel ante.t.in principio ſyllabæ:hoc eſt & in eadem ſyllaba inueniri non poteſt: quéadmodú &.p.poſſe dicimus:ut ipſe:aptus.Nanq; obtineo:abſonus:abſtinens & ſimilia: non in principio eiuſdé ſyllabæ habent cóiunctas.b.&.s.uel.b.&.t.cú præpoſitio ab uel abs a ſyllaba ſequentis dictionis ſeparent̄.At in nubo uel ſcribo cum.b.ſequentis ſit ſyllabæ neceſſario in.p.commutari debet:& eorum participia ut nuptus ſcriptus atq; ex his deriuata nomina:ut ſcriptor & nuptiæ:quá ſane euphoniam græci obſeruátiſſime ſeruauerunt:ut λείβω:quod in præterito actiui.b.in.p.ante.s.cómutat & λέλειψα facit.Similiter ſequéte.t.ut in præterito paſſiui λέλειπται. Tráſit etiam.b.in.r. ut ſurripio arripio:in.s.ut iubeo iuſſi. At ſubſequor cum.b.ſcribitur: ut compoſitio ipſa cóprobat:quæ eſt ex ſub & ſequor . Suſpicor uero & ſuſpicio quin & ſuſcipio:ſuſtuli non ſcribuntur cum.b.nec duplicant.s.quia teſte Probo a ſuſum uel ſurſum aduerbio ſunt cópoſita.nec poteſt duplicari cóſonás alia ſubſequéte cóſonáte:niſi ſit muta ante liqdá ut ſupplex.

DE Littera.C.

Littera muta eſt:& exilis omnino ſeu leuis:quia nihil prorſus aſpirationis in ſe continet:mutaturq; in uariationibus temporum:ut paulo poſt uidebimus:quin & ante.n.ſequente uocali in eadem ſyllaba ponitur:ut Praxitelesq; cnidi rurſus te marmore ſignet Pulchra uenus:quæ ſit nobilis ipſa cnidos:ut latius in ſequentibus oſtendemus.profertur tamen ſub uoce ipſius.g.ob cognationem litterarú quéadmodú uidebimus:quú de illa tractabimus. Vt & modo conſimili Cneus:& Caius cum.c.ſcribi debent:quæ teſte Seruio in uoce ipſius.g.proferre habemus:quarum prima cum.c.ſequente.n.tantúmodo conſueuit:uidelicet Cn.Secunda uero teſte Quintiliano ſola.c.littera ſignatur:quæ ut ait inuerſa mulierem declarat:quia tam Caias eſſe uocatas q̄ Caios ex nuptialibus ſacris apparet.Sane hanc ſcripturam in antiquis ſepulchrrs nos ſæpe conſpeximus:ut de Caio primum ſcriptum comperimus.C.MARIVS.C.F.COS.VII.PR.PL. Item de Caia.SEX.ROSCIVS.CL.AEROS.SIBI.ET.LVCERIAE.CONLIBERTAE.SVAE.FECIT.Item in alio in lo.V.ABVRIAE.C.ET.C.L.FELICVLAE.F.& reliqua. Quod aliquando non obſeruatum fuiſſe & Caiam:ut Caium.c.littera ſignari comperimus:ut alio in loco.C.ENNIAE.P.RVBRIVS.CELER. VXORI.CAR.PIENTISSIMAE.CVM QVA.VIX.AN.XXXXIII.MENS.VIII.SINE Q VERELA.B.M.P.OPTO VALEAS.Q VI LEGIS.Vnde ut ſæpiſſime conſpicimus conſul cum .c. ſequente o.&.s.ſignabatur:hoc eſt duabus ſequentibus litteris:& abſq;.n.uidelicet.Cos.ita ut ſi.n.interpoſitum fuiſſet:conſules in plurali notarentur uidelicet.CONS.ſed hæc Hactenus.ſane tranſit.c.per compoſitiones & deriuationes in alias conſonantes.In.g.ut quadringenti pro quadrincenti:& reliqua:quæ a centum cum n.ante.c.ſimili modo componuntur:adeo ꝙ ubi deeſt.n.ipſum.c.integrum ſemper maneat:ut ducenti:trecenti:ſecenti.i.ſexcenti:licet ſelibra ſit ſingula libra cum dimidia:ut in dictione talentum uidebimus. In.x. ut dico dixi duco duxi noceo noxa noxius.in.s.ut parco parſi:quin & peperci.

DE Littera.D.

Littera muta eſt:& media inter.t.exile &.th.aſpiratum:quare nec penitus caret aſpiratione:nec eá plenam poſſidet:quin & pro.th.aſpirato quandoq; a noſtris transfert̄:ut θεος deus:quáq̄ alii a δέομαι quod eſt timeo deduci uelint:ut in dictione deus uidebimus. Sane ipſum.d.mutationes ab auctoribus noſtris accæpit diuerſas.& aliquando quidem in.b.cóuerſum fuit:& quod olim duellum:nos iam bellum di-

cimus. Iuuenalis in ſatyra: Galeatū ſero duelli Pœnitet. Vnde Varro libro.iii.de origine linguæ latinæ perduelles inquit dicuntur hoſtes: ut perfecit ſic perduellum & duellum: Id poſtea bellum: & pergit: & ab eadem cauſa facta duellona bellona. Quintilianus etiam inquit in primo duellos quidem dicere bellos auſi ſunt. Item ſi componatur ad cum dictione incipiente a.c. in aliud.c. conuertitur: ut accedo: acceſſus acceſſio Accuſo ex ad & cauſo: ut in ſequentibus latius apparebit. Item cum dictione incipiente a.q. mutatur.d.in.c. ut acquiro ex ad & quæro: fuit etiam.d.in.c. conuerſum in ea dictione quicquid: cuius quarta teſte Quintiliano.c. litteram expoſcit: ne.s.bis interrogare uideremur: ex quo etiam quicq̃ cum.c. ſcribendum puto: ne ſi.d.ſcriberetur: modo conſimili quid ſit quá interrogare uideamnr. Item ſi componatur ad cum dictione incipiente ab.f. tranſit.d. in aliud.f. ut ex ad & factus affectus. Item in.g. ut. ex ad & gero aggero. Item in.l. ut allido. De quibus latius in ſequentibus apparebit. Nonnunquam uero & abſque compoſitione præpoſitionis fuit.d. mutatum in.l. Nam a ſedeo olim ſedda dicebatur: quæ nunc ſella dicitur. In.r. ſimiliter per compoſitionem præpoſitionis ad commutatur ipſum.d. ut arrideo. Quin & abſque compoſitione eius præpoſitionis fuit aliquando teſte Varrone commutatum in.r. Vnde ait libro.iii. de origine linguæ latinæ meridies ab eo quod eſt medius dies.d. antiqui non.r. in hoc dicebant: ut præneſte inciſum in ſolario uidi: hoc eſt in horologio: quod ex ſole ſignabat. Nonnunq̃ etiam Papyriano teſte libro tertio de orthographia conſueuerunt antiqui noſtri pro ad præpoſitione cum.d. ar cum.r. apponere. Dicebantque aruenas ubi nos aduenas: aruocatos ꝓ aduocatos: arfines ꝓ adfines: aruolare ꝓ aduolare: arfari ꝓ adfari: aruetores pro aduentores. Vnde Priſciano teſte oſtendit recte arceſſo dici ab arcio uerbo quod nūc actio dicimus: quod eſt ex ad & cio compoſitum. Quin & arger quoq; pro agger dicebāt. Interponitur.d. etiam frequenter in compoſitis hiatus prohibendi cauſa: ut ex re & ago dicimus redigo redarguo. Item ex pro & eſt componitur prodeſt. Subtrahitur etiam a modernis quū ſequens ſyllaba ab.s.& alia conſonante incipit: ut aſcendo: aſpicio: aſpiro: aſto.

DE.E.Littera.

Littera uocalis eſt: & nonnullas etiam mutationes aliquando accipit. Nam Quintiliano teſte Meſſalla in li.de.s.littera ſibe & quaſe.e.littera terminata deſcripſit. Idq; etiam in multorum libris ſe comperiſſe teſtatur. Quin & Titum Liuium ita his uſum: ex Pædiano dicit ſe legiſſe: qui & ipſe eum ut ait ſequebatur. At conſtat nos illas in.i. litteram commutaſſe. Quid ꝙ here pro aduerbio.e.littera tempore Quintiliani: ut idem ipſe atteſtatur terminabant: qđ uetuſtiores.i.littera terminaſſe dicit: ut in ueteru comicorum libris etiam tunc quoq; inueniri dixit: ut here ad me uenit. Idemq; in epiſtolis Auguſti: quas ſua manu ſcripſit aut emendauit deprehendi aſſeruit. Nos uero ueterum ſcriptorū: Auguſtiq; ipſius ſcripturam: & nó Quintiliani noſtro tempore obſeruamus: atq; .i.littera heri finimus. Iuuenalis autem qui tempore ipſius Quintiliani fuit: here ſecundum eius ætatis conſuetudinem.e.littera finiuit: cum in tertia ſatyra ait. Res hodie minor eſt here q̃ fuit. atque eadem cras. Similiter Martialis libro primo epigrammatum: Et poſitum eſt nobis nil here præter aprum. Idem in.iiii. cur here quod dederas hodie puer Hylle negaſti.& aliis in locis pluribus. Quid ꝙ a uetuſtioribus teſte eodem Quintiliano.e. quoq; in aliis q̃multis dictionibus.i. loco fuit: & ſcribebatur: ut Menerua leber mageſter: quæ deinde ſcripſimus. Nonnunq̃ uero & quod per.o. ſcribimus per.e. antiqui noſtri teſte Feſto ſcribebant: Vt quande pro quando: die quinte pro quinto: die quarte pro quarto. Pomponius in atellana quæ metui aſcribitur: Dies hic ſextus cum nihil ægi die quarte moriar fame Sed id præcipue teſte Gellio libro.vii. noctium atticarum in præteritis more græcorum obſeruabant. Nam græci in quadam ſpecie præteriti temporis: quod ϖαρακέιμενον appellant: ſecundam uerbi litteram in.e. plerunq; uertunt: ut γράφω γέγραφα: τυπτω λέτυφα. ſic noſtri mordeo non momordi cum.o. ſed cum e. memordi dicebant. Q . Ennius in ſatyris meum inquit non eſt: at ſi me canis memorderit. Laberius in gallis de integro patrimonio meo cētum milia nummū memordi. Idem. P. Nigidius. Idem Plautus diuerſis in locis obſeruauere. Similiter poſco non popoſci declinabant ſed pepoſci. Valerius Antias libro animalium xlv. deniq; Lucinius.tr.pl. per duelliōis ei diem dixit: & comitiis diem.a.M.Martio prætore pepoſcit. Sicq; etiam teſte Gellio. M. Tullius &. C. Cæſar mordeo memordi: pungo pepugi: ſpondeo ſpeſpondi dixerunt Item & ubi nos.u. uetuſtiores: teſte Papyriano ſæpiſſime.e. ſcriptitabant. Auger pro augur: augeratus pro auguratus. Cato etiam Cenſorinus Quintiliano teſte dicam & faciam dice & face ſcripſit: eundemq; in cæteris modum quæ ſimiliter cadunt illum obſeruaſſe dixit: ut in ueteribus eius libris rettulit apparere. Per deriuationes etiam teſte Priſciano tranſit.e. correpta in.a. correptam: ut reor ratus: ſero ſatus: in.e. productam ut lego legi: in.i. ſimiliter ut lego diligo. Fides pro genere citharæ fidicula & fidicen: nec facit fidis in ſingulari quemadmodum uoluit Priſcianus: quod ab antiquis inauditum eſt: ut infra in dictione apes oſtendemus. Trāſit & in.u. ut tego toga. In.u. ut omnia uerba ſecundæ coniugationis: quæ in ui diuiſas ſyllabas formant præteritum: & in.xi. deficiunt in ſupinis ut horreo horrui: rubeo rubui: tepo tepui: ferbeo ferbui: egeo egui: frigeo frigui: rigeo rigui: & cætera.

DE.F.Littera:

Litteram ſemiuocalem eſſe antiqui grammaticæ ſcriptores aſſeruerunt:eo ꝙ a uocali incipit: & in ſe
ipſum terminatur:quibus Priſcianus non aſſentiens mutam eſſe uoluit. Tum quia loco mutæ iam po
nitur:hoc eſt.p.&.h. Tum quia terminalis nominum minime comperitur:& ſemiuocalis neceſſario nomina
terminet. Tum quia ante.l.&.r.in eadem ſyllaba ponitur:qui locus mutarum eſt dumtaxat. Tum etiá quia
communem ante eaſdem litteras poſitam uocalem facit. Sed hæc hactenus. Verum ut ab exordio huius lit
teræ:hoc eſt per quem modum ad nos uenerit procedamus. Habebant antiqui æoles litteram hanc:quæ qa
duplicis gammæ figuram detinebat:ut & nunc detinet: digamma a pleriſq; ex noſtris cognominata fuit: a
nonnullis uero ſibi hoc nomen datum fuit: quod apud æoles prius habebat: uidelicet.uau. ab ipſius uoce
profectum teſte Varrone & Didymo: qui id ei nomen fuiſſe oſtendunt. Hanc igitur litteram auctores no-
ſtri pro maxima noſtrarum dictionum commoditate ab æolibus eo pro loco accæperunt: quo nos nunc.u.
conſonantem habemus. & eundem prorſus ſonum cum.u. conſonante: qua nunc utimur: & tunc quoq;
ipſum.f.nos habuiſſe:cum Priſcianus:tum alii plures artis grammaticæ ſcriptores atteſtantur. Verum cum
dictiones noſtras:& quas ex græcis accæperamus: noſtri ut antiquiſſimi græcorum primitus pro.ph. aſpi-
ratum & nullas per.f.ſcriberemus: uiſum eſt poſtea ut inter dictiones noſtras & græcas differentia notare-
tur loco.ph.in dictionibus noſtris digamma.f.accipere. In græcis uero antiquam per.ph. ſcripturá obſer-
uare. Itaq; loco.f.digammi poſuerunt noſtri auctores.u.conſonantem: quia teſte Papyriano affinitatem in
ſono habere uidebatur:& digamma ipſum cum alio ſono in dictionibus latinis loco.ph.ſcribi ſtatuerunt.
Poſt hæc autem & noſtri ferunt auctores uoluit Claudius Cæſar pro.u.conſonante ipſum digamma inuer-
ſum hac ſcilicet figura Ⅎ tranſcribendum eſſe: ut propriam haberemus litteram ubi.u. conſonantem faci-
mus. Idq; nos ipſi romæ quibuſdam in locis ſcriptum aſpeximus:ut ſerⅎus pro ſeruus: Ⅎulgus pro uulgus:
Ⅎixit pro uixit:e quibus hoc unum epitaphium inſeruiſſe ſat ſit. DIS.MANIBVS SACRVM. SECVN
DVS.ⅎIXIT.MENS.IX.DIES.XXVI.PETRONIA.NOE.SOROR.EIVS.ⅎIXIT.ANNVM.MENS
III.DIES.XII.HIC.SEPVLTI.SVNT. Sed quáuis illi recte uiſum ſit: Conſuetudo tamen antiqua ſupe-
rauit. Nam neq; hanc ſolam ſed tres litteras Claudius ipſe teſte Cornelio Tacito prioribus noſtris adiecit:
quæ uſui imperitante eo fuerunt:poſt oblitteratæ. Et ut idem atteſtatur:aſpiciebantur etiam tempore ſuo
in ære publico plebiſcitiſq; per fora & templa fixis.

## DE.G.Littera.

Muta littera eſt:& media inter.c.ſine aſpiratione ponitur:quare nec caret penitus aſpiratióe:nec etiá
eam plenam poſſidet:ut ſimili modo de.b.&.d.eſſe oſtendimus. Nam tres ſunt omnino ſimplices ſeu
leues uel exiles.p.t.s. Tres aſpiratæ ſeu flatiles & craſſæ:uidelicet ph.th.ch. Tres mediæ uidelicet.b.d.g.ut
de græcis ſimili modo late infra uidebimus. Vnde ob litterarum uicinitatem.k. ſeu.c.noſtrorum in.g. tráſ-
ferimus: ut κυβερνήτης gubernator κώβιοσ gobius uel gobio. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie:ſi cœ-
nat inquit. Nec mullum cupias cum ſit tibi gobio tantum In loculis: κύκνος cygnus cum.g.media ut qui-
dam ſcribunt. Quin & pro.ch.aſpirato ipſum.g.nonnunq̃ traducimus:ut αράγνη aragne. Alii uero iuxta
litteraturam græcam cum.ch.aſpirato ſcribunt:ut in ea dictione uidebimus. Quin & γνοσοσ gnoſis. Vn
de Gnoſiaq; ardentis:dicebat ſtella coronæ. Conſueuerunt etiam maiores noſtri Varrone teſte libro primo
de origine linguæ latinæ:ubi nos nunc.n.ponimus ante.g.uel.c.ipſum.g.loco.n. græcorum moræ deſcri-
bere. Et ubi nos angulus illi aggulus cum duplicato.g.annotare:ubi nos anguilla: illi agguilla: quin igge-
runt pro ingerunt:agceps pro anceps. Agchiſes pro Anchiſes & ſimilia:quæ omnia Accium noſtrum obſer
uaſſe affirmant. Mutatur etiam.g.in uerborum præteritis:ut oſtendunt Papyrianus & Priſcianus:quádoq;
in.ct.ut agor actor:legor lectus:pingor pictus:aliquando in.s.ut ſpargo ſparſi:mergo merſi. nonnunq̃ in
x.ut rego rexi:pingo pinxi.

## De Aſpiratione.

Vt oſtendunt grammatici noſtri littera non eſt:ſed aſpirationis nota:nec aliud litteræ niſi figuram: &
ꝙ in uerſu inter alias litteras a nobis deſcribitur detinere poteſt. Quod ſane ad uim litteræ minime
ſufficere ualet:quia ſic quoq; numerorum formæ quædam poteſtatem litterarum detineret. Præter hoc au
tem nec uocalis nec conſonans eſſe poteſt:quare nec littera. non quidem uocalis: quia a ſe uocem nó habet
nec uero conſonans: quia nec ſemiuocalis eſt nec muta. non quidem ſemiuocalis: cum nulla ſyllaba latina
uel græca per integras dictiones in eam deſinat:ut in ſequentibus oſtendemus. non etiam muta cum in ea-
dem ſyllaba cum duabus mutis bis ponatur:ut phthius: Erichthonius. At nulla ſyllaba plus duabus mutis
iuxta ſe poſitis habere poteſt:nec plus tribus conſonantibus cótinuari ualet:ut latius Priſcianus noſter hoc
ipſum diſputauit. Sed ad alia tendentes comperimus Papyriano auctore libro ſecundo de orthographia
latinos noſtros figurá plená cuiuſdá græcæ litteræ ad nos pro aſpiratione traduxiſſe:quæ apud illos uocalis
é:& ſub hac forma.H.ſcribit̃ atq; ita uocat̃. Ná ut ſupra oſtendim⁹ poſt qnq; alias uocales hæ litteræ.H.&.ω.
mega a græcis cópertæ fuerút:ante q̃s nec aſpirationé græci nec latini habebát: ut etiá i qbuſdá antiqſſimis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

inſcriptionibus tã grecorũ q̃ latinorum:uſqꝫ ad hæc tempora ego ipſe aſpexi. Sed cũ a diligentiſſimis grãmaticis primum græcis deinde latinis ſpiritus quandoqꝫ diuerſiſſimus in litterarũ pronuntiatione annotari poſſe uideretur:uiſum eſt æolibus primũ effugientibus ſpiritus aſperitatem. F. digamma pro aſpiratione in quibuſdam dictionibus uti. Quos antiqui romani ſequentes loco aſpirationis ipſum digãma quandoqꝫ etiam apponebant. Vnde cum pro illo poſtea. u. conſonantẽ ſurrogarent:etiam nunc ubi illi Fεσπέρα nos ueſpera ſcribimus & proferimus. Et primũ teſte eodem Papyriano feſpera ſcribebamus. Item illi Fέστις nos ueſtis: & primum feſtis dicebamus. Verum attici comperta uocali. H. diuidere illam cœperunt: & partẽ quidam unam uidelicet pro aſpiratione accæpere:alteram uero pro nota exilitatis ſtatuere. Nam omnis dictio apud illos a uocali incipiens uel nota aſpirationis:uel exilitatis annotatur. Sed cum iuniores æoles teſte Cenſorino facilius ſemicirculum deſcriberent:uel quia forte propinquior ad formam digammæ eſſe uidebatur:cœperunt aſpirationem in ſimilitudinem. c. noſtri deſcribere:quod pene eandem figuram:quã græcum. ς. detinet habere uidetur: niſi quod non tanta curuitate quanta ipſum. c. noſtrum uel. s. græcum aſpiratio ipſa deſignatur:ut ſcilicet apertius priorem formã referre uidetur. Sed ut in antiquis codicibus græcis:quotidie aſpicimus prior forma ſignata apparet:& non nouorum æolorum forma deſcribitur. Rurſus & per contrariam formam notam exilitatis annotare ſtatuerunt græci quæ. ſ. talis eſt. Et ipſam aſpirationis notam daſeam uocant:quã Gryllus in libro de accentibus ad Virgilium flatilem dixit:notam uero exilitatis illi pſilem:Gryllus leuem nominat. Rhemius uero Palæmon exilem uocauit. At latini cum aſpirationem in ſcriptura noſtra reciperent:totum. H. pro aſpiratione ſumpſerunt. Nec illud diuidere curæ fuit:quia exilitatis notam penitus neglexerunt. Ponimus igitur aſpirationis notam ante uocales omnes:ſed poſt conſonantes tantũmodo quattuor more antiquorum græcorum:hoc eſt poſt. c. ut Chremes:poſt. t. ut Thraſo:poſt. p. ut Philippus:poſt. r. ut Pyrrhus. Verum cum Papyriano teſte uetuſtiores græcorum notam ipſam aſpirationis in uerſu ut noſtri conſcriberent:actum olim fuiſſe perpendimus:ut nõ exercitis latinis in ſcriptura græca confuſionem quoqꝫ & errorem ipſa aſpirationis nota nonnunq̃ induceret. Nam traducentes noſtri ab initio dictiõis plurimas græcas:quibus indigere uidebamur contigit: ut decepti figurarum ſimilitudine id quod aſpirationis nota erat pro littera. s. accæperunt & traducerũt:& maxime quia ab æolibus ut plurimũ ſumpſerunt:qui aſpirationem in formam. ς. græci deſignabant. Itaqꝫ cum ſcriptum comperirent ςέρπιλλος putantes primam non eſſe aſpirationem:ſed. ſ. litteram quã illi in ea figura deſcribunt traduxerũt ſerpillus. & nõ herpillꝰ ſimili mõ σέρπω dixerũt ſerpo & nõ herpo:σεξ traduxernnt ſex & nõ hex:σέπτα ſeptẽ & ſimilia quæ plurima comperiuntur. Quare cum non minus apud græcos ipſos confuſionẽ quãdoqꝫ eiuſmodi ſcriptura induceret:ita ut quod attici & nos muſam cũ. s. proferimus:Boetes muham hoc eſt non uoce ipſius. s. ſed aſpirationis:teſte Priſciano in primo proferent. actum eſt ab illis ut non amplius in uerſu ipſa aſpiratiõis nota ſcribatur:ſed ſupra uocalem annotetur. Vnde iam ſcribitur ἑρπίλλος & nõ ςέρπιλλος:ἑξ & non ſex alia ſimiliter. Idemqꝫ de nota exilitatis obſeruatur: ut ἀπόλλων ἀυγοῦστινοσ: & in aliis modo conſimili. At uero ſupra cõſonantes nulla earum notarum ſcribitur niſi ſupra. ρ. quæ ſola inter omnes cum principalis eſt aſpirationis nota deſignatur:ut ῥήτωρ ῥοδόπα ῥάφανοσ: & ſimiles: q̃obrem cum eiuſmodi dictiones traducimus:ſemper cum. r. aſpirato tranſcribimus:ut rhodope:rhetor:raphanus. Sed an in medio ipſarum dictionũ græcarum:quas nõ in litteraturam noſtram tranſcribimus:ipſum. r. aſpirari debeat dubium eſſe uidetur. Quod Priſcianus in primo per hunc quoqꝫ modum diſſoluit dicẽs. r. ſine aſpiratione in latinis ponitur:in græcis uero principalis hoc eſt in initio dictionis poſita:uel in dictione media geminata:& a nobis trãſcripta aſpiratur:ut Pyrrhus:Tyrrhenus:& ſimilia:quæ ut ait ex antiqua noſtra ſcriptura aſpirationem in medio ſeruant. At uero quũ non geminat. r. abſqꝫ aſpiratione ſcribenda ſunt: ut Pyra lyra ſyria:& ſimiles. Quod quia a doctis omnibus & approbatis latinis obſeruatur: & nos itidem obſeruare debemus. Verum ut omnem aſpirationis obſeruantiam: quæ apud græcos habetur: & ad noſtros ex illorum dictionibus traducitur:facile compræhendamus:id prius diligenter proſpiciendum eſt:ex conſonantibus græcis nouem mutas eſſe:uidelicet. β. γ. δ. κ. π. τ. θ. φ. χ. Quarum tres quidem apud illos exiles ſunt ſeu leues:hoc eſt prorſus ſimplices:& quæ nullam intra ſe aſpirationem concludunt. ſ. κ. π. τ. Tres uero aliæ craſſæ & ſpiſſæ: uel ut alii ex noſtris uocãt flatiles:uidelicet. θ. φ. χ. Rurſus & aliæ tres quæ mediæ nuncupantur uidelicet. β. γ. δ. quaſi medium quẽdam inter ſpiſſas & exiles ſonum ſint continentes: ut. β. iter. π. &. φ. ſimiliter. γ. inter. κ. &. χ. & ſimili modo. δ. inter. τ. &. θ. & ut ſimilia de litteris noſtris eẽ uidimꝰ Vlterius quoqꝫ & aliud diligentius perſpiciendum:ut quũ duæ dictiones componuntur:quarũ una in uocalem deſinit: & alia incipit a uocali : in dictione compoſita non retinetur uocalis: in quã prima dictio quæ componitur deſinebat:ut ſi præpoſitionem hanc græcam παρα cum hoc pronomine ἐμοῦ componamus abiicitur. α. in quod deſinit præpoſitio:& ſcribitur:παρέμου & non παραέμου. Quin & ut tam abiectio litteræ:q̃ compoſitio deſignetur ſæpiſſime ponuntur ſupra locum:unde talis littera eſt abiecta duo ſigna ut ſupra ſtatim annotauimus. Vnum quidem ſemper in modum ſemicycli exilitatis: hoc eſt primum : quo reiectam uocalem fuiſſe notatur. Secũdum uero in formã eius notæ:quã uocalis in initio dictionis ſequẽtis poſita ante cõpoſitionẽ habebat:utputa aſpiratiõis uel exilitatis: quo uocalẽ illã ſic ante cõpoſitionẽ fuiſſe

ſignatam denotatur:quonam ut diximus omnis dictio græca a uocali initiũ ſumens uel ſigno exilitatis uel
aſpiratõis ſignat᷑.Si ergo ſeq̃ns dictio ſigno exilitatis ſignata fuerit ſignũ illud ſecũdo loco poſitũ remane
bit:ut ĩ exẽplo p̃habito.Sin uero ſignata fuerit aſpiratiõis nota: & illa eadẽ ſecũdo loco poſita remanebit.
ut ſi cũ hac dictiõe ὁδος:quæ ĩ initio aſpiratur:eadẽ præpoſitio παρὰ cõponat᷑ ſcribetur ſic quoq; παρο/
δοσ ubi primũ quidem ſignũ ſignificat uocalem inde fuiſſe abiectam.Secundũ uero uocalẽ alterius dicti/
onis ante cõpoſitionem fuiſſe aſpiratã.At uero uetuſtiſſimos nullũ ex his ſignis appoſuiſſe cõſpeximus : ut
ex antiquis inſcriptionibus in marmore ſculptis ſæpius annotaui.Sed id ulterius proſpiciendum eſt:ꝙ ſi in
eiuſmodi cõpoſitione ſequens dictio ab aſpirata uocali incipiat:utputa ὁδοσ:& prior dictio quæ cõponit᷑
in uocalẽ cũ una illaꝝ cõſonantiũ:quas exiles diximus terminari cõtingat:ueluti ſi hãc præpoſitionẽ μετα
quæ habet.τ.cõſonantẽ exilem ante ultimam uocalem uelimus cũ hac dictione ὁδός cõponere per ea quæ
ſupra diximns:uocalis ultima a præpoſitione præfata abiicitur.Itaq; ſcribenda eſſet cõpoſita dictio ſic: ui/
delicet μέτοδοσ.Sed quia uocalis illa quæ ſequentis dictionis eſt initiũ aſpirata erat:ex ipſo.τ.conſonãte
exili:quod erat dictionis præcedentis ex ea aſpiratione: quæ erat ſequentis litteræ:alia quædã littera ĩ ſeipſa
aſpirata conficitur.uidelicet.θ.quæ nihil prorſus aliud eſt q̃ꝫ.τ.ipſum aſpiratũ:qua re exilẽ tunc quoq; con
ſonantẽ puta.τ.in aſpiratam ſibi correſpondentẽ conuerſam dicimus:puta in.θ. & ſcribimus ac proferimꝰ
μέθοδος.Quã ſane dictionẽ ſi latine tranſcribere uolumus:cũ aſpiratione methodũ tranſcribemus.Simi/
liter.π.quæ conſonans eſt exilis in.φ.aſpiratam conuerti poteſt:ut ſi præpoſitionem hanc επι cũ hac dictio
ne ἡμέρα:quæ in principio aſpiratur cõponamus:ſcribemus: & proferemus ἐφήμερα:hoc eſt ephemera.
Item ex eadeꝫ præpoſitione επι & ηβη aſpirata:quæ eſt pubertas cõponitur ἐφήβοσ:qui eſt pubes. Vnde
ſimiliter apud nos cum.ph.aſpirato ſcribendũ eſt.ſ.ephebus:ubi nulla eſt diphthongus.ſimiliter de.κ.dicẽ
dum eſt quod in.χ.litteram aſpiratã conuertitur:cum ſcilicet modo cõſimili cõponi illud contingit: ut ſæ/
pius in ſequentibus apparebit.Verum & hæc quoq; quæ diximus ſæpiſſime abſq; cõpoſitione ab antiquis
obſeruata fuiſſe uidemus:dum.ſ.ſimili modo:ut diximus dictiones inuicẽ terminant᷑:& apud eoꝝ poetas:
primũ ablatum fuit.ε.deinde.τ.exile propter aſpirationem uocalis in alia dictione potiſſimũ Homerꝰ circa
initiũ Iliados ἀιδεῖσθαι θ᾽ ἱέρηα:ubi a τε cõiunctione græca ſequentis:quæ eſt ιερηα conuerſum fuit in.θ.
aſpiratũ.Sane abiectio litterarũ uocalium in quas terminant᷑ dictiones cũ ſeq̃ns incipit a uocali ubiq; fere
a poetis græcis obſeruatur:Homerus ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχοντεσ ἐκπέρσαι πρι
άμοιο πόλιν εὖ δ᾽οἴκα δ᾽ἵκεσθαι.At ĩ uerſibꝰ poetaꝝ noſtroꝝ hoc nõ ĩ ſcriptura aut p̃nũtiatiõe uerſus:ſꝫ
in ſcanſione tantũmodo obſeruamus.Græci uero nõ ſoluꝫ id in uerſu:ſed etiam in ſoluta oratiõe obſeruãt
ut Demoſthenes contra Aeſchinẽ ἐπειδ᾽ ὅπερ ἔστι μάλισθ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν: ubi nõ ſolum abiecta fuit uocalis
littera:ſed duobus in locis conuerſum fuit.τ.exile.θ.aſpiratũ. Sunt tamen nõnullæ dictiones quæ abſq; ali
cuius dubitatione compoſitæ eſſe uidentur:& has obſeruantias neq; a græcis:neq; a noſtris habuiſſe cõſtat
ut Ariſtippus quæ ex ἀρίστος:qui eſt optimus:& ιππος qui eſt equus cõponitur:& ſecundæ dictiõnis pri
ma aſpiratur:quæ cũ.τ.exili coniuncta aſpirationem amiſit.Similiter Cratippus:Leucippus:Alcippe : quæ
omnia ex hippus aſpirata dictione cõponunt᷑:& aſpirationẽ abiiciunt atq; exilem conſonantẽ conſeruant:
quod forte ex eo fieri potuit:ut compoſitorum certitudo magis innoteſceret.

DE.I.Littera.

Littera uocalis eſt:& unica ſola figura a noſtris ſcribit᷑.A græcis uero triplici uarietate figuræ notatur
Nam quidem una in forma ipſius.i.noſtri deſcribitur:quod ipi græci.i.paruũ uocant. Alia uero in al
terius litteræ forma:quã Pythagoram adinueniſſe quidã ferunt:& quã illiꝰ.y.pſilon hoc eſt ſubtile uocant.
Nos quia illud in ſolis dictionibus græcis tranſcribimus.y.græcũ uocamus:quæ ſane duæ litteræ apud illos
ancipites ſunt & liquidæ:hoc eſt quæ facile modo corripi modo produci poſſunt.Tertiæ uero litteræ figu/
ra præter has duas adinuenta fuit:& uocatur ab illis ita:quã ſane litteram ut ſupra diximus longam illi ſem
per ſtatuerunt.Quin & præter hanc triplicem ſimplicis litteræ formam: duas habent græci diphthongos:
quæ eundem cum illis ſonum continere uidentur uidelicet ει & οι:ut infra late uidebimus.Itaq; cum in di/
ctionibus græcis nos primum.i.quod paruum dicunt comperimus: illud apud nos tranſcribentes ſemper
fere in ſcriptura noſtra ſeruamus:ut σικελια ſicilia.κιρκησ Circes.φιλοσοφια philoſophia:& alia innu/
mera:in quibus paruum.i.ut ab illis ſcribitur:ſic a noſtris conſeruatur.Nonnunq̃ꝫ uero tranſferimus in.e.
ut νιρευς Nereus:& maxime ubi diphthongus ex.o.&.i.ponitur:ut infra latius diſſeremus:nec apud nos
i.ſemper uocalis eſt: ſed quandoq; in conſonantem litteram tranſit:ut & ſimile de.u.uidebimus : quæ licet
tam conſonantes q̃ꝫ uocales unum nomen & unam figuram teneant:tamen quia diuerſum ſonum: & diuer
ſam uim habent in metris & in pronunciatione ſyllabarum:non pro eiſdem litteris & elementis accipi poſ/
ſunt:ut Cenſorinus & Priſcianus doctiſſimi artis grammatice atteſtantur:nam ut aiunt tantum fere intereſt
inter uocales & conſonantes: quantum inter animas & corpora. Animæ per ſe mouentur:ut Platoni uide/
tur:& corpora mouent . corpora uero nec per ſe ſine anima moueri poſſunt: nec animas mouent : Sed ab
ab illis mouentur.Vocales ſimiliter per ſe mouentur ad perficiendam ſyllabam: & conſonantes ſecum mo
uent. Conſonantes uero ſine uocalibus immobiles ſunt . Verum.i.noſtrum quũ cõſonans fit modo quidẽ

pro ſimplici conſonante: modo uero pro duplici accipitur. Pro ſimplici quoq; tunc habetur: quando ab
ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita ſubſequẽte uocali in eadem ſyllaba: ut Iuno iuppiter. ꝓ du
plici autẽ quando in medio dictionis ab ea incipit ſyllaba poſt uocalẽ ante ſe poſitam ſubſequẽte quoq; uo
cali in eadem ſyllaba: ut maius peius eius: in quo loco antiquiores noſtri ſolebant geminare eandẽ. i. litterã
ut maiius peiius eiius: quæ ſane orthographia uſq; ad Ciceronis tempora in aliquibus dictionibus perdura
uit. Ita ut referat Quintilianus Ciceroni placuiſſe aiio maiiamq; geminata. i. ſcribere: Quæ ſane non aliter
pronuntiari poterant: ut etiã Priſcianus ipſe atteſtat̃: q; ſi cũ ſuperiore ſyllaba prior. i. cũ ſequẽte altera pro-
ferret̃: hoc eſt ut prior. i. cũ priori ſyllaba: & ſequẽs cũ ſequẽti iungat̃: ut tellus uannus & ſimilia ꝓferunt̃. nã
duo. i. pro duabus cõſonantibus accipiebant: & eadẽ cõſonans in eadem ſyllaba geminata iungi nõ poteſt
Vnde pompeii i quoq; genitiuũ per tria. i. ſcribebãt: quoꝝ duo ſuperiora loco cõſonantiũ: & poſtremũ ꝓ-
uocali accipiebant. Quod Cæſari artis grammaticæ doctiſſimo placitũ a Victore cõprobat̃. nõ enĩ alio mo
do tres. i. in una ſyllaba pronunciari potuiſſent. Cõperit̃ nõnunq̃. i. littera pro ſimplici conſonãte i medio
dictionis poſita. Sed in cõpoſitis: ut iniuria adiungo reiectus reiice: quod ultimũ cum geminata. i. ſcribitur
quarũ prima in initio ſyllabæ conſonãs ſimplex eſt: cum uocalis ante illã breuis a Virgilio in bucolicis pona
tur: quum ait: Tityre paſcentes a flumine reiice capellas. ubi proceleumaticõ: quod ex quattuor breuib⁹ cõ
ſtat: pro dactylo poſuit: hoc inſuper annotandũ. i. litteram pro conſonante poſitã aſpirari nõ poſſe: quum
nulla cõſonans ante ſe aſpirationẽ recipere ualeat. Vnde hiulcus triſyllabũ nõ biſyllabũ teſte Priſciano dici
poteſt. Veꝝ & ipſum. i. cõſonans pro. t. quãdoq; apud antiquos poſitũ fuiſſe cõperimus: & cũ apud alios: tũ
apud Liuiũ ſæpenumero annotauimus: ait eni de ſecundo bello punico libro primo: nunc poſtq; multo ma
iorem partẽ itineris emenſam cernant: pyreneũ ſaltũ inter ferociſſimas gentes ſuperatũ: rhodanũ iantũ am
nem tot milibus gallorũ prohibẽtibus domita etiã ui fluminis traiectũ in cõſpectu alpes habeant: dixit ian-
tũ pro tantũ. nam teſte Quintiliano ſic iam ut tam ſcribit̃. Quid quod ab antiquis noſtris nõnullis dictioni-
bus ipm. i. præter cõmunẽ noſtrorũ uſum fuit adiectũ: & a nõnullis quandoq; detractũ: nã pluria cum. i. an-
te extremũ. a. ab antiquis dictũ fuiſſe oſtendit Gellius circa finẽ libri. v. noctiũ atticaꝝ ex auctoritate. M. Ca-
tonis. Q. Claudii. P. Nigidii. M. Varronis. imo refert Sinniũ Capitonẽ doctiſſimũ uirũ in epiſtola ad Pa-
cuuiũ labeonẽ per rationes grãmaticas docuiſſe pluria cũ. i. ante. a. latinũ eſſe: plura abſq;. i. barbarũ. atq;
id quoq; abſolutum & ſimplex eſſe nõ cõparatiuũ: quin & eo quod ẽ cõpluria aduerbium factum cõpluri-
es: ut Plautus in Perſa: &. M. Cato in. iiii. originũ poſuerunt. Quid ꝙ eodem Gellio teſte in. iiii. eiuſdẽ ope
ris. M. Varro &. P. Nigidius nõ aliter locuti fuerunt & ſcripſerunt: q; ſenatuis & domuis & fluctuis cum. i.
poſt. u. & ante. s. in genitiuo: ab eo quod dicimus ſenatus & domus fluctus. Et in ueteribus libris Terentii
comici ſcriptum dicit eius anuis opinor eam quæ eſt mortua. Ita ut per ablationẽ ipſius. s. datiuus ipſe for-
mari habeat: ut ſenatui domui fluctui. Quid quod nõnullis hæc datiui terminatio in ipſum. i. nõ placuit: &
magis in ipſo datiuo domo ſenatu fluctu dixerunt: q; cũ adiectiõe ipſius. i. Lucili⁹ i eodem caſu uictu & anu
dicit: nõ uictui & anui in hiſce uerſibus: Quod ſumptũ atq; epulas uictu ꝓponis honeſto. & in alio loco: anu
noceo inquit. Virgilio quoq; in caſu dandi aſpectu dicit nõ aſpectui: teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. & in
georgicis: quod nec concubitu indulgent. C. autẽ Cæſar grauis auctor linguæ latinæ in anticatone: Minus
inquit arrogantiæ ſuperbiæq; dominatuq;. Item in Dolobella actionis illibuiſti: quorũ in ædibus faniſq; po
ſita & honori erant & ornatu. i libris quoq; analogicis eodẽ Gellio teſte omnia iſtiuſmodi ſine. i. littera dicẽ
da cenſet. Quid quod in genitiuis nominũ quintæ declinationis loco ipſius ultimi. i. in quod apud nos ter-
minari cõſueuit: plæraq; ætas ueteꝝ ponere cõſueuerat. s. & nõ huius faciei: ſed hui⁹ facies declinabãt. Q.
Claudius libro primo annaliũ: nemo audebat inquit propter magnitudinẽ atq; immanitatẽ facies ſcilicet
cum gallo quodam uelle pugnare. Ciceronem quoq; affirmat Ceſellius in oratione quã pro. P. Sextio fecit
dies ſcripſiſſe pro diei. Verba hæc ſunt. M. Tulli: equites uero daturos illius dies pœnas. Quo circa factum
hercle eſt: ut facile his crederet Gellius. li. viii. noctium atticarum qui ſcripſerunt idiographum librum Vir
gilii ſeſe inſpexiſſe: in quo ita ſcriptum erat: Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas. i. libra diei ſomniq;.
Sed ſicut hoc in loco dies a Virgilio ſcriptum uidetur: ita in illo uerſu non dubitauit Gellius quin dii ſcri-
pſerit pro diei: quum dixit: Munera lætitiamq; dii. Sic enim dies huius dii a ueteribus declinatum refert:
Sicut etiam facies facii: progenies progenii: acies acii. Cn. Marius in Iliadis. xxi. Altera pars acii uitaſſent
fluminis undas. Similiter ſpecies ſpecii: ut idem Marius in. xiii. An maneat ſpecii ſimulachrum in morte ſi-
lentium. Luxuries luxurii. C. Gracchus de legib⁹ promulgatis: Ea luxurii cauſa aiunt inſtitui. pernices perni
cii. M. Tullius in oratione qua. Sex. Roſcium defendit: teſte Gellio præfato libro. ix. ſic ſcripſit. Quorum ni
hil pernicii cauſa diuino conſilio: ſed ui ipſa & magnitudine rerum factum putamus. Sane. C. Cæſar i libro
de analogia. ii. huius die & hui⁹ ſpecie dicendũ putat. Vnde & ipſe quoq; Gellius in Iugurtha Saluſtii ſum
mæ fidei & reuerẽdæ uetuſtatis libro. Die caſu patrio ſe inueniſſe affirmat. Verba uero illa ita fuiſſe refert:
uix decima parte die & reliqua. Sane per deriuationes tranſit. i. noſtrum in alias uocales: In. a. ſic genus ge
neris generatim. Paulus pauli paulatim: In. e. Fortis forte: Sapiens ſapientis ſapienter: In. o. ut Pater patris
patronus: Et patro uerbum: olli pro illi: ſaxum ſaxi ſaxoſus. & hæc hactenus.

Nunc de.y.græco quod illi ypſilon.i.ſubtilẽ uocant inſpiciẽtibus hoc primũ tenendũ eſt: ſi dictiones græ-
cas tranſcribimus:& illius ſonũ in dictionibus a nobis deſcriptis cõſeruamus:& apud græcos per eiuſmodi
y.græcũ ſcribunt᷑.Semꝑ nos & illas ꝑ ipſum.y.græcũ ſcribere debemus:eo quod ſubtiliorẽ quodammodo
ſyllabã in metro habere uiſum ſit:hoc eſt fere in diuiſis ſyllabis:&quodammodo cõiunctis & nos græcam
ſcripturã in ſuis dictionibus cõſeruare debemus.Sed quia illud aliquãdo in alias litteras cõmutamus:de eo
latius ſuo loco tractãdũ erit.At uero aliud quod ita uocant:& ſub aſpirationis noſtræ forma deſcribunt:ra-
ro enĩ nos ſonum eius in noſtra ſcriptura ſeruamus.Sed aliquãdo quidẽ in.a.noſtrum cõuertimus:ut ηερ
aer:ελένη Helena.αὔλη aula:φημη fama:φυγὴ fuga:ſiquidẽ hæc duo ultima potius a græco: ꝗ̄ græcum
ab illis deriuet᷑.Quod ſane quo ad hoc in idem tendit:de quo alias uidebimus. Aliquãdo uero:immo fere
ſemꝑ in.e.productam transferimus:ut ησίοδοσ Heſiodus ομηροσ Homerus: ηρακλιδης Heraclides:
& mille alia.Aliquando autẽ in.æ.diphthongũ tranſferimus:ut σκηνη ſcæna:quæ teſte Priſciano libro pri-
mo apud nos cũ.æ.diphthongo ſcribit᷑:quod in antiquis marmorũ inſcriptionibus obſeruatũ comperi:ut
in ea dictiõe latius uidebimus.Similiter æticha cæra & alia nõnulla:teſte Apuleio grãmatico cũ.æ.diphthõ-
go ſcribunt᷑:quæ ab ipſo.η.traducunt᷑:ut in dictione æthica expreſſius declarabimus.Sed ut diximus nulla
a Priſciano notatur niſi tantũ ſcæna.Rurſus & nõnunꝗ̄ ipſum.η.in ſonũ.i.noſtri & litteram tranſcribimus
potiuſꝗ̄ paraclitum cum.i.latino ſcribimus & proferimus:ꝗ̄ per.e.paracletũ traducamus: quod tamen a
κλητός:quod uocatus interpratatur:& per.η.ſcribitur compoſitũ conſtat.Simili modo kyrieleiſon cũ.i.
noſtro in penultima ſcribitur:& profertur:& tamẽ ab ἐλέησον componitur:quod cum.η.apud illos ſcri-
bitur.Eodem modo ephimera:quod ab ημέρα componitur: Sed hæc ꝗ̄rariſſima habentur.

DE Littera.K.

Vt ſupra diximus penitus ſuperuacue recæpta fuit:qum.c.ad omnia pro quibus nõnulli utunt᷑.k.cõ-
mode ſcribi poſſit.Vnde cõpertum habeo ex Papyriano diligentiſſimo grammatico Nigidium figu-
lum nunꝗ̄ in cõmentariis ſuis uſum fuiſſe.k.aut.q.Nam teſte Priſciano quãuis in uaria figura & uario ſint
nomine.k.q.&.c.tamẽ quia eandẽ uim habẽt tam in metro ꝗ̄ in ſono: pro una eadẽꝗ̄ littera accipi debẽt.

DE Littera.L.

Semiuocalis littera & liquida dicitur:hoc eſt quæ incipiẽs ab.e.in ſonum propriũ deſinit:& quæ poſt
mutam in eadem ſyllaba poſita:modo longam modo breuẽ præcedentẽ ſyllabã facit: longã quidẽ ut
Virgilius in.viii.Fit Thmaii cõiunx longæua dorycli:ubi.y. ante cli ꝓducit᷑: quã alio loco correptã poſuit:
quũ ait:Eſt dorycli coniunx diuini ſigna decoris:Habetꝗ̄.l.ipſum teſte Plinio libro primo de arte grãmati-
ca triplicẽ ſonũ.Exilẽ quãdo geminat᷑ ſecundo loco poſita:ut ille Metellus.Plenũ quãdo finit nõia uel ſylla-
bas:& quãdo habet ante ſe in eadem ſyllaba aliquã cõſonantẽ:ut ſol ſilua flauius clarus . Mediũ in aliis ut
lectus lecta lectũ.Verũ cõſueuerunt antiqui complures nunꝗ̄ in capite dictionis.l.ipſum ſcribere:ſed ſemꝑ
illi unũ.ſ.cũ.t.alia cõſonante præponere uoluerũt:ut teſte Quintiliano ſtlotum pro lotũ: ſtlitium ꝓ litium
ſcribebãt:quæ ſcriptura in aliquibus inſcriptionibus etiã uſꝗ̄ ad hæc tempora cõſpicit᷑: ut epigramma in-
dicat:quod in regione frentana apud hiſtoniũ his uerbis inciſum eſt.Scæua.quæſtor decemur ſtlitibus iudi
candis.s.c.poſt quæſturã & decẽuiratũ ſtlitiũ iudicandarũ tribu.pl.& reliqua.Item romæ extra portã popu
li ad quartũ lapidẽ.M.Antonii Antii.Lupi.Pr.Patricii.Aug.quæſtor Sodal.Titii.trib.milit. Leg.ii. Adiu.
Tr.ple.fidel.x.uir.Stlit.Iud.& reliqua:quid quod ipſum.l.in.d.nõnunꝗ̄ conuerſum legimus: ut Virgili-
us in tityro:Silueſtrẽ tenui muſam meditaris auena:meditaris cũ.d.ꝓ melitaris:quum.l.per antiſtœchõ te-
ſte Seruio ſcripſit.nã melitaris dicere debuit:quaſi dulce canis:quod a græco uerbo μελετάω deductũ fu-
it:idꝗ̄ a μέλι :quod mel denotat originẽ ſumpſit.Solebãt etiã antiquiſſimi græcorũ.l.pro.n.ſcribere.Vn-
de quinquaginta quoꝗ̄ numeri ſignũ:quod illi iam per.n.ſcribũt:nos per.l.more illorũ antiquiſſimo ſcri-
bimus.Tranſit etiã per deriuationes in alias conſonantes.in.r.tabula taberna: Priſciano teſte in.x. ut pau-
lulũ pauxillũ:mala maxilla:uelũ uexillũ.Quin & ipm.l. declinãdo ꝑ omnes caſus immutabilis ꝑmanet : ut
ſal ſalis:& in reliquis.Idẽ facit.n.&.r.ut flumẽ fluminis: Cæſar cæſaris:nõ autem reliquæ conſonantes.

DE.M.Littera.

Semiuocalis eſt:& ab aliquibus nõ irrationabiliter inter liquidas Priſciano teſte cõnumerat᷑: qui poſt
mutã in eadem ſyllaba poſita:modo longã modo breuẽ præcedentẽ uocalem efficit : ut exemplis ille
græcorũ oſtendit.nã de hoc quoꝗ̄ latinorũ nullũ ego comperire in noſtris poetis ualui: nec ipſe aliquid in-
ducit.Quid ꝙ ſola ex ſemiuocalibus poſt.s.ponit᷑:quod mutarũ ẽ ꝓpriũ:ut Smyrna:ſmaragdus.Quid ꝙ
etiã ante liquidã:ut ſamnis ſamnitis:hoc ẽ homo de ſamnio:ubi eſt beneuentũ:Ramnes ramnetis:nomẽ poe
tæ ꝓpriũ.nõnũꝗ̄ etiã ante.s.poſita in finali alicuius nõis ſyllaba more mutæ ꝑ interpoſitionẽ.i.facit geniti-
uũ ut hyems hyemis:ſicut inops inopis:cælebs cælebis:& nũꝗ̄ ante ſe. nã longã uocalẽ patit᷑ in eadẽ ſyllaba
eſſe:ut illã illũ:artẽ:puppim:fluctũ:rem:ſpem:diem:cũ aliæ omnes ſemiuocales hoc habeãt:ut ſol pean par
Mecœnas pax. Tranſit Priſciano teſte per deriuationes in.n.maxime.d.uel.t.uel.c.uel.q.ſequẽtib⁹:ut tãtũ
tantũdẽ:idẽ idẽtidẽ:eoꝝ eorũdẽ:num nũcubi:ut Plinio placet nũquis nũꝗ̄.Nã nãꝗ̄ ipo auctore Priſciano:
unde eo teſte am præpoſitio.f.uel.c.uel.q.ſequentibus in.n.mutat.m.ut anceps anfractus anciſus anquiro.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Verum ſi cum dictióe incipienti a uocali cóponatur:remanet.m.& intercipitur.b. ut ambitus ambeſus: am
buſtus ambages:idemq; in cóburo combuſtus.Sane in metro plærumq; ſubtrahitur.m. ſi a uocali ſequens
incipiat dictio:ut Virgilius in primo æneí. Illum expirantem tranſfixo pectore flammas. Vetuſtiſſimi tamé
non ſemper eam ſubtrahebant.Ennius in.x.annalium:Inſignita fere tum milia militũ octo.& ut ſcribit Pli-
nius libro primo de arte grammatica.m.in extremitate dictionum obſcurun quid ſonat:ut templũ apertũ:
principio ut magnus:in mediis mediocre ut umbra.

De.N.littera.

Semiuocalis eſt:& ut refert Priſcianus non irrationabiliter a quibuſdam inter liquidas cónumerata:
cum in eadem ſyllaba poſt mutas:cómunes faciat præcedentes ſyllabas. Ouidius in.x. metamorpho-
ſeos:Piſcoſamq; cnidon grauidáq; amathunta metallis. Tranſitq; per deriuationes & compoſitiones in di
uerſas cóſonátes:ut late tractant Papyrian⁹ & Priſcian⁹. In.g.quoq; ut ignoſco cognoſco cognatus ignar⁹
& ſimilia.poteſt tamen in quibuſdam eorũ per conciſioné adépta uideri.n.cum in ſimplicibus per adiectio-
nem inueniatur.g.ut gnatus:gnarus.Tranſit etiam in.l.ut unus ullus:nullus:uinum uillum:cathena cathel
la:bonus bellus:catinum catillum.Similiter collega colligo:illido:collido.Tranſit in.m.& hoc ſequentib⁹
b.uel.m.uel.p.auctore Plinio:Papyriano:Probo:& Priſciano:ut imbibo imbellis: immineo immotus:im-
probus impello.Aliquando ſola uocali ſequenti ut in comedo uerbo: quod ex con & edo componit̃. Trá-
ſit in.r.ut corrigo:corrumpo:irrito.Quam ſane mutationé naturali quadam uocis ratione fieri dixit Priſci
anus:propter celeriorem motum linguæ labrorumq; ad uicinos facilius tranſeuntiũ pulſus. Tranſit etiam
in.s.ut ſcindo ſciſſus:ſindo fiſſus.In.t.ut canis catulus catellus.In.c.ut ecquid pro enquid.abiicit̃ quádoq;
n.in præteritis uerborum:ut linquo liqui:uinco uici.Sane ſi ſint nomina græca neutra deſinentia in.o. cum
ον:transferimus ipſum omicron in.u.&.n.in.m.cómutatur:ut παλλάδιον palladium:πήλιον pelium.
Si uero ſit.ω.magnũ cóſueuimus.n.litterá abiicere:& ipſum magnũ i.o.noſtrum cómutare:ut ἀπολλων
Apollo:λέων leo:δράκων draco:excæptis nónullis quæ terminatióe græca ſcribere conſueuimus: ut Xe-
nophon:Demophoó:Lycophron:Menicion:Agaménon:Ammó:& alia nónulla.Econtrario græci cóſue-
uerunt traducentes dictiones noſtras in.o.deſinentes ſuperaddere.n.ut Cicero κικερων: Cato κάτων: ſi-
miles eodem modo.

DE.O.Littera.

Littera uocalis quá teſte Plinio libro primo de arte grámatica:aliquot Italiæ ciuitates primitus nó ha-
bebát:& hi maxime erát umbri & tuſci:loco cuius.u.ponere conſueuerant huminé pro hominé:frun
dem pro frondé:gungrũ pro gongrum qui eſt piſcis: cunchin pro chonchin : fretu pro freto.Lucretius li-
bro primo:Anguſtoq; fretu rapidũ mare diuidit undis.Item libro tertio: Atq; ea nimiræ quæcunq; acherũ-
te profundo:acherunte pro archeróte poſuit:quæ ab iunioribus tanq̃ dicta ruſtico more repudiata fuerũt
Fuit aliquando.o.in.e.conuerſum. Naʒ teſte Quintiliano: antiqui uortices & uorſus cæteraq; ad eundem
modum ſcribebant:quá primũ ſcripturam Scipio Aphricanus in.e.litteram uertiſſe dixit. Vnde ceruó etiá
& ſeruon:cum.o.littera ultima etiam ex alio quodam capite ſcribere conſueuerant:quia ſubiecta ipſi.u.có
ſonanti uocalis in unum ſonum coaleſcere & confundi nequiret.Sed de hoc latius in littera .q.pertractabi-
mus.Rurſum & in dictionibus græcis nónunq̃ transferentes illarum quaſdam ipſum.o.in.e.noſtrum con-
uertimus:ut γονη genu:ποσ ut ſcribunt æoles:uel ut alii cũ diphthógo πουσ:nos pes.unde cópes quod
antiqui more æolum cópos cum.o.ſcribebant.Item ubi græci οδοντεσ ſcribũt:nos primũ.o.abiicimus:&
ſecundũ in.e.noſtrum conuertimus:atq; dicimus dentes:quin & in dictionibus noſtris. Antiqui quoq; Pri-
ſciano teſte amplocti pro amplecti:& animaduorti pro animaduerti dicebant.Item quod nos die quinto:&
die nono:antiquiores teſte Gellio libro.x.noctium atticarum:die quinti & die noni pro aduerbio copulate
dixerunt.M.Cato libro originum:Igitur dictatorem carthaginenſium magiſter equitũ monuit.Mitte me-
cum romam equitatum die quinti:in capitolio tibi cœna cocta ſit.Diuus Auguſtus in epiſtolis uerba ſolen-
nia prætoris ponens inquit:die noni prætor dicit quiritibus compitalia erũt.Die priſtini quoq; eodem mo-
do dicebatur:quod ſignificat die priſtino.i.priore:quod ut ait Gellius uulgo pridie dicitur cóuerſo cópo-
ſitionis ordine: quaſi priſtino die.Atq; idem ſimili figura die craſtini dicebat̃:id erat craſtino die. Similiter
M.Cato in oratione contra Furium die proximi dixit.Sed ut ait Gellius extremá iſtius uocis die quinti ſyl-
labam tum per.e.tum per.i.ſcriptam legi:ut etiam nos ſupra uidimus in littera.e.Nam ueteres indifferen-
ter p̃ficiſtine & præficiſtini:procliue & procliui:atq; alia multa uarieq; dixerũt.Nónunq̃ ex dictionib⁹ græ-
cis.o.cóuertimus in.i.cũ eas latine tráſcribimus:ut προμος primus quo ſæpe uſus fuit Homerus δμωοσ
Dmois.i.ſeruus.Quid quod ubi græci terminát dictiones os:nos plerũq; illud.o.in.u.cómutamus ut νικό
λαοσ Nicolaus:κύροσ Cyrus:κύπροσ cyprus: σπονδεῖοσ ſpondeus:πέλαγοσ pelagus. Excipiunt̃
nónullæ quas non in us ſed in er cómutamus:ut αγροσ ager:μελεάγροσ Meleager: καύστρος cayſter.
nónullæ uero in us & in er:ut μένανδρος menandrus & menander:εύανδροσ euandrus & euander. Vir
gilius in.viii.Rex euandrus ait nó hæc ſolennia nobis.Idem in decimo:pallas euáder in ipis omnia ſunt ocu
lis τεῦκροσ teucrus & teucer. Virgilius in.iii.æneí. Teucrus rhœteas primũ eſt aduectus ad oras. Quin &

unam comperi:quæ apud græcos in ος terminat̃:& ab antiquis noſtris.o. in.i.conuerſum fuit: ut Δμωος Dmois ſeruus:quo nõnulli antiqui comici uſi fuerunt.Nõnunq̃ terminationem ipſam græcam in os poetæ noſtri obſeruarunt:ut Virgilius in primo georgi.Heliadum palmas epiros dixit:& tenedos more græco cũ terminatione in os & non latino in us.Idem in eodem.Et neritos ardua ſaxis.Quid quod in genitiuo terminationẽ græcam idem poeta obſeruauit cum ait libro ſexto:In foribus letum androgeo:ſcilicet more attico:qui eiuſmodi genitiuos in.o.finiunt:ut & ibidem Seruius atteſtatur:Immo & ſuper primũ æneidis regulam poſuit:Quod omnia nomina monoſyllaba græca quæ in latinũ ſermonem tranſeunt tertiæ ſunt tantũ declinationis:& tam latine q̃ græce a nobis declinari poſſunt:ut tros in genitiuo trois & troos: Pan panis & panos.Virgilius in.viii.Parrhaſio dictũ panos de monte licæi.per deriuationem etiam teſte Priſciano:trãſit.o.in.a.ut creo creaui.in.e.ut tutor tutela:bonus bene.per cõpoſitionẽ ſimiliter:ut nominũ habentium o.extremam ſyllabam cum uerbis ſiue participiis tranſit in.i.correptam ut homo homicida.

### DE Littera.P.

Littera muta eſt:& aſpiratione munda:cui tamen aſpiratio in dictionibus græcis poſtponitur ut Phaethon.nonnunq̃ uero pro aſpirata traducimus:ut ſupra in littera.b.uidimus.

### DE Littera.Q.

Littera muta eſt:& propter nihil aliud teſte Priſciano ſcribenda uidetur: niſi ut oſtendatur ſequẽs.u. ante alteram uocalem in eadem ſyllaba poſitum perdere uim litteræ in metro. Quod ſi ideo.q. alia littera eſt exiſtimanda q̃.c.debet.g.quoq; quæ ſimiliter proponitur.u. amittenti uim litteræ alia putari: & alia cum id non facit:dicimus.n.anguis ſicuti quis:& augur ſicuti cur:ſed nos aliam adinuentionis eius cauſam ſupra in initio monſtrauimus:hoc eſt ut pinguior per eam ſonus habeatur:q̃ per ipſum.c.haberi poſſit.Quod ſane terminatio ipſius.q.in.u.& neceſſaria conſequentia alterius.u.poſt illud:& ante alteram uocalem indicare poteſt. Nam nunquã in eadem ſyllaba uocalem poſt.q.ponere poſſumus. Quin inter.q.& uocalem interponamus.u. ut qualis quando:queror pro conqueror:loquitur ſequit̃: loquor ſequor: quoniam & ſimilia ubi ipſum.u.in metro uim litteræ ſemper amittit:ut in ſequentibus cum de.u.littera tractabimus oſtendemus.Sed an eodem modo ſi.u.uocalis ſequat̃ interponi poſſit inter eam uocalem &.q.aliud u.ita ut poſt ipſum.q.in eadem ſyllaba geminari poſſit.u.dubium apud antiquos fuiſſe uidetur. Victorinꝰ Marius dixit geminari poſſe:ut in ipſo quũ:quando aduerbium eſt temporis:& tempus ſignificat:quod cũ geminata.u.ſcribendum eſſe dixit.Papyrianus uero libro.iiii.de orthograghia ſcribit omnino id fieri non poſſe.Ne ſcilicet duæ litteræ eiuſdem in ſe ſoni & uocis tam inuicem q̃ cum terminatione ſoni ipſius.q.collidantur.Nam quaſi ipſum in.u.terminari uidetur:& ſic pluriũ ſonos in unum confundere & coaleſcere cogeremur. Idem Quintilianus libro.i.de inſtitutione oratoria ſentire uidetur:ubi uult:cũ ſi tempus ſignificat per.q.duabus ſolum ſequentibus litteris ſcribendum eſſe:ut quũ primũ:& quũ facerem.Si uero comitem:hoc eſt ſi coniunctio fuerit per.c.ſcribi debet:ut cum Caio cum Lutio.Qua data occaſione errorẽ illũ indoctum puto:ut quũ quando abbreuiatum ſcribimus ex.q.cũ.n. & ſuperiori uirgula iam exaremus. Ita ut indocti tunc quoq; putauerint illud.u.quod ab antiquis poſt.q.cum ſuperiori uirgula ſcribebatur:non u.ſed ex litterarum ſimilitudine.n.prorſus fuiſſe.Et cum idem pene cum quando ſignificet ad alios in conſuetudinem pro quando ſcribendũ induxerint.Sicq; ex Papyriani & Quintiliani ſentẽtia puto:ſi teſte ſcribere uelimus:nunq̃.u.poſt.q.geminandũ ſed ipſum quũ unico.u. ſcribendum eſſe: quin & eodem modo æqus cũ diphthongo & abſq; diphthongo:& reliqus & obliqus & grandiloqus & altiloqus & omnia ſimilia.Vt etiam in antiquis & emendatiſſimis codicibus ſcriptum comperi. Similiter apud antiquos arqus: & coqus ſcribebantur.Quin & in genitiuo aſſumere.i.cum quo.u.cõmode ſtare poteſt:ut Virgilius.iii.æneı. Quam pius arquitenẽs oras & litora circũ Reuinxit:ſimiliter coqui pro coci quod ſane fieri dicimus: quãdo ultima ſyllaba habet.q.Nam alias non accipit.i.ut oqulus cũ.q.apud antiquos pro oculus cum.c.quod in genitiuo faciebat oquli ꝓ oculi.Vnde niſi eandem uim ipſum.q.haberet:quã.c.nunq̃ in principiis infinitiuorũ uel interrogatiuorũ quorundã nominũ poſita per obliquos caſus in illam tranſiret:ut quis:cuius: cui.Vnde Quintiliano teſte antiqui nõnulli ad pingue ſane ſonum quoi cum.q.&.o.poſt.u.& ante.i.ꝓ cui utebantur:ut ab alio qui diſtingueretur.Similiter a uerbis.q.habentibus in quibuſdã participiis in.c. trãſfertur:ut loquor locutus:ſequor ſecutus.At quotidie cum.q. ſequente.u.ante.o. & non cotidie cum.c.idẽ Quintilianus nos ſcribere docuit:eo quod ſit quot diebus:quin & in deriuationibus uerborum Priſciano teſte tranſit.q.in.s.ut torqueo torſi:ſicut &.c.ut parco parſi:tranſit & in.x. ut coquo coxi:ſicut &.c. ut dico dixi:duco duxi.

### DE Littera.R.

Littera ſemiuocalis eſt:& liquida:hoc eſt quæ poſt mutam in eadem ſyllaba poſita præcedentẽ ſyllabã modo longam:modo breuem facit. Lõgã quidẽ ut Virgi.in.iii.æneı.Noctẽ hyemẽq; ferens & inhorruit unda Tenebris.Breuem uero:ut idem in.viii. Defendi tenebris: & dono noctis opacæ. Similiter in latebris penultima naturaliter breuis eſt:& ab eodem producit̃ in.iii.æneı.cũ ait:At ſcyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris.Et idem in multis ſimilibus.Nam produxit Ouidius in heroidibus de Hypermeſtra.pa.ante

trem cũ ait. Iam patrem famuloſq; patris lucemq; timebam. & in eodem uerſu: ante tris corripuit idẽ: Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem: ubi.pa.breuis eſt: & ſimilia. Sane.r.littera non ſolum ſemiuocalis: ſed fere uocalis habita fuit: ex quo dubium reſultauit: an huic præponi aſpiratio uel ſubiungi debeat. Vnde ut ſupra diximus cum æoles ubiq; digamma pro aſpiratione ponerent: & in dictionibus incipientibꝰ ab r.illud in.b.conuerterent: quod tunc quoq; ipſi.r.præponebant: uiſum eſt multis aliquã illi cum uocalibus cognationem eſſe: quibus proprium uidetur aſpirationẽ præponi poſſe. Sed diſconuenientia inſuper uidebatur: quod non aſpirationem: ſed.b.litteram aſpirationis loco præponebant. Veruntamen Priſciano teſte ipſa.r.littera apud græcos multis modis fingitur loco uocalis: ut in declinationibus in ra. & in.a.puram deſinentibus: quæ ſimiliter.a.ſeruant p obliquos caſus: ut ὥρα ὥρασ σοφια σοφιασ: hoc eſt ſicut nominat deſinentia in.a.puram cum apud græcos declinantur ratione uocalis neceſſario præcedentis per omnes caſus ipſam litteram.a.conſeruant: ut ςοφια σοφιας: μαια μαιασ: & reliqua: nõ autem ſi præcedat.a.alia conſonans q̃.r.poſſunt.a.ſimiliter conſeruare: ſed in alias uocales commutãt: μοῦςα μούςης: ϖτήρνα: ϖτήρνησ: ϖέλτα ϖέλτησ: ſed cum.r.cõſeruant ut ωρα ωρας: οὐρα οὐρασ & reliqua: uidetur ipſum.r.uim uocalis habere. Sane in quibuſdam compoſitis conuertitur.r.in.l.ut intelligo pro interlego: pellicio pro perlicio: pellego pro perlego: Plautus in aſinaria: agedum iſtum oſtende quem conſcripſiſti ſyngraphũ inter me & amicam & lenam: leges pellege. nam tu poeta es prorſus ad eam rem unicus. Similiter pelluceo pro perluceo. Idem in eadem: ita pellucet quaſi laterna punica. At polluceo cum.o.in prima aliam cõpoſitionem habet & ſignificationẽ. Nam componitur ex poly dictione græca quæ multũ deſignat: & luceo unũ deuoueo: & dedico ſignificat: quaſi is qui talia facit multum luctat: Plautus in ſticho: ut decimam partem Herculi polluceam. Neuius in colace: Qui decimas partes quantũ alieni fuit pulluxit tibi a publicando epulo Herculi decimas. in ſimplicibus etiam tranſit.r.in.l.ut niger nigellus: umbra umbella. Tranſit etiam in.s.ut arbos pro arbor: odos pro odor. Plautus in captiuis quorũ odos in baſylica nos omnes adegit in forum Colos pro color: teſte ſeruio in ſecundũ georg. Nam ut ait tunc quoq;.r.mutatur in.s.cum longa opus eſt ſyllaba. Verum & nõnunq̃ ſine metri neceſſitate honos ponitur: ut Virg.libro æneï.primo: Hic pietatis honos ſic nos in ſceptra reponis. Quin & eodem Seruio teſte Saluſtius pene ubiq; labos poſuit: quẽ nulla neceſſitas coegit: ſed ut putat melius eſt ſeruire regulæ. Tranſit etiam.r.in duas.s.ut uro uſſi: gero geſſi: in.u.conſonantem: ut tero triui: ſero ſeui: in.n.ut æneus pro æreus.

## DE.S.Littera.

Littera ſemiuocalis eſt: quæ ſi antecedat.m.uel.p.uel.t.in ſimplicibus dictionibus eiuſdem eſt ſyllabæ ut Coſmus: proſper: teſtis. At in compoſitis aliud eſt. Nam aruſpex teſte Quintiliano in primo: Quia pars eius poſterior a ſpectando eſt.s.litteram tertiæ dabimus. Abſthemius uero quia ex abſtinentia themeti cõpoſita uox primæ relinquetur. & ut idem refert Quintilianus: putauerunt multi illa quoq; ſeruanda eſſe diſcrimina: ut ex præpoſitionẽ ſi uerbum ſequeretur pecto: adiecta ſecundæ ſyllabæ.s.littera ſi ſpecto remotæ.s.ſcriberemus: hoc eſt a pecto exſpecto: & a ſpecto expecto. Vnde in lapillo quodam ſardinico: qui erat Laurentii mei uallenſis inſcriptum litteris albis uidi: ex eadem materia utrinq; his duobus uerbis: Pompeius ex uno latere: ex alio exoratus: cum adiectione ipſius.s.ad ſecundam. Quod an rationabiliter fieri poſſit infra cum de.x.littera tractabitur oſtendemus. Quid quod Ciceronis tẽporibus paululũ infra eodẽ Quintiliano referente fere quotiens.s.littera media uocalium longarũ: uel ſubiecta longis eſſet geminabatur: ut cauſſa caſſus: diuiſſiones: quomodo & Ciceronẽ ipſum: & Virgilium quoq; ſcripſiſſe: ut ait manus eorum docent. Nam etiam nunc romæ in ſepulchro Bibuli cauſſa cum duplicato.s.ſcriptum aſpexi. Sed ut idem pergit Quintilianus: qui paululum ſuperiores etiam illud: quod nos gemina.s.dicimus iuſſi una dixerunt Quid quod eodem teſte.s.in.r.quandoq; cõmutatum fuit: ut Valeſii & Fuſii in ualerios Furioſq; uenerunt Ita arbos: labos: uapos: etiam & clamos ætatis fuerunt. Pomponius uero iuriſconſultus de origine iuris ab Appio claudio proceſſiſſe exiſtimat.r.litteram: ut pro Valeſiis: Valerii eſſent: & pro fuſiis furii: ſed ut hæc littera.s.ab aliquibus nominibus excluſa fuit: Ita & in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit: ut in ſequenti littera uidebimus. Sane Priſciano teſte traducentes græca nomina terminata in as uel in.s.plerũq;.s.abiicimus: cũ ſint primæ declinationis: ut Geta birrhia: Phedria: Chærea: quæ apud græcos in as. ſimiliter poeta: ſophiſta cithariſta: & ſimilia: quæ in ησ deſinunt traducimus. nonnunq̃.s.in.x. αἴασ Aiax: πίστρισ piſtrix: licet piſtrim dixerit Virgilius: & nõ piſtricem. ut in ea dictione uidebimus. Nam in multis ſequimur dores: qui eiuſcemodi dictiones in.x.terminant: ut ὄρνιξ.i.gallina pro ωρνισ. Nonnunq̃ etiam in initio.x.pro.s.ponunt ut ξύμμαχος.i.commilito cum.ξ.pro ſymmachos cum.s. Item ubi attici.συ.cum.σ.dores.τυ.cum τ.ſcribunt. Vnde nos tranſſumpſimus &.te.pro.σε.poſuimus. Rurſus econtrario ubi dotes θάλασσα i.mare cum duplici.s.attici θάλαττα cum duplicato.t.ſcribunt: & ubi illi θρειςςα: quæ a nobis modo cõſimili cũ duplicato.s.threiſſa traducitur: de qua ĩ ea dictõne late uidebimus. Attici cũ duplicato.t.θρειττα deſcribunt: & ubi illi ηςςον.i.minor: hi ηστον ſcribere uoluerunt. Ponitur etiam.s.nonnunquã pro aſpiratione: ut ſupra late uidimus. Quid quod apud uetuſtiſſimos: ut etiam Priſcianus rettulit.s.uim ſuam in metro frequẽter amittit. Virgilius in.xi.æneï. Ponite ſpes ſibi quiſq;. idem in.xii. inter ſe coiiſſe uiros & de-

cernere ferro

cernere ferro. Quid quod tribus cóſonantibus ſequentibus poteſt fieri cómunis ſyllaba quádo in principio
ſequentis ſyllabæ poſt uocalé correptá.s.& muta poſt mutá in eadé ſyllaba liquida ſequit̃. quippe cum.s.in
metro more ueterũ ſubtrahi ſoleat. Horatius in primo ſermonũ: Linquimus inſani ridentes premia ſcribæ.
Tollit̃ etiá penitus.s.a dictione quá ſequit̃ cóiunctio ipſa: ut cũ apoſtropho interrogatiuo: hoc eſt ubi abiicit̃
e. ut uiden: pro uides ne: ſatin pro ſatis ne: uin pro uis ne. Tranſit hæc eadé Priſciano teſte in.m. ut rurſum ꝓ
rurſus. Dimminuo pro diſminuo. Terentius in adelphis: Dimminuet̃ tibi cerebrũ. In.n. ut ſanguis ſanguinis. In.r. ut flos floris: & ſimilia.

DE.T.Littera.

Littera muta eſt: & apud uetuſtiſſimos in aliquibus dictionibus ſcribebat̃: in quibus iá ipſm.s. ſcribit̃
Nam mertare atq; pultare teſte Quintiliano antiqui dicebát: Nos merſare & pulſare dicimus. Quid
quod eodé auctore quædá eſt cognatio.d.litteræ cũ.t. ita ut in uetuſtis operibus ut ait urbis noſtræ & celebribus templis Alexanter legat̃ & Caſſantra.ſ.cũ.t. littera loco cuius nos iam.d. utimur. Vnde econtrario
etiá nonnunq̃.d.pro.t. ut caudex ꝓ cautex dicimus. Virgi. Caudicibus duris: & caudex inde codex pro duro ſedili: ut Iuuenalis ſecunda ſatyra: Horrida quale facit reſidens in codice pellex. Sed ut putamus maior é
cognatio ipſius.t.cũ.s.&.x. q̃ cum.d. eſſe dicat̃. Nam a uerto uerſus magiſq̃ uerdus dicim⁹: & a mitto miſſus: & a concutior cócuſſus. Quid quod ex dictionibus græcis.t.in.s. ſæpe cóuertimus: ná apud illos οστα
cũ.t. ſcribit̃: nos oſſa traducimus. Ité cũ.c. antecedente ipſm.t.in.x. cómutamus: ut pecto pexui: flecto flexui.

DE.V.Littera.

Littera uocalis eſt: & ſæpiſſime in conſonanté tranſit: quá ſane loco.f. digammæ ſurrogauimus. Vnde
a plæriſq; ei idem nomé datũ fuit: quod bigáma ipſum apud æoles habebat: uidelicet uau: loco cuius
ut ſupra diximus Claudius Cæſar aliá figurá ſurrogare uoluit: ſed antiqua præualuit ſcriptura &.u. conſonans loco digammæ eſt: cuius poteſtate conſtat poetas noſtros fere omnes uſos fuiſſe: in quibus illi digáma
ipſo utebant̃: ut latius Priſcianus ipſe pertractauit: cuius dicta quædá quia nónullis obſcuriora forte uident̃
nos clarius explicabimus. Ná ut illi quádoq; digáma ꝓ ſimplici cóſonáte: ut at uenus haud animo nequicq̃
exterrita mater: & nónunq̃ pro duplici accipere uoluerũt: quod in præterito ꝑfecto & pluſq̃ꝑfecto tertiæ
uel quartæ cóiugationis maxime apparere pót: in quibus.i.ante.u. cóſonanté poſita ꝓducit̃: & eadé ſubtracta corripit̃. Vt cupiui cupii cupiuerá cupierá: audiui audii audiuerá audierá. Sed apud doctiſſimos poetarũ ſemper poteſtas.u. ſimplicis cóſonátis præualuit. Ité ut illi nónũq̃ digáma í metro pro uocali breui ſunt
uſi: Ita & noſtri quádoq; ipſm.u. cóſonás ꝓ uocali correpta ſumpſerũt: ut Horatius ſiluæ triſyllabũ ꝓtulit in
epodo hoc uerſu: Niueſq; deducũt Ioué: nũc mare nũc ſyluæ: quod teſte Priſciano dimetrũ eſt Iambicũ cóiunctũ pentimemeri heroicæ.i. dactylicæ: hoc eſt uerſiculus ille: qui etiá archilochius ab inuentore cognominari ſolet: cóſtat ex dimetro iambico: hoc eſt duobus pedibus iambis ſequẽtibus ſpódeo & pyrrichio: q pedes etiá ad archilochiũ iambicũ ſpectare poſſunt: & cóiunctis heroicæ pentimemeri .i. dactylicis pedib⁹: quibus heroicus cóſtat uerſus: qui ſane pedes cũ in quinta ſyllaba diuiſioné patiant̃: pentimemeris heroicæ cognomé metro impendũt: pente.n. quinq; & meris diuiſio uel pars dicit̃. Sed quia ſecundũ moré archilochi
uerſus ille unica abundat ſyllaba catalecticus etiá archilochius nominat̃. Ná niues iambus eſt: qui ex breui
cóſtat & longa: quæ de ſimili modo iambus eſt. At ducũt q tertius eſt pes ſpondeus eſt: & ex duabus conſtat
longis. Iouem pyrichiũ detinet: quia duas cótinet breues. Reſtat nũc mare: nũc ſiluæ: qui cũ duo dactyli eſſe
debeát: neceſſario in quinta ſyllaba diuiſioné accipiũt. Ná nũc mare dactylus eſt: nũc ſiluæ ut dactylus ſit neceſſario ſyllaba ſil diuiſioné patit̃: & ſi abſq;.l. ſumendũ eſt: quare cũ.l.ad.u. cóiungédũ ſit neceſſario.u. uocalis efficit̃ & breuis ante uocalé.a. quæ eſt in diphthongo.a. qua ipſm.a. abiicit̃. Vnde catalectici cognominant̃: & ſic duo fiunt dactyli.e. remanẽte: nec aliter fieri potuiſſet. Similiter Catullus ueronenſis uerſiculũ illum: Et zoná ſoluit diu ligatá inter hendecaſyllabos phaleucios poſuit: hoc eſt inter uerſiculos undecim ſyllabaꝝ a Phaleuco auctore cognominatos q quinq; pedib⁹ conſtát: & niſi ſoluit triſyllabũ ſit: uerſus ſtare nó
poſſet. Sed quoq; id in deriuatiuis & cópoſitis manifeſtius inſpicit̃: ut uoluo uolutus: ſoluo ſolutus: auis auceps: auſpiciũ: lauo lotus: faueo fautus: caueo cautus. Sic etiá cótra.a. uocali tráſit in cóſonanté: ut nauta nauita: gaudeo gauiſus. Rurſus & æoles in metro digáma ipſm quádoq; ꝓ nihilo aſſumebát: ſic & noſtri quoq;
u. cóſonans nónunq̃ pro nihilo aſſumere uoluerũt: & maxime uetuſtiſſimi comicoꝝ: ut Terétius in andria:
Sine inuidia laudé inuenies: & amicos pares. Eſt eni trimetrũ iambicũ: in cuius primo pede niſi .u. ꝓ nihilo
habeat̃: ita ut fiat tribrachus: ſtare uerſus nó pót. Ná ſex pedibus cóſtat: quoꝝ primus eſt: ſininui ubi.u. abiicit̃: & triũ breuiũ pes conficit̃. Secundus eſt dia q dicit̃ iambus. Tertius eſt laudin q eſt ſpondeus. Inſup & uenias ſequit̃ q eſt anapeſtus: & quartũ pedé facit. Quintus é etami: q ſimiliter eſt anapeſtus. Deinde ſequit̃ ſextus q eſt coſpares: & eſt amphimacrus: hic pes nunq̃ cóſueuit eſſe huiuſmodi trimetris: ſed hic uerſus dicit̃
trimetrus hypercatalecticus. Verum & apud noſtros ex alio capite amittit .u. uim litteræ in metro ſcilicet
quum poſt .q. ipſum.u. ponitur alia uocali ſequente: ut in mille exemplis proſpici libet. Nam tunc quoq;
teſte Sergio ſuper Donatũ: Nec conſonans é ipſm.u. quod loco digámæ poni conſueuit: nec uocalis eé pót.
Nó quidé conſonás: qa ut ſupra uidimus poſt cóſonanté in eadé ſyllaba poni nó pót: ideo æoles commutabát

digamma in.b.& præponebant dictionibus incipientibus ab.r.Non etiā uocalis quia poſt ſe in eadē ſyllaba
aliā uocalē habet:cuius merito cōſueuit ſemp fieri cōſonās:& uocalis ſonū amittere.Hoc idē etiam plærūq;
patit' inter.g.& aliquā uocalē ut ſanguis lingua.Ideq; ſæpe fieri cōſpeximus.s.antecedēte ipm.u.& ſequēte
a.uel.e.ſuadeo ſuauis ſueſco ſuetus. Vtebant' etiā ut diximus æoles ipo digāma ubiq; loco aſpiratiōis effu-
giētes ſpiritus aſperitatē. Quos in multis quoq; nos ſequimur:non aūt in omnibus. Nā ut illi Fέστισ:nos
ueſtis dicimus:ubi Fεσπέρα nos ueſpera:ubi Fισ nos uis.Item & hiatus cauſa illi quoq; interponere ſole-
bant digamma ut in tripode uetuſtiſſimo Apollinis q ſtat in cerolopho bizantii ſic ſcriptū annotauit Priſci-
anus Δεμοφαϝων λάφων.Et nos quoq; hiatus cauſa interponimus.u.loco digammæ.F.ut clauus argiu⁹
pauo ouum ouis bouis.poſt hæc aūt cū dictiones græcas trāſferimus:ponimus.u.noſtrū plærūq; ꝓ ου diph
thongo ut muſa pro μοῦσα.Nōnunq; ꝓ.o.correpta ut Cyrus,ꝑ κῦροσ:cyprus pro κύπροσ: pelag⁹ pro
πέλαγοσ:quēadmodū ſupra uidimus quū de.o.littera tractuimus.Quādoq; ꝓ.o.producto quod illi.ω.
mega.i.magnū uocāt ut fur pro φωρ.Quin ecōtratio nōnunq;.o.pro ου diphthōgo ponimus:ut bos cum
ſolo.o.dicimus:pro eo quod βουσ cū ου diphthongo ab illis ſcribit'.Nōnunq; uero ponimus.u.ubi illi.y.
græcū ſcribūt:ut infra cū de illo tractabimus late dicemus.Quid quod traducētes dictiones græcas inter.c.
&.l.uel .c.&.m.ipm.u.quandoq; iterponimus: ut ηράκλισ hercules: ἀσκληπιοσ Aeſculapius : ἀλκμη
νη ſecūdū antiquoꝝ ſcripturā Priſciano teſte Alcumena ſcribebat':quin & ἀλκμηνον Alcumenon.fuit etiā
u.in qbuſdā alias uocales ab auctoribus noſtris aliquādo cōmutatū: & ꝑ deriuatiōes quotidie cōmutamus
in.a.ut ueredus ueridarius:in.e.ut pondus pōderis:deierat ꝓ deiurat :peierat pro peiurat . Quin & antiq
teſte Papyriano augar ꝓ augur:augeratus ꝓ auguratus dicebāt.Similiter in his quæ a tertia cōiugatiōe na-
ſcunt' quotieſcūq;.n.&.d.ipm.e.ſequebāt':loco.e.ipm.u.ſcriptitare ſolebāt:ut faciundū ꝓ faciēdū:legundū
ꝓ legēdū:dicūdū ꝓ dicendū:uertundū ꝓ uertendū. In.i.correptā ꝑ cōpoſitionē ſcilicet nominū habētiū ul
timā ſyllabā deſinentē in.u.cū uerbis ſiue participiis ut cornu corniger:& cornicē:arcus arcitenēs:fatū fati-
dicus:aurū aurifex:luctus luctificus:fluctus fluctiuag⁹: opus opifex:etiā ꝑ diuiſionē:ut curr⁹ uel curſus cur
riculus uel curriculū.Nā a curru per diuiſionē deſcēdūt:ut Iuuenalis in ſatyra quæ incipit Plurima ſūt fu-
ſcine inquit:Nā ſiqs magni cenſus præcepit amorē:Et leuo monitu pueros ꝓducit auaros: Dat libertatē &
totas effundit habebit:Curriculo quē ſi reuoces ſubſiſtere neſcit. Vbi curriculū a curru & trāſlatione ſua di
minuit.Similiter Curtius libro octauo de geſtis Alexādri inquit:alioꝝ turbati equi nō in uoragines mō la-
cunaſq;:ſed etiā in amnē præcipitauere curricula.Eſt etiā curriculus curſus:ut Varro in epiſtola ad Iuliū Cæ
ſarē atteſtat':& Plaut⁹ ſimiliter cū ait in epidico:Nā ut apud portū te cōſpexi curriculo occœpi ſequi uix adi
piſcēdi poteſtas modo fuit.Quin & ſignat tps ipm teſte Seruio ſuper.viii.æneī.ubi ait Virgilius: Curriculo
expulerat ſomnū cū fœmina primū.Significat etiā locū ubi currit'.Quid quod.u.in.i.quibuſdā in dictioni-
bus a.C.Cæſare traductū fuit.Nā ut ait Quintilian⁹ libro primo: optimus & maximus ut mediā.i.litteram
quæ ueteribus.u.fuerat acciperēt.C.primū Cæſaris inſcriptione traducit' factum.ſcribebant etiam antiqui
teſte Priſciano carnufex cum.u.pro carnifex:& lubens pro libens:peſſumus pro peſſimus.

DE.X.Littera.

Littera ſemiuocalis eſt:quā ex græcis accœpimus:& multa cōmoditate in dictionibus noſtris habemus
Nā duplex eſt:& pro qua modo.cſ.modo.gſ.modo duplicato.ſſ.ut dixit Plinius primitus utebamur
ut apecſ cū.cs.pro apex cū.x. quod genitiuus etiā indicat:in quo apicis dicimus.Similiter gregſ. prius cum
gſ.dicebamus:ubi nūc grex cū.x.dicimus:quod genitiuus indicat gregis. eodem modo Vlyſſes cū duplici
ſſ.ubi nūc ulixes cū.x.ſcribimus:quā litteraturā cū duplicato.ſſ.græci etiā obſeruant dicentes ὀδυσσεῦς:
unde quod apud dores διςσα:quod eſt bina cū gemino.ſſ.ſcribit':ſæpe ab Homero διξα cū.x.ponit'.Ve-
rū græci ſequēte.ſ.nūq;.x.præponūt: ſed illā in.κ.quæ ſimplex eſt cōuertūt: ut pro εξ & στάσις nō ἔξστα
σις:ſed ἔκστασις cū.κ.ſcribūt.Cuius hæc ratio uidet' quia.s.geminari aliqua cōſonāte antecedēte mini-
me poteſt.At.x.cū loco.c.&.s.uel.g.&.s.uel gemini.ſ.fungat'.Si illā in eadē dictione.ſ.ſequeret':cōtingeret
illā poſt.c.uel.g.uel.s.geminari:quod fieri nō poteſt.Quæ ſane ratio adeo cōcludere uidet':ut nullo pacto
s.poſt.x.etiā in ſcriptura noſtra ſcribere debeamus.Quod teſte Quintiliano libro.ix.de inſtitutione orato-
ria repræhendit Iurani⁹: Meſſala i libro de.s.littera defendit:Ita ut nō recta illoꝝ dici poſſit ſcriptura: quā
ſupra cū de littera.s.tractaret' recenſuimus:ubi dicebāt a pecto exſpecto cū.s.poſt.x.ſcribendū eē uel exſora
tus ut alii.Quod ſi liceret licebat etiā poſt.bs.uel.ps.quas loco.ψ. duplicis accipim⁹ addere.s.ita ut dicere
mus obſſiſſus uel abſſpectus cū duplici.s.poſt.b.quod minime licet.Nec etiā more græcoꝝ.x.in.c. ſequēte
s.cōuertimus:ſed teſte Priſciano.x.ſolā abſq;.s.apponimus.Ita ut quotienſcūq; ex præpoſitio cōpoſita præ
ponit' dictionibus incipientibus a uocalibus uel ab his quattuor conſonantibus:hoc eſt.c.p.τ.s.ipa integra
manet.Sed ex his quattuor cōſonantibus ſola.s.abiicit':ut exaro:exeo:exigo:exoleo:exuro:excutio: explo
do:extraho:exequor:expecto:exequiæ:expes.Sed dubium de exſicco:& de exſibilo reſtat:quæ abſq;.s. nō
poſſe ſcribi uidentur:ut ait Papyrianus:quare & cætera ſimili modo potuiſſe ſcribi apparet.Vnde antiquo
rum forte cōſuetudo magis in his q̄ grāmticorū ratio ſectāda erit.Trāſit.x.teſte Priſciano per deriuationē
in.u.conſonantē ut nix niuis.In.ct.ut nox noctis.ſubdit etiam loco aſpirationis:ut ueho uexi thraho traxi.

De.y.Littera.

Littera uocalis eſt anceps & liquida:hoc eſt quæ facile modo produci modo corripi poteſt.Hanc in ſo
lis dictionibus græcis:& eo loco quo illi ſcribunt:& nos ſcribere debemus.Nec in ullis latinis ponere
prorſus debemus:quia ob id tantũ ſuſcæpimus:ut propriã dictionũ græcarum ſcripturam:quas ab illis ac-
cæpimus:in tranſcribendo ſeruaremus.Nam cum pro latinis dictionibus.i.noſtrum habeamus:græcas litte
ras intermiſcere non debemus. Sane ueteres noſtros illam tranſcribendo in pluribus dictionibus mutaſſe:
ac pro illa.u.quoq; nõnunq̃ uero.o.poſuiſſe cõperio:ut δύο duo:μυσ mus:συσ ſus:& inde diminutiuũ
ſucula:κυβέρνητησ gubernator:κύμινοσ cuminus uel cuminum:κυπαρίσσος cupreſſus:κύμη cumæ
quod urbis eſt nomen:ut in dictionibus uidebimus:μυραίνα murena:quod piſcis eſt nomẽ:μύλλος mul
lus nomen eſt piſcis:ut Iuuenalis:Mullũ ſex milibus emit:θύννοσ thunnus ſimiliter eſt piſcis:στυππεία
ſtuppa:πορφύρα purpura:τύμβα tũba:φυγή fuga:φυκοσ phucus:βότρυς botr⁹:γόνυ genu:σάμβυ
κα ſambuca genus eſt inſtrumenti muſici ζυγός iugũ:σύλλας ſulla:& plura alia quæ ſimili modo.y.græ
cum in.u.noſtrum conuertunt.Nam ſullam quẽ iam dicimus ſyllam in antiquis codicibus & emẽdatiſſimis
cũ.u.ſcriptum:& nos ipſi ſæpiſſime aſpeximus:& a doctiſſimis uiris noſtræ ætatis & conterraneis meis Leo-
nardo & Caralo Arretinis:ſic antiquos ſcriptitaſſe cõfirmari audiui.Vnde uidemur ſecuti æoles qui ipſum
y.græcũ ſono ipſius.u.ſoliti erant ſæpiſſime pronuntiare.Itaq; ſi eorum poetæ nõnunq̃ ipſi.y.græco aſcri-
bebant.o.non id quoq; factitabant:ut diphthongum facerent:queadmodum ex diligentiſſimorũ gramma
ticorũ teſtimonio comperimus:quia illã corripiebant:ſed ut per id quoq; expreſſius declararent:apud eos
ipſum.y.græcum ſono ipſius.u.efferendum eſſe:ut in eo Callimachi uerſu καλλιχόρου χθωνοσ καὶ συ
ρείας θυγάτηρ. Cõuertim⁹ etiã nõnuq̃.y.græcũ in.o.noſtrum:ut νυξ nox:ἄγκυρα ancora:μυλος mo
la:στύραξ ſtorax cum.t.exili & alia nõnulla ſimiliter:quorum rationem reddere præter litterarum ſimilitu
dinem & figurarũ ſeu linguarũ conſuetudinem difficile eſſet.

De.z.littera.

Littera muta eſt:quã ſimiliter pro dictionibus græcis accæpimus:pro qua primitus nõnunq̃ ſimplex
ſ.ut ſaguntum pro ζάκυνθοσ:ſethus pro zethus:quãdoq; uero duplicatũ ſcribebamus:ut maſſa pro
μάζα:Patriſſo pro πατρίζω:pytyſſo pro πυτίζω:quandoq; autẽ pro illa.d.ipſum ponebamus:ut odor
ab ὄζειν:Medentius pro Mezentius teſte Priſciano.

Hæc littera a Claudio Cæſare cõperta antiſigma nominata eſt:quia unum ſigma & alterum inuerſum
atq; oppoſitũ detinet:uoluitq; illã locũ ei⁹ litteræ detinere:quæ apud græcos.ψ.ſcribit̃ & apud nos
per.pſ.uel.bſ.traducitur. Quãuis teſte Priſciano multo molliorem uolubilioremq; ſonitum.ψ.habeat q̃
ps uel bs.Nam ſic quoq; ante illius inuentionem græci pro ea litteras illas perſcribebant.Qua de re licet re
cte ipſi Claudio uiſum fuiſſe dicatur nouam ſcilicet formam ſub eadem poteſtate comperire. Nulli tamen
auſi ſunt antiquã ſcripturam mutare.Verum Papytiano teſte & nõnullis aliis quãto expeditior eſt.ψ.q̃ ps
tanto ps q̃ bs eſſe uidetur:ideoq; dictiones græcas per.ψ.ſcriptas:quandoq; quidem in ps transferimus.ut
pſalmus pſitacus pſeudolus terpſichore æthiops.nõnunq̃ uero in bs:ut ἄψυρτος abſyrtus:αραψ arabs.
Sane ps uel bs nunq̃ in eadẽ ſyllaba coniungitur in fine nominatiui:niſi cuius genitiuus in pis uel in bis de
ſinit ut Pelops pelopis:æthiops æthiopis:arabs arabis.Quod nõ ſolum in græcis quoq; ſed etiam in latinis
quoq; obſeruamus:ut ſtirps ſtirpis:princeps principis:urbs urbis:cælebs cælibis.

De ordinatione litterarũ inuicem tam uocalium q̃ conſonantium.Et primo de ordine uocalium.

Vm ergo de litteris & eorum nominibus figuriſq; & poteſtate ex ſententia clariſſimorum ui
rorum diſſeruerimus:Reſtat iam de earundem ordinatione in ſyllaba deinceps pertractare:
& a uocalibus incipientibus hæc primũ annotãda uidentur.Quod uocalis unica nõ niſi abu-
ſiue ſyllaba dici poteſt:hoc ex ui nominis ſyllabæ clariſſime apparere poteſt.Nam ſyllaba di
ctio græca eſt a συμβάλλω uerbo quod eſt compræhendo deducta.Vnde & ſyllaba ipſa cõ
præhenſio dici poteſt:quæ non niſi ex pluribus:hoc eſt ad minus ex duobus recte fieri ualet.Sed quia com-
muniter ſyllaba pro uoce litterali accipitur:quæ ſub uno accentu & uno ſpiritu indiſtanter profertur:con-
ſueuimus etiam uocales ſingulas pro ſingulis ſyllabis accipere.itaq; ab una littera incipiens ſyllaba:non ul
tra ſex litteras progredi poteſt:ut a ab arx mars ſtans ſtirps.

Tres uocales in eadem ſyllaba locari non poſſunt.

Vnq̃ etiam tres uocales in eadem ſyllaba recte locari poſſunt.Nam.u.&.i.non aliter diphthongis cõ
iunguntur:niſi loco conſonantium apponantur:uel ipſum.u.uim litteræ amittat.

Duæ uocales in diphthonguʒ coniunctæ ponuntur in eadem ſyllaba.

T duæ uocales cum diphthongum conficiunt unicam:iam tunc ſyllabam efficere ualent ut Aeneas:
Cæſar:mœnia:œnophorum:audio:gaudeo:Eugeneus:Perſeus.

Quibus diphthongis utuntur latini & græci:& quas ex græcis traduximus.

Vattuor igitur in latina elegantia diphthongorũ genera habemus.æ.œ.au.eu. De quibus in ſequẽtibus in dictione diphthongus uidebimus. Sed duodecim in græca comperiuntur. Ex quibus cum tantũmodo octo nos in ſcripturam noſtram traducamus: uidelicet.αι.αυ.ευ.ει.οι.ου.υι.ωι. de his tantũmodo & per quas litteras ad nos tranſferuntur uidendum erit. Nam principaliter ut promiſimus de orthographia dictionũ græcarum quæ latine ſcribuntur tractaturi ſumus. At reliquas eorum diphthongos: quæ ad nos minime ſpectant prætermittemus.

De.αι.diphthongo.

Rima igitur diphthongus fit ex.α.cum.ι.in qua utraq; uocalis ſonum ſuum perdit: & ſimplicis.e.ſonum ſuſcipit: in ſcripto uero nullo modo ſimplex.e.pro.αι. diphthongo ab illis ſcribi poteſt: Nec econtrario diphthongus pro ſimplici.e.at cum huiuſmodi dictiones in quibus illa diphthongus ſcripta fuerit a nobis tranſcribuntur: ſemper loco illius noſtram.æ. diphthongum apponimus: ut αινέιας Aeneas. μέγαιρα Megæra. Nõnunq̃ uero illã diuidimus in.α.& in.ι.& tũc quoq; ipſum.ι. quandoq; quidem pro duplici conſonante accipitur: ut αιας Aiax: μαία Maia. quandoq; uero uocalis remanet: ut ναίς nais. Virgilius in Alexi: Tibi candida nais & Ouidius: Nais ab his tacuit. Sed hæc quoq; dictio diuerſimode in plurali numero a poetis noſtris obſeruata legitur. Nam cum naiades ſcribamus: nonnunq̃ ſecundã producimus: quandoq; uero corripimus. Namq; produxit illam Virgi. in Sileno cum dixit: Aegle naidum pulcherrima. Corripuit uero Ouidius libro metamorphoſeos.iiii.cum ait: Mercurio puerum diua cythereide natum: Naiades idæis enutriuere ſub antris. Nec hæc ſolum noſtri obſeruauere poetæ: ſed quãdoq; diphthõgum illam diuidentes pro uera diphthongo.æ.poſuerunt. ut aulai pro aulæ. pictai pro pictæ. Virgilius libro æneidos.iii. Aulai in medio libabant pocula bacchi. Idem libro.viii. Diues equũ: diues pictai uectis & auri. Quid q̄ nõnunq̃ diphthongum ipſam totam in.o.ſimplex traductam comperim⁹: ut οἴτης Oeta: & ſiquid ſimile comperitur: ubi.αι.diphthongus in ſimplex.ο. &.η.in.e.noſtrum conuerſa fuerunt. Nam nullo pacto poteſt ibidem eſſe.œ.diphthongus: ſed diuiſum tantumodo illa proferri conuenit. ut Ouidius: non ſenis œtæ regia lemnos erat. Tranſit quandoq; hæc diphthongus per deriuationes & cõpoſitiones in.i.productam: quæro inquiro exquiro. Quamuis exquære Plautus dixit in aulularia: ut intro exquære ſit ne ita ut ego prædico. Similiter lædo illido: cædo & occido.

De.αυ.diphthongo.

Ecunda diphthongus fit ex.α.&.υ.pſilon ſic.αυ.quã græci ſub uno accentu & unica ſyllaba ꝓferunt tali ſcilicet ſono: ac ſi aue proferatur ablata.e. Quã cum in dictionibus græcis ad noſtras traducimus conuertimus in.au.diphthongum noſtram: ut ἀυγούστινοσ Auguſtinus: ἀυλή aula: αυρα aura: ſed aliquando quidem a noſtris diuiditur: ut ναυσ nauis: ubi nulla eſt diphthongus: ſed.y.pſilon in.u.conſonãs eſt conuerſa. Quod nos quoq; in dictionibus noſtris quandoq; obſeruamus: ut gaudeo cuius prima diphthongum habet: in gauiſus diuiditur: & fit.u.conſonans. Econtrario etiam contingit.u.conſonans in diphthongum reuerti: & hoc per abiectionem uocalis ſequentis ipſum.u.ut lauor lautus: faueo fautor: auis auceps: ut etiam ſupra uidimus cum de.u.littera tractaremus. Tranſit nõnunq̃ diphthõgus ipſa.au.more antiquo in.o.productam: ut lotus pro lautus: ploſtrum pro plauſtrũ: cotex pro cautex. quandoq; in.o.correptam ut loretum pro lauretum: orichalcum pro aurichalcum. Virgilius in.xii. Ipſe de hinc auro ſqualentũ alboq; orichalco. & Hora. in arte poe. Tibia non ut nunc orichalco iuncta tubæq;. Nam ut ait Feſtus in dictione orata: aurum ruſtici orum dicebant: auriculas oriculas. Vnde & orichalcum pro aurichalco: de quo in ſua dictione late uidebimus: poſia pro pauſia. Nam a Virgi. pauſia dicitur cum ait libro georgi.ii. Orchites & radii & amara pauſia baca. Plinius uero libro.xv.naturalis hiſtoriæ: Tria inquit ſunt oleæ genera orchites radii & poſiæ. Verum econtrario antiqui quandoq; Priſciano auctore.au.diphthongum pro.o. ponebant: ut auſtrum pro oſtrum auſculum pro oſculum. Item teſte Seruio in primũ geor. caudex pro codex ſaurex pro ſorex: caules pro coles: caures pro corus.

De.ευ.diphthongo.

Ertia diphthongus apud illos fit ex.ε.cum.υ.pſilon: ſic. ευ.quæ ſub uno accentu & una ſyllaba quẽadmodum alia quæq; ab illis profertur: ueluti ſi proferatur eua ablato.a.& hæc quoq; cum in dictionibus græcis ad noſtros tranſfertur: per.eu.noſtram diphthongum ſcribitur: ut ἐυγένιοσ Eugenius: ἐυαγγέλιον euangelium. & uniuerſaliter ubicũq; maiores noſtri has duas diphthongos in dictionibus græcis compererunt.ſ.αυ.&.ευ.fere ſemper loco.υ.pſilon.u.latinum poſuerunt. Ex quo certum haberi poteſt: illud.u.apud illos in ſuis diphthongis ſonum ſuum deperdidiſſe: cum neq; ſit.u.neq; ut.u.noſtrum ab illis: ſed uti.i.ꝓferat᷑. Quãq̃ antiqui æoles a quibus noſtra grãmatica ut plurimũ deducta fuit: ſono ipſius.u.ſæpe ipſum.υ.ꝓferebant: ut ſupra uidimus. Verũ & nõnunq̃ ex ipſa diphthongo. ευ.cũ ad litteraturam noſtram traducimus: litteram unam abiicimus: & alteram retinemus: uel ut alii dicunt tota diphthongus in alteram litterarũ conuertitur: quod ad idem tendit. Et abiicimus quandoq; quidem.υ.& retinemus.ε.productam: ut ἀχιλλευσ Achilles: ὀδυσσευσ Vlixes: περσεύς Perſes: quãq̃ etiam Perſeus a noſtris dicatur. Quandoq; uero abiicimus.ε.& retinemus.ι.quod in.u.noſtram productã ſimiliter cõuertimus: ut φεύγω

fugio:φευγὴ fuga:de qua dictione cum.f.ſcripta in ſequentibus fiet ſermo.

De.ει.diphthongo.

Varta diphthõgus fit ex.ε.cum.ι.ſic.ει.in qua.ε.ſonum ſuum perdit:& diphthõgus tota uoce ipſius i.ſimplicis profertur.Nõ tamẽ eius loco.i.ſimplex ab illis ſcribi poteſt.At cum apud nos transfertur: non poteſt in aliam diphthongum ſibi correſpondentem conuerti:quá non habemus. Sed aliquando quidem illam in.i.ſimplex transferimus:ut νεῖλος nilus:πλειάδες pliades: ubi abiicimus.e.& retinemus .i. Virgi.libro primo æneí.Arcturum pliadeſq; hyades geminoſq; triones:ubi non ſolum abiecit.e. ut diximꝰ ſed ipſum.i.ac ſi fuiſſet in dictionibus latinis ante uocalem corripuit . Aliquando uero diphthongũ ipſam in ſimplex.e.ſemper productam conuertimus:ut χορεῖα chorea:σπονδεῖος ſpondeus:uerũ & aliquádo eadem diphthongus apud nos cũ transfertur diuiditur:& ambæ litteræ diuiſæ a nobis proferuntur:ut in ea dictione:quá diximus tranſtulerunt:ut plurimũ noſtri poetæ pleiades. In qua diphthongus ipſa diuiditur: &.i.ſimplex conſonans efficitur:quáobrem in hac ipſa diphthongi diuiſione ſemper primam producimus Secundam uero quandoq; quidem corripimus.& tuncq; quoq; ſemper primá more græcorũ accentum ſeruamus.ut Virgilius libro georg.primo:Pleiadeſq; hyades: claramq; licaonis arcton. ſimiliter Ouidius libro.iiii.faſtorum:Pleiades incipient humeros releuare paternos.Nanq; non poteſt ſcribi pliades cum ſolo i.quia tunc quoq; prima illius breui exiſtente carmen claudicaret:ut libro primo æneí.Virgilius ipſe obſeruauit primá corripiens:ut proxime oſtendimus.Non eni in omnibus non propriis eandem uno loco longá & alio breuem ponimus.Quandoq; uero ſecundam eius dictionis ſyllabam ſecundũ aliquos etiam producimus:& in illam accentum transferimus:ut Propertius ad Cinthiam:Non hæc pleiades faciunt:neq; aquoſus orion.Lucanus libro ſexto:Pleiadũq; ſoror genitrix mea:maximus atlas Eſt auus.ſecundũ alios uero fit diæreſis:hoc eſt diuiſio diphthongi græci:& remanet.i.uocalis ac breuis una cum a uocali ſequẽte ita ut ſit ibi dactylus & accentus ſuper prima remaneat.præter hæc autem diphthongus ipſa.ει.nonnunq̃ a noſtris græco more deſcribitur:ut a Virgilio in Pollione dum ait:Orphei colliopea lino formoſus apollo. Et in ſileno:Caucaſeaſq; refert uolucres:furtumq; promethei.Idem libro primo æneí.Iam ualidam ilionei nauem iam fortis achatæ.in quibus . ει.pro unica ſyllaba & unica diphthongo appoſuit . Vt teſtis eſt Macrobius libro ſaturnalium:& metrorum ſcanſio indicat:quæ diuiſis litteris fieri non poſſet.Immo quod plus eſt cõperimus uetuſtiſſimos noſtros ſemper pro.i.longo diphthongũ hanc ſcriptitaſſe. Vnde id quoq; Lucilium præcæpiſſe rettulit Quintilianus cum ait:Iam pueri uenere e poſtremũ facito atq;.i.ut puerei plures faciant ac deinceps idem mendaci furiq; addes e cum clari furei iuſſeris.Quid quod apud ariminũ in triũphali arcu:qui iam pro porta urbis habetur ſcriptuꝫ antiquiſſimus litteris adhuc aſpicere licet.CELEBERRIMEIS ITALIAE VIEIS pro celeberrimis italiæ uiis.Et non longe ab urbe roma in loco quẽ aureliam iam uocant ſcriptum aſpexi:Sibi Sueis pro ſuis. Vnde etiam Priſciano teſte libro octauo ſcribebant antiquiſſimi: uolo ueis:cũ diphthongo.ει.in ſecunda perſona pro eo quod dicimus uis:ubi diphthongum in.i.longam cõmutauimus.Quare illorum obſeruantiam ſuperuacuam dixit Quintilianus in primo:quia.i.tam longæ q̃ breuis naturam habet:tum ut ait incommodum aliquando.

De.οι.diphthongo.

Vinta diphthongus fit ex.o.cum.ι.ſic.οι.in qua.o.ſonum ſuũ omnino apud illos perdit:& profertur ſolum ut.i.noſtrum:pro ipſo tamen ſcribi ab illis non poteſt:nec ecõtrario. Quam utiq; diphthongũ cum nos ex dictionibus græcis in latinum ſermonẽ tranſcribimus:in eam conuertimus diphthongũ: quam per.œ.ſcribere conſueuimus.nam.o.remanente.i.in.e.cõuertimus:& fit.œ.diphthõgus:ut φοῖβος Phœbus:οἶστρος œſtrum.Virgilius libro georgi.primo:Cui nomen aſilo romanũ eſt œſtrum grai uertere uocantes:οἰνόφορος œnophorum.Iuuenalis:Tandem illa uenit rubicundula totum œnophorum ſitiens.aliquando uero remanentibus eiſdem litteris illá nos diuidimus:ut Τροῖα troia:εὔβοια euboia:ubi.i.duplicis cõſonátis uim obtinet. Aliquádo aũt totá diphthongũ ĩ ſimplex.o.cõuertimꝰ:ut ποίημα poema:ποιητής poeta.Ná diphthongus tota in.o.transfert̃:& illud.η.quod diphthongũ ſequit̃:in.e.noſtrũ cõmutat̃. Quandoq; uero & ipſam diphthongũ in ſimplex.u. noſtrũ cõuertimus:ut φοινικος punicus.

De.ου.diphthongo.

Exta diphthongus fit ex.o.cũ.υ.pſilon ſic.ου.ubi utraq; uocalis ſonũ ſuũ perdit:& ſonũ latini.u.ſimpliciter aſſumit:quando ſcilicet.u.noſtrum uocale eſt.cum ergo illam traducimus in.u.latinũ cõuertimus. Verum ut oſtendit Seruius in.x.æneí.Conſueuerunt antiqui noſtri illam in.œ.diphthongũ tráſferre ut & diphthongũ nos haberemus ubi illi habebant.Nec græca modo ſed plæraq; ex noſtris: quæ nos p .u. ſcribimus:antiqui p.œ.diphthongũ ſcriptitabát:ut mœrus pro murus:quod obſeruaſſe Virgilius in præfato libro.x.teſtat̃ idẽ Seruiꝰ cũ ait:Quin intrant portas atq; ipſis prœlia miſcent Aggeribus mœrorũ:p murorũ:ubi primá cũ.œ.diphthongo ſcriptam dixit.Similiter mœnia cũ.œ.diphthongo pro munia ſcribi aſſeruit:pœnio pro punio:quod eodem teſte a pœna uenit:hinc & pœnica regna uides:de quibus in particularibus dictionibus latinis uidebimus.

De.υι.diphthongo.

Eptima diphthondus fit ex.υ.pſilon &.ι.paruo coniunctis inuicem hoc modo.υι.quæ unius.i.longi ſonum ſeruat:quã apud latinos in ipſis dictionibus græcis: quas latine tranſcribũt ſic prorſus ut iacet apud græcos obſeruatam comperimus:& nos ſimili modo obſeruare debemus:ut ἁρπυῖα harpyia. Virg. libro.iii.æneí.ſic obſeruaſſe depræhenditur ex antiquis & emendatiſſimis codicibus:ac Macrobio teſte ubi ait:Quas dira celeno:Harpyiæq; colunt aliæ.Idẽ libro georgi.iiii.Atq; getæ atq; hebrus ac attias orithyia: ſic.n.græce ſcribitur ὀρείθυια:ſimiliter cynomyia: & alia q̃plura.Nam ſimili modo ſcribunt noſtri dii &.ii. per geminum.i.& p er unũ proferunt.

De diphthongo.ωι.

Ctaua & ultima diphthongus ex his quas in latinũ traducimus ea eſt: quã illi ex.ω.magno &.ι.paruo conficiunt:ſed diuerſimode ab antiquis & moderníoribus conſcriptã. Nam antiqui quidem ipſm paruũ.i.ad latus ipſius.ω.magni ſemper conſcribebant hoc modo uidelicet.ωι.ut in codicibus illorũ antiquis quotidie legimus.At alii,moderniores non ad latus:ſed ſub ipſo.ω.ſubſcribere cœperunt ſic uidelicet ῳ.Quod ex librariorum imperitiæ primitus proueniſſe exiſtimo:qui cum uoce ipſius.ω.magni tota diphthongus proferri habeat.Ita ut ipſum.i. paruum penitus ſonũ ſuum perdat: inconſider ate ſolum.ω. hoc eſt non etiam ad latus ipſum.i.paruũ applicando conſcribebant:ut ſimili modo in ſcripturis noſtris frequẽtiſſime contingit:in quibus ubi ſcribi debuiſſet.æ.diphthongus ipſum ſolum.e.ex imperitia deſcriptũ cõperimus.Quod docti deinde græcorum grãmatici eiuſmodi iam male ſcriptos codices emendantes:ipſum i.paruũ quod ad latus eſſe debuerat ſcribebant.Quod ſane ex illo etiam perpenditur.quia ab inſciis noſtri temporis librariis in nouis illorum codicibus omiſſum illud.i.paruũ penitus depræhendimus. Cum igitur hanc diphthongum in latinũ conuertimus in noſtram.œ.diphthongum ut maiores noſtri ſemper obſeruauerũt:& nos trãſferre debem⁹:uidelicet remanẽte.ω.quod in.o.noſtrũ cõuertim⁹: & ipſm.i.paruũ i.e.trãſmutamus:quemadmodũ & in alia illorũ diphthõgo uidelicet.οι.ſupra diximus obſeruãdũ: ut τραγῳδία tragœdia:κωμῳδία comœdia.Nam ambæ hæ dictiones ex ᾠδὴ quod apud nos eſt cantus componuntur & prima quidem cum ea dictione quæ eſt τράγος.i.hircus.alia uero cum ea quæ eſt κώμη.i.uilla coniungitur.Cum ergo eius dictionis quæ eſt ᾠδία prima:ipſum.i.paruũ conſcriptum habeat:uel ut antiqui obſeruabant ad latus ſic ſcriptum ωιδία:quæ eodem modo ut alia profertur:cũ apud nos transfertur per.œ. diphthongũ ſcribi debet.Nam formatur ea dictio ᾠδία ab hoc uerbo ἀοιδῶ quod apud nos eſt cano: & traducitur ᾄδω quo antiqui poetæ utuntur . ut Homerus in primo iliados uerſu.μῆνιν ἄειδε θεά:quod alii in cõmuniorem linguam deducentes conuerterunt.a.&.o.paruũ in.ω.magnũ remanente.i.ut Moſchopulus diligens illorum grãmaticus atteſtatur:& dixerunt ὤιδω:uel ſecundũ modernos cum.i.paruo ſubſcripto uidelicet.ᾠδω:quod apud nos dicitur cano.Vbi in prima eſt diphthongus quæ uoce ipſius.ω. tantũmodo profertur:hanc ergo cum in latinum conuertimus in.œ.ut diximus tranſcribimus: & uoce ipſius .e. ſimplicis ſecundum noſtram conſuetudinem proferimus:dicentes tragœdiam: comœdiam : citharœdum: pſalmœdiam:proſœdiam:& ſiquid aliud ſimile contingat: q̃uis iſta duo ultima græca uoce cũ.o.abſq; diphthongo proferre conſueuerunt:ut late uidebimus in dictione proſodia.

De ordine conſonantiũ inter ſe:& q; uocales nõ plures q̃ tres conſonantes in eadẽ ſyllaba uocalẽ antecedunt uel ſequunt̃.

Vnc ad ordinem conſonantiũ inter ſe & cum uocalibus progredientes:cõperimus primũ ex ipſa linguæ poteſtate non plures q̃ tres conſonantes in eadem ſyllaba uocalem ipſam antecedere:nec rurſus niſi tres conſequi poſſe:ſic enim per ſtrepo uerbnm afferimus:Sic mulctram pro ipſa emunctione:ut Virgi.in bucolicis:Bis uenit ad mulctram. Vel mulctrale quod uas eſt:in quo lac emungitur.Similiter ſtirps cum tribus poſt uocalem effertur.quæ cum hominum dicitur:generis eſt fœminini.ut Virgilius:Hei ſtirpem inuiſam.Cum uero arboꝝ maſculini.ut idem in duodecimo:Cũ ſemel in ſiluis uno de ſtirpe reciſum.

Duæ ſolæ conſonantes uocalẽ ſequunt̃:ſi tres præcedunt. & econtrario

Ane ſi tres conſonantes uocalem ipſam præcedunt:non poſſunt niſi conſonantes duæ in eadem ſyllaba ſubſequi:ut monſtrans.Et econtrario ſi conſonantes tres uocalem ſequuntur:non poſſunt in eadẽ ſyllaba niſi duæ præcedere ut ſtirps.

Quæ conſonantes ſyllabam poſt uocalem finire poſſunt.

Vrſus & ſi aliqua dictio in duas definit conſonantes: neceſſe ẽ priorẽ liquidã eſſe: & ſequẽtẽ uel in.s. uel in.x.ut in iiſdem litteris oſtẽdemus:uel in.c.ſola.n.antecedẽte finire:ut hinc hũc. Vel i.t.ſimili mõ ipſo.n.antecedẽte terminari:ut eſt:dicũt:amãt:& ſimilia.Excipim⁹ græca quædam quæ in.ψ.apud illos terminãt̃:& apud nos p.ps.aut.bs traducunt̃:ut Pelops:arabs:quin & ex latinis princeps & cælebs.

Quæ cõſonãtes alias in eadẽ ſyllaba præcedere & ſubſequi poſſunt.

Taq; cũ cõſonãtes plures in eadẽ ſyllaba ordinamus.Aliquas quidẽ cõperimus:quæ aliis ſemp̃ in ipſa ſyllaba præponunt̃:ut.b.f.g.p.Alias uero quæ ſemp̃ reliquas ſubſequũt̃:ut.l.n.q.r.x . Alias aũt quæ

quãdoq; quidẽ præponunt᷑:quãdoq; uero ſubſequunt᷑:ut.c.d.m.s.t.Rurſum & aliã quæ nõ cõſonãti præponitur:nec poſt aliã in eadem ſyllaba locari poteſt ut.z.de quibus omnibus ſigillatim uidendũ reſtat.

B ante.d.in eadẽ ſyllaba ponit᷑:ut abdera nomẽ urbis.de qua in ea dictione uidebimus.Labdarus ꝙ filiꝰ fuit Polydori filii Cadmi.Abdomen ps animalis pinguis.Bedelyros abominabilis.Bdelliũ arbor de qua in ſua dictiõe uidebimꝰ.Idẽ ante.l.ponit᷑ ut blandior:quod ẽ geſtu & maxĩe tactu aliqd dulciter indicare:& ꝑ abuſionẽ ad alios ſẽſus trãſfert᷑:ut Quĩtilianꝰ:Blãdiar paulıſp iuuenes calamitatibꝰ meis.ante.r.ut brẽnꝰ ũbra.

C ante.l.in eadẽ ſyllaba ponit᷑:ut clarus.itẽ ante.m.ut Pyrachmon: Alcmena:drachma: de ꝗbus oĩbꝰ in ſuis dictionibus uidebimꝰ.Ante.n.ut Cneus cnidus nomẽ eſt urbis:de qua in propria dictiõe.ante.r. ut creber. ante.t.ut actus lectus:Cteſias ꝙ ſiculus fuit orator:& pluraq; in ſequẽtibus uidebimꝰ.Quin & poſt.ct. ipſm r.in eadẽ ſyllaba collocamus:ut uictrix.Nõ aũt.l.teſte Priſciano ipſa ſoni natura prohibente.

D ante.l.in eadẽ ſyllaba ponit᷑:ut abodlas:quod eſt fluuii nomẽ.ante.m.ut Admetus nomẽ uiri ꝓpriũ.Dmois .i.ſeruus.de ꝗbus in ſequẽtibus apparebit.ante.n.ut cydnus:ꝙ fluuius eſt ciliciæ:de quo in ſua dictiõe uidebimus.Ariadne filia Minois:quæ a modernis quibuſdam inſciis Hadriana corrupte ſcribitur & uocatur. Item ante.r.ut draco:Drances:quod nomen eſt uiri proprium.

F ante.l.modo cõſimili in eadem ſyllaba collocatur:ut flauus flauius.ante.r.ut frater frango.

G ante.l.in eadem ſyllaba ponitur:ut gladius:glabrio qui delicatus dicitur: & ſine pilis habetur. ante.m. ut agmen.ante.n.ut gnatus.ante.r.ut gratus.

L ante nullam cõſonantem in eadẽ ſyllaba ponitur:ſed ſemper alias ſubſequitur.

M raro ante cõſonãtẽ in eadẽ ſyllaba collocari põt.Repit᷑ tamẽ ante.m.ut amnis:ꝙ ab ambio dicit᷑ ſecũdũ Varronẽ.Oĩa.n.flumina circuerũt:ideo cornuta pingunt᷑:ut dixit Seruius . Et ego romæ ſæpe uidi deos fluminũ ſculptos cũ cornibus & urna.ſomnus:Agamemnon:Mneſteus:de quibus in ſequentibus.Nã ut uidebimus.m.præcedentẽ ſyllabã terminare nõ põt ſubſequẽte.n.itẽ nec ſubſequẽte.t.niſi.p.interponat᷑.

N nunq̃ ante aliquã cõſonantẽ in eadẽ ſyllaba præponi põt:ſed ſemper ſubſequitur.

P ante.l.in eadẽ ſyllaba ponit᷑:ut planus.ante.n.ut terapne patria eſt:de q̃ Ouidius in epiſtolis heroidũ : Rure terapneo nata puella phrygẽ.ante.r.ut pratũ:præda quæ teſte Gellio li.xiii.noctiũ atticaꝝ dicit᷑ corpa ipſa reꝝ quæ capta ſũt:manubiæ uero appellatæ ſũt pecuniæ a quæſtore ex uẽditiõe prædæ redactæ.ante.r.teſte Priſciano in.viii.ut ipſe:ſcripſi:nupſi:ſimiliter capſa:tametſi a capio deduci uelint.Alii a græco tractũ uolũt quod eſt κάμπτρα:& amiſiſſe.m.cum dici debuiſſet campſa.ante.t.ut aptus captus ineptus;: pthia patria Achillis:ut in ſequẽtibus uidebimus diphthongus ſtulptile:quod ſculptũ dicimus : ut ſculptile ſimulachrũ legimꝰ quod ſculptũ eſt.Nec inter.m.&.n.ipſm.p.ſtare põt nec poſt.r.in principio ſyllabæ aliter ſic ut ſtirps.

Q Ante nullã conſonantẽ in eadẽ ſyllaba poni põt:ſane ſubſequi ut ſupra uidimus.

R ante nullã conſonantẽ in eadẽ ſyllaba ponitur:ſed ſemper alias ſubſequitur:ut ſupra uidimus.

S ſequẽte.b.in eadẽ ſyllaba ponit᷑:ut aſbeſtus.i. inextinguibilis:aſbutes.i.inſepultus.Itẽ ſequẽte.c. ut ſcutũ. Quin & poſt.c.ſubſequẽte.l.in eadẽ ſyllaba ponit᷑.ut ſmaragdꝰ:ſmyrna. Itẽ ſequẽte.q.ut ſqualor:ſequẽte p.ut ſpes ſpera.Quin & poſt.p.ſequẽte.l.ut ſplendidus:uel.r.ut ſpretus.Itẽ ante.t.in eadẽ ſyllaba ponitur ut ſtatus:ſtennus:caſtellũ ꝙ puus ẽ uicus muris circũdatus.Et a caſtro deſcendit quo ſignificat᷑ locꝰ muris munitus:ac etiã urbs teſte Seruio ſup.vi.æneі.At caſtra in plurali notũ ẽ appellari locũ in quo milites tẽtoria fixerũt.Vocat᷑ etiã caſtellũ teſte Vlpiano recæptaculũ illud:quod aquã publicã ſuſcipit. & ut addit Iabolenꝰ ex quo fiſtulis aqua ducit᷑.Quo ſignificato Frontinus de aquæductibus ad neruam ſæpiſſime uſus eſt.Item ponit᷑.s.in eadẽ ſyllaba ante.t.ſequẽte.l.ut ſtloppus:& ẽ ſonus ille qui ex inflatione buccarũ erumpit.Perſius in penultima ſatyra:Nec ſtloppo tumidas intendis rumpere buccas.uel.r:ut ſtratus:ſtructor qui a ſtruendo:hoc eſt ordinando & componendo deducitur. Vnde dici poteſt conuiuii compoſitor.Iuuenalis in.v. ſatyra:Structorem interea nequa indignatio deſit Saltantem ſpectas:de quo in ſequentibus cum de.r.littera finiente ſyllabam ante.g.pertractabimus clare uidebitur . Quin & ab eodem uerbo ſtrues deducitur: quæ præcipue eſt lignorum. Sane fruſtum non ſuſcipit .r.poſt.ſt.in ultima. Vnde Iuuenalis in ſatyra Atticus eximiæ inquit : Nec fruſtum cape: & Virgilius in primo : Pars in fruſta ſecant . Nam fruſtra cum.r.aduerbium eſt ſignificans incaſſum.non poteſt etiam.s.ante alteram mutarum poni. Verum ĩ fine ſyllabæ omnes liquidæ ante.s.collocantur:ut plus hyems mons ars.

T Ante.l.in eadem ſyllaba ponitur:ut Tlepolemus Atlas nomina ſunt propria:de quibus in ſequentibus.ante.m.ut Tmolus iſthmos:de quibus in ſequentibus clare habebitur.ante.r.ut tractus.

X Ante nullam conſonantem in eadem ſyllaba ponitur:ſed ante illam omnes liquidæ excæpta.m.in fine eiuſdem ſyllabæ collocari poſſunt:ut falx lanx arx.

Z Simili modo ante conſonantem poni non ualet.Nec ulla duplex in capite ſyllabæ conſonante ſequente locari poteſt.Vnde non recte zmaragdus cum.z.in principio dictionis a nonnullis ſcribitur:quod Lucanus in x.non poſſe fieri per illud monſtrauit quod ait:Et ſuffecta manu foribus teſtudinis indæ Terga ſedent crebro maculis diſtincta ſmaragdo.Nam ſi eſſet.z. ante.m.ſubtrahi in metro minime poſſet. Et ſic quoq; uerſus ipſe non ſtaret:ubi iam.s.uim conſonantis amittit.Non etiã poſt conſonantem in eadẽ ſyllaba collocat᷑.

## De uocalium & conſonantium ordinatione in diuerſis ſyllabis.

Iſo de uocalium & conſonantium ordine in una eademq; ſyllaba: reſtat ut de earūdem in diuerſis ſyllabis ordinatione proſequamur. Itaq; omnis dictio uel ſimplex eſt uel cōpoſita. Si ſimplex intermedias illius ſyllabas aliqua a uocali incipiat: neceſſe eſt antecedentem quoq; ſyllabam in uocalem deſinere: ut pietas: curialis: pareo: eo: ruo: munio. Non tamen ſi præcedens in uocalem deſinit: neceſſe eſt ſubſequentē a uocali incipere: ut in eiſdem exemplis liquet. At ſi compoſita ſit dictio & ſyllaba intermedia a uocali incipiat: non neceſſario antecedens in uocalem deſinit: ut exacuo: perago: ineo: aduro. Verum in compoſitis quandoq; ſubtrahitur conſonans: & tunc antecedens ſemper in uocalem terminatur: ut coio cois: quod ex con & eo componitur. & hæc hactenus de uocalibus. Quæ fere omnia per cōtrarium in conſonantibus obſeruamus. Nam ſi ſimplex ſit dictio & antecedens illius ſyllaba in conſonantē deſinat: neceſſe eſt ſubſequētem quoq; a conſonante incipere: ut artus: arduus ille. non tamen ſi ſequens incipit a conſonante: neceſſe ē præcedentem in conſonantem deſinere. ut faber: Nero: filius: nomen: numen. Si autem compoſita ſit dictio & eius antecedens ſyllaba in conſonantem deſinat: non neceſſe eſt ſubſequentem a conſonante incipere: ut obaudio: abeo: perago: exacuo: exanguis: ſubeo: ineo: tranſeo: pereo: prætereo: abundo: aduro: exuccus. i. ſine ſucco. Sane Herodianus de orthographia putauit rationabilius conſonantem in quá antecedens ſyllaba terminatur: cum ſequētis ſyllabæ uocali cōiungere: q̄; ſic quoq; præcedentem finire. Quare ad ipſam uocis prolationem conuenientius eſſe dixit ſimplicium regulam q̄; compoſitorum ut diximus obſeruandam. Quod Priſciano quoq; doctiſſimo grāmatico non placuit. tum quia aliquæ dictiones primá in metris cōmunem haberent: oblitus: oblatus: obruo: obrado: & ſimilia: ita ut poſſent etiam corripi. quod nunq̄; compertum fuit: cum liquida poſt mutam in eadem ſyllaba præcedente cōmunem faciat. tum quia circumeo circumago & ſimilia eliſionem ipſius. m. in pronuntiatione non paterentur: quia tūc quoq; per eum in ſequētem ſyllabam pertranſiret. tum etiam quia multæ uocales quæ aſpirari debent: aſpirationem amitterent: ut inhibeo adhuc abhinc: & ſimiles: cū cōſonātes illæ uocalibus aſpiratis coniugi nō poſſint. Stabit igit' quod doctiſſimi aſſeruere grammatici in compoſitis dictionibus ſyllabam in conſonantem deſinere poſſe ſubſequente a uocali incipiente.

An in cōpoſitis dictionibus ſi ſequens ſyllaba a cōſonante incipiat: præcedēs in aliquā cōſonantē finiri poſſit.

Ed dubium reſtat grande an in eiuſmodi compoſitis dictionibus ſi ſequens ſyllaba a conſonante incipiat: præcedens quoq; in quālibet poſſit conſonantem deſinere. Quod pluribus argumētis nequaq̄; poſſe fieri monſtrauimus. Et incipientes a. b. conſonante: per ſingulaſq; alias tranſcurrentes oſtendemus: quas ſyllabas quæq; conſonans ualeat terminare: & quas non ualeat.

## De ſyllabis deſinentibus in. b.

Taq; in. b. conſonantem ſyllaba deſinens comperitur: ſi ſubſequens etiam ab ipſo. b. initium ſumat: ut ſabbatum: & Priſciano auctore ſabburra quæ arena eſt immunda: qua naues onerari uſq; ad certam menſuram conſueuerunt. Nos uero non cum duplicato. b. ſed potius cum unico ſcribendum putamꝰ quia breuis eius prima ab auctoribus noſtris ponitur. Virgilius libro georgi. iiii. Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram Tollunt. Lucanus ſimiliter: Fluctuq; latente ſaburra. Gibbus cum duplicato. b. ſcribitur & tumor eſt in dorſo. Vnde gibberoſus qui gibbum habet atq; idem gibber. Obba ſimiliter ipſum duplicat: & teſte Nonio genus eſt poculi uel ligneum uel ex parte. Sed hæc hactenus de ſimplicibus. Nūc quoq; de compoſitis. & primo a præpoſitionibus ſubſequendum eſt. Ab igitur præpoſitio cum aliis dictionibus componitur: & cōſeruat. b. litteram: ſi ſequens utiq; dictio a uocali incipiat: quæcūq; ſcilicet uocalis illa exiſtat: ut abactor: quod ex ab & actor compoſitum ex abigo deducitur. Vocantur etiam abactores pecuariorum animalium fures latrunculiue: quos ut uidebimus: abigeos etiam uocant. Aberro quod ſimiliter ex ab & erro cōponitur. Abigere ex ab & ago compoſitum mutauit. a. in. i. & ſignificat a loco fugare atq; expellere: ut abige muſcas a facie mea ſcribentis. abige canes a popina tua: abige ſturnos ſonitu a uinea. Quintilianus: Ibi multis miſer planctibus aues abigam. Similiter oues capras aſellos ab hortis a uinetis a pratis abigimus. i. expellimus. Vnde etiam abigei dicti ſunt qui teſte Vlpiano proprie hi habentur: qui pecora ex paſcuis uel armentis ſubtrahunt: & quodammodo deprædantur: & abigendi ſtudium quaſi artem exercent: equos de armentis: uel oues de gregibus abducentes. Abiicio cum duplicato. i. ſcribitur ex ab & iacio componitur: ubi in compoſitione. a. conuertitur in. i. Abominor ex ab & ominor ſine aſpiratione componitur: quaſi cum faſtidio exhorreſco. Abortiuus ex ab pro abs: quod eſt contra & deriuatio ab orior deducto cōponitur. Abundo ex ab & undo componitur: & ſine aliqua aſpiratione ſcribitur: quia non ab habeo uenit Abuſus ex ab & uſus componitur: quaſi contra uſum: cum quo abuſio prorſus idem eſt. Verū ſequente. u. cōſonāte ab præpoſitionē abiicit'. b. ut auerto quod ex ab & uerto cōponit': & inde auerſo quod eſt cū ex aliqua re: quā deteſtamur uultū auertimꝰ: ut dii talē terris auertite peſtē. Cōſtat igit' dictiōes a ſingulis uocalibꝰ icipiētibꝰ cū ab ꝓpoſitiōe cōponi poſſe: At nō aliæ a ſingulis cōſonātibꝰ ſumētes initiū cū ea cōponūt'. Nā cū dictiōibꝰ incipiētibꝰ ab ipō. b. nō cōponit' ab præpoſitio. Vnde adbreuio etiā ſi cū. b. ab aliqbꝰ ſcribat' ex ad præpoſitiōe cōponit'. Et ut teſtis eſt Priſcianꝰ adbibo cū. d. ſcribēda ē. Nec ſemꝑ ab præpoſitio purū aut

integrum.b.in compoſitione conſeruat.Nam in dictionibus incipiétibus a.c.pro ab abs præpoſitio aucto-
ribus Papyriano & Priſciano componitur:ut abſcondo:abſcedo:abſcido.Sane ſubſequéte.d.remanet in-
tegrum.b.ut abdo:& inde abditus quod ex ab & do quod eſt abſcondo componitur.abdico ex ab & dico
dicas componitur:quaſi longe dico.Vnde ſignificat expellere a bonis filium dum uiuit pater: cum exhære
dare ſit poſt mortem illum ab hereditate priuare.Abduco ex ab quod aliquando extra denotat: & duco có
ponitur.aliquando ſuperflue ponitur ab: & idem eſt quod duco: ut Liuius Flauiꝰ ſupplementum ab roma
abduxit.Ruſus & ipſa ab præpoſitio ſi cum dictione incipiente ab.f.componatur:ſemper integrum.b. có
ſeruat.Ne ſi in.f.tranſiret putaretur ex ad cópoſitio facta:ideo ſcribitur abfore cum.b. & abfuturum quæ
idem deſignant.Ne ſi cum duplicato.f.ſcriberentur:compoſita quis crederet ex ad præpoſitione:quæ op-
poſitum prorſus deſignaret.Nam ut illa cum ab non futurum dicunt:quia tempus ab denegat:ſic iſta cum
ad præpoſitione uenturum tempus deſignant.ut Virgilius:Abfore cernetis.Ouidius in primo:Eſſe quoq;
in fatis reminiſcimur adfore tempus.Statius in libro thebaidos uidetur accipere pro ſignificatione præſen
tis cum ait:Senſit manifeſto numine ductos Adfore: quod nexis ambagibus augur apollo: Protendi gene-
ros uultu fallente ferarum ediderat.Nónunq̃ uero ſequente dictione incipiente ab.f.ob eandem differen-
tiam tranſit.b.in.u.uocalem:ut ex ab & fugio non dicimus abfugio cum.b.neq; affugio cum duplicato .f.
ſed aufugio cum.u.uocali ſcribimus & proferimus.Similiter ex ab & fero non dicimus abfero cum.b. nec
affero cum duplicato.f.ſed aufero.Cuius cauſam dixit Cicero in eo libro qui inſcriptus eſt orator:ut fieret
uox pronunciatu audituq; lenior.Et ſubdit hæc inquit præpoſitio præter hæc duo uerba nullo alio in uer-
bo reperietur.f.conuerſa in au diphthongum.Sed dubium fuit apud aliquos:uerſa ne ſit & mutata ab præ
poſitio in au ſyllabam propter lenitatem uocis:ut dixit Cicero:an potius au particula ſua ſit proprie origi-
ne:& perinde ut pleræq; aliæ præpoſitiones a græcis:ita hæc quoq; inde accæpta ſit:quod aliis diffiniendũ
relinquo.Non etiam componitur ab cum dictione incipiente a.g.ſed cum dictione aſpirata:quæ & integra
manet:quod idem eſt ac ſic cum incipiente a uocali componeretur:ut abhorreo:quod ablatiuum expoſcit
cum dicimus abhorreo ab hac re:ac ſi diceremus per q̃ alienus ſum ab hac re . Nam ſemper in huiuſmodi
ſignificatione ablatiuũ requirit.At exhorreo hanc rem cum accuſatiuo conſtruitur: & idem eſt quod expa-
ueſco.Componitur etiam ab præpoſitio cũ dictionibus incipiétibus ab.l.& integra manet:ut abluo: quod
ex ab & luo componitur:ablacto:ablatiuus.At cum dictionibus incipientibus ab.m.non cópouitur ab præ
poſitio:ſed cum incipientibus ab.n.compoſitionem facit:& integra manet. Vt abnego abnepos: qui filius
eſt pronepotis:quaſi ſeiunctus a nepote.Abnuo quod eſt recuſo ex ab componitur & nuo: quod apud uetu
ſtiſſimos pro uolo habebatur.Vnde nutus & numen quod eſt dei nutus:hoc eſt imperium & poteſtas. Vir-
gilius in primo æneι.Meo ſine numine uenti.Et a uno nuto uerbum deſcendit:quod proprie ad animũ ſpe
ctat:cum dubitans eſt & neſciens quo ſe potiſſimum conferat.Significat etiam alicuius male ſolidatæ molis
ruinam minitare:ut Virgi.in bucolicis:Aſpice connexo nutantem pondere mundum.At cum dictione inci
piente a.p.nó componitur ab. cum ea uero quæ incipit ab.r.componitur & in nonnullis.b.in.r.cómutatur
ut arripio:quod ut innuit Priſcianus in ſecundo libro ex ab & rapio componitur:& inde abreptiuus is dici
tur:qui a demone rapitur . In quibuſdam autem differentiæ cauſa ut putat Papyrianus integrum.b.rema-
net:ut abrogo & abrado:ne ſi arrogo & arrado cum duplicato.r.ſcribamus: dubium ſit an ab uel ad præ-
poſitio componatur:quæ ſcilicet cóſonantem ſuam in.r.commutauit.Simili modo & nos de ab re putamꝰ
ne ſi arre cum duplicato.r.dicatur:quidam genitiuum eius quod eſt arra uel datiuum eſſe exiſtiment. Et ſi-
gnificat ab re quaſi præter rem:hoc eſt indecens & inconueniens.Liuius libro octauo:Hæc & ſi omnes diui-
ni humaniq; moris memoria aboleuit:noua peregrinaq; omnia priſcis ac patriis præferédo:haud ab re du-
xi uerbis quoq; ipſis:ut tradita nuncupataq; ſunt referre.Idem libro.xxxv. & quáq̃ prope abſciſſa res erat
tamen non ab re eſſe Quinto uiſum eſt ſociorum aliquos legatos intereſſe ei concilio. Suetonius in Augu-
ſti uita.Et quádo ab hoc uentum non ab re fuerit ſubtexere:quæ ei prius q̃ naſcerent̃ & ipo natali die & de-
inceps euenerint.Et plura alia quæ poſſent adduci exempla:in quibus omnibus ab re indecens& inconueni
ens:& præter rem deſignat.Nec temere aut ſine cauſa ut quidam ſomniat.Sane cum dictione incipiente ab
s.præpoſitio ab raro componitur.ut abſumo:quod etiam cum unico.m.ſcribitur.At uero cum dictione in
cipiente a.t.componi non cóſueuit:niſi pro ab ponatur abs:ut abſtineo abſtractus:a quo & temetum quod
eſt uinũ ſit abſtemiꝰ:abſtergo:abſterreo & ſimilia.Non etiá componit̃ cũ incipiétibꝰ ab.x.uel.z.

O b præpoſitio ſimili modo componitur.Et nonnunq̃ immutabilem retinet.b. Nónunq̃ uero in eas conſo-
nantes conuertit:a quibus ſequens dictio cum qua componitur initium ſumit. Quandoq; autem & ipſum
b.abiicit.Retinet quidem immutabilem compoſita cum dictionibus incipientibus a uocalibus quibuſcun-
que præter q̃ ab .o. cum qua ob diſſonantiam ut puto uocis non componitur:ut obaudio: quod ex ob &
audio componitur:hoc eſt auditum poſtergo:& in eadem compoſitione.au.conuertit in.e.ut dicimus obe-
dio: quod uerbum eſt cótrariæ ſignificationis quaſi dicto audiens ſum ſiue pareo : ſiue obtempero : ſiue-
morem gero ſiue obſequor:inde obſequium dictum: ſed frequenter inuenio illud poni pro obſequio tur-
pi:ut apud Ciceronem.Sed ſic ſeruitus ſit:ſicut eſt obedientia fracti animi & abiecti & arbitrio carentis ſuo

Et iterum. Dum autem ipſe dedecori ac turpitudini obedierit: non modo imperator omnino habendus nõ
erit. Obeo ex ob & eo quod eſt uado componitur. Significatq; idem quod exequor: ut obeo legationem
ideſt exequor munus & officium legati. Obeo prouintiam ideſt exequor officium prouintiale: ita Obeo
mortem. i. exequor uel perago mortem uel adeo mortẽ. Quemadmodũ dicitur quis obiiſſe diẽ pro eo qđ
eſt iuiſſe. Item obiit diem ſuum: idem eſt quod mortuus eſt: & iuit ad diem fati: ut apud Quintilianũ: Nunti
atum eſt Marcellũ diem ſuũ obiiſſe. prætermittimus autẽ nonnunq̃; illum accuſatiuũ & dicimus: Marcellus
obiit. Obitus ex ob & itum itu addita. s. fit obit⁹: & eſt ipſa executio mortis. Obiter ex ob & iter. Iuuenalis
ex ſatyra Quamuis digreſſu: Atq; obiter leget aut ſcribet uel dormiet intus. ſimiliter ante. i. conſonans con
ſeruat ob ipm̃. b. ut obiurgo obiurgas: & deponens obiurgor in eodem ſenſu. Obiicio ex ob & iacio cõpo
nitur. Nam per compoſitionẽ. a. in. i. conuertitur: & ideo cũ duplicato. i. ſcribitur. unde licet ob naturaliter
breuis ſit: ſicut & re: attamen plæriq; hac ratione producunt: quia. i. geminant: & primum. i. conſonans fit.
Obumbro: ex ob & umbro umbras: quaſi undiq; inumbror. Item cũ. u. conſonante. ut obuerſor obuio:
quaſi obuiam aliquid comperit. Abiicit uero in operio. i. cooperio: & eius paſſiuo operior idem eſt coope-
rior: quorũ prima breuis ab auctoribus ponitur: & cum unico. p. ſcribenda ſunt ad differentiã ut puto de-
ponentis uerbi opperior: quod eſt expecto: cuius prima longa eſt: & cum duplicato. p. ſcribitur. Conuertit
autem. b. in conſonantes ſæpiſſime ſequentis dictionis. Verũ cum dictione incipiente a. b. littera non com-
ponitur. Cũ dictione uero incipiente a. c. componitur: & aliquando tranſit in. c. aliquando ſuſcipit. s. Non-
nunq̃; uero immutabile remanet. Tranſit quidẽ in. c. ut occido quod ex ob & cædo componitur. Occũbo.
quod ex ob & cubo cubas ſimiliter componitur. Vnde ab eo cõpoſita tam primæ q̃; tertiæ coniugatiõis in-
ueniuntur. Et idem habent præteritũ ut incubo. bas. incubui. & incũbo bis cũ adiectiõe ipſius in ſimiliter fa
cit incubui. Et ſimili modo occumbo occumbis cũ. m. facit in præterito occubui. Occupo ex ob & capio cõ
ponitur: ſignificat locũ tenere aut capere. Nõnunq̃; ui capere ut apud Liuiũ libro. xxxiii. Nam & ipſis uocã-
tibus urbem hanc accæpi non occupaui. i. non ui cæpi. Significat aliquando ante capere ſiue præoccupare.
Vnde præoccupatio. Cicero officiorũ libro primo. Sunt aũt nulla priuata natura: ſed aut ueteri occupatio
ne ut hi qui quondã in uacua uenerũt. Eſt etiã occupare quod in medio ſiue mediũ atq; in cõmune poſitum
eſt ante cæteros capere. ut Quintilianus: Multa nihilominus quæ liberata fuerunt tranſeunt in ius occupan
tium: ſicut uenatio & aucupatio. Inde occupatus is dicitur: qui ante negocio aliquo detentus non poteſt al-
terius negocio operam dare. Cicero: nemo inquit me conuenire uoluit cum eſſem occupatus: hoc eſt cũ cau
ſarer me quibuſdam aliis negociis ante præuentum. Similiter occupatio ea uocatur: cum alicui neceſſariæ
rei & cui ante omnia operam dare debemus cum diligentia uacatio. Suſcipit uero. s. ut obſcurus: quod ex
obs & carus componitur: q̃ſi minime eſſe carus dicatur. Obſoleo quod teſte Priſciano in octauo: Nõ ex ob
& ſoleo ſed ex obs & oleo cõponit᷑: & eſt q̃ſi reiicior. ut Ciceco de iperio. Cn. Pompeii obſoleuit: iã iſta rõne
multomagis q̃; uerbis refutata. Idem pro Celio: Chartæ quoq; quæ illã priſtinã ſeueritatẽ obtinebãt obſol-
uerũt. Obſcœn⁹ ſimiliter ſuſcipit. ſ. Nã teſte eodẽ Priſciano ex obs & a cauẽdo: uel ex obs & κοινω cõponit᷑
Vnde inquino quod ſic quoq; intelligendũ puto obſcenum ut duo ſignificat: Ita duplicem habet cõpoſi-
tionem: & duplici orthographia ſignatur. Nam ſignat aliquando quidem abominabile augurium. ut Vir-
gilius in primo georgicorum: Obſceniq; canes importunæq; uolucres. & tunc quoq; a canendo obs. i. con-
traria & mala dicitur: & ſine diphthongo ſcribitur. Quandoq; uero dicit turpe quid & immundum: & tũc
ex obs & cœnum componitur: quod a κοινω uerbo græco deducicitur: hoc eſt apud nos inquino ex eo ſci
licet: quod quæ multum communia ſunt: turpia & immunda ut plurimum fiunt. Nam id uerbum propria
ſignificatione cõmunicare deſignat. Et ſic quoq; cum. œ. diphthongo in penultima ſcribitur. At Varro li-
bro ſexto de lingua latina dixit obſcænum cum. æ. diphthongo ſcribendum eſſe: & a ſcæna deduci: hoc eſt
non ex obs ſed ex ob & ſcæna componi: quæ ut uidebimus in ſequentibus cum. æ. diphthongo ſcribitur.
Remanet autem immutabile in hac dictione obcæco: ut multi uolunt: quæ componuntur ex ob & cæco cæ-
cas: nec plus q̃; ſimplex uerbum ipſum deſignat. Si uero ob cum dictione incipiente a. d. componatur: inte-
gra ſemper manet: ut obdo quod ex ob & do uerbo componitur & pro claudo poni conſueuit. ut Terenti-
us in eunucho: peſſulum hoſtio obdo. Obduco. i. tego ut expoſuit Seruius: cum ait Virgilius in bucolicis:
Limoſq; palus obducat paſcua iunco. i. tegat. Idem in moreto. Et cinis obductæ cælabat lumina prunæ. Si
tamen Virgilius illud opuſculum compoſuit: quod a doctis non creditur. At ſequente. f. commutat ob præ
poſitio. b. in. f. offendo ex ob & fendo uerbo: quod ſic quoq; ſimplex in uſu non eſt componitur. Vt ſimili
modo nec ſpicio: nec fragor: nec perio: & tamen in compoſitione ea habemus: ut aſpicio deſpicio: ſuffragor
refragor: aperio & reperio. Quæ Papiriano teſte cum uno. p. in præſenti: & cum duplicato in præterito ſcri
buntur: ut de illis in ſequentibus apparebit. Officio ſimiliter ex ob & facio componitur: & quaſi noceo di-
citur. Vnde per antiphraſim officium quidam dici uolunt: quia ut proſit agitur. Ideo nonnulli officium ab
efficiendo dictũ putãt. Et nõnunq̃; ꝓ honore ponit᷑: ut circũſtabãt ſenatores Cæſarẽ ſedentẽ ĩ aurea ſella of-
ficii gratia. i. honoris. Aliquãdo uero obſequũ ſiue beneficiũ indicat ut Cicero odioſũ ſane genus hoĩuꝫ eſt
officia exprobãtũ: q̃ meminiſſe debet is ĩ quẽ collocata ſũt: nõ cõmemorare q̃ cõtulit. Virgi. li. æneï. primo:

Non metus officio nec te certaſſe priorem Pœniteat. Nonnunq̄ autē & pro alicuius artis ratione accipitur ut officiū grammatici tale eſt officiū architecti: officiū medici. Sane offa cū per duplex .f. ſcribat᷑ & primá habeat longá: ut Iuuenalis in primo: patruo ſimiles effunderet offas. tamē in deriuatiuo ꝑdit unū .f. & fit prima breuis: ſcribiturq̄ ofella: ait idem in ſatyra Atticus eximie: At rudis omni tp̄e & exiguæ furtis imbutus ofellæ. Si uero ob cū dictione incipiente a .g. componatur: in .g. ipſum cómutatur: ut oggánio quod ex ob & gánio componitur. Et eſt gannire proprie uulpiū. Vnde apud aliquos pro ſtulte loqui. Apud alios uero pro inculcare. Apud nónullos aūt pro irridere ponitur. Et inde oggannio quaſi contra gannientē gannio. Rurſus & cū dictione incipiente ab .m. cóuertitur .d. in .m. Immo ut oſtēdit Priſcianꝰ magis abiicit .b. Ná ex ob & mitto dicendū eſſet ommitto cū duplicato .m. ſed cū prima breuis ponat᷑: abiicitur a poetis .b. & dicit᷑ omitto. Terentius in adelphis: Omitte mulierē. Horatius in ſecūdo ſermonū: Aut ſpem deponas: aut partē illuſus omittas. Idē in epiſtolis: Quē ſua culpa præmit decæptus omitte tueri. Similiter omuteſco abſq̄ .b. ſcribit᷑. Si uero cū dictionibus incipientibus ab .n. præpoſitio ob cóponat᷑ .b. ip̄m prorſus ſeruatur: ut obnitor: ex ob & nitor: quaſi cótra nitor & conor. Vnde obnixus ꝑticipiū format᷑: obnoxius uero ex ob & nexus cóponi quidá uolunt: quaſi obſtrictus & obligatus obnixus eſſe dicatur. Plautus in aſinaria: Maximas opimitate: & gaudeo effertiſſimas ſuis heris ille una mecū pariet gnatoq̄ & patri: adeo ut ætatē ambo ambobus nobis ſint obnoxii noſtro deuincti beneficio. Cecilius in chryſio: Quamq̄ ego mercede hic conductus tua aduenio: ne tibi me eſſe ob eam rē obnoxiū reare: audibis male: ſi male dicis mihi. Si aūt cóponat᷑ ob cū dictione incipiente a .p. tranſit .b. in .p. ut oppono oppugno: quod eſt quaſi cótra pugno: unde oppugnatio Non eni recte dicitur pugnaui urbem: ſed bene oppugnaui: ſicut expugnaui cū pugnando uici: ut in ſequētibus uidebimus. Oppeto quod ſignificat morior: & licet plærūq̄ ſine accuſatiuo ponatur: intelligi tamen conſueuit hoc eſt mortem. Virgilius in primo æneí. Oterq̄ quaterq̄ beati Quis ante ora patrum troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere. Aliquando uero ponitur cū ipſo accuſatiuo: ut Cicero de diuinatione: Aequius inquit eſſe cenſuit maturam oppetere mortem. Verū ut paulo ante tetigimus: ſequente .p. nónūq̄ ob abiicit .b. ut aperio: quod per unicū .p. ſcribitur. & ex ob & perio: cuius ſimplex in uſu non eſt: ſecundū quoſdá componitur. Alii uero ex ob & uerbo pario: quod apud antiquiſſimos Priſciano teſte non ſolū tertiæ: ſed etiá quartæ cóiugationis erat. Vnde Ennius: Oua parire ſolet genꝰ pénis códecoratū. At cum dictionibus incipientibus a .q. non componitur ob: Sed cum incipientibus ab .r. componitur: & .b. ipſum integrum cóſeruat: ut obruo: quod ex ob & ruo componitur. Significatq̄ operire. ſiue aqua: ut obrutus undis ſiue terra: ut Ouidius in primo de remedio amoris: Obrue uerſata cerealia ſemina terra. Siue per tráſlationem ad animū: ut Quintilianus: Tot uoluptatibus obruere poſſunt unū dolorem. Simili modo obrepo: obradio: quaſi ſurrepo & ſurradio. Rurſus & ſi cum dictionibus incipientibus ab .s. componatur: conſeruat ipſum .b. integrum: ut obſtrepo obſto. Et idem obſtetrix: quia contra parturientem ſtat. Obſecro obſtupeo: obſideo: & idem obſes: & is dicitur: qui traditur imperio alterius ea conditione: ut ſi dator obſidis a fide recedat: recipienti ſit ius in corpus & uitam obſidis. Et quia obſidionis cauſa dari conſueuerat: obſidis nomen aſſumpſit. Similiter ſi cum dictionibus incipientibus a .t. eadem præpoſitio ob componatur: integrum .b. conſeruat: ut obtempero: obturo: obtineo. Quintilianus uero in primo de inſtitutione oratoria inquit: In uerbo obtinuit: ſecundá .b. litteram ratio expoſcit. Aures magis audiunt .p. Ex quibus uerbis quidam concludere uolunt: ut in qualibet ſimili compoſitione: in qua .t. ſequitur .b. tunc quoq̄ ipſum .b. nó ſolum ſonū ſuum perdat: ſed in .p. ipſum prorſus conuertatur: & cum .p. eiuſmodi dictio ſcribenda ſit: ut obtineo: opturo: ſupter: ſupticeo: & reliqua. Alii uero dicunt mentem fuiſſe Quintiliani: ut per .b. ſcribi debeat: ac eodē ſono litteræ proferri ratio expoſcat. ſed .p. gratius aures audiant. Ita .ſ. ut per .p. proferri debeat & nó p .b. ut ſimili mó Caius Cneus & amurca: q̄ teſte Seruio p .g. ꝓferri debēt: & p .c. litterá deſignatur.

De ſub præpoſitione.

Vb præpoſitio: quæ ſimiliter in .b. terminat᷑: ſignificat aliquádo ip̄aꝫ primá tēporis partem. ut Virg. in .iii. georg. Sub lucem exportát calathis .i. adueniēte luce: nó aūt quacūq̄ ꝑte lucis. Et ſub tp̄s ip̄m quo pugnádū erat: hoc ē iam iá præſente tp̄e. Aliquádo ſtatim poſt: ut ſub hæc uerba. Aliquádo ſubter: ut i innumeris fere cópoſitionibus. Ná eadē uia cóponit᷑: ut aliæ quas in .b. terminari oſtēdimus. Vnde cū uocalibus quibuſcūq̄ ſequētibus cópoſita integrum .b. cóſeruat: ut ſubagito: ſubaro: ſubeo: ſubigo: etiá cū .i. cóſonante: ut ſubiectus: ſuboleo: ſuburbiū: quaſi uia ſub urbe: hoc eſt urbi contigua. Si uero cū dictionibꝰ incipientibus a cóſonátibus cóponat᷑: manet .b. integrū: niſi ſit cóſonans .c. uel .f. uel .g. uel .m. uel .p. Ná tūc quoq̄ auctoribus Papyriano & Priſciano in eas litteras cómutat᷑: ut ſigillatim uidebimus. Vnde ſequēte .b. integra manet: ut ſubbibo: ſubblandior. Sequente uero .c. tráſit in illá: ut ſuccurro: ſuccinericius: ſuccreſco quaſi inſenſibiliter creſco. At ſequēte .d. integra manet ut ſubdo: ſubdolus ſubditꝰ. Nó aūt ſequente .f. ſed mutat᷑ in illá. ut ſufficio ſuffero ſuffragiū. quod a uerbo deponēte fragor fragaris quod nó eſt in uſu & auxiliari apud antiquos ſignificat cóponit᷑ ut deducit᷑. Vnde & uerbū ſuffragor ſuffragaris penultima ꝓducta & proprie ſuffragia (ut ſic dicam) uoces ſunt quæ dicebant᷑ ad comitia in tabella ue ſcribebant᷑ quibꝰ ſuá quiſq̄ declararet uoluntatē de aliquo eligēdo in magiſtrū: qualis eſt electio hoc tempore ſummi pontificis

Et tamen ſuffragiũ pro auxilio ſæpe ponitur. Suffoco quod ex ſub & faux faucis componit᷑: ubi diphthongus in.o.productam cõuerſa fuit. Ouidius: Suffocent animã dira uenena tuã. Suffire ex ſub & fire: quod infinitũ eſt:& a fio componitur. Virg.li.georgi.iiii. At ſuffire tymo cæraſq; recidere inanes: qs dubitet᷑ ſuffire dixit.i.ſubminiſtrare. Nam licet a fio habente ſignificationẽ paſſiuã cõponat᷑:compoſitũ tamẽ Papyriano teſte fit actiuũ. Reperit᷑ etiã firi:a quo Priſciano teſte factũ eſt fieri:per diuiſonẽ unius longæ in duas breues:ut admittier pro admitti. Similiter ſequẽte.g.trãſit.b.in illã:ut ſuggero ſuggeſtũ. At ſequẽte.l.integra b.littera remanet:ut ſublego:quod eſt ſuffuror. Virgilius in bucolicis: Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. Subligo & inde ſubligar:quod eſt ſubligaculũ:ſeu brachæ:quas induebãt hiſtriones in ludis. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciã: Perſonã thyrſumq; tenent:& ſubligat acci. Cicero de officiis libro primo Scænicoꝝ quidẽ mos tantũ habet ueteri de diſciplina uerecundiæ:ut in ſcænã ſine obligaculo ꝓdeat nemo Veret᷑.n.ne ſi quo caſu euenerit:ut corporis partes quædã aperiant᷑:aſpiciant᷑ nõ decoræ. Subleuo:quod a leuo pro aleuio cõponit᷑. Nam eſt auxiliũ defenſionẽq; præſto. Cicero Zophirus qui ſe naturam cuiuſq; ex forma proſpicere profitebat᷑:deriſus a cæteris eſt:qui illa in Socrate uitia nõ agnoſcere ab ipſo aũt Socrate ſubleuatus:cũ illa ſibi ſigna ratiõe a ſe deuicta diceret. Nõnunq; uero ſignificat alleuo:quod eſt ſurſum tollo. Suetonius in Veſpaſiani uita: Dũq; ſurgit ac nitit᷑ inter manus ſubleuantiũ extinctus eſt. Si uero componatur ſub cũ dictionibus incipientibus ab.m.tranſit.b.in.m. ut ſummitto:ſummergo:ſumminiſtro: quãq; apud aliquos ſeruet᷑.b. At cũ dictionibus incipientibus ab.n.integra ſemp remanet:ut ſubnecto:ſubnixus. Si aũt dictiones cõpoſitæ cũ ſub incipiant a.p.tranſit.b.in.p.ut ſuppono ſupplico:quod a ſub & plico componit᷑:eo quod genu poplitemq; plicamus:cũ a potentiore aliquo magnũ aliquod precamur. ſuppeto:hoc eſt ſubminiſtro:a quo ſuppetias deriuat᷑:quod ad auxiliũ ꝑtinet:& auxiliũ ipſum deſignat. ad auxiliũ quidẽ ut Cæſar libro.xxii.commẽtarioꝝ:& nuntiebant᷑ auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias uenire. & in eodẽ libro: Suiſq; rebus timẽs: elephantiſq; triginta relictis ſuis finibus oppidiſq; ſuppetias ꝓfectus eſt. Et iteꝝ in eodẽ:atq; ſuis fugientibus ſuppetias ire contẽdit. Auxiliũ uero ut Suetonius in uita Veſpaſiani: Legatũ inſuper ſyriæ conſularẽ ſuppetias ferentẽ rapta aquila fugauerũt. Plautus in Oedippo: Sed memẽto ſiquid ſæuiunt ſenes ſuppetias mihi cũ ſorore ferre. Idẽ in eodẽ neſcio uiſus eſt. Cum ait auxilia mihi: & ſuppetiæ ſunt domi. Supplodo ex ſub & plodo:quod eſt plaudo cõponit᷑:& eſt pedẽ terræ incutere. Cũ.r. uero in quibuſdã integra manet.ut ſubruo. In nõnullis uero tranſit.b.in.r. ut ſurripio auctore Priſciano. At cũ.s.ſemp remanet.b.littera integra:ut ſubſidiũ ſubſiſto:ſubſtãtia:ſubſellia:quæ ea ut ita dicã ſcamna ſunt in quibus audiẽtes poetas recitantes uel alios magiſtros ſedere conſueuerãt:erãtq; etiã tribunoꝝ: triũ uiroꝝ:quæſtoꝝ:& huiuſmodi minora iudicia exercẽtiũ:q nõ in ſellis curulibꝰ nec ĩ tribunalibꝰ ſ; ĩ ſubſelliis cõſedebãt. Iuue. ĩ ſatyra Et ſpes & ratio:inqt de Statio: Sed cũ frægit ſubſellia uerſu Eſurit intactã paridi ni uẽdat agauen. Gellius libro.xiiii.noctiũ atticarũ:cũ a prætoribus ſe in iudicẽ lectũ enarraſſet:ut iudicia: quæ appellant᷑ priuata ſuſciperet inquit: Sed.n.ego homines illos cũ conſiderabã alteꝝ fidei alterũ ꝓbri plenum nequaq; adduci potui ad abſoluendũ. Iuſſi igit᷑ diẽ diffundi:atq; inde a ſubcelliis perago ire ad Phauorinũ philoſophũ. At ſuſtineo ſine.b.ſcribit᷑:quia nõ a ſub:ſed a ſurſum componit᷑ & teneo. ſimiliter & ſuſpiro ſine.b.ſcribitur:& ſimili modo a ſurſum & ſpiro cõponit᷑.i.cũ ex imo pectoris ſurſum ſpiro aliquid cupio. & cõſtruit᷑ cũ accuſatiuo. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie: Suſpirat longo nõ uiſam tp̃e matrẽ. Cõſeruat etiã ſub ſuum.b.auctore Priſciano:ſi cũ dictionibus incipientibus a.t.componat᷑:ut ſubticui:ſubtraho: ſubtel: quod ex ſub & talo compoſitũ dicũt. Nam eſt τόκοιλον τουποδός.i.cauum pedis:quod ut cauũ manus quidam etiam uolã dicunt. Sed hæc & alia ut ſupra uidimus quidam per.p.ſcribi uolunt & non.b. Alii uero non ſcribi.p.ſequente.t.ſed magis.b.ſono ipſius.p.proferri.

De ſyllabis deſinentibus in.c.

Vnc ad reliquas conſonantes per ordinem procedentes:dicimus auctoribus Papyriano & Priſciano nullã antecedetẽ ſyllabã in.c.litterã deſinere:niſi ſequẽs quoq;.a.c.uel.a.q.icipiat:ut bacca quæ cũ duplici.c.ſine aliqua aſpiratione ſcribit᷑:& continet intra nominis ſui ambitũ fructus diuerſorũ geneꝝ lauri oliuæ corni myrti lentiſciq; & alioꝝ:ut in ſequẽtibus oſtendemꝰ. Eſt etiã lapis precioſus:ut quo nitido preciũ cortice bacca daret. Et inde baccatus ſine aliqua aſpiratione quaſi baccis.i.precioſis lapillis ornatus. Virgilius libro ænei.primo: Colloq; monile baccatũ. At ſi cũ aſpiratiõe ultimũ.c.ſcribat᷑:aliud ſignificat:ut uidebimus in dictione Bacchus. Bucca ſimiliter abſq; aliqua aſpiratiõe cũ duplicato.c.ſcribit᷑. Et a bucco uerbo:quod eſt inflo deriuat᷑:atq; idẽ eſt quod os.i.ipſa cõcauitas unde uox ꝓcedit:nõ ora labiorum. Vnde Iuuenalis:cũ ait in tertia ſatyra: Bucca foculũ excitat nõ de extremitate oris:ſed de interiori parte dixit:quæ inflari ſolet:uentũq; concipere. Vnde idẽ poeta in eadẽ ſatyra de cornicibus loquẽs inquit: Notæq; per oppida buccæ. Vbi nõ de labris:quæ latent cũ tuba canit:ſed de illa deformi utrinq; inflatione intellexit tubã inflantiu;. Similiter cũ inquit Horatius: Vt iuppiter ambas Iratus buccas inflet:nõ de labris locutus ẽ quæ inflari nõ poſſunt:ſed de ipſa oris inflatione. Nã genæ quoq; aliud quiddã ſignificãt: ut in ſequentibus oſtendemus. Vtimur etiam in plurali buccas:ſed in ſingulari oratores frequentius utunt᷑. Bucula uero quæ per unicũ.c.ſcribitur:diminitiuũ eſt bouis:quaſi parua bos. Baccar per duplex.c.& abſq; aſpiratiõe ſcribit᷑

generis eſt

generis eſt fœminini:& herba contra faſcinationes eſſe dicitur. Virgilius in bucolicis: Baccare frontem Cin
gite:ne uati noceat mala lingua futuro. Succus cum duplicato.c.ſcribitur & deſcendit a ſago: quod genus
eſt ueſtis æqualiter latæ ex parte ſuperiori & inferiori. Soccus cum duplici.c.ſimiliter ſcribitur:& genus eſt
calciamenti a ſacco deducti:ad cuius ſimilitudinem factũ erat. Itaq; ligatum ſupra pedem plicas q̃plurimas
per totũ crus effundebat. Succus ſimiliter ſcribitur: & a ſugo deriuat᷑. Eccubi cũ duplicato.c. ſcribit᷑: & ex
ecce & ubi componitur. Eccũ ſimiliter ex ecce & cum. Ecquis uero cũ unico.c.ſequente.q.ſcribitur:& com-
ponitur ex en pro ecce:& quis:ubi.n.ratione ſequentis mutat᷑ in.c.ex quo oſtenditur eandem uim habere
c.cum.q. Idem in quicq̃:quod cum.c.ſcribitur:ut ſupra uidimus per cõmutationẽ.d.in.c.

De ſyllabis deſinentibus in.d.

T uero in.d.pariter nulla in ſimplicibus dictionibus poteſt antecedens ſyllaba deſinere: niſi ſequens
quoq; ab eadem incipiat:ut addo:reddo. Virgilius in.viii. Reddidit una bouӡ uocem uaſtoq; ſub an-
tro. Redduco cum duplicato .d.a nonnullis poſitum fuit. Terentius in Phormione: Sectari in ludum du-
cere ac redducere. Horatius in Epodo: Cætera mitte loqui deus hæc fortaſſe benigna redducet In ſedem ui
tæ:quæ ſane Priſcianus inducit non probans cũ poſſit eſſe iambus & ſpondeus in locis imparibus: ſed cer-
tum eſt eiuſdẽ Horatii exemplũ in.ii.ſermonũ cum ait: Dii tibi dent capta claſſem redducere troia: ubi red-
ducere neceſſario primã producit. Alii uero per unicum.d.reduco ſcribunt. Virg.in.iiii.æneі. Eiectam claſ-
ſem ſocios a morte reduxi. Abaddir ſimiliter cum duplicato.d.ſcribitur. Et is deus eſſe dicitur: quem greci
Βαίτυλον uocant. Vnde ſic quoq; lapis ille uocabat᷑ quẽ Saturnꝰ deuoraſſe dicit᷑. Sed de cõpoſitis ab hac
præpoſitione ad:aliud quoq; dicendũ uidetur. Nam plærumq; quidem ſeruat᷑.d.nonnunq̃ uero in ſequẽ-
tem litterã commutatur. Sed hoc primũ prænotare libet ad præpoſitionem idem quod circiter ſignificare:
ab auctoribꝰ conſtitutũ eſſe. Vt circiter tria milia:uel ad tria milia:idẽ ſignificat. Ad igit᷑ cõpoſita cũ dictioni
bus incipientibus a uocalibus quibuſcũq; conſeruat.d.integrũ:ut adamare quod ex ad & amo componit᷑:
& eſt amatorie amare. Cuius rei multa ab auctoribus colligi poſſunt exempla. Sed hoc ſolum Quintiliani
ex declamantibus ſufficiat. Me quideӡ marite ſiquis interroget: omnes matres liberos ſuos tanq̃ adamaue
runt amant. Videbis oculos nunq̃ a facie uultuq; deflectere:comere caput:habitũq; componere:ſuſpirare
cum receſſerint:exultare cum uenerint:conſerere manibus:pendere ceruicibus: nõ oſculis:non colloquiis
non præſentiæ uoluptate ſatiari. hæc ille. Verum amare generalis eſt ſignificati:& idem quod diligere de-
notat:niſi quod quiddam plus ſignificare uolunt. ut Cicero ad Brutũ: Sic igitur facies: & me aut amabis:
aut quo contentus ſum diliges. Idem ad Dolobellam:ut mihi deniq; amare uidear:antea dilexiſſe. Adedo
i.corrodo ex ad & edo componitur. Ademptus cũ.m.ante.p.ſcribitur & componitur ex ad & emptus: ubi
ephoniæ cauſa interponitur.p.quia.m.ante.t.immediate locari non poteſt:ut ſupra tetigimus:& in ſequẽ-
tibus clarius oſtendemus. Adimo ex ad & emo quaſi dimminuo:& aufero. Adigo ex ad & ago. Aditꝰ ex ad
& eo itus. Adorare ex ad & oro:quod eſt ore precor componitur. Et tamẽ ſine ore hoc eſt ſine uoce aliquã-
do fit:non tamen ſine geſtu corporis. Vnde elephas & phœnix & alia quædam irrationabilia ſolem adora-
re dicuntur. Adulor ex ad & aula componitur:quia id aulici maxime obſeruant: & fit per conuerſionẽ.au.
diphthongi in.u.longam. Aduro ex ad & uro componitur:& magis actionem:q̃ paſſionẽ ſignificat. Simi-
li modo cũ.u.conſonante conſeruat.d.ut aduenio. & inde aduẽtare:quod non eſt aduenire aut uenire: ſed
proximũ eſſe ueniendo:ut cuicũq; obuius fit:nuntiat hoſtes aduentare. Cõponitur ad ſimiliter cum dictio-
nibus incipientibus a.b.& ipm integrum in ea cõpoſitione conſeruat: ut adbibo:quod teſte Priſciano cum
.d.ante.b.ſcribitur. Similiter adbreuio. At ſequente.c.eodeӡ auctore tranſit.d.ipm in.c.litteram:ut accedo
quod ex ad & cedo cedis ceſſi componitur:& producit penultimam:acceſſus & acceſſio:ambo ex ad & ce-
do componunt᷑. Inter ſe tamen ſignificato differunt: quia acceſſus eſt aditio atq; appropinquatio: acceſſio
autẽ adiectio atq; incrementũ. Et huius ratio eſt:quia id uerbũ a quo deſcendũt dupliciter & regit & ſigni-
ficat:ut accede ad ignẽ huc.i.adi appropinqua. Quin & hoc calamitatibus meis pondus acceſſit: uel ad ca-
lamitates:hoc eſt adiunctũ eſt & increuit. Quæ differentia rara eſt in conſimilibus nominibus. Nam ſatus &
ſatio idem ſũt:cultus & cultio:motus & motio:curſus & curſio:abuſus & aduſio:actus & actio. Niſi quod
dicimꝰ actionẽ cauſaӡ nõ actũ: & actũ comœdiarũ nõ actionẽ. Similiter geſtꝰ & geſtio non parũ differũt. Nã
geſtꝰ ẽ actio quædã:& q̃ſi ꝓnũtiatio corpis. Geſtio uero adminiſtratio quædã:& quæ parũ i uſu ẽ. Accola ex
ad qđ ẽ iuxta & colo.i.habito cõponit᷑. Vnde ꝓprie is dicit᷑ q iuxta habitat:ſiue iuxta aq̃s ſiue iuxta mõtes.
Nec refert in ſuo an alieno. Vt accola uulturni:accola padi:accola rhodani. At qui in montibus domos ur-
beſq; poſitas habent: Incolæ proprie dicuntur. Accuſo ex ad & cauſo componitur. Et eſt accuſare teſte Ser
uio & pluribus grãmaticæ auctoribus maioris de minore. Incuſare uero minoris de maiore. quã ſane diffe-
rentiam apud neminẽ antiquorum comperi: Itaq; ne in his inſiſtere uidear:accuſare eſt uel apud iudices uel
apud alium quẽuis:etiam apud illum ipſum quem accuſes ſignificare: atq; oſtendere aliquem peccaſſe. In-
cuſare uero eſt mores alterius repræhendere:& plærunq; cum querela:quod ab illo iniuria ſis affectus. Sic
apud Virgiliũ Terentiũ Cæſarẽ cæteroſq; auctores ſemper annotaui. Et inde accuſatorius is dicit᷑ qui accu-
ſat. Nam quæ in orius oria orium a uerbis uel a uerbalibus in or magis deſcendunt actionem ſignificant.

Si uero.ad.cum dictionibus incipientibus a.d.componitur:ſuum.d.integrum conſeruat:ut addiſco quod
per duplex.d.ſcibitur:& ex ad & diſco componitur:quaſi bene diſco:& in præterito corripit penultimam
Vnde diſco abſq; ad præpoſitione eſt ut intelligas.ediſco uero ut memoriter complectaris. Quintilian⁹ de
inſtitutione oratoria libro primo.Illud ex conſuetudine mutandum prorſus exiſtimo:in his de quibus nũc
diſſerimus ætatibus:ne omnia quæ ſcripſerunt ediſcant. Addico cum duplicato.d.ſcribitur: & ex ad & di-
co componitur:quod apud iuriſconſultos eſt uendere ꝑ licitationẽ:hoc eſt in uenditione publica:ubi alius
alio maius precium pollicetur:ut ſibi potius ꝙ; alteri uænialia addicantur . Vnde addictio cũ duplicato .d.
&.c.ante.t.ſcribitur.Sicq; apud iuriſconſultos titulus eſt:De in diem addictione.Quẽ quidam noſtri tem-
poris iuriſperiti non intelligentes emendant dicentes de in diem adiectione.Vbi non uerba modo ſed ſen-
tentiam ac ius ipſum corruperunt.Paulus iuriſconſultus:Si uenditor ſimulauerit meliorẽ allatam conditi-
onem:cum minoris uel etiam tantidem alii uenderet:utriq; emptori inſolidũ erit obligatus. Sed ſi emptor
aliũ idoneũ non ſubiecit:eiq; fundus addictus eſt.Non uideo inquit quẽadmodum priori ſit emptus: cum
alia conditio & uera ſubſecuta eſt.Sed ſi neuter ſubiecit emptorem:maiore autem precio addictũ eſt prædi
um ei:qui ſoluendo non eſt abitum eſt a priori emptione:quia ea melior intelligitur:quã uenditor compro
bauit:cui licuit non addicere.Quo uerbo Cicero pro Cecinna ſæpe utitur:Vt deterrerentur emptoris mul
ti partim gratia Caſenniæ:partim precio fundus addicitur.Et paulo poſt: Quaſi uero nos aut ei negemus
addictũ:aut tamen quiſq; fuerit:qui dubitaret quin emeret.Similiter Quintilianus in ægro redempto om
nes facultates in precia collegi:rus ſeruulos penetas:& omnia utiliora properanti feſtinatione parentis ad-
dixi.Inde addicti apud ueteres dicebantur:qui prætoris pronuntiatione ac iuſſu cũ ſoluendo non eſſent:
creditoribus uendebantur:de quibus crebra apud Liuiũ mentio habetur:& addictus morti deſtinatus dici
tur.Cicero libro officiorũ.iii.Et is qui morti addictus eſſet:paucos ſibi dies cõmendãdorum ſuorum cau-
ſa poſtulaſſet:uas factus eſt alter.Additus ſine.c.ex ad & datus componitur. Verum cum dictionibus inci-
pientibus ab.f.ſi.ad.præpoſitio conſeruare.d.ipſum habeat:uel in alterum.f.cõmutare:dubiũ apud anti-
quos fuit.Nam aſſerebant grãmatici quidam conſeruandũ eſſe ipſum.d.idq; in antiquis quibuſdã ſcriptu-
ris apparere dicebant:ubi adfatur cum.d.ſcriptũ erat:atq; adfore ſimiliter.Quare & in aliis ſic quoq; ſcri-
bendũ eſſe exiſtimabant:cum non ſit ratio in uno maior ꝙ; in reliquo.Aliis uero uiſum fuit.d.in.f.cõmuta-
ri:ac molliori ſono proferri:ꝙ; ſi.d.ipſum conſeruetur: quod etiam Priſciano rationabilius fuit uiſum: ut
affectus cum duplicato.f.&.c.ante.t.Nam ex ad & factus componitur:ubi.a.in.e.commutatur. Sane affe-
cta teſte Gellio libro.iii.noctium atticarũ ſicuti.M.Cicero & ueterum elegantiſſimi locuti ſunt: ea proprie
dicebantur:quæ non ad finem ipſum:ſed proxime finem progreſſa deducta ue erant.Affatim quod cũ du
plicato.f.quandoq; ſcribitur facunde ſignificat: & antepenultimã producit.Si uero cum unico.f. ſcribatᷣ:
ex.a.compoſitum dicunt & fabile:quaſi abunde:& non dicibiliter ſignificet : cuius antepenultimã corripi
uolunt.Affabiles cum duplicato.f.ſcribitur:ex ad & fabilis componi dicunt.ſi autem cũ dictionibus incipi
entibus a.g.componatur : ex ſimili cauſa.d.in.g. mutare uolunt: ut aggero ex ad & gero quaſi aggrego:
unde agger deducitur:& ſimili modo ſcribitur.& eſt teſte Seruio ſuper octauo æneidos: cuiuſlibet rei coa
ceruatio : Vnde foſſæ aut ualles poſſunt repleri . & ſuper decimo æneidos ait: agger proprie terra illa di-
citur: quæ facto uallo propius ponitur. Sed abuſiue & muros & munimenta aggerem etiam dici rettulit.
ut Virgi.Quin intrant portas atq; ipſis prœlia miſcent.Aggeribus mœrorum & inundant ſanguine foſſas
Nonnunq; uero eodem Seruio teſte ſuper.viii.ænei.Agger media eſt uiæ eminentia exaggeratis lapidibus
ſtrata.Vnde dixit Virgilius:Qualis ſæpe uiæ depræhenſus in aggere ſerpens.Sane ſi cũ dictionib⁹.ad.præ-
poſitio incipientibus a.gn.componatur abiicit.d.ipſum:ut agnitus agnoſco.Simili modo ſi ſequatur.ſ.p.
uel.ſ.c.ut uidebimus.Si uero cũ dictionibus aſpiratis componatur ad:conſeruat.d.& idem eſt: ac ſi cũ uo-
calibus componeretur:ut adhæreo adhibeo:quod ex ad & habeo componitur: adhortor & ſimiles. Verũ
ſi cum dictionibus incipientibus ab.l.componatur:conſeruant aliqui.d.integrum.Alii uero conuertunt in
l.quod Priſciano magis placuit:& melius ſcribi alludo cum duplicato.l.ꝙ; adludo cum.d.ante.l.uoluit.Si
militer alleuo magis ꝙ; adleuo:quod ex ad & leuo componitur:ſignificatq; in altũ tollo:uel de imo: & ubi
quod iacet atq; proiectum eſt ſurſum leuo.Quintilianus libro.xi.Vidi inquit multos quorũ ſupercilia ad
ſingulos uocis conatus alleuarentur.Idem homini in aquam lapſo atq; ut alleuaretur oranti.Alleuio ſimi-
liter ſcribitur:& componitur ex ad & leuio leuias:quod eſt pondus auferre uel diminuere.Allubeſco ex ad
& lubeſco:quaſi lubens facio.i.obedio. Si autem ad cum dictionibus incipientibus ab.m. cõponatur ipm
d.integrum conſeruat:ut admitto quod ex ad & mitto| cũ duplicato.t.ut uidebimus cõponitur: & ſignifi-
cat teſte Priſciano in.viii.aſſumo ſcilicet & pecco.Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciã:Iam fas eſt admitte ui
ros.i.aſſume.Idem in eadẽ:Quid pheeas admiſit:quænam hic eſt culpa puellæ: admiſit dixit pro peccauit.
Simili modo admoneo admiror adminiſtro & ſimilia.At cũ dictionibus incipientibus ab.n.uoluerunt qui
dam modo conſimili ad ipſum.d.conſeruare: ut adnitor adnuo. Quod Priſciano non placuit : ſed potius
mutari in.n.uoluit & ſcribi annitor:annuo:annumero:& alia ſimiliter.Sane ſequente.p.abſq; alicuius du-
bitatione in ſimilem litteram conuertitur.d.ut appello ex ad & pello pellas:quod eſt uoco cõponitur. Vn-

de appellare eſt aliū aduocare. At appello appellis ſimili mō cū duplicato.p.ſcribitur.cui ſimile eſt impello
Vnde appuli in præterito.i.applicui deriuatur. Terentius:Poſtq̄ poeta animū ad ſcribendum appulit.i. ap
plicuit.Si uero cum unico.p.ſcribatur:idem eſt quod amoueo.Nam componitur ex.a. quod priuationem
indicat:& pello pellis ut apulſus ab ubere.i.amot⁹.Virgilius appendo ex ad & pendo pendis componitur
& eſt ſuſpendere:ut appendi unam cum ad lancem ſtateramq; ponderaui.Cicero in Antoniū:ut iam appen
datur pecunia non numeretur.Et in procemio orationū Aeſchinis ac Demoſthenis a ſe tranſlatarum figu-
rate ad incorporea tranſtulit cum ait:Ea putaui non annumerare lectori debere:ſed tanq̄ appendere. Simi
liter apparo ex ad & paro componitur:& diuerſum ab eo quod eſt præparo ſignificat. Nam præparare eſt
antea parare:quæ quis utilia ſibi fore credit.Cicero officiorum libro ſecundo:Facile totius curſum uitæ ui-
det :ad eamq; degendam præparet res neceſſarias:ut paſtum latibula:& alia generis huiuſmodi. Apparere
uero eſt ad dignitatem quandā ac uerius pompam ſe aptare.Idem de oratore libro.iii.Illa quæ in apparatu
fori appellantur inſignia.Et licet apparatus quādoq; utrunq; ſignificare uideatur:ut apparatus belli quaſi
præparatio.Id tamen potius eſt ex quadam conſequentia q̄ proprietate. Nam ut dicimus: naues nō modo
inſtructas:ſed etiam ornatas:quia ut inſtructiores ad bellum eo pulchriores ſunt:Ita apparatum belli uoca
mus:quæ ad bellum quodam decore & ornamento aptantur.Sane præpoſitio ad nōnunq̄ ſequente.p. lit-
tera.d.abiicit:ut aperio quod ex ad & perio:ut quibuſdam placuit componitur:cuius uerbi ſimplex in uſu
non eſt.Aliis uero quibuſdam & Priſciano in.viii.magis uiſum eſt ex ad componi & pario:quod apud uetu
ſtiſſimos:ut ſupra oſtendimus non ſolū ſecundum tertiam:ſed etiam ſecundum quartā coniugationem de-
clinabatur:& habet primā breuem.Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciā inquit:Protulit ut mos eſt: & aper-
ta palluit agna.At reperio quod ex eodem uerbo componitur:& cum unico.p.ſcibitur: quaſi defraudetur
una conſonante ratione præpoſitionis in præſenti:in præterito duplicat.p. & tempus recuperare uidetur:
quod ſimili modo in comperio & comperi ratione præpoſitionis opportunum non fuit.Si autem ipſa præ-
poſitio.ad.cum dictionibus incipientibus a.q.componatur ipſum.d.in.c.cōuertit:ut acquiro ex ad & quæ
ro:acquieſco ex ad & quieſco.Sed ſequente.r.uoluerunt aliqui ipſum.d.integrum conſeruari ut adrideo.
Quod Priſciano non placuit : ſed magis in.r. cōmutari uiſum fuit:ut arrideo arripio: quod ex ad & rapio
componitur.Simili modo ſequente.s.uolebant nōnulli.d.integrum conſeruari debere:ut adſumo adſiſto
Quod ſimiliter eidem auctori non placuit: ſed potius cōmutatione.d.in.s. ſcribi uoluit: ut aſſumo aſſiſto
aſſideo ex ad & ſedeo:quaſi iuxta ſto.Et inde aſſiduus aſſector ex ad & ſector:& eſt comitatū præſto:non in
itinere:aut nauigatione:aut militia:ſed fere per urbem.Cicero de oratore libro.i.Cum ædilitatem Craſſus
peteret eumq; maior natu & conſularis Sergius Galba aſſectaretur: quod filio ſuo deſpondiſſet. Verum ſi
ſequens dictio ab.ſ.c.incipiat:& componatur.ad.præpoſitio ſubtrahitur.d.ut aſcendo:quod ex ad & ſcan
do componitur:aſcribo quod ex ad & ſcribo cōponitur:aſciſco quod ex ad & ſciſco formatū ſcilicet a ſcio
cōponitur . Et eſt remotum aliquid quaſi ſcite uocatū capere.Cicero de oratore:Quod minime polite mi-
nimeq; elegantes ſunt aſciuerunt aptum ſuis auribus opimum quiddam & quaſi adipale dictionis genus.
At conſciſco fere ad mortem pertinet . Nam plerunq; ſic legimus mortem ſibiipſi conſciuit . Mortem tibi
ipſe cōſciſus.Comperitur etiā reſciſco quod proprie deſignat rem poſtq̄ geſta eſt ſcire : quā neſciebas cum
gereretur:præſertim ad te tuos ue pertinentem.Terentius in adelphis:En tibi reſciuit omnē rē.Id nunc cla-
mat ſcilicet.Gellius uero dixit reſciſcere eſſe rē occultā inopinatā inſperatamq; cognoſcere. Quod mihi nō
uidet̄.Nam ſi uideā hoīem cælo uolantē:ut feciſſe Dædolus Perſeuſq; fertur.Aut aliquem e terra prodire:
qualē Tagē fuiſſe ab hetruſcis creditū eſt.Aut ſatyrū aliquē ſemiuirū ſemicaprū:quē uidiſſe nonnulli ſcri-
pſere dicar ne reſciuiſce:Et ut puto nō dicā.Subtrahitur etiam ab eadem præpoſitione.ad. ipm.d. ſi cū di-
ctione cōponitur ab.s.p.incipiente:ut aſpicio:quod teſte Priſciano in.viii.ex ad & ſpicio uerbo:quod ſim-
plex nō ē in uſu cōponit̄:& inde aſpectus.& ſimilia.Si aūt cōponat̄.ad.cū dictionib⁹ incipiētibus a.t.mutat̄
d.in.t.ut attineo ex ad & teneo:attingo ex ad & tāgo:attraho ex ad & traho:attamē ex ad & tamen.

De ſyllabis deſinentibus in.f.

Quoq; nullam ſyllabam per ſe terminat:hoc eſt niſi loco.b.uel.d.uel.s.uel.x.in compoſitione ob ſe-
quentiam unius iſtarum ſit poſita:ut ex ob & facio officio:ex ad & factus affectus:ex dis & facilis diffi
cilis.Similiter ex dis & fundo diffundo:eodem modo ab ex & facio efficio.

De ſyllabis deſinentibus in.g.

Imili modo.g.apud latinos nullius ſyllabæ eſt terminalis:niſi cum loco.d.uel.b.ponitur:ut ſupra ui-
dimus.Nam ex ad & gero fit aggero:ex ſub & gero ſuggero.

De ſyllabis deſinentibus in.h.& in.k.

On etiam poteſt.h.aſpiratio integram ſyllabam terminare : quod ſi in quibuſdam interiectionibus
comperitur :ut uah.ah.&.oh.putat Priſcianus per apocopam fieri:cum perfecta ſint uaha aha ohe.
Similiter.k.nullius ſyllabæ terminalis eſſe poteſt.

De ſyllabis deſinentibus in.l.

N.L. uero litterā quacūq; conſonante ſequente antecedens ſyllaba terminari poteſt : ut albus ulcus

calcearium:quod pro calceo ponitur:ut cibaria pro cibis:fulcrum qui & lectus dicitur. Nam eſt quo iacentes fulcimur.i.ſuſtinemur:ut dixit Seruius in.vi. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam ait:Antiquũ & uetus eſt alienum poſthume lectũ Concutere.atq; ſacri genium contemnere fulcri. Mulcrum quod cum.c. abſq; aſpiratione ſcribitur:& a mulgeo deriuatur:facitq; in plurali mulcra. ſimiliter ante.d.ante.f.ante.g.& ante alterũ.l.ut ualde Alfenus nomen eſt uiri proprium. Algeo culleus cum duplicato.l. Nam uter ex corio ab occuliendo.i.claudendo dictus. Nam in eo ſceleſtiſſimi homines cum ſimia gallo & ſerpente incluſi iaciebantur in mare. Vnde Iuuenalis in ſatyra Stemata quid faciunt ait: Quis tam perditus ut dubitet ſenecam præferre neroni. Cuius ſupplicio non debuit una parari ſimia. Nec ſerpens unus:nec culleus unus. Pugillaris ſimiliter cum duplicato.l.ſcribitur:qui & pugillare in ſingulari:At in plurali ſolum pugillares dicimus & ſignificat tabellas cæreas:ſiue ligneas: ſiue alterius materie:in quibus ſtilo ſcribimus. Vnde a pugno deducitur quo cõpræhendi conſueuerãt. Palla ſimiliter ſcribitur:& proprie ueſtis & muliebris: deducta uſq; ad ueſtigia:dicente Virgilio libro.xi.de Camilla:Pro crinali auro pro lõgo tegmine pallæ Tigridis exuuiæ per dorſum a uertice pendent. Tollo eodem modo ſcribitur:& duo ſignificat.ſ.capio & educo:ut ſuſtuli filium.ideſt ſuſcæpi filiũ. Item ſuſtuli filium ideſt educaui. Et ab utroq; fit ſublatum. Terentius:Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere.i.educare. Similiter Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam cũ ait. Tollere dulcẽ Cogitat hæredem. Quod etiã de ſuſcipiendo intelligi potæſt:ſiquis ſequentia recte inſpicit. In quibus oſtẽdere uult Vrſidium tanq; ſibi placeret lex iulia de adulteriis deſiſtere uelle ab hoc crimine: & ducere uxorem procreandorum liberorũ gratia. Sed alia de ſuſcipiendo uidentur eſſe exempla. Nam certe Alexander magnus ex uxore liberos non educauerat. At qui ipſe apud Curtiũ ait:Ego ipſe Orthoxartis perſæ filiam mecum matrimonio iunxi. Non dedignatus ex captiua liberos tollere. Papyrianus iuriſconſultus de legatis & fideicõmiſſis ſecundo:Mando meæ filiæ pro ſalute ſollicitus ipſius:ut quo ad liberos tollat:teſtamentum non faciat:Ita.n.poterit ſine periculo uiuere. Quin & eadẽ ſignificatiõe ponit᷑ ſublatum:ut Suetonius de patre Neronis:deceſſitq; pyrgis morbo aquæ intercutis ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. Nam pater Neronis filiũ uix uidit. Sane tolero non per geminatum.l.ſed per unicum ſcribitur:cum prima ſit breuis. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam:Quædam parua tamen:ſed non toleranda maritis. Similiter uolo per unicum.l.ſcribitur & corripitur.atq; eodem modo uelim & uolam. At uero nolo producitur & nolim & nolam:licet uellem & nollem per geminatum.l.ſcribantur:& ſic primam producant. Calleo ſimiliter & callidus per duplex.l.ſcribitur:ut Iuuenalis:Callidus & triſtes digitos impreſſit aliptes. & caleo per unicum.l.aliud ſignificat. Pelagus ſimiliter quod græcum eſt per unum exaratur.l.& primam corripit:Iuuenalis in ſatyra Natali coruine die:Et pelago poſtq; parcæ meliora benigna Penſa manu ducũt. Vlmus cum.l.ante.m.ſcribitur. ſimiliter palma. & inde palmula quæ eſt extrema pars remi:eo quod eſt in modum palmæ protenta. Virgilius libro æneι.v. Et leuas ſtringat ſine palmula cautes. Significat etiam palma uictoriam:quia palmarum artificio acquiritur. Quin & teſte Seruio in.xi. æneidos.dicitur etiam toga:quam merebantur hi:qui deportaſſent de hoſtibus palmam. Alnus per.l.ante.n.ſcribitur: arbor eſt. culpa cum.l.ante.p.ſcribitur. Vlpianus ſimiliter quod nomen eſt iuriſconſulti. fulſit cum.l.ante.s.ſcribitur. ſimiliter excelſus. Altus uero cum.l.ante.t.& eodem modo conſulto uerbum:quod a conſulo format᷑:& ſignificat deliberare:quod quidem fit cum adeſt qui conſilium petit: & qui conſilium dat. Et inde cõſultatio deliberatio. Et conſultor qui pro eo qui alium conſulit accipi ſolet. Nonnunq; etiam pro eo qui alium conſulit.ut Saluſtius in Iugurthino:Simul inquit ab eo petunt ut fautor conſultorq; adſit. Conſultus uero eſt homo prudens & ſciens dignuſq; a quo conſiliũ petas. Et aliquando quidem eſt participium:ut conſulti medici dixerunt eundem eſſe langorem. Aliquando uero nomen. ut Horatius in primo carminũ: Parcus deorũ cultor & infrequens inſanientis dum ſapientiæ conſultus erro. Liuius libro.x.ab urbe: Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquentiæ conſultos. Vnde in primo dixit de Numa Põpilio conſultiſſimus uir:ut illa quiſq; ætate eſſe poterat. Et inde componitur iuriſconſultus ſi cõpoſitũ eſt. Horatius:Eris tu qui modo miles mercator:tu conſultus modo ruſticus. Quod etiã dici ſolet iureconſultus. finit etiam ſyllabam.l.ſequente.u. conſonante:ut ſilua:de quo in ſequentibns. peluis a peluendo dicta. Puluis ſimiliter qui generis eſt maſculini: & a pellendo nomen aſſumpſiſſe dicitur:facitq; dimminutiuũ ex ſe puluiſculum generis neutri:ut Hieronymo placuit. Maſculine tamen poſuit Apuleius de Magia cũ ait:miſi ut petiſti munditias dentium: nitelas oris ex arabicis frugibus tenuem cãdificum:nobilem puluiſculum:cõplanatorẽ gingiuulæ:& reliqua. Vnde ait Seruius ſuper.xii.ænei. Puluis ille quo utunt᷑ puellæ etiam cinis dicitur. Ad cuius differentiã alius puluis cinis imundus uocatur.ut Virgi.libro georgi.primo:Et cinerem imundum latos iactare per agros. Vnde a cinere.i.puluere puellarũ dicuntur cinifiones.ut Horatius:Cuſtodes lectica cinifiones paraſitæ. Terminat etiam.l.ſyllabam ſequẽte.x.ut mulxi. Verũ ante.q.uel.r.nõ inuenit᷑.l.nec.h.aut.k.poſſũt ipm.l. cõſeq.

De ſyllabis deſinentibus in.m.

Terminare poteſt ſyllabam in media dictione: quando ſequens ſyllaba in.b. incipit uel.p. uel altera m.hoc eſt ante has litteras:nõ etiam.n.ſtare poteſt:quia ſi per compoſitionem interueniret: cõuerti debet in.m. Sed etiam ante.d.&.l.&.s. & ſecundum alios ante.q.poteſt.m.ſyllabã terminare ut oſtendemus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ante.b.ut umbra:& inde umbratilis is dicitur qui umbratus ſiue umbra tenus eſt:ut uita umbratilis & res
umbratiles:idem uita umbra & opaco marceſcens.Cambyſes:de quo in ſua dictione uidebimus.Membrũ
& inde membratim:quod eſt per mẽbra.ambio & inde ambitus:unde ambitio & inde ambitioſus is dicitur
qui non ſuæ uirtuti confidit.Vnde non recte graditur:ſed per circuitũ:ſiue quod romani: qui honores pe-
terent ſingulos circuibant præhenſantes roganteſq;:ut ſe in ſuffragiis adiuuarent:ut uidebimus in dictio-
ne roma.Siue quod q pro adipiſcendis honoribus ſolliciti ſunt:cũ rogant exordio quodã longiore: & uer-
borum circuitu utuntur.Vnde ambitus ſemper in actu eſt:& ea facit: quæ ambitio: quæ eſt in animo facere
cõpellit.Nõnunq; uero ambitus pro ſpecie quadam fauoris:& captatione miſericordiæ ab auctoribus po-
nitur.Quintilianus:Si iuuenis innocẽtiſſimus iudices uti uellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis poterat alle-
gare nobis amiſſã in oculis cogitationũ oĩu; temeritatẽ. Vnde ambitioſus etiã mõ cõſimili nõnunq; accipit̃
Vt idem libro.vii.inſtitutionũ:Nõ ſum ambitioſus in malis:nec lachrymarũ augere cauſas uolo:utinã eſſet
ratio minuendi.Ouidius libro.iii.de ponto:Sed tamen hoc factis adiunge prioribus unũ Pro noſtris ut ſis
ambitioſa malis.Cãbio quod originẽ habet græcam & præteritũ facit campſi.Nã a κάμπτω uerbo græco
deducitur:quod in præterito facit:ἔκαμψα.Vnde cãpo cãpſas ſolebant uetuſtiſſimi dicere.Ennius in.x.Le
licatem cãpſant.Recũbo recũbis ſimiliter quod eſt tertiæ coniugationis:atq; idem cũ recubo.as.ut Virg.in
bucolicis:Recubans ſub tegmine fagi.Colũbus ſimiliter & columba: quæ teſte Varrone a culminibus dicũ
tur:quia alte nidulantur.Ante.p.ut imperiũ & inde imperioſus:quo uno modo iperii oſtentator deſignat̃:
utputa in exercenda ſæuitia:qualis Torquatus apud Liuiũ:qui filiũ ſæuitia ob imperiũ contemptũ occidit.
Vnde imperioſus appellatus eſt.Altero modo is ſignificatur:qui iperii habitationẽ detinet:ſeu plenitudinẽ
Impedio ſimiliter ſcribitur:& inde impedimenta:quod duo ſignificat.Vnũ eſt difficultates: quod in cõmu
niori uſu habetur.Saluſtius:Occulte per amicos & maxime per homines nominis latini & ſotios italicos im
pedimenta parabant.Curtius:Vnã anum & duas puellas itinerũ agminũq; impedimenta triginta milibus
talentũ auri permutes.Cicero:Cum primũ impedimenta naturæ diligentia induſtriaq; ſuperarit . Signifi-
cant etiam impedimenta:iumenta quæ ſarcinas:uel alia bellica inſtrumenta geſtant.Et ſarcinæ res ſunt:quæ
in uia portantur.Curtius:Magno conſilio iacturã ſarcinarũ impedimentorũq; contempſit.Et iterum: ſarci
nas & impedimenta ibi cũ præſidio reliquit.Liuius ſimiliter:quarta uigilia profecti ſarcinis impedimẽtiſq;
beneuenti relictis.Idem: iumentaq; ſarcinas & alia bellica inſtrumenta portabant. Vnde ait Frontinus ipſe
quoq; ob hoc exaſperatus interfectis omnibus impedimentis ad pugnã deſcendiſſet.Cõparatiuũ ſimiliter
cum.m.ante.p.ſcribitur:& conuertit.n.in.m.Nam cõponitur ex con & paro.i.diuerſa: uel aliquid unum:
ut diuerſum.Itaq; cum.a.poſt.p.ut etiam cõparo uerbũ ſemper ſcribit̃.Eius natura eſt ſuperare in ea quali
tate:quã optinet poſitiuũ.Aliquando tamẽ teſte Quintiliano utimur cõparatiuis ꝓ abſolitis.Quod poetæ
noſtri ſæpiſſime obſeruant:ut Virgilius in Tityro:Candidior poſtq; tendẽti barba cadebat: hoc eſt cãdida.
Et libro.v.æneí.Comites ſeniores aceſtæ:pro ſenis:ut dixit Priſcianus qui id addidit cõparatiuũ: nõnũq; ꝓ
minori ui accipi:q; ipm poſitiuũ:ut Virgi.libro æneí.i.Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentis. Nã nõ
abſolute ſed ex parte triſtis accipitur.Verũ de ſeniore pro ſene:non illi primũ aſſentiendũ uidetur : cum ab
aliis pro ualde ſene ſimiliter efferatur:ut Quintilianus de ſocrate.Eo nanq; ait ſeniore octauũ.n.& nonage
ſimũ cõpleuit annũ præcæptorẽ Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cæpit. Et Ouidius de triſtibus: Imperium
regat hoc cũ ſeniore ſenex.Nec plane triſtior pro ex parte triſtis:ſed pro triſtis:ut uoluit Quintilianus acci-
pitur.Nec Seruius ut puto dictũ Varronis & Plinii ad mentem accæpit.Ait.n.ſuper.vii.æneidos:Seuior &
iunior cõparatiui ſunt per iminutionem.Et.n. ſenior non ſatis ſenex:Iunior non ſatis iuuenis: intra iuuenẽ
ſicut pauperior intrra pauperem.Quã rem Varronem in libris de lingua latina ad Ciceronem dixiſſe: & a
Varrone tractam confirmaſſe Plinium:dixit idẽ Seruius.Ego uero & ſi de iuniore ac pauperiore dixerint:
alio intellectu affirmare uelim.De ſeniore nullatenus puto.Nã & ſi iunior te ſũ:minor natu te ſũ:ita minor
te ſum ideſt minoris ætatis q; tu.Et ſic forte per iminutionem illi intellexerunt.Sed non propter hoc tollit̃:
quin ſuperem te in ea qualitate quam obtinet poſitiuus:hoc eſt: ſuperem te iuuentute: & paruitate ætatis.
Terminat etiã.m.ſyllabam ante alterã.m.ut flamma:quæ eſt ignis. Flammeum uero genus eſt ueli rubicun
dum:quod geſtabatur a mulieribus nuper nuptis: de quo Iuuenalis in Satyra Credo pudiciciam inquit:
Emutatq; domos & flãmea cõterit.Similiter ſũmus ſũma & aduerbiũ ſũmatim:quod eſt ꝑ ſingulas ſũmas.
Aliquãdo ꝑ unã ut dicã de hac re ſũmatim.Nã a uerbo ſũmo ſũmas primæ cõiugatiõis deducit̃:quod ꝑ ge-
minũ.m.ſcribit̃:licet ſumo ſumis tertiæ cõiugatiõis ꝑ ſimplũ ſcribat̃. Imitor etiã cũ prima breuẽ habeat: ꝑ
ſimplũ.m.ſcribi debet.Iuuenalis in ſatyra Omnibꝰ in terris:Sanctos licet horrida mores Tradiderit domi
no ac ueteres imitata ſabinas.At mãma cũ duplex.m.ſcribat̃:in deriuatiuo unicũ ꝑdit: & dicit̃ mamilla per
unicũ.m.& duplicatũ.l.habetq; primã breuẽ:ut Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciã.Illa loq recta faciet ſtri
ctiſq; mamillis.At ſumẽ licet primã ꝓducat:cũ unico tamẽ.m.ſcribit̃:& a ſugendo nomẽ aſſumpſit:& ut q-
dã ferũt eſt ſuis mãma.alii uero dicunt Bruti cuiuſq;.Et ſimili modo uuluã dicũt eẽ mãmã ſuis uel uaccæ aut
taliũ.Horatius:Obeſo nil melius turdo:uulua nil dulcius ãpla.Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie:Qui me-
minit calide capiat Quid uulua popinæ.Eſt etiã uulua mulierũ:qua naſcendo egredimur:ut idẽ in primo:

Cũ tot obortiuis fœcũdá iulia uuluá. Solueret. Cõmodatarius uero ꝑ duplicatũ.m.ſcribit᷑: & is dicitur qui
cõmodatum accæpit. Cõmentum quod ex con & mento quidam eſſe compoſitum & deductũ uolunt: quaſi
ſit cõmonitio mentis: per duplicatum.m.ſcribitur. Alii a cõminiſcor deductũ uolũt: quo ad idẽ tẽdit. Eſt.n.
fictũ & enarratũ & inde cõmẽtariũ: quod teſte Cicerone in Bruto non eſt oratio: ſed capita rerũ & oratiõis
cõmentariũ paulo plenius. Sane Seneca quod cõmẽtariũ ſignificet expreſſius libro declamationũ tertio in-
dicat dicens. Sine cõmẽtario nunq̃ dixit: ſed cõmẽtario contentus erat in quo nudæ res ponunt᷑. Dicit᷑ etiá
cõmentarius in maſculino ut Liuius libro.xlviii. Quæri iuſſit ab eo ut quẽ de his cõmentariũ a patre accæ-
piſſet. Et ſubdit librũ popoſcerunt: ſi plures primus & ſecũdus cõmentarius. Itaq; in ſingulari pro una ea-
demq; ſignificatione tam neutrũ q̃ maſculinũ accipitur. Et eandẽ ſignificationẽ habet: quá in plurali ma-
ſculinũ. Et ſunt libri ubi res nõ late diffuſeq; explicant᷑: ſed breuius q̃ poterant tractare ut Cæſaris cõmen-
tarii: in quibus ad exequendá hiſtoriá aliis uidetur ſubieciſſe materiá. Qui ſi fuerint ſinguli: cõmentarium
uel cõmentarius uel liber dicitur. Verũ & ſi ex multis longiſq; tractatibus breuiora coaceruent᷑ cõpendia:
cõmentarii etiá dici poſſunt. Vti nos cõmentarios hos uigintiquattuor libros diximus & duodecim illos ali
os: quos de omni ratione diſſerendi: & artis dialecticæ præcæptis ex innumeris pene auctoribus & magnis
latinorũ & græcoꝝ uoluminibus ad Franciſcũ iuriſconſultiſſimũ: & conterraneuꝫ meum nuper edidimus.
Vnde & nonnunq̃ ſimiliter libri cõmentarii deducuntur. Cicero de finibus libro.iii. Tu ipſe cũ tátũ librorũ
habeas: quos hic tádẽ reqris cõmẽtarios: quoſdá inq̃ ariſtotelicos. ponitur etiá ab auctoribus cõmẽtarius in
ſingulari & maſculino ac neutro ĩ plurali ĩ alia ſignificatiõe: hoc eſt ꝓ expoſitiõe & interprætatiõe actoꝝ: ut
A. Gelliꝰ: ẽ adeo inqt ꝓbi grámatici cõmẽtarius ſatis curioſe factus. & iteꝝ: Nõnulli grámatici q cõmentaria
in Virgi. cõpoſuerũt: iteꝝ quoq; noſter Taurꝰ ĩ primo cõmẽtariorũ quos ĩ Gorgiá Platonis cõpoſuit ſcriptũ
reliqt. Quidá etiá talia huiuſmodi opa cõmẽtũ uocauerũt: ut Nigidiꝰ Donatꝰ Priſcianꝰ aliiq; nõnulli. Serui
us uero cõmẽtarios etiá pro hominibus accæpiſſe uidetur: cũ inquit. georgi. primũ ſuperfluá mouent quæ
ſtionem cõmentarii: hoc eſt qui cõmenta ediderunt. Cõmeatus a ſimul eundo dicitur: & in utroq; numero
pro cibariis ad alimoniá reipublicæ aut exercitus: aut alicuius multitudinis accipitur. Interdũ etiá priuatim
ut Cicero pro lege manilia. Iam cõmeatu & priuato & publico prohibemur. Comperitur etiá ipſm.m. fini-
ens ſyllabá ante.d. in omnibus ſcripturis & ſculpturis antiquis ut iamdiu iamdudũ: quod ex iam & dudum
quæ duo paruũ temporis deſignat cõponitur: & de paruo tempore unius horæ: aut ſemihoræ aut duarum
triũ ue aut quattuor etiá horarũ certe breuiſſimi temporis dicitur: ut Virgilius in initio quarti: At regina
graui iamdudũ ſaucia cura. & alibi in eodem libro: Talia dicenti iamdudũ auerſa tuetur: hoc eſt a pauco tẽ-
pore citra. Quod ſane ad præteritũ tempus referri poteſt: & futurũ. Ad præteritũ quidem: ut Virgiliꝰ libro
æneidos primo: de Aenea & achate inquit: Iamdudũ erumpere nubem Ardebant. Non.n. per multũ tempo
ris id cupierant: cũ nec per horam ibidem ſtetiſſent: ſed certe per tempus aliquod anteq̃ id dicerent: quare
expoſuit Seruius.i. olim. Ad futurum uero refertur: ut idem oſtendit Virgilius libro.ii. de Sinone cum ait
Quid ue moror: ſi omnis uno ordine habetis achiuos Idq; audire ſat eſt: iamdudũ ſumite pœnas.i. cito: ut
exponit Seruius. Et hæc ſunt propriæ ſignificationes eius dictionis. ſ. ut diem in præteritũ uel futurum non
tranſgrediantur. Verum improprie & raro ab aliquibus auctoribus pro eo quod proprie eſt iampridem:
aut iamolim poſitũ cõperimus: ut Macrobius in ſaturnalibus: Iamdudũ inquit hæc quæſtio ab Ariſtotele
& propoſita eſt & ſoluta: cum dicere debuiſſet iampridẽ: aut potius iamolim. Plinius etiá libro.xxiii. natu-
ralis hiſtoriæ ſic inquit: Somno uero aut ſecuritatibus iamdudũ hoc fuit: quod illa Helena ante cibum mi-
niſtrauit. Sed quia in huiuſcemodi aduerbiis differentias temporũ deſignantibus difficultas nõnũq̃ eſſe ui
detur: decreui illa per ordinem explanare. Et a dudũ incipiens cõperimus illud eandem prorſus cũ iamdu-
dum ſignificationem detinere. Ita ut nec diem proprie tranſcendat. Vt dudũ intraui: dudũ te expecto.i. ho
ra aut ſemihora eſt uel duæ uel tres: uel ut multũ quattuor ex quo intraui: & ex quo te expecto. Improprie
uero diem ac dies tranſcendere nõnunq̃ ab auctoribus ponitur Plinius libro.xviiii. naturalis hiſtoriæ: iam-
dudũ inquit ex eadem hiſpania. Zœliton uenit in italiam plagis utiliſſimũ. Liuius libro.xli. in eo inquit ca-
ptiuoꝝ numero fabri: q dudũ fuerunt aſſueti apud pœnos mihi crede opus in arce lacenorũ fecere nuper:
quaſi nõ longo tẽpore a nunc dicit᷑. Ita tamen ut nõ ad præſentem diẽ: hoc eſt præſens tẽpus referamus: ſed
ad præteritos nõ modo dies: ſed aliquãdo menſes: & etiá annos: quos pro cõditione materiæ complectit᷑: ut
nuper inuenta ẽ pixis: quá ſideritẽ appellẽt.i. nõ multo tpe ab hinc. Cicero de diuinatione: Neq; ante phi-
loſophiá patefactá quæ nuper inuẽta. Idem de amicitia: Neq;.n. aſſentior iis qui nuper hæc diſſerere cœpe-
runt cũ corporibus ſimul animas interire: atq; omnia morte deleri. Significat etiá interdũ nuper non longo
tempore a tunc. ut Curtius: Qui nuper ab Alexandro miſſi erant. Et Liuius tunc inquit hæc ipſa indignitas
augebat animos non retinendis modo publicis agris: quos ut teneres pertinacẽ nobilitatẽ habebat. Sed ne
uacuũ quidem agrum nuper ex hoſtibus captũ diuidere. Pridem hoc eſt non longo tempore prius a nũc.
& idem quod nuper ſignificat. Plinius libro.xvii. naturalis hiſtoriæ: Ipſi uero pridem uidimus: ea ferme om
nia præter pubertatem in filio Cornelii Taciti equitis romani. Similiter Paulus iuriſconſultus: Et non ẽ mi-
rum ſi peculiũ quoq; defuncti pridẽ filii defertur patri. Vlpianus quæritur inquit cũ ordinẽ tenere: quẽ pri

dem habuit.Ponitur etiã pridem ſæpe cum negatione &cum q̃ & cũ ita. Cum negatione quidẽ ut Plinius
libro.xv.Medica non pridẽ uenere in italiam.Cũ q̃ uero ut Cicero pro Roſcio:Comedo q̃ pridem Fãnii in
aduerſaria detuliſti.Cũ ita autẽ ut idem in Bruto cũ ait: fuit.n.regnante iaꝫ græcia:noſtra autẽ ciuitate non
ita pridem dominatu regio liberata:pridie.i.prius die:hoc eſt quaſi heri:nõ tamẽ præſentis diei: ſed cuiuſ-
dam alterius:aut præteriti aut futuri.Præteriti quidem:ut pridie q̃ intrarẽ mare ſerena lux fulſit. futuri ue-
ro ut pridie q̃ intres patriã ſacrificiũ facito.i.die præcedenti quo aut mare intraſti:aut patriam intrabis. Vel
cũ genitiuo ſic:pridie illius diei quo hæc feci:aut faciã. Vnde cũ non dicamus ſecundo calendas:ſecundo no
nas:ſecundo idus:dicimus pridie calẽdas:pridie nonas:pridie idus.i.die præcedẽti quo erũt uel fuerũt calẽ
dæ nonæ aut idus.uerũ ex pridie fit pridianus pro quo heſternus abutimur.Suetonius pluribꝰ in locis. Vn
de in uita Tiberii ſolemnibus ipſe cœnis.pridiana ſæpe & ſemeſa oſonia præbuit.Idem in uita Caii: marcẽ-
te inquit adhuc ſtomacho pridiani tibi poſtridie:quaſi poſtero die dicitur: hoc eſt quaſi cras non præſentis
diei:ſed cuiuſdã alteriꝰ aut præteriti aut futuri:ut poſtridie q̃ pater mortẽ obiit:epulũ feci:aut poſtridie q̃
morieť faciam.i.poſtero:ſiue ſequenti die cũ morietur. Aliquando ſine q̃ ponitur: ut Terentius in andria:
Venit ad me Chremes poſtridie clamitans:ſupple illius diei quo hæc geſta ſunt. At ex poſtridie non fit po-
ſtridianus aut in uſu non eſt:ſed pro eo abutimur Craſtinus:nudiuſtertius idem eſt quod nunc die tertio ſci-
licet præterito:& die ſuperiore adhuc dicimus nudiuſquartus.i.nũc die quarto. Non aũt dicimus nudius
ſecundus:quia magis propriũ de præterito habemus heri & de futuro cras.At dehinc proximo perẽdie di-
cimus.Cicero ad Atticũ libro.xii.ſcies igitur cras:ad ſummũ perendie. Vt dies perendinus dies adhuc ter-
tius.Cæſar in cõmentariis: Qui ſi parte liceat perenino die cũ proximis hibernis coniuncti cum reliquis ca-
ſum belli ſuſtineant.Et cõperendinare eſt differre in longum de die in diem. Indies idem quod quotidie di
citur:ſed proprie cum quodam incremento. Ideoq; plærũq; cum comparatiuo ponitur: ut cum indies ma-
lum arctius premeret:& cum in urbe infinitũ malum ſerperet.Idq; maneret indies latius. Ponitur etiã ſine
comparatiuo:ſed cum uerbo ſignificante incrementum:ut Liuius : Creſcente indies multitudine . Indiem
uero idem quod in præſentia temporis ſignificat:ut Quintilianus: Non ut uere uolucres præſentis modo
cibi memores indiem uiunt.Propediem eſt quaſi prope eſt dies quando hoc fiet. Vnde & propemodum
eſt quaſi prope menſuram:quod accipitur pro pene ſiue prope cum eſt aduerbium.Finit etiã ſecundum ali
quos ipſum.m.quandoq; ſyllabã ſequente.l.ut quemlibet quãlibet.Quin & ſequente.s.ut circumſpicuus
quia a circum & aſpicio componitur:& is dicitur qui circum aſpicitur . Circumſpectus uero eſt qui circum
ſpicit:& in omnem partem ſpectat. Verum ſequente.q.non præcedit.m.ut plæriq; dicunt grammatici: ſed
conuertitur in.n.ut nanq; quanq; & ſimilia. At ſequente.n.non poteſt.m. præcedentem ſyllabam termina-
re:ſed ubicunq;.m.ante.n.in eadem dictione componitur:ſemper in eadem ſyllaba manet ut amnis erum-
na Ramnes.quemadmodũ ſupra uidimus.Item nec ſequente.t.poteſt.m.præcedentem ſyllabam terminare
niſi.p.intterponatur:ut ſumptus promptus cõptus contemptus: licet contemnere ubi non eſt.t. ipſum.p.
non.c.ſuſcipiat.

De ſyllabis deſinentibus in.n.

N.n.uero terminari poteſt antecedens ſyllaba:ſi ſequens incipiat a.c.uel.d.uel.f.uel.g. uel altera .n.
uel.q.uel ut quibuſdã placet.r.uel.s.uel.t.uľ.i.uel.u.cõſonãtibꝰ :uel.x. Ante.c.igiť ut cõciliũ:& uerbũ
cõcilior.unde dicimꝰ cõcilior regi:ſi illi ignotꝰ i eiꝰ gratiã uenis.Recõcilior aũt regi ſiq̃ de cã is mihi iratꝰ de-
poſita ira me rurſus recipiat in gratiã.Cõcinnꝰ:mancꝰ:cõcors:q a cõditiõe cordis diciť.Sancire qđ teſte Ser
uio in.xii.æneidos:proprie eſt ſanctum aliquid.i.conſecratum facere ſub ſanguine hoſtiæ. Vnde dictum ait
ſanctum:quaſi ſanguine conſecratuꝫ.At ſanctio proprie eſt lex cum terrore pœnæ: ut Vlpianus de diuiſiõe
rerum:& qualitate proprie dicimus ſancta:quæ neq; ſacra neq; profana ſunt:ſed ſanctione quadam confir-
mata:ut leges ſanctæ ſunt.ſanctione eni quadam ſunt ſubnixæ . Quod ſanctione quadam ſubnixum eſt id
ſanctum eſt:& ſi deo non ſit conſecratum:& interdum ſanctionibus addicuntur:ut.qui ibi aliquid commi-
ſit capite puniatur.Concio cum.c.in penultima ſcribitur. Nam ex con & cio quartæ coniugationis uerbo
componitur:& deducitur:quod idem ſignificat:quod cieo ſecundæ:hoc eſt moueo: & uoco: & idem uer-
bũ cõcio q̃ſi cõuoco:& nomẽ ipꝫ concio:quæ populi ẽ multitudo cõuocata:uel ex magiſtratꝰ iuſſu uel pub-
lici ſacerdotis:uel ſua interdũ auctoritate.Et ꝓprie ad audiẽdũ oratorẽ cõcionãtẽ in bonũ publicũ:cuiꝰ etiã
oratio concio uocať.Incedo & inde inceſſus ſimili modo habenť:& ad ſublimiores quodã mõ ſpectare ui-
dentur:& qui præ ſe faſtum ferunt. Virgilius libro æneidos primo:Regina ad templum magna ſtipante ca-
terua Inceſſit.idem in eodem. Et uera inceſſu patuit dea.Incola ſimiliter cum.n.ante.c.ſcribitur: & is eſt:q
in alterius regione habitat:& in aliena ciuitate:& repu.Cicero de officiis:Peregrini inquit & incolæ offici-
um eſt nihil præter ſuum negocium agere nec etiam in aliena repu.curioſum.Cunctus ſimiliter cum.c.poſt
n.& ante.t. ſcriptũ in antiquiſſimis inſcriptionibus comperi:ut in marmore quod eſt in eccleſia Michaelis
archangeli in uaticano in epithaphio Homonocæ habetur:quã Pallas cunctis artibus erudiit. Ante.d.finit
etiã ſyllabã.n.ut cõduco:& inde cõductus. Atq; conducticius is dicitur:qui conductus eſt. Nondũ quod ꝑ
o.in prima ſcribiť.Indiciũ quod & per.c.ſcribiť ſicut iudiciũ.Mãdo ſimiliter:quod duplicẽ hꝫ cõiugationẽ

Nam cum ad mandatum attinet mandas facit: cum uero ad dentes mandis. Códitio per.t.abſq;.c. ſcribitur
in penultima: & tunc proprie fortuna ac ſors eſt. Nam a condo dis conditum conditi addita.p.formatur: ut
ego ſum poſitus in hac conditione.i.fortuna ac ſorte. Cicero: O miſeram conditionem adminiſtrandi con-
ſulatus. Nam homo bonæ conditionis non is apud antiquos dicitur: qui máſuetus eſt: & bonæ naturæ. Cũ
illum uocarent antiqui manſueti & boni ingenii: nos manſueti animi manſuetæq; mentis: ſed potius qui in
bona fortuna eſt: & ſorte. Aliquando uero ſcribitur cum.ct.in penultima: & tunc ex con & dico componi-
tur: & pactionem ſignificat: ac electionem: ut apud Terentium: Amatores Chryſidis tulerunt mulieri con-
dictionem: ſi uellet eis morem gerere: ſe daturos illi precium liberalemq; mercedé. Ipſa uero accæpit condi
ctioné: hoc eſt pactioni promiſſioniq; aſſenſit. Rúbicundus teſte Priſciano in.iiii. alternitatis cauſa cũm.c.
pro.b.in penultima ſyllaba ſcribitur: ne ſit abſonũ: ſi rúbibundus dicamus. Nam huiuſcemodi nomina om
nia præter hoc in buudus deſinunt. Et quáq; ille ſecutus Scaurũ antiquum grámaticum & Seruium in.x.
æneidos: uoluerit ea ex ſimilitidine etymologiam trahere. Ita ut uitabundus ſimilis ſit uitanti: prædabun-
dus ſimilis prædanti: moribundus ſimilis morienti: errabundus ſimilis erranti: furibundus ſimilis furenti.
Tum firmior & certior eſt Gellii ſententia una cum ea Caſellii in cómentario lectionum antiquarũ ubi ſcri-
pſit ridibundus idem quod ridens: ludibundus idem quod ludens: errabundus idem quod errans: rubicũ-
dus idem quod rubens. Sed nonnunq; ut Gellius ait uehementiam ſignificant: quod idem eſt: ac ſi diceret
idem ſignificant: quod participia frequentatiuorum: ut riſitans: luſitans: erratitans: populatitans: rubetitás
quæ quia non reperimus in bundus eorum loco ſuffecta ſunt. Repetundarum etiam.n.ante.d.continet: un
de repetundarũ accuſatus: & de pecuniis repetundis non habet alios caſus: ille dicitur: qui cum magiſtra-
tus eſſet prouincialibus: aut ui aut dolo eripuit pecunias: quo nomine omnia quibus diuitiæ conſtát: conti-
neri dicimus: ut uaſa precioſa: ueſtem: frumentum: nauigia: nummos: & cum.a. repeto deſcendat dubitari
poteſt: quare non cum.e.in antepenultima: ſed per.u.potius ſcribitur & profertur. Ad quod dicimus mu-
tatū fuiſſe.e.in.u.quia id tertia coniugatio præter cæteras patitur. Vel ob hoc ſalté ut differret ab illo qd'
dicitur miſſi ſunt legati ad res repetendas: quo ſignificatur principi uel populo erepta eſſe: uel pecorũ uel
hominũ uel locorum ac terrarum agrorum ue corpora. Expendo ſimiliter.n.habet ante.d. & a pendo có-
poſitum eſt: ſignificatq; exacte ponderare: atq; examinare. Cicero in Verrem libro quinto: Deinde hæc ex-
pendite atq; æſtimate. Idem officiorum libro primo: Quæ contemplantes expendere oportebit quid qſq;
habeat ſua eademq; moderari: nec uelle experiri: q̃ſ ſe aliena deceant. Iuuenalis in ſatyra. Omnibus in ter-
ris inquit: Expende hannibalem: quot libras in duce ſummo Inuenies. Perpendo eodem modo componit'
& idem ſignificat: & eſt exacte pondero: atq; examino. Non autem ut aliqui uoſunt intelligo: & animaduer
to. Cicero: Quid in amicitia fieri oportet: quæ tota uirtute perpenditur. At a pando quod ſimiliter ſcribi-
tur: ueteres paſſum cum duplicato.ſ.& non panſum cũ.n.ante unicum.ſ.deduxerunt. Vnde capillo quoq;
mulier paſſo dicitur: quaſi porrecto & ſparſo: & paſſis manibus & uelis paſſis dicimus: quod ſignificat di-
ductis atq; diſtentis. Quin & cum præpoſione expaſſum non expanſum ut aliqui dixere. Cecilius ut refert
Gellius libro.xv.noctium atticarum inquit: Heri uero proſpexiſſe cum ſe ex tegulis hæc nuntiaſſet: flamme
um expaſſum domi protulerunt. etiam nonnunq;.a.littera ante.s.in.e.mutata per compoſiti uocabuli mo
rem: ac pro eo quod eſt diſpaſſis dixerunt diſſpeſſis. Plautus in milite glorioſo: Credo ego iſtoc exemplo
tibi eſſe eundem extra portam diſpeſſis manibus patibulum cum habebis. Indoles ſimiliter ſcribitur: & p-
prie in pueris & adoleſcentibus ſignificatio eſt futuræ uirtutis. Quintilianus: In primis annis laudatur indo
les. Cicero ut.n.adoleſcentibus bona indole præditis ſapientes ſenes delectantur. Nonnunq; uero pro præ
ſtantia uirtutis accipitur. Vt Liuius de Lauinia iam matre: & poſt mortem Aeneæ res adminiſtrante inquit:
Tanta in ea uirtutis indoles fuit. Lucan⁹: Indole ſi dignũ latia ſi ſanguine priſco Rubur ineſt animis. Indole
dixit quaſi generoſitate quadá uirtutis atq; animi. Verũ Liuius & ad malam quoq; parté & ad muta atq; in-
animata indolé tranſfert. Ná loquens de Hannibale ſic ait: Cũ hac indole uirtutũ ac uitioꝝ triénio ſub Ha-
ſtrubale íperatore meruit. Et alibi: Sicut in frugibus pecudibuſq; nó tátũ ſemina ad ſeruádũ indolé ualent:
quátũ terræ ꝓprietas cæliq; ſub quo alunt'. Indico ex in & dico cóponit': & ꝓpric é denũtio: ut indictũ é bel
lũ: Indixit Romulus ſpectaculũ. Liui⁹ in primo: Indici deinde finitimis ſpectaculũ iubet. Itẽ: indixit í poſte
rũ dié ut adeſſent. Idé & iudiciũ indictũ. Pót etiá.n.ſyllabá ante.f. terminare: ut cófero.i. collatuꝝ eé: quid
quod & ꝓfore apud comicos é in uſu. Similiter cóflo.cũ.n.ante.f.ſcribit': & dicimus cóflaui æs alienũ qn fa-
ctus ſũ debitor alienæ pecuniæ. Idé cótraxi æs alienũ qbus correſpódet: diſſolui æs alienũ. Quítilian⁹: Non
ego æs alienũ luxuria cótraxi. Cicero: Patri pſuaſi ut æs alienũ filii diſſolueret. Inſula ſimiliter.n.habet ante
ſ.& é teſte Seruio ſup.x.ænei. faſcia in modũ diadematis: a qua uittæ ab utraq; pte dependét: quæ ut ait plæ-
runq; tortilis é: & de albo & croceo. Ante.g.ſimiliter pót.n.ſyllabá terminare ut fũgor: qd' cũ ablatiuo: nó-
nunq; cũ accuſatiuo cóſtruit': & idé eſt quod officiũ munuſq; ago: & fungor magiſtratu: fũgor prætura: fun
gor legatióe: fũgor officio delegati: fũgor munere iudicis. Similiter fũgor uita: qa fũgor officio uitæ. Inde
defũct⁹ qa finiuit officiũ uitæ. cóſtruit' nónũq; cũ accuſatiuo ut Teréti⁹ in adelphis: Aeſchin⁹ tuus neq; boni
neq; liberalis functus eſt officiũ uiri. Similiter defunctus periculis: quia finita ſunt picula. Virgi.in.iii. ænei.

O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Liuius defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incœpere: hoc eſt finiti ſunt morbi corporum. Ingredior ſimiliter ſcribitur: & ex in & gradior cóponitur: ſed diuerſa ratione. Nam uno modo ad locú ingredi dicimur: ut ingredior forum: uel in forum. Alio modo pro eo quod eſt ambulo: & incedo. Virgi. libro georgi. iii. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur: & mollia crura reponit. Cicero libro quinto ad Atticú: Si dormis expergiſcere: ſi ſtas ingredere: ſi ingrederis curre: ſi curris aduola. Vbi idé eſt ingredere quod gradi & ambulare. mango eodé modo. n. ante. g. detinet & eſt uenalitius uenaliú hominú: ut Martialis: Milia pro puero centú me mango popoſcit. Contingo uero & ſi in præſenti. n. habet ante. g. in præteritis tamé perfectis & pluſq̃perfectis & inde formatis illud ꝑdit: ut contigi contigero contigiſſem contigiſſe. Poteſt ſimiliter. n. finire ſyllabam ante alterá. n. ut annus: & inde anniculus: de quibus in dictione annus late uidebimus. Similiter pannus & inde pannoſus: qui ſcilicet craſſo panno ac uili opertus eſt. Nec hoc niſi de paupere dicitur: cuiꝰ exempla ſunt plurima. bipénis cú. i. & n. ante aliud. n. ſimiliter ſcribitur: & teſte Quítiliano in primo: ſignificat acutú. Vnde ſecuris utrinq; habés aciem bipennis dicitur: & illos errare dixit: qui quia a pinnis duabus hoc eſſe nomen exiſtimát pennas auiú eſſe uolunt: hoc eſt nó etiam pinnas. Ná ut ego in. L. Columella uiro elegantiſſimo annotaui: pinnas ſemp pro pennis quæ plumæ nó ſunt accipit. Vnde puto pennas generale ad pinnas & plumas eſſe. Verú cú hoc tempore plæriq; penna ſcribát a penna pennariú: hoc eſt pennarú thecá deducere poſſumus. At penariú cú unico. n. ſcriptum: locus eſt teſte Varrone de lingua latina ubi reponitur penus: hoc eſt edulia ad uictú pertinentia. Vnde ait Cicero in libris de natura deorum: penus eſt omne quo ueſcuntur homines. Et omnia hæc abſq; diphthongo ſcribunt᷑. Similiter penis cú unico. n. ſcribitur & eſt mentula: dictus a pendendo uel penetrando: licet penis habeat primá longá. Ante. q. poteſt. n. etiá ſyllabá finire ut inquiro conquiro inquilinus: qui ab in & colo cóponitur & deriuatur. Et is accipitur qui in alieno priuato ꝓprie tamé códucto habitat: ſiue in urbe ſiue ruri. Cicero in philippicis: At uero te inquilino nó domino ꝑſonabát oía uocibus ebriorú. plærunq; ſimiliter cú. n. ante. q. ut auctores grámaticæ uolút ſcribi debet: Immo ſequéte. q. ut diximus ubi ante cópoſitioné in præcedenti ſyllaba fuiſſet. m. conuertút illud in. n. ut náq; quáq; & ſimilia. Et deſcédit plærúq; a plæriq;. Sane plæriq; dupliciter apud auctores accipitur. Vno modo pro maxima pars: ut Saluſtius in diuiſione inquit orbis terræ plæriq; in parte tertia aphricá poſuere: pauci tantúmodo aſiam & europam. & paulo poſt: plæroſq; ſenectus diſſoluit: niſi qui ferro aut beſtiis interiere. Ná morbus haud ſæpe quéq; ſuperat. Alio uero modo pro eo quod eſt nónulli ponitur. ut Quintilianꝰ: uideas inquit plæroſq; ira percitos. i. nónullos. Simili modo plærúq; uno modo ponitur pro eo quod fere eſt ſemp. Alio uero modo ſed rariſſime pro eo quod eſt nónunq̃: ut Quintilianus in amatore: Excuſſa ſunt plærúq; uitia uerberibus. i. nónunq̃. & ut quidá uolút eſt aduerbiú: ut uero alii eſt nomé. Ante. r. uero. n. ipm poſſe ſyllabá terminare quidá uolút: ut inrúpo inruo. Aliis magis uidet᷑. n. in. r. cóuerti ac dici irrúpo irruo: & inde irrito quod uno modo hoc eſt cú penultimá producit: idem eſt quod prouoco. Alio modo uidelicet cú illá corripit idem eſt quod nó ratú eſſe oſtendo: uel uolo: corrigo: corruo. Qué modú græci ipi obſeruant. ut συρράπτω ideſt conſuo. Nam ex συν quod eſt có: & ῥάπτω: quod eſt ſuo cóponitur. συρρήγνυμαι ideſt cófundo. quod ſimili modo cóponitur: & in mille aliis. Ante. s. auté abſq; aliqua cótradictione ipſuꝫ. n. præcedenté ſyllabá terminare ualet ut conſul a conſulendo. de quo late Pomponius de origine iuris. Et inde conſularis is dicitur: qui conſulatú geſſit. Et proconſul: qui cum poteſtate conſulari extra ordiné ad aliquá prouinciam adminiſtrandá mittitur: præterq̃ quod nó. xii. faſces eum præcedunt: qui præcedunt conſulé: ſed tantú ſex: ut etiá prætorem & præſidem. Ná non is eſt ut quidam inſcii dicunt: qui pro alio conſule præeſt prouinciæ. Simili modo proprætor: non qui pro alio præturam: ſed qui ordinariam gerit. Idem proquæſtor & ſimiles. Conſilium uero ſine. c. poſt. s. ſcribitur. Nam componitur ex con & ſileo. confeſſus eodem modo. n. ante. s. ſyllabam finit. Neq; eſt confeſſio: ſed homines uno in loco ſedentes: ſicut conuentus non eſt conuentio: ſed homines qui in unú locum conuenerunt. Inſtar ſimili modo ſe habet. Et ut ait Seruius ſimilitudinem indicat. Inducit Virgiliú libro ænei. ii. Inſtar montis equú diuina palladis arte. Nobis uero potius ad equiparationem uel ad menſuraꝫ ſignificare uidetur. ut idem libro tertio: Argolici clypei aut phœbeæ lampadis inſtar. Cicero hexametrorum inſtar uerſum. Inſtitutum ſimiliter ſe habet: & ab in & ſtatuo componitur moremque deſignat ut faciam meo inſtituto: licet nonnunq̃ ſignificet incæptum propoſitum ab inſtituo quod eſt incipio. At inſtitutiones præcæptiones ſunt: quibus inſtituuntur & docentur homines: ut libri a Quintiliano a Lactantio aliiſque auctoribus de inſtitutione inſcripti ſunt. Similiter conſpiro a ſpiro componitur. Nec actiuum eſt: ſed neutrum: unde neque conſpiror: deponens comperitur. Quare nec conſpiratus aliquis dici debet: ſed conſpirans. Simili modo a monſtro monſtrans: quod ſemper cum. n. ante. s. ſcribitur. Monſtrum & Monſtroſus ſimiliter cú. n. ante. s. & . o. abſq;. u. in penultima ſcribitur: quod Lucanus in primo ex ipſa natura uerſus ſic ſcribendum eſſe comprobat cum ait: Monſtroſique hominum partus. Verum plærique interponunt. u. & ſcrbunt monſtruoſus: quod latinum non eſt. Sicut e diuerſo plærique ſcribunt fœtoſus. ut illud in pſalmis: Oues eorum fœtoſæ: pro fœtuoſæ. Nam ſic quoque legendum eſt. Quoniam dictiones quæ quartæ ſunt declinationis: retinent. u. ante oſus: ut actuoſus fructuoſus:

luctuoſus:quæſtuoſus:ſumptuoſus. In ſecũda uero minime:ut ramoſus:doloſus:lacertoſus:petroſus. Atq; ut in maſculinis ita in neutris. ut lutoſus:cœnoſus:damnoſus:lucroſus: uitioſus:portentoſus. Pliniꝰ de naturali hiſtoria: Vniuerſa autem quæ de Hercule ac Pyrene uel ſaturno traduntur: fabuloſa in primis arbitror & portentoſa græciæ mendacia. Cicero pro domo ſua: Hunc tu etiam portentoſa peſtis exulem dicere auſus es: Verũ ante arius ſimili modo ſi nomina ſunt quartæ declinationis ſemper. u. recipiunt: ut ſaltus ſaltuarius: fructus fructuarius: actus actuarius. At ſi ſint ſecundæ declinationis carent. u. ut aſinarius caniparíꝰ & reliqua. Si auté de nominibus loqui uelimus deſinentibus in oſus uariæ fiunt deriuationes: ut meticuloſus a meticulo nomine dimminutiuo magis q̃ a metu deducitur: & is dicitur qui timidus eſt. Similiter mulieroſus qui affectus eſt: & nimis appetit mulieres. Moroſus uero a mores uenit: & non ut multi putát a mora. Nam primá habet longam ut mos moris. Significatq; illũ: qui minus exacte minuſq; ad unguem omnia fieri expoſcit: ut aliquando ob id indignetur: atq; iraſcatur. Suetonius de Cæſare circa corporis inquit curam moroſior: ut non ſolum tonderetur diligenter: ſed etiam uelleretur. Idem de Tiberio ait: Sed affectatione & moroſitate obſcurabat ſtilum. Cicero de oratore: Vſq; adeo moroſi ſumus ut nobis non ſatiſſaciat ipſe Demoſthenes. Addit & ad hæc Cicero aliquando impatientiam & iracundiá: ut cũ in libro de ſenectute inquit: Et ſunt moroſi anxii & iracundi & difficiles ſenes. Idem ſecundo de oratore ait: Me quidem hercule illa ualde mouent ſtomachoſa: & quaſi ſummoroſa ridicula: non cum a moroſo dicuntur: tamen. n. nõ ſal ſed natura ridetur. Dicit' ergo moroſus a nimia diligentia & ſeueritate quotiens plus diligentiæ q̃ oporteat impendimus rebus uel noſtris uel alienis. Noſtris quidez cũ minutiſſima quæq; diſquirimus & nullius frugis. Alienis cum de rebus cæterorum occultioribus non ſatis cum pudore perſcrutamur aut interrogamus. Tranſtrum ſimiliter ſcribitur: & conſtruo: uidelicet cum. n. ante. s. Ante. t. ſimiliter finit. n. præcedenté ſyllabam: ut planta: & inde plantarium: quæ Seruius ſuper georg. ſic ſeparat: Plantæ ſunt inquit raptæ de arboribus: Plantaria uero quæ ex ſeminibus nata cum radicibus: & terra propria tranſferuntur. ut Virgiliꝰ eo loco: Et uiua ſua plantaria terra. Alii uero generalius plantas ſiue euulſas ſiue non cõſitas ſignificare uoluerunt. Nõ auté pro loco aliquando poſitũ fuit. Promontorium etiam cum. o. in ſecunda ſcribitur: & proprie mons eſt in mari prominens. Plinius libro. xxxvi. naturalis hiſtoriæ: Promontoria inquit aperiuntur in mari: & rerum natura agitur in planũ. Liuius libro. xxxiii. Aut aperientibus claſſem promontorii. idẽ libro xlv. Adiunctiq; inſula euboia & excurrentem in altum uelut promontoria attica terra ſita. Munimenta quidem etiam cum. u. in prima: &. i. in ſecunda ſcriptum a munio deſcendit: & ſunt munitiones caſtrorum cæterarumq; rerũ: quæ contra aduentum hoſtiũ muniunt: ſiue uallo & foſſa: ſiue alio quouis modo: quo ſunt milites ab hoſtiũ aduentu muniti. Monumenta uero cum. o. in prima &. u. in ſecũda ſcriptum a moneo deſcendit: Et ſunt ſepulchra ſtatutæ tituli libri cæteraq;: quæ nos alicuius rei præteritæ moneant. Nam in honorem mortui illa fiunt: non in publicam præceptionem: ut quidá ſomniant: quod nos noſtræ ipſorũ mortis admoneant. Vnde & ſi deſint litteræ: aut alii tituli magis ſepulchrum: q̃ monumentũ erit. Liuius libro xlvii. Vtrobiq; inquit monumenta oſtenduntur. Nam & linterni monumentũ monumentoq; ſtatua ſuperimpoſita: quá tempeſtate diſiectam nuper uidimus ipi & romæ extra portam capenam. In Scipionũ monumento tres ſtatuæ ſunt. Quarũ duæ Publii & Lucii Scipionũ dicuntur eſſe. Tertia poetæ Quinti ennii. Scienter eodem modo ſcribitur: & idem eſt quod ex ſcientia: & non ex ignorantia. At ſcite idem eſt: quod docte & perite: artificioſeq;. Identidem cum. n. ante. t. ſcribitur: & ſignificat idem quod frequenter eodem modo. At itidem idem eſt quod ſimiliter. parentare ſimiliter cum. n. finiente ſyllabam ante. t. ſcribitur: & a parentibus deductum eſt. Nam teſte Hieronymo in hieremia libro. iii. Mos eſt. n. gentibus ferre cibos & præparare conuiuiũ quod græci uocant: & a noſtris uulgo appellatur parentalia: eo quod parentibus iam defunctis iſta celebrantur. Hec ille. Similiter Cornelia mater ad Gracchum filiũ apud Cornelium nepotem. Vbi mortua ero parentabis mihi: & inuocabis deum parentem. Vnde Seruilianus pontifex teſte Macrobio libro ſaturnalium primo: negabat oportere atro die parentare: quia tunc quoq; Ianum Iouemq; præfari neceſſe eſt: quos nominare atro die non oportet. Varro autem libro ſexto de lingua latina ferialia inquit ab inferis & ferendo: quod ferunt tum epulas ad ſepulchrum: quibus ius ſibi parentare. Intercludo non ſolum. n. ante. t. ſed. r. ante. c. detinet. Et ut quidam ferunt. n. ipſum euphoniæ cauſa interiectum fuit: Ita ut ſit iter claudo: ut Virgilius: Intercludit hyems: & terruit auſter euntes. Cicero: qui iter pœnorum cadaueribus corporum ſuorum intercludendum putauerunt. Nam introcludo cum. o. ante. c. eſt in interioribus cludo. Tento tentas ſimiliter cum ſolo. n. ante. t. ſcribitur: & non per. m. &. p. litteras: ut inſcii quidam putant. Nam non a temno ſed a tendo: uel a teneo deriuatur: & ſecundum utranq; deriuationem cum ſolo. n. ſcribendum erit. Nam tendo certe facit tentum. Vnde tentigo & tentorium & eius compoſita. Intendo intentũ. Vnde intenti nerui uel cithararum uel arcuum. Extendo extentum: ut Virgilius: Et ſiqué extenta plagarum: Quattuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui. Contendo contentum. Vnde apud Ciceronez: contenta uoce dicendum. Nonnunquá & pro eo qui ſtatui ſuo acquieſcit: ut id paucis enim minimiſque natura contenta eſt. Et Horatius in primo ſermonum: Qui fit mecœnas ut nemo quam ſibi ſortem: Seu ratio dederit: ſeu ſors obiecerit ulla Contentus uiuat. Facit etiam prætendo prætentum.

ut Virgi. Prætentaq; littora uelis. Oſtendo oſtentum: unde oſtentũ oſtenti: portendo portentum: unde portentum portenti. Et ſic ſecundum iſtos qui tentat quaſi manum tẽdit: ut aliam corporis partem in id quod experiri uult & exquirere. Alii uero a teneo deriuari uolunt: quod ut aiunt ipſa uerbi ſignificatio monſtrare uidentur. Nam tentare experiri eſt uel inquirere: & uerbo uel re quaſi manu tenere. Cicero in paradoxis Tentare uolui an ita dici poſſent ut probarentur. Virgi. in. ii. æneí. Vix primi prœlia tentant. Vnde a teneo uel tendo ſupinũ fit tentum per ſolum. n. Vnde tento frequentatiuũ: & participium tentatus tentata tentatum. Cicero in officiis: Tentata eſt res ab omni genere hominũ. Quin & tentaturus ut Virgiliꝰ in. iiii. æneí. Tentaturũ aditus & quæ molliſſima fandi Tempora. Ante. i. conſonans etiam poteſt. n. præcedentem ſyllabam terminare: ut coniungo coniugiũ. ſimiliter ante. u. conſanans: ut conuerto: conuitium: quod teſte Labeone iuriſconſulto dicitur uel a concitatione uel a conuentu: hoc eſt a collatione uocum. Cum. n. in unum cõplures uoces conferunt: conuitiũ appellatur: quaſi conuitium. & ſubdit quod autẽ nec in cœtu: nec uociferatione dicitur conuitiũ non proprie dicit'. Ante. x. ſimiliter poteſt. n. ſyllabã terminare: ut anxius: anxur de quo in ſequentibus uidebimus. Verum ſi dictio terminata in. n. componatnr cũ alia dictione incipiente a. b. uel a. p. uel ab. l. uel ab. m. mutat'. n. in. m. ut cõbibo: imbuo: qđ ꝓprie ẽ teſte Seruio in bucolicis incoho initio: ſed ut ait reperit' etiã apud antiquiores ꝓ eo quod eſt perfundo & madefacio. Impius compitũ: quod teſte Seruio in ſecundũ georgi. quadriuiũ eſt ab eo quod multæ uiæ in unũ confluant. Virgilius: Præmiaq; ingentes pagos & compita circũ Theſidæ poſuere. Illido collido & collidium immunis cõmunis.

De ſyllababis deſinentibus in. p.

N. p. nulla ſyllaba terminatur: niſi ſequens quoq; ab illa incipiat: ut ſupplicium ſupplicio appeto appello apparet Hippocrates Hippocoon. de quibus in ſuis dictionibus uidebimus. Lippus is dicitur qui habet lachrymantes oculos: plenoſq; macore & putore: & ut quidam ferunt quaſi λίαν. i. abundanter pus. i. putor: ita ut. a. in compoſitione abiiciatur &. n. in. p. conuerſum dicatur: quod an uerrm ſit ipſi uiderint. At uero ſupellex cum unico. p. & duplicato. l. ſcribitur: habetq; primam breuem. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie: Tales ergo cibi qualis domus atq; ſupellex. Non poteſt. p. etiam inter. m. &. n. aliquo pacto in eadem dictione ſcribi: quia nec in eadem ſyllaba cum illis nec præcedentem. m. ſyllabam cum. n. incipere poteſt. Non etiam poteſt. p. in eadem ſyllaba poſt. r. collocari: ut ſupra uidimus.

De ſyllabis deſinentibus in. q.

N. q. nulla ſyllaba cuiuſcũq; dictionis terminari poteſt.

De ſyllabis deſinentibus in. r.

Vero littera quacunq; conſonante ſequente poteſt priorem ſyllabam terminare: ut orbus. Et is dicitur quicunq; aliqua re chara priuatus eſt: proprie autem oculorum luce. ut Iuuenalis in tertia ſatyra: Dudum uigilantibus orbis. i. luce priuatis: qui iuxta triuia & compita pontes dormire ſolebant: ut a tranſeuntibus etiam ante diem elemoſynam acciperent. Deinde parens amiſſis liberis: quaſi amiſſa luce oculorum: ut idem in eadem ſatyra: Perſicus orborum lautiſſimus. Et inde orbitas quæ eſt illa qualitas patrum poſt amiſſos liberos. Et uxoris uiduitas poſt amiſſum maritum. Dicitur etiam orbus quaſi orphanus: & orbitas quaſi orphanitas. Ante. c. ut farcio: & inde fartus & refertus. cum. t. abſq;. c. ſaturatus. Similiter exercitus: qui Vlpiano teſte de militari teſtamento ab exercitatione nomen traxit. Vnde exercitorius is dicitur qui ſe exercet. Percitus qui iracundia furoreq; eſt incitatus. At parcus non ab arca ut Caius Baſſus in libris de origine uocabulorum uoluit: quaſi par arcæ diceretur: quando ſicut in arca omnia recunduntur: eiuſq; cuſtodia ſeruantur & continentur. Ita homo tenax paruoq; contentus omnia cuſtodia & recondita habeat ſicut arca. Neq; ab arcendo quod pecuniam conſumi atq; impendi arceat & prohibeat: quaſi pecuniarcus Sed teſte Gellio in fine libri. iii. noctium atticarum: ab eo quod eſt paruum & parum denominatus eſt. Vel ut aliis magis placet a parco parcis. Similiter circuo ſcribitur: a quo cilium ducitur. Et inde ſupercilium cõponitur. Nam teſte Plinio libro. x. naturalis hiſtoriæ: Extremæ ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium uocauere: unde & quæ pilis obteguntur ſupercilia. Nam & gena dicitur: quæ uulgo palpebra uocatur. hoc eſt ea membrana qua quaſi ueſte oculꝰ integitur. i. quæ aperitur & clauditur. hoc plurimi auctores obſeruauere. Plinius in eodem loco inquit: Quibus fragilia operimenta his oculi duri. Omnia talia & piſces inſectas non habent genas: nec integunt oculos: omnibus membrana uitri modo tranſlucida obtenditur. Seneca in Oedipo. Et perirati ſibi genas parentis. i. oculos. Continens exprimens ꝓ contento. Vt ſimili modo draconis genæ ꝓ oculis poſitæ ſũt. Quintilianꝰ ĩ declamationibꝰ de cæco loquẽs ĩquit: Illa ꝑpetua nocte clauſæ genæ nõ cuſtodierũt. Veꝝ & nõnũq̃ ꝓ eo loco ubi naſcũt' pili accœptũ cõperi. Horatiꝰ in ultimo carminũ. Vel cur his animis incolumes nõ redeũt genæ. Nã mala generis fœminini a ſimilitudine mali: hoc ẽ eius generis pomi nomẽ aſſumpſit. Nã. i. quod præeminet inter naſũ oculos & buccã qđ rotũdũ ẽ: & ĩ ſpẽꝫ mali. Vnde tã mala q̃ malũ pomũ primã ꝓducit: ſꝫ malꝰ la. lũ. primã corripit. Pliniꝰ lib. xi. naturalis hiſto. Infra oculos ĩquit malæ hoĩs ſũt. Et ſubdit: Ibi maxĩe oſtẽdit' pudor: at ea ĩterior ps q̃ oris hiatũ efficit: ubi molares affixi ſũt maxilla dicit' qđ nomẽ ẽ diminutiuũ nõ re: ſꝫ uoce. Ante. d. finit. r. ſyllabã: & ꝑditꝰ q ĩ oẽ ſcelꝰ ẽ traditꝰ Cardo q teſte Seruio ſuꝑ primũ ænei. dicit' q̃ cor ianuæ: quo. ſ. illa mouet'. Ardeo & inde ĩchoatiuũ ardeſco

Vnde teſte Priſciano. Omnia in ſco deſinentia uerba inchoationem ſignificant & inchoatiua uocantur. Inducitq; uerſum Virgilii in primũ æneí. ubi de Diomede ait: Expleri mentem nequit ardeſcitq; uidendo. Idẽ grammatici omnes quos legimus affirmare uidentur. Excæpto Laurentio meo Vallenſi: qui in libris de elegantia ad me ſcriptis nullo pacto inchoatiua huiuſmodi uerba eſſe uoluit: ut ibidem longo proceſſu diſputat. Nec apud Virgiliũ & alios auctores inchoationem ſignificare uidentur: ſed magis poſſeſſionem quandam ſeu operationem cum illo hoc in paſſu deſignare putamus. ut apud Quintilianũ: Tenuit inquit conſuetudo quæ quotidie magis inualeſcit. Et Cicero: Quanto plura ille miſcebat tanto hic magis indies conualeſcebat. Quin & illud eccleſiaſticũ: qui ſordet ſordeſcit adhuc. Non. n. poteſt quid quotidie incipere ualidum fieri: & quidem magis cũ inchoationẽ nihil præcedat. Nec quod ſordet poteſt incipere adhuc ſordere. i. magis: quia ſic quoq; antea incœperat. Nam græce per paſſiuũ uerbum explicatum eſt: quod nihil aliud ſignificat q̃ ſordi detur. Vnde Plautus in captiuis: Ego inquit qui tuo mærore maceror: maceſco: conſeneſco: & tabeſco miſer: pro eodem pene accæpit maceror: & maceſco. Niſi quod maceror ad animũ magis pertinet quaſi affligor: Maceſco magis ad corpus: ſed nullam prorſus inchoationẽ deſignat aliter inuanum dixiſſet Virgilius incipiunt cum ait: maria incipiunt agitata tumeſcere. Et idem: fluctus uti primo cœpit cũ albeſcere ponto. Et iterũ in. iii. georgi. Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Nam magis propriũ fuiſſet dicere quod tumeſcebant: albeſcebant: crudeſcebant. i. incipiebant ſiue inchoabant tumere: albere: crudere. Non ergo eiuſmodi uerba quæ inchoatiua uocamus: aliud ſignant q̃ uerba compoſita per fio: ut ardeſio: caleſio: frigeſio: inualeſio: tepeſio: ſordeſio: ægreſio. Niſi quod hæc in uſu non ſunt: illa quoq; uſum accæperunt. Et ut alii quidem dicunt: quæ in ſco deſinunt paſſionẽ in ſe habent: quæ uero in ſio extrinſecus aſſumunt. ut Suetonius in ægypto inquit: Cæſar cum hoſtes fugeret elata leua natabat ne libelli quos tenebat madefierent: melius q̃ madeſcerent. Et cum fores aperiunt: melius patefiunt dicitur q̃ pateſcunt. At cũ quis in balneo ſudore irrigatur: magis ille madeſcit. Idem ſi fores ſua ſponte aperiantur: magis pateſcunt q̃ patefiunt. Ante. f. ſimiliter finit. r. ſyllabam præcedentem ut perfidus hoc eſt qui fidem uiolat: perfuga qui ad hoſtes tranſit. Perferre ubi per uſq; ad finem aliquid conduci denotat: hoc eſt uſq; ad conſtitutũ finẽ ferre. Virgilius in. xii. æneí. Nec ſpacium euaſit nec totum pertulit ictum. Vnde multi ferunt litteras: ſed eas negligentia uel odio uel caſu non perferunt. Cicero: Sed nuntius ille qui littetas accæpit nõ pertulit. Seneca in tragœdiis: leue ẽ miſerias ferre perferre eſt graue. i. ad ſpaciũ temporis in miſeriis eſſe leue eſt: ad finem uero uſq; uitæ graue. Nonnunq̃ uero. per. quaſi per mediũ indicat: ut perfluere hoc eſt per medium alicuius fluere: ut ſi lagena male materiata maleq; compacta ſit perfluit: id eſt per eius medium humor qui intus eſt fluit. Terentius hac atq; illac perfluo. i. in modũ non fidelis lagenæ quæ mihi cõmittuntur effundo. idem eſt transfluo: quo Plinius ſæpe utitur. Ante. g. ſimiliter præcedentem ſyllabam terminare poteſt. r. ut margo pergraue. i. ualde graue. Argutus hoc eſt qui acuta quadam & accurata ſolertia eſt præditus: quaſi acute arguens & inueſtigans. pergula quæ a pergendo dicitur: ordo eſt ac cœtus miniſtrorũ obedientiũ ſtructori. Iuuenalis in ſatyra: Atticus eximie: Sed nec ſtructor erit cui cedere debeat omnis Pergula. i. pergentiuus ordo Ante. l. finit etiam. r. præcedentem ſyllabã: ut perlego quod eſt uſq; ad finem lego. Quintilianus libro. xi. de inſtitutione oratoria: Ideoq; opus eſt intueri omne litis inſtrumentũ: quod uidere non eſt ſatis ſed perlegendum erit. Ouidius in epiſtolis: Perlegis an coniunx prohibet noua: perlege non eſt. Sane antiqui ſequente l. ipſum. r. in. l. quandoq; conuertebant: & perlego cum duplicato. l. ſcribebant: ſimiliter perluceo. unde & pellego & pelluceo ſignabant: ut ſupra uidimus in littera. l. & eſt perlucidũ id: per cuius mediũ fulgor emanat. Idem tranſlucens & tranſlucidus. At perſpicuũ id dicimus: per cuius medium licet ſit opertum oculos dimittimus: atq; per illos uidemꝰ. ut aqua: glacies: laterna: ueſica: uitrũ chryſtallus. Vnde ea plærunq; ad mẽtem & hominũ uirtutes transferimus. Super latinum ſimili modo habet. r. finientem ſyllabam ante. l. & id dicitur: quod ſuper alia latum eſt. Nam ſecundum obſeruantiam Ciceronis aliorumq; principum linguæ latinæ: ſummũ gradum detinet inter plura: quæ inter ſe diſtinctionem habent comparationis. Vt Achilles eſt fortiſſimus græcorũ: quia inter græcos unus alio fortior eſt: & ille eſt fortiſſimus. Nam ſi pares omnes græci præter Achillem fuiſſent: quia non per comparationẽ alia diſtinguerentur. & duæ tantũmodo partes eſſent: utendum eſſet comparatiuo: quoniam comparatiuũ inter duo eſſe debet: ſuperlatiuu; inter plura. Si modo tria ſunt: & inter ſe imparitatem importent: Veluti ſi in duas partes ciuitas diuiſa eſt: ut bello ciuili Pompeii & Cæſaris: recte dicimus: Maior pars quiritiũ ſequebatur Pompeium: minor Cæſarem: non autẽ maxima aut minima recte dici poteſt. Sin in tres partes: ut in tempore triumuirali: quu; inter ſe diſpares eſſent dicendum eſt: Maxima pars quiritiũ ſequebatur Octauianũ: maxima pars legionum erat cum Lepido: maxima pars nauium erat cum. M. Antonio. Nec dicendum eſt: maior pars: quũ inter hæc tria ſit cõparatio & unum ſupremum: quod ſane ſuperlatiuũ exigit. Sicut digitorum longiſſimus eſt & non longior: mediꝰ. Hoc Cicero apertiſſime oſtendit. Tum late in pluribus locis. Tum breuiſſime quũ ait in Piſonem: Me quũ quæſtorem in primis: ædilem priorem: prætorem primũ cunctis ſuffragiis populus romanus faciebat. Aedilem priorem dixit: quia duo tantum erant ædiles: ſicut duo cenſores: & duo conſules. Cæteri autẽ fere oẽs magiſtratus multi. ut quæſtor prætor. Huius rei ſiquis fidem deſideret: ſemper binos ædiles apud Terentiũ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

leget:uti nos etiam in dictione diphthongus oſtendemus. Quoniam & Cicero pro Milone inquit: Septem
prætores: octo tribuni plæbis illius aduerſarii defenſores mei. Nam quæſtores pene ſinguli ſingulis prouin
ciis præficiebantur. Quas res non ſatis conſideraſſe Lactantius depræhenſus eſt: cum libro inſtitutionum
vii. ait: Vt ea ipſa quæ dicerem non noſtris ſed aliorum potiſſimum litteris confirmarem. potiſſimum dixit
pro potius: duæ. n. partes erant nó multæ. & libro primo eiuſdem uoluminis cum ait: Omnes ſibyllæ unum
deum prædicant: maxime tamen Erythrea: quæ celebrior inter cæteras & nobilior habetur. Nam ſecundũ
antiquorum obſeruantiam celeberrima & nobiliſſima dicendum erat. Sane id etiam proſpiciendu3 eſt: nos
uti debere comparatiuo ad unũ ſui generis: ad plures ſuperlatiuo: ut romanus alio romano non romanis:
fortior dici poteſt: ſed romanorum tantumodo fortiſſimus. Similiter Achilles troianis fortior fuit: & troia
norum Hector fortiſſimus: At ille græcorũ. Quia ut diximus cóparatiuũ inter duo eſſe debet. Et diuerſum
genus: ut unũ tantũmodo ad id quod comparatur ſe habet. Quæ cum nonnulli diſcernere uoluerit: in di-
uerſas ambages prolapſi ſunt. Ante. m. ſimiliter. r. præcedentem ſyllabam ualet terminare: ut arma: quæ te-
ſte Seruio in. xii. æneidos: ſunt uniuſcuiuſq; rei poſſibilitas. Vnde eſt Quærere conſcius arma. i. dolos. Et in
eodem. xii. Tum demũ mouet arma leo. habet etiam alia ſignificata: quæ Priſcianus in libello. xii. carminũ
Virgilii late explicat. Et inde armiger: qui quaſi arma gerens dicitur. Nam is eſt qui in prælio gerit tela do-
mini ſui ut arcum: ut lanceam: & cætera huiuſmodi. Et certe apud Homerum armigeri magnorũ principũ
ſemper: & ipſi magni uiri fuerunt: ut Autumedon & Patroclus armigeri fuerunt Achillis: & Helenus Ca-
panei regis filius auriga Diomedis. Et Meriones inter primos duces cretenſium auriga Idomenei. Hectori
aliquis fratrum ſæpe aurigabatur currum. Sic Acetes altor & nutricius Pallantis auriga fuit Euandri dicen
te Virgilio æneidos. xi. Corpus ubi exanimi poſitum pallantis acetes Seruabat ſenior: qui parrhaſio euan-
dro Armiger ante fuit: ſed non fœlicibus æque Tum comes auſpiciis caro datus ibat alumno. i. domino te-
ſte Nonio Marcello: qui dure nimiũ ne inerudite dicam exponit. Ita ut ignoraſſe uideatur nutricios & alto
res magnorum nobiliũ magnos & ipſos ſemper fuiſſe. Et ab ipſo altore & nutricio Acete mortem Pallantis
quẽ aluerat & loco filii habebat multo triſtius deplorari: ꝗ ſi uel Euander ipſe fuiſſet occiſus. Sic apud Ho
merum Phœnix Achillem habuit: quem cum educaſſet filium ſemper appellabat pro alumno. Permanere
ſimiliter cum. r. finiente ſyllatam ante. m. ſcribitur: ubi. per. ut in aliis diximus ad finem uſq; perducit. Plini
us nepos: Tunc demũ lente cunctanterq; ueniunt: nec tamen permanent: ſed ante finem recedunt. Aliquan-
do uero. per. ipſum pro ualde ponitur: ut permagnum ideſt ualde magnũ. Tormentum ſimiliter habet. r.
ante. m. & a torqueo deducitur. Eſt generale uocabulum omniũ machinarũ bellicarum ingentia ſaxa tor-
quentium. Ante. n. ſimiliter poteſt. r. præcedentem ſyllabam terminare: ut taberna: quæ ea dicitur ubi ope-
ra ipſa cæteræq; merces uendicantur. Et quædam uocatur lanaria: quædam uinaria: quædam olearia: & mil-
le huiuſmodi: unde opifices & tabernarii uocantur. Cicero. L. Flacco: Opifices & tabernarios atq; illá om-
nem facem ciuitatum quod eſt negocii concitare. Et differt ab officina: quia officina eſt ſtatuarii: fuſoris: fla-
toris: cellatoris: excuſoris: uitrearii: pictoris: ſutoris: fabri: qui multiplex eſt ut lignarius: & hic non unius ge
neris: ferrarius: nec hic ſimplex: lapidarius qui in multas & ipſe diuiditur ſpecies. Nónunq; uero & pro uno
eodemq; loco officinam & tabernam poſitam comperi: ut ſutrina in qua calcei & fiunt & uenduntur: ut in
dictione ergaſtula uidebimus: quædam etiam ſuum nomen ſecũ habent: ut hæc ipſa ſutrina ſutoris: aurifi-
cina aurificis: cauponis caupona: Tamen & eam quæ uinum uendicat: cauponam uocamus. Quidam
malunt dicere coponam cum. o. in prima pro loco. argentariam uero quidam pro artificio: & argentari-
um pro artifice aſſumpſere. At Cicero Liuius & etiam alii quamplures antiqui pro eo accipiunt: qui uul-
go campſor dicitur. Vnde plautus in curgulione trapezitam & argentarium pro eodem accæpit. At qui mi
nutiores ſunt numularii a nobis & menſarii dicuntur: a græcis uero collyuiſtæ. fabrica uero proprie eſt li-
gnarii. Carnium ſimiliter ſcribitur: & non eſt locus ubi caro ſalſa ſuſpenditur: ſed caro ipſa: niſi contentum
pro continente ſumatur: ut ſimiliter calcearium pro calceo ponitur: cibaria pro cibis. Ante. p. conſimili mo
do poteſt. r. præcedentem ſyllabam terminare: ut corpus: quod non ſolum pro maſſa & artubus & mẽbris
compacta: ſed etiam pro ſola carne auctores poſuerunt. Cicero ad Gallum: Ego hic cogito comorari quo
ad me reficiam. Nam & uires & corpus amiſi: ſed ſi morbum depulero: facile: ut ſpero illa reuocabo. Quin
tilianus in quinto: Hæret aſtricta undatis oſſibus cutis: & in fame ſua homine conſumpto. Iam membra ſine
corpore ideſt ſine carne. Quod etiam ſignificauit Martialis cum ait: Viuebant laceri membris ſtillantibus
artus: Inq; omni nuſꝗ corpore corpus erat: hoc eſt in corpore illius non erat caro. Puerpera quæ a puero &
pario componitur. Nam mulieres illas dicimus: quæ proximis diebus matres ſunt factæ. Perpeſſus qui labo
rioſe eſt paſſus. perpluere hoc eſt per medium alicuius pluere. Nam ex his eſt in quibus. per. quaſi medium
indicat. Quintilianus in quinto de inſtitutione oratoria: Cum cœnaculum inquit eius perplueret. Vſurpa-
re uero ab uſu deſcendit. Vnde eſt quaſi præter uſum capere: & tunc quoq; eſt cum quadam auctoritate di-
cto aut facto præter conſuetudinem utimur ſiue uſitamus. Cicero in oratore: Poſt inuenta cóclusio eſt: quá
credo uſurpaturos illos fuiſſe: ſi iam nota atq; uſitata res eſſet: quam inuentam uſurpare magnos oratores
uidemus. Ante. q. ſimiliter finire poteſt ſyllabam. r. ut arquitenens quaſi arcitenens: hoc eſt arcum tenens.

Virgilius in tertio æneidos: Quam pius arquitenens oras & littora circum. Ante alteram poteſt ſimili modo.r.ſyllabam terminare.ut currus: ſcurra.hoc eſt ut quidam fingunt: quaſi ſequens curiam. Nam proprie is eſt: qui riſum ab audientibus captat. Exhorreo ideſt expaueſco: & ſemper accuſatiuũ expoſcit.ut exhorreo hanc rem: at exhorreo ab hac re: aliud ſignificat: ut ſupra uidimus. Torreo uero in una eadéque uoce: diuerſas habet ſignificationes: & tam uro q̃ uoluo ſeu uerto ſignificat. Virgilius in tertio georgicorũ: Iaꝫ rapidus torrens ſitientes ſirius indos: ideſt urens. Lucanus in ſeptimo: Ingentes fato torrente ruinas.ideſt uertente uel uoluente. At ſero ſeras primæ coniugationis: quod eſt claudo claudis per unicum.r. ſcribitur. Vnde ſera qua claudimus: ſimiliter per unum.r.ſcribi debet. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam inquit: Pons ſeram.cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos Cuſtodes. At uero ſerra per duplex.r. ea dicitur: quam uulgo ſecam nominamus. Ante.s.poteſt etiam.r.ſyllabam terminare: ut morſus: uerſatilis: de quo in dictione ſcæna uidebimus. Perſequor quod in malam partem & in bonam accipi poteſt. Nam in malam idem eſt quod inſequor: & inſector. In bonam uero cum perſequor ideſt perſeuero exequi quod agere cœperã. Et differt ſecundum aliquos a proſequor quod actionem quandam ſignificat: quæ alterius affectum in alteruꝫ denotat: & nunq̃ fere ablatiui comitatu caret: ut proſequor te oculis charitate honore uerſibus cantu conuitiis odio. Verum nonnunq̃ idem quod perſequor: & in malam ac in bonam partem deſignare uidetur. In malam quidem: ut Virgilius libro tertio æneidos: Proſequitur ſurgens a puppi uentus euntes: ideſt inſequitur In bonam uero: hoc eſt cum perſeuero exequi quod agere cœperam eſt idem. Virgilius libro ſecundo æneidos: cum ait de Sinone: Proſequitur pauitans & ficto pectore fatur. Idem in.vi. Proſequitur lachrymans longe & miſeratus euntem. Verſus quod aduerbium eſt: ut tenus: & ſemper poſtponitur: ut italiam uerſus ſiciliam uerſus: quin & ad caſtra uerſus: ut in forum uerſus. Cicero in Lælio. Qui primus in foruꝫ uerſus inſtituit agerere cũ populo. Liuius libro primo: Ex ſuperiori parte ædium in nouam uiam uerſus. habitabat enim rex ad Iouis ſtatoris ædem populum Tanaquil alloquitur. Vnde ait Priſcianus: Sunt quædam unam loci ſignificationem habentia: quæ eſt ad locum: ut horſum ſeorſum deorſum ſurſum ſiniſtrorſum dextrorſum. Similiter aduerbia oſtenduntur compoſita: italiam uerſus: ſiciliam uerſus: quæ ipſe accentus oſtendit eſſe compoſita. Niſi dicamus quod uerſus inclinat ſibi ſuprapoſita nomina. Perſcribo uſq; ad finem aliquid ſcribo deſignat. Liuius in initio ſuæ hiſtoriæ: Facturus ne operæ precium ſim: ſi res geſtas populi romani ab initio perſcripſerim. Perſuadeo ſimiliter quod eſt cum effectu ſuadendo prorſus induco. Cicero in philippicis: Duo tantum tempora inciderunt: quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim: ea uelim repræhendas ſi potes. Vnum ne quinquennium Cæſari imperium prorogaretur. Alterum ne pateretur fieri: ut abſentis eius ratio haberetur. Quorum ſi utrumuis perſuaſiſſem: in has miſerias nunq̃ incidiſſemus. Suaſit ergo & non perſuaſit Cicero Pompeio. Vnde perſuadere eſt in effectu: Suadere uero in actu: itemq; diſſuadere. Nam ſuaſor & diſſuaſor niſi perſuadeant: nihil effecerunt. Ideo ait Quintilianus: partem deliberatiuam officiis conſtare duobus ſuadendi & diſſuadendi: non dixit perſuadendi. Quoniam oratoris officium in euentu non ponitur: qualis eſt perſuaſio. Neque eius ars eſt perſuadendi: ſed ſuadendi & diſſuadendi in deliberatiuo genere. In uniuerſum autem benedicendi: quod eſt in actu non in euentu. Verſipellis ſimiliter habet.r.finientem ſyllabam ante.s. Et is dicitur qui facile uertit pellem: hoc eſt uultum & apparentiam. Verſutus uero teſte Cicerone libro tertio de natura deorum a uerſando dicitur. Vnde ait uerſutos appello: quorum tanq̃ celer rota mens uerſatur. At perſona teſte.C.Faſſo in libris de origine uocabulorum a perſuadendo deducitur. Nam caput inquit: & os cooperimento perſonæ tectum undiq; unaque tantum uocis emittendæ uia paruium: quoniam non uaga neq; diffuſa eſt in unum tantumodo exitum collectam: coactamq; uocẽ is magis claros canoroſq; ſonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clareſcere: & reſonare uocem facit: ob eam cauſam perſona dicta eſt.o.littera propter uocabuli formam productiore. Ante.t.ſimiliter poteſt.r.ſyllabam terminare: ut pertinax: qui nimis eſt tenax: uertex qui a uertor deducitur. Nam teſte Quintiliano eſt contorta in ſe aqua: uel quicquid aliud ſimiliter uertitnr. Virgilius in primo: Ingens a uertice pontus.inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis ſic dicitur. Ex quo & in montibus eminentiſſimum recte dixeris.hæc omnia uertices. Vbertim aduerbium eſt ab ubertate deductum: & ſignificat copioſe. Apertile ſimiliter ſcribitur: & ſignificat quod apertum eſt.ut Ouidius de triſtibus: Aſpicis a dextera latus hoc ad apertile tauri. Libertinus & libertus a libertate dicuntur: & in hoc differunt teſte Laurentio meo Vallenſi: ꝙ libertinus relatiuum eſt ingenui: Libertus relatiuum eſt patroni. Nam licet unus idemq; ſit libertinus & libertus: per libertinum tamen ſignificamus conditionem hominis: ſicut per ingenuum: per libertum uero ſignificamus priuatum quændam reſpectum ſicut per patronum: ideo libertinus adiectiuum eſt ſicut ingenuus. Libertin⁹ ſubſtantiuum ſicut patronus: ut libertinus homo: Libertina mulier: libertinæ conditionis. At non libertin⁹ Cæſaris: ſed libertus dicitur.ut Meſſalinæ liberta: Claudii libertus: Agrippinæ libertus. Impertior etiam cum.e.ante.r.teſte Priſciano licet a partior componatur. Ante.i.conſonans poteſt etiam.r.ſyllabam claudere: ut periurus: ideſt qui iuſiurandum uiolat. Periucundũ ideſt ualde iucundum. Ante.u.conſonans ſimiliter: ut coruus: proteruus: hoc eſt qui uerbis aut factis eſt cõtumelioſus. Cicero pro Cælio: Si uidua libere ꝓterua petulanter diues effuſe libidinoſa uiueret: & reliqua.

Nam proteruia leuior eſt contumelia:Procacitas maior: Petulantia maxima. Vnde procaces quoque meretrices legimus: quæ mordaciter & iniurioſe loquuntur:qualis Bacchis terentiana. ideo ait Cicero in Saluſtium:ne in idem incidam uitiũ procacitatis:quod huic obiicio.Et iterum enim non procacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur.Sane petulantia laſciuia eſt.Ouidius:Quin etiam ut poſſem|uerbis petulantius uti.Nõ ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi:ideſt licentius & laſciuius.Cicero in Saluſtium:Nam quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem filiamq; meam inuaſiſti. Idem in eundem: Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua.& inde petulcus.Virgilius in.iiii.georgicorum:Hædiq; petulci.Nam ſolent hædi iniuriam facere ꝑ animoſitatem quandam tranſcendendo ſepem:& in alio loco penetrando:quæ nimia petulantia eſt.Peruicacia uero uix ab obſtinatione differt.Interuertere autem eſt rem aut cõmodatam aut depoſitam aut creditam callide doloq; ne domino reſtituatur efficere.Cicero in Verrem: Candelabrum quod rex ægypti Ioui Capitolino dono tulerat a Verre:qui illud cõmodato a rege accæperat:interuerſum eſſe cõqueritur.Marcellus iuriſconſultus:Si duo inquit hæredes rem apud defunctũ depoſitam dolo interuerterint & reliqua At inuertere eſt quaſi in contrarium uertere: ut ueſtem aut pellem:ſeu etiam uerba præpoſtere pronuntiare Peruigilare ſimiliter ſcribitur:& ex his eſt:in quibus.per.uſq; ad finem conducere denotat. Nanq; eſt totã noctem inſomnem ducere.Martialis in epigrãmatibus:Nam uigilare leue eſt:peruigilare graue. Sane pernoctare:unde pernox dicitur a peruigilando differt:ꝙ hoc interdiu quoq; fieri poteſt:illud uero tantũmodo noctu.Nam peruigil draco dictus eſt. Non quod pernox eſſet:ſed quod nunq̃ dormiret ſemper uigilans.Ante.x.poteſt.r.ſyllabam finire:ut Xerxes.

De ſyllabis deſinentibus in.s.

In dictionibus ſimplicibus nullius mediæ ſyllabæ eſt terminalis:niſi altera.ſ.ſequente.Nam Paſcua:luſcus:coſmus:proſpera:teſtis:que omnes ſimplices ſunt:cum ſequente conſonante detinẽt.s.At in cõpoſitis ante.c.poteſt ſyllabam terminare:ut abſcondo obſcurus oſculum:quod & baſium eſt:& paruum os deſignat Baſium.ut Virgilius in primo æneidos:Oſcula libauit nate ideſt leniter tetigit:ut probe interpretatur Seruius.ſed pace eius dixerim errauit Priſcianus credens non etiam ſignificatum primitiui detinere: contra quod eſt Horatii auctoritas in odis ad Lydiam: Oſcula quæ uenus quinta parte ſui nectaris imbuit. Ouidius in primo metamorphoſeon de Daphne:Videt igne micantes ſideribus ſimiles oculos.Videt oſcula quæ non eſt uidiſſe ſatis.oſcula pro ore poſuit in forma dimminutiua. Ante.m.ut tranſmigro : quod eſt in longioris loci domicilii habitationem ue muto. Ante.p.ut diſplicet:aſporto pro abſporto. Ante.t. ut diſterminat: diſtuli:abſterreo.Verum ante alterum.s. in ſimplicibus & compoſitis reperitur. In ſimplicibus quidem ut caſſo caſſas uerbum:& inde caſſus:laſſo laſſas:& inde laſſus ac laſſatus.Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam:& laſſata iuris nondum ſatiata receſſit.& in eadem ſatyra:Cum laſſata graui ceciderunt brachia maſſa.At laxo laxas per.x.aliud ſignificat.Nam dicimus laxas habenas.Virgili⁹: Laxas ſciret dare iuſſus habenas.Laxam licentiam:laxas ianuas:laxamus clauſtra.Virgilius:Laxat clauſtra ſinon.A ſedeo ſeſſum & inde ſeſſiles lactucæ dicuntur quaſi ſedentes.A pateo paſſus.ut Virgilius in tertio æneidos.Et pater Anchiſes paſſis de littore palmis.Idem in ſecundo:Paſſis priameia uirgo Criminibus.deſcendit etiam a patior ſed aliam habet ſignificationem. A iubeo iuſſus huius iuſſus & huic iuſſui quartæ declinationis & generis maſculini.Nam non tuo iuſſo:ſed tuo iuſſu dicimus.In plurali uero ſecundæ eſt declinatiõis & generis neutri.Virgilius in bucolicis:Accipe iuſſus Carmina cœpta tuis.& in quarto æneidos:Ille patris iuſſa exequitur Caſſis etiam per duplex.s. & duplicis eſt generis ac declinationis.Nam hæc caſſis huius caſſidis galea quædam eſt.Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris:Lorica & fracta de caſſide buccula pendens. At hic caſſis huius caſſis eſt laqueus uel ræte. Virgilius libro georgicorum quinto : Aut inuiſa Mineruæ Laxos in foribus ſuſpendet aranea caſſes.Ouidius:Incidet in caſſes præda petita meos.Paſſim ſimiliter quod exponit Seruius ideſt ubiq;. Ego magis a paſſu deductum puto:quaſi paſſu diſtante uel ſparſim.Nam grex paſſim paſcit ideſt ſparſim potius q̃ ubiq;:hoc ideo quia aliquid interualli eſt:inter pecudem & pecudem. Non tamẽ dicimus herbam eſſe paſſim in prato:ſed magis ubiq;.Poma tamen ſtrata ſub arbore magis paſſim q̃ ubique Virgilius in bucolicis:Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Ponitur etiam a Lactantio pro undiq; quando ait:Cumq; is numerus condendæ urbi parum idoneus eſſe uideretur:conſtituit aſylum : quo paſſim confugerunt ex finitimis locis.In compoſitis uero dictionibus reperitur.s.ante alterum.s. ſyllabam terminare:quando alia littera in.s.commutata fuit.ut aſſilio:quod eſt inuado uel aggredior:& ex ad & ſalio quod eſt ſalto componitur.aſſumo:& in multis aliis.ut ſupra uidimus cum de.d.ante.s.tractarem⁹.Ante.i.conſonans poteſt etiam.s.ſyllabam terminare.ut diſiectus & alia nonnulla.

De ſyllabis deſinentibus in.t.

Priſciano auctore ſi ſuperiorem finit ſyllabam:neceſſe eſt ſequentem quoq; ab ea incipere: ut mitto Cotta attinet Atticus.De quo ſane miror:cum eodem teſte in libello de.xii. carminibus Virgilii: Hæc dictio poſtq̃ ex poſt & q̃ cõponatur.Similiter atq; atqui etenim in.t.præcedentẽ ſyllabam finiunt : nõ ſubſequente.t.in alia. Nec eum de ſolis ſimplicibus intellexiſſe dicere poſſumus:cum attinet quod ille pro exemplo induxit:ex ad & teneo ut idem ſupra oſtenderat componitur.Quare præter ea:quæ dixit hoc quoq;

conſiderandum puto: Ipſum uerum dixiſſe tantũmodo in ſimplicibus dictionibus: quæ ſi habeant mediá
ſyllabam terminatam in.t.neceſſe ſit ſequẽtem quoq; a.t.incipere. In cõpoſitis uero id fiat dũmodo.t. pro-
ueniat ex cõmutatione alterius litteræ. Ná tunc quoq; ea fit cõmutatio cũ ſequens a.t.incipit: quẽadmodũ
ſupra oſtendimus in cõpoſitione.ad.præpoſitionis cũ dictionibus incipientibus a.t.ut attingo ex ad & tan-
go: attraho ex ad & traho: attracto ex ad & tracto & ſimilia. At in ſimplicibus id certũ cõperitur: ut reliqua
eius exempla oſtenderunt. Sane legitime per unum.t.ſcribitur: cũ antepenultima breuietur. Iuuenalis in ſa
tyra Natali coruine die: Legitime fixis ueſtitur tota libellis Porticus. Sed dubiũ uidetur de hac dictione lit-
tera: an per unicũ.t.uel duplicatum: uel.ct.ſcribi debeat. Quod cum ex deriuatione cõpoſitioneq; cõprehẽ
di poſſe exiſtiment. Dicunt quidam non magnæ auctoritatis uiri: ut Vguitio: & alii nonnulli litterá a lego:
& iterum cõpoſitam eſſe. Hocq; ex teſtimonio Priſciani in initio de octo partibus orationis aſſerere uident᷑
qui ait. Dicitur autem littera uel quaſi legitera: eo quod legendi iter præbeat: uel a lituris ut quibuſdá pla-
cet: quod plærunq; in cæratis tabulis antiqui ſcribere ſolebant. Nanq; litura cõplanatio quædá eſt: & a lino
linis deſcendit: quod eſt cõplano. Cicero in.iiii.uerrinarũ: Tabulæ ſunt in medio: quæ ſe corruptas atq; in-
terlitas eſſe clamant. Paulus iuriſconſultus ad legẽ acquiliam corrupiſſe tabulas recte dici: & qui eas inter-
liuerit. Et teſte Priſciano libro.x. facit in ſupino litum. Qui ergo uolunt a lego literá deduci: cum unico.t.
ſcribendá eſſe dicunt: eo quod lego primá corripiat: & per conſequens litera primam corripere debet. Sed
quia oppoſitũ noſtri poetæ obſeruant: qui ut uidebimus illius primá ſemper producunt: dixerunt alii nõ a
præſenti eius uerbi: quod eſt lego quia primá corripit: ſed a ſupino quod eſt lectum lectu litteram deduci: &
ob id quoq; cũ.ct.ſcribendũ uolunt: quaſi eas duas litteras a ſupino aſſumat. Qui uero a lino hoc eſt ab ei9
ſupino: quod eſt litum litteram deduci putant: cũ tam in præſenti q̃ in ſupino primá lino corripiat. ut Vir-
gilius in.iiii. georgi. Et paribus lita corpora guttis. Lucanus in.viii. Illita tela dolis nec Martem comminus
uſquá. Sitq; uiſum noſtris primá eius: quod eſt littera producere dicunt aliud.t.addendũ eſſe: & cum dupli
cato.t.ſcribi debere.ut notetur primá in ea dictione producendá: & non corripiendam eſſe. Itaq; nos ſemp
cũ duplicato.t.& nunq̃ alio modo in antiquis marmorũ inſcriptionibus ſcriptá aſpeximus. Et ſic quoq; a
doctiſſimis noſtræ ætatis ſcribi uidemus. Littera igitur cũ duplici.t.ſcribitur: & ſignificat principaliter litte
ras illas indiuiduas.ut.a.b.c. Aliquando uero per litteram ipſam ſcribentis manũ intelligimus.ut Cicero ad
Atticum. Nam Alexidis manũ amabam: quod iam prope accedat ad ſimilitudinẽ tuæ litteræ. Nõnunq̃ ue-
ro & uerbũ aliquod ſeu minus q̃ uerbum denotat.ut Cicero ad Cæliũ: Scribit ad ſe nullam litterá Bibulũ
miſiſſe. Nam ut uehementer rem extenuaret: non dixit uerbũ aut ſyllabá: ſed litteram. At in plurali epiſtolá
deſignat: præterq̃ apud poetas: qui littera pro epiſtola uerſus gratia in ſingulari ſemp utuntur.ut Ouidius
in heroidum epiſtolis inquit: Quá legis a rapta briſeide littera uenit. Itaq; dicimus unam epiſtolá: unas litte
ras: duas epiſtolas: binas litteras. Nam Cicero per epiſtolá filiũ culpauit dicens: Male aũt dixiſſe direxi tibi
litteras duas. Cum litteræ quotiens epiſtolam ſignificant: numeri tantũ pluralis ſint: & duo ad ſingularia re
feratur. Quod tale eſt ac ſi dicam: Duas litteras ſcripſi: uná ad fratrem: alterá ad uxorem. Illud uná & illud
alteram ad litteram in ſingulari pro epiſtola: quod non reperitur referri haberet. Dicendũ eſt ergo litteras
binas: cũ non dicantur bini niſi de his quæ ſunt numeri tantũ pluralis. Vt creabantur olim bini cõſules.i.ꝑ
ſingulos annus duo: hi bini incedunt.i.ſuo ordine duo & duo incedunt. Cicero in.ii.uerrinaꝝ: inter binos
ait ludos. quia ludi teſte Priſciano de ponderibus quádo ſpectacula ſignant: ſemp pluraliter dicuntur. Liui
us in.xxv.li.ab urbe ait: Et bina equeſtria arma. Simili modo dicendũ eſt: ſcripſi binas litteras.i.unas ad fra-
trem: alteras ad uxorẽ. Sed non dicimus ſcripſi bina teſtamenta: cũ ſingulare habeat: & in plurali pluralita-
tem ſemp teſtamentoꝝ deſignet. Sed dicimus duo teſtamẽta: unũ fratri: alteꝝ uxori. At uero poetæ licentia
poetica hæc aliquando non obſeruant.ut Virgi.li.ænei. Vni ait frænaq; bina meus quæ nũc habet aurea pal
las. Dicere.n.debuit more oratorũ: fræna duo. Sed de ternus & quaternus dubiũ uidetur: An ternas litteras
ſeu quaternas dicere poſſumus. Quod nõ poſſe dici Seruius ſuper eundẽ.viii.confirmauit: ubi ait Virgili9
Horrendũ dictu dederat terna arma mouenda. Quin & Virgiliũ uſum fuiſſe figura poetica: & trina arma
dicere debuiſſe: quia arma tantũ numeri ſunt pluralis. Ita ut ex illis ſit trina: quæ apta ſunt nominibus tantũ
pluralis & non terna. Quod q̃ ſit efficax ipſe uiderit. Nam trina ſæpius cõiunctũ inuenimus cũ nominibus
numerũ ſingularẽ habentibus.ut Liuius libro.iii.ab urbe: Antea inquit trina loca cũ contẽtione ſumma pa-
tricios explere ſolitos. Et Hieronymus cũ alibi tum ad Marcellá inquit: Et triná negationem trina poſtea cõ
feſſione deleuit. Præterea quid Seruius dixiſſet ſi apud Virgiliũ foret quaterna arma: nunquid exponendũ
eſſet quatrina. Verũ uni & unæ & una pluribus adiungunt᷑ nominibus: quæ & pro ſingularibus accipi poſ-
ſunt.ut Saluſtius in catilinario: Hi poſtq̃ in una mœnia conuenere: pro in uná urbem. Aliquando etiá cũ no
minibus habentibus ſingulare.ut Virg.in.ii.æneí. Satis una ſuperq; uidimus excidia: pro unũ excidium. &
Lucanus in.iiii. Totũq; in partibus in partibus unis Bellorũ fecere nephas: pro in una parte. Sed cũ nõ habẽ
tibus ſingulare in ea ſignificatione pro qua accipitur: ſemp ponunt᷑ in plurali. Dicimus ergo recte & orato
ria obſeruatione. accæpi abs te unas litteras: binas litteras: ternaſq;: & quaternas: ac quinas: ſenas: ſeptenas:
nouenas: denas. Nec ſubiungendũ eſt. Quaꝝ alteri reſpondi ꝑ proximũ tabellariũ. Alteri nunc reſpondeo

ſed alteris. At de epiſtola apertum eſt. ut accæpi duas epiſtolas: quarũ alteri iam reſpondi: alteri nunc reſpondeo. Et utitur Cicero fere uerbo accæpi. ut accæpi epiſtolam: accæpi litteras. Plinius uero nepos frequentius accæpi niſi codices mendoſos dicere uolumus. Quid quod do tibi litteras dicimus tanq̃ tabellario. Do ad ad te litteras ſcilicet ad te perferendas: aliquando hæc duo coniunguntur. ut Cicero: Dedi illi ad te litteras & Saluſtius: Vulturtio litteras ad Catilinam dat.

De ſyllabis deſinentibus in. x.

N. x. auctore Priſciano nulla ſimplex ſyllaba in medio dictionis terminatur. Sed ut puto excipitur ſextus dexter direxti in quibus. x. cum ſequente conſonante coniungi non poteſt. Nam ut idem prius dixerat: nunq̃ in capite ſyllabæ duplex poſita poteſt cum alia iungi conſonante: quare antecedentem ſyllabã finit. Et ſic eius regula uniuerſalis eſſe non poteſt. Verũ in compoſitis a præpoſitione ex: remanet quidem præpoſitio nõnunq̃ integra: nonnunq̃ uero abiicit. x. Aliquando aũt cõmutat in aliam litteram. Remanet integra ſequente. c. ut excurro excretus. i. ualde creſcens. ut excretos hædos apud Virgilium legimus: excogito: hoc eſt per cogitationẽ inuenio: quod ad res tantũ incorporeas pertinet. ut excogitauit argumenta rationes figuras cauſas. Excubiæ ſimiliter ab ex quod eſt extra indicat: & cubo deducitur atq̃ cõponitur: quæ diurnæ ſũt: ac nocturnæ. uigiliæ uero tantũ nocturnæ. Ante. l. uero ſeruat̃ integra. ex. præpoſitio. ut i hac ſola dictione exlex. i. qui abſq̃ lege uiuit. Ante. p. ſimiliter remanet integra. ex. ut expello: expugno: quod eſt pugnando uinco: ſed de oppidis: de caſtris: de nauibus: cetæriſq̃ huiuſmodi dicitur. Nam ſi tecũ conſeram manus ac uincam: nõ te expugnaſſe dicar. explodo quod a plodo. i. plaudo cõponitur: & non tantũ ſignat eiicio: ſed manibus cũ ſono pulſantibus eiicio qualiter quẽpiam e domo e theatro ex aliquo conſilio pulſatione manuũ eiicimus. ut Cicero: Iſtrio ſi paululũ ſe moueat extra numerum: aut ſi uerſus pronuntiatus eſt una ſyllaba breuior aut longior: exſibilatur exploditur. Vnde & exploſa ſententia dicitur eo modo eiecta ut idem Cicero: Quoniam Pyrrhonis Ariſtonis Herilli iampridem exploſa ſentẽtia eſt. Ante. q. ſimiliter manet integra. ex. præpoſitio. ut exquiro exquæſtor. i. ualde quæſtor: hoc eſt in magno honore habitus. Ante s. uero modo conſimili. ex. præpoſitio teſte Lurανio antiquiſſimo auctore & Papyriano grammatico libro quarto de orthographia integra conſeruatur: ut exſicco: exſibilo: exequor: & alia ſimilia. Quibus grammaticorũ ratio obſtare uidetur. ut ſupra uidimus: quũ de. x. littera tractaremus. Ego autẽ puto antiquorũ conſuetudinẽ magis obſeruandã. Ante. t. uero abſq̃ dubitatione cõſeruatur. ex. ut extendo extorris: quaſi extra ſuam terram: extempore dicere: hoc eſt ex improuiſo: & impræmeditatũ dicere: nec domi compoſitã orationem afferre. Hinc uocatur extemporalis oratio. Perſius etiã ait extempore uiuere. Aliquando uero ex tempore aliquid agere: eſt ex temporis conditione id conficere. Cicero libro officiorum. ii. Quos credimus expedire rem & conſiliũ ex tempore capere poſſe. Idem libro. iii. eiuſdem operis: Huius inquit generis quæſtiones ſunt hæ omnes: in quibus ex tempore officiũ quæritur: ex tempore inquit: quaſi ex temporis cõditione. Extemplo cum. e. in penultima ſcribitur: & ſignificat ſtatim uel ſubito: quaſi extra tempus: hoc eſt temporis cõmoditatẽ: ut quidam ferunt. Virgi. in primo: Extemplo æneæ ſoluunt̃ frigore membra. Abiicit uero. x. nõnunq̃ in cõpoſitione. ex. præpoſitio: atq̃. e. ſola remanet: & non. ex. ut ante. b. quidẽ ebibo ebeo ebeas primæ coniugationis uerbũ quaſi extra beatitudinẽ uado. Vnde ebeati teſte Apulegio grãmatico illi dicuntur: qui fœlicitate aliqua ceciderunt. Ante. d. uero ut edico: quod proprie eſt litteris aliquid iubeo uel impero. Vnde edictũ conſulum ſunt litteræ conſulum: quibus aliquid iubent atq̃ imperant. Indicere uero uidetur potius per præconem aliquid denuntiare. ut Dido apud Virgiliũ in. ii. æneí. Templis indicit honorem. Ediſco ſimiliter cõponitur: & eſt memoriter cõplector: de quo ſupra uidimus. Educo ſimiliter ex. e. & duco cõponitur. Ante. g. ſimiliter ut egero: quod ex. e. & gero cõponitur: & eſt quaſi extra gero & euacuo egregius eodem modo: & quaſi extra gregẽ interpretatur. Ante. l. ut elabor ex. e. & labor laberis cõponit̃. Et denotat eo modo periculum effugere: quo anguis lubricus: murena ue aut anguilla manupræhenſa lapſu fugit: quaſi extra manũ labitur. Virgilius libro ænei. ſecundo: Ecce aũt elapſus pyrrhide cæde polites. Eleuo ſimiliter ex. e. quod eſt extra & leuo componitur: quaſi imminuo & extenuo. Quintilianus: Nam qs ignorat quin id longe ſit honeſtiſſimũ ac liberalibus diſciplinis & illo: quo eximus animo digniſſimũ non uendere operam: nec eleuare tanti beneficii auctoritatem. Ideo dixit Hieronymus ſuper id Iſaiæ: Eleuatum eſt ſuper luminare templi: debuit transferri ſublatum eſt: ſed ad tollendã ambiguitatem ne quis putaret ſenſum eſſe talem: qualis eſt ſublatum eſt mihi palliũ ad aliud uerbum recurſum fuit. Ante. m. ut emineo: quaſi extra alios: hoc eſt præ aliis maneo. emergo ſimiliter extra uulgarẽ modũ mergo. i. ꝓcedo. Iuuenalis in. iii. ſatyra: Haud facile emergunt: quorũ uirtutibus obſtat Res anguſta domi. Ante. n. ut enitor eodeꝫ modo ex e. & nitor ideſt conor componit̃: hoc eſt ut extra conor. Vnde enixa & cõnixa quæ peperit. Virgi. in bucoli. Ah ſilice in nuda cõnixa reliquit. Enodes. i. ſine nodis. ut Virgi. li. georgi. ii. Enodes trunci. Ante. r. ut eruo: quod ſimiliter cõponit̃ eodem modo ſequẽte. i. conſonante & u. ut eiulo: quod eſt ſublata uoce fleo: quod mulierum magis eſt proprium. Euentus ſimiliter componitur: & in ſingulalari quartæ eſt declinationis & generis maſculini. In plurali uero ſæpiſſime a Cicerone in neutro genere & declinatione ſecũda exprimitur ut libro de oratore: Et alioꝝ inquit factis aut dictis aut euentis. Idẽ de diuinatione: Si euẽta quærimus: quæ

exquiruntur auibus. & ad Atticum: Semper enim cauſæ euentoruꝫ magis mouent q̃ ipſa euenta. Euidens ſimiliter. & negociũ euidens id dicitur: quod uidet̃ aperte & intelligit̃: non quod uidet & intelligit. Commutat autem. ex. præpoſitio cum alia dictione compoſita. x. litteram in aliam conſonantẽ: & maxime quum ſequitur. f. ut officio effingo: hoc eſt ad alterius formam fingo: & quodammodo fingendo repræſento. Cicero libro ſecundo de oratore: Tum recedat exhortatio qua illum quem delegerit: imitando effingat atq; exprimat. Quintilianus: Nam mihi uidetur. M. Tullius quum ſe totum ad imitationẽ græcorum contuliſſet: effinxiſſe uim Demoſthenis: copiam Platonis: iucunditatẽ Iſocratis. Effigies ſimiliter ab ex & fingo deducitur & componitur. Nam eſt figura ad uiuam alterius ſimilitudinẽ: uel ad ueritatis imaginem facta tã in picturis q̃ in ſculpturis. Præter hæc autem quæ diximus nonnunq̃. ex. abſq; compoſitione præponit̃ dictionibus etiam incipientibus a. d. & ab aliis litteris ut ex dignitate ex utilitate ex uſu pro eo quod eſt pro dignitate pro utilitate pro uſu: uel ad dignitatem ad utilitatem ad uſum. Sed cum præponitur dictionibus incipientibus ab. r. ſemper fere ab ipſa præpoſitione. ex. tollitur. x. ut e republi. ideſt pro republi. Quintilianus: Sicut poſſe conceditur: eos ſaluos eſſe magis e publi. ſic q̃ puniri. E regione e re mea e re tua e re noſtra. Liuius libro. xxxii. Perinde ac nos poſtulauerunt: quæ e re ſua eſſent: ſed ſuaſerint: quæ nobis ſenſerint utilia eſſe. ſimiliter Cicero inquit: E renibus laborabat: hoc eſt morborum in renibus patiebatur. Quid cũ dictionibus incipientibus a quibuſdam uocabulis etiam componitur: ut exaro ideſt ſcribo: quod ab ex & aro componitur: eo quod qui ſcribit in modum aratoris conficere uideatur. Exedo ideſt corrodo ab ex & edo. exiſtimo ab ex & æſtimo componitur: ubi. æ. diphthongus in. i. longam conuertitur: & idem eſt quod puto uel iudico: de quo in dictione æſtimo in ſequentibus habebimus. Et ab exiſtimo exiſtimatio deſcendit: quæ opinio eſt atq; ſententia. Et accipitur aliquando quidem actiue. ut exiſtimatio mea eſt. i. ita exiſtimo. Aliquando uero paſſiue. ut homo magnæ exiſtimationis. i. famæ & nominis: quod eum omnes magni exiſtimẽt exoletus quod dum eſt ſubſtantiuum ſignificat ſcortum maſculum: & præcipue iam adultum. Dum uero eſt adiectiuum adultum ſimpliciter deſignat: ſed raro reperitur: ut apud Plautum: Reliqui domi exoletam uirginem. Exurio ab ex & uro: per interpoſitionem. i. ut nonnulli dicunt componitur: hoc eſt famem patior Alii uero ab haurio per abiectionem aſpirationis & primæ partis diphthongi. Et ut Priſcianus pluresq; alii grammatici atteſtantur: Omnia quæ in rio deſinunt. ut exurio: cœnaturio: ſcaturio: parturio: & ſimilia meditationẽ ſignificãt. Ideoq; meditatiua uerba appellant̃. Quibus Laurentius Vallenſis in elegantiis ad me miſſis nullo modo aſſentit: ſed deſideratiua magis atq; optatiua uocari uoluit. Ita ut exurio idem ſit: quod cupio edere. Vnde Quintilianus: pater inquit filios exurit. Et Martialis libro. viii. epigrammatum: In omnibus uaccerra quod conclauibus Conſumit horas: & die toto ſedet. Cœnaturit. Vaccerra: non cacaturit. i. cœnarẽ cupit: non ut reliquum. ſimiliter Cicero: Vt aliquando dolor populi. ro. pariat: quod iamdiu parturit. Idem Liuius: Et quod diu parturit animus ueſter aliquando parit. Vbi affectum ſignificat non cogitationem. Nonnunq̃ & pro ſuis primitiuis ponuntur. ut ſcaturio magis pro ſuo primitiuo ſcatet ponitur: quod eſt non ſolum aquarum: ſed herbarum & cæterorum ſua ſponte ubertim naſcentium.

Ce ſyllabis deſinentibus in. z.

N. z. nulla ſyllaba deſinit: nec in dictionibus latinis ſcribitur: ſed in peregrinis tantũmodo ac in initio dictionis: uel in initio mediæ ſyllabæ præcedente a uocali aut. n. aut. r. ut zacinthus zephyrus. poſt uocalem in media ſyllaba. ut gaza. poſt. n. ut zinziber: Melãzophos nomen proprium. poſt. r. ut Ariobatzanes nomen uiri proprium.

Documenta generalia orthographiæ dictionũ græcarum quæ latine ſcibuntur.

Nulla dictio græca apud latinos per. f. ſcribitur.

Eſtat iam documenta quædam ſubnectere: quæ ſpecialius ad orthographiam de qua intendimus conuenire uidentur. Vt illud primum: Quod omnis dictio græca quæ latine tranſcribitur nunq̃ per. f. ubi opportune cadere poſſet: ſed ſemper per. ph. aſpiratum eſt ſcribenda. cuius rationem iam ſupra oſtendimus quia antiquam noſtram ſcripturam in dictionibus græcis: quæ per. ph. ſecundum illorum conſuetudinem anteq̃. φ. litteram adinuenirent etiam poſtq̃ accæpimus. f. in ea poſitione quã habemus obſeruare tenemur: ut cum de ea littera tractaremus oſtendimus. Excipiuntur aliqua: quæ (& ſi abſq; dubitatione græca ſunt) ex inueterata tamen conſuetudine potius per ipſum. f. q̃. ph. ſcribi conſueuerunt. ut fama: fugo: forum: fucus: fero: fur: furtum. Nam de fure & furto ſic Paulus iuriſconſultus in titulo de furtis rettulit: furtum inquit a furuo ideſt a nigro dictũ Labeo ait: quod clam & obſcure fiat: & plærunq; in nocte. uel a fraude ut Sabinus ait: Vel a ferendo ideſt auferendo: uel a græco ſermone: quod φωρ appellant. Immo ut ait & græci a ferendo φωρ dixerunt. Verum teſte Priſciano in octauo: ſum: fero: uolo: & edo uerba anomala ſine dubio a græcis aſſumpſimus. fragus etiam teſte Seruio a φαγειν quod eſt comedere deducitur: & tamen cum. f. ſcribitur. Quid quod a fero traxiſſe uidetur: Ouidius uocabulum forda pro boue prægnante. Cum ait libro quarto faſtorum: Forda ferens bos eſt fœcundaq; dicta ferendo. At famam & fucum nonnulli antiquiſſimi etiam cum. ph. ſcripſerunt.

In nulla dictione latina ſcribitur.y.græcum:& ſemper in initio dictionis illud.y.aſpiratur.

Vrſum & in nulla dictione latina.y.græcum ſcribendum eſt. Nam ut grammatici omnes atteſtantur: illud.y.græcũ nos tantũmodo ob hoc ſuſcepimus:ut propriam dictionum græcarum ſcripturarum quas ab illis recæpimus in tranſcribendo ſeruaremus.Cum ergo pro latinis dictionibus ideſt noſtrorum habeamus:græcas litteras intermiſcere non debemus.Et cum eiuſmodi littera in initio dictionuꝫ a græcis ſemper aſpiretur:& nos ſimili modo cum eas dictiones tranſcribimus aſpirare debemus.ut grãmatici antiqui & celebres auctores atteſtantur.Vnde Papiam & alios nonnullos moderniores erraſſe conſtat: qui dictiões latinas per illud.y.græcum etiam ſine aſpiratione principii ſcriptitarunt:quod abſq; ulla ratiõe:uel approbatorum grammaticorum auctoritate ab illis factum fuit.

T.&.c.quæ in nominatiuo dictionũ non ſunt:ſed in aliis caſibus accipiunť:nõnunq̃ aſpiranť.

D etiam ulterius proſpiciendum eſt.Si qua ſit græca dictio uel latina:quæ in nominatiuo.t. careat & illud in aliis caſibus quoquomodo ſuſcipiat:nunq̃ eiuſmodi.t.apud nos aſpiratur : ſed abſq; ulla aſpiratione a nobis tranſcribi debet.ut Adamas Adamantis:Xenophon Xenophontis:Gigas Gigantis: & inde giganteus.Mars martis:euan euantis cognomen Bacchi a uoce bacchantium. Ouidius in quinto metamorphoſeon:Et Iacchus & euan.Virgilius in ſexto æneidos: Euantis orgia circum. Licet quidem accuſatiuuꝫ pluralem participii cuiuſdam ſine uerbi origine eſſe uelint ideſt Bacchãtes: & alia ſimilia omnia.Quin & ſimili modo de.c.dicendum eſt:quod ſi dictio non habeat illud in nominatiuo:& in aliis caſibus ſuſcipiat:ſemper exile & nunq̃ aſpiratum ſcribendum erit.ut pharnax pharnacis lynx lyncis & ſimilia: quæ ſemper apud nos.c.non aſpiratum ſuſcipiunt.

Aſpirationes quæ ſunt apud græcos ſeruantur in ſuis dictionibus apud latinos.

Mplius & hoc quoq; diligenter obſeruare debemus:in omni dictione græca quæ latine ſcribitur:ubi apud illos ſcripium eſt.θ.& nos quoq; per.th.aſpiratum ſcribere debemus:ubi.φ. & nos per.ph .ubi χ.& nos per.ch.ſimili modo aſpirata ſcribere habemus.Quando uero in illis.τ.exile & ſine aſpiratiõe:aut ϖ.aut.κ.ſcriptum fuerit:& nos ſimili modo.t.&.p.&.c.ſine aliqua aſpiratione tranſferre habemus.

Nos gamma in.n.noſtrum conuertimus.

Ec illud ſane prætermittẽdũ eſt:quod ubicũq; in dictionibus græcis apud nos ſcribiť.γ.ante aliud.γ. uel ante.κ.uel ante.χ.quia nunq̃ ab illis eo loco ſcribiť.n.ſed ſemp ipm gamma.ut in ea littera ſupra diximus:& noſtris huiuſmõi dictiões trãſcribũť:ſp illud.γ.i.n.cõmutari dꝫ.ut ἄγγελοσ angel⁹: ἄγκυρα ancora ἀγχίσησ Anchiſes & ſimiles:q̃s græcoꝶ more ãtiq̃ſſimi romanoꝶ etiã cũ noſtro.g. ſcripſiſſe refert Varro ut ſupra uidimus.

De præpoſitionibus græcis quãdo apud noſtros trãſcribunť.

Ræter hæc aũt cũ plures ſint græcoꝶ p̃poſitiões:q̃ cũ aliis dictiõib⁹ cõponũť:& a nobis ſæpiſſime trãſcribũť.In q̃bus nõ minima orthographiæ ps cõſiſtere uideť:& de illis ſigillatim tractandũ reſtat.

Syn præpoſitio.

Yn p̃poſitio græca ẽ:& cũ.y.græco ſcribiť.Nec ea tãtũmodo:ſꝫ quæq; ab illa cõponũť p.y.græcũ ſimiliter deſignãť ut ſyllaba:q̃ ex ſyn & λαμβάνω:qđ ẽ accipio cõponiť.Syllogiſm⁹ ex ſyn & λογίζομαι qđ eſt raciocinor . Synod⁹ ex ſyn & hodos q̃ ẽ uia q̃ſi cõuent⁹ ſit uel cœtus cõponiť: & innumerabilia alia.

Cata præpoſitio.

Ata ſimiliter præpoſitio græca ẽ :& cũ.c.&.t.abſq; aſpiratiõe ſcribiť.Itaq; dictiões oẽs ab illa cõpoſitæ p.t.exile ſcribũť:& cõſeruãt.a.niſi fiat ĩpedimẽtũ in ante habitis expreſſum:cũ de aſpiratiõe loq̃remur:hoc ẽ cũ dictio ſeq̃ẽs:cũ q̃ cõponiť a uocali aſpirata initiũ ſumit.Nã tunc quoq;(ut oſtendim⁹)abiiciť a.&.t.exile in.th.aſpiratũ cõuertiť.Exemplũ primi ſit catalogus:catarrus:crateracta:cuius ultima cũ.&.ſcribiť:catorthoma:ubi abiiciť.a.propter ſeq̃ẽtis dictiõis uocalẽ:cũ qua cõponiť:&.t.ipm exile cõſeruať:qa uocalis illa minime eſt aſpirata:& in penultima cũ.th.aſpirato ſcribiť:qa ab ὄρθοσ:quod eſt rectus deriuať quo uocabulo utiť Cicero.li.i.de officiis dicẽs:Rectũ opinor uocem⁹:quod catorthoma græci uocãt. At ſi uocalis cũ qua cõponiť aſpireť:nõ ſolũ ab ea præpoſitiõe abiiciť.a.ſed ut præfato loco oſtẽdimus.t.exile in th.aſpiratũ cõuertiť. ut catholicus:quæ p.th.aſpiratũ ſcribiť:qa ea præpoſitio cata cõponiť cũ holon aſpirato quod apud nos diciť totũ aut uniuerſale.Similiter cathedra cũ.th.aſpirato ſcribiť:& ex cata præpoſitiõe & hedra:quæ eſt ſella cõponiť:quare ſecũdũ ea quæ ſupra diximus cũ.th. aſpirato & ſimilia deſignãť.

Meta præpoſitio.

Eta ſimiliter præpoſitio græca ẽ:& cũ.t.exili etiã ĩ cõpoſitiõe aliaꝶ dictionũ ſcribiť.In q̃b⁹&.a.quoq; cõſeruat:niſi p̃fata ſint ĩpedimẽta ut metauola:q̃ cõmutationẽ apđ nos dicit.Metamorphoſis q̃ trãſfiguratiouẽ.metaphora q̃ trãſlationẽ & ſimilia.At cũ.th.aſpirato ſcribiť method⁹:q̃ ex hodos aſpirato cõponiť.Et cõueniẽtiſſimo uocabulo a clariſſimis auctorib⁹ traduciť uia:dũ p rõe accipiť.Sic Cornelius Celſus libro primo de arte medicinæ:methodum apud nos ſignificare dixit.Vnde Virg.li.i.georgi.Ignaroſq; uiæ mecum miſeratus agreſtes.i.rationes.Et in.xi.æneidos: Et ſiqua uiã dederat fortuna latino.i.rationẽ.

### Epi præpoſitio.

Pi præpoſitio etiam græca eſt:& cum.p. non aſpirato &.i.latino ſcribitur. Vnde omnes dictiones ab illa compoſitæ ſimili modo ſcribuntur:niſi (ut ſupra diximus) impediantur.ut epitaphium: quæ cum t.exili ſcribitur:epilogus:quæ apud nos peroratio dicitur:epigramma quæ inſcriptio.Epiſcopus etiam cũ c.non aſpirato:qui inſpector dicitur.Epitheton quæ in penultima cum.th.aſpirato:& in ultima cum.t.exili ſcribitur:apud nos Quintiliano teſte dicitur appoſitum:alii adiectiuũ.Epitagma:quod tributũ ſignificat quo uocabulo comici quidem antiquiſſimi (ut refert Panthenius) utebantur.At uero quandoq; perdit.i.& remanet.p.exile:quum ſcilicet a uocali dictio cum qua cõponitur:initiũ ſumit: & non aſpiratur:ut epodos que ex epi præpoſitione:& ὠδὴ qui eſt cantus componitur.nam genus eſt carminis quod ad lyram cantabatur.Martialis in.xii.Scribebamus epo:cœpiſti ſcribere ceſſi:Aemula ne ſtarent carmina noſtra tuis.Quãdoq; autem aſpiratur ipſum.p.& abiicitur.i.quando ſcilicet cum dictione a uocali aſpirata initium habente componitur:ut ephebus qui a noſtris pubes (ut ſupra uidimus) dicitur. ephorus qui componitur ex epi & horo quod eſt inſpecto:quaſi ſuperinſpector. Quo uocabulo ſæpiſſime Cicero utitur pro quodam magiſtratu lacedæmoniorum.

### Peri præpoſitio.

Eri præpoſitio græca eſt:& cum.i.latino ſcribitur:quod etiam in compoſitione conſeruat.Nec per cõſequentiam aſpiratæ uocalis ip3.i.quoquomodo perdit.ut periodus.i.circuit⁹ uel anfractus. Nãq; cõponitur ex peri quod eſt circũ:& hodos aſpiratio quod eſt uia.Pericles nomen fuit clariſſimi athenienſis:de quo in ſua dictione uidebimus.& componitur ex peri:& cleos:quæ eſt gloria:& aliæ ſimiles.

### Apo præpoſitio.

Po græca ſimiliter præpoſitio dicitur:& cum.p.ſine aſpiratione ſcribitur. Vnde omnes dictiones cõpoſitæ ab apo per.p.non aſpiratum ſcribuntur:&.o.uocalem conſeruant:niſi impedimentum ſuperius expreſſum interueniat.ut apodixis:quæ demonſtratio a noſtris dicitur.Apocalypſis quæ cum.c.exili & y.græco in penultima atq;.i.latino in ultima ſcribiť: apud noſtros reuelatio interpretatur. Apocopa ſimiliter cum.c.non aſpirato: & latine abſciſſio dicitur. Apocryphus cum.c. exili ſimiliter &.y. græco ſcribitur apud nos abſconſus dicitur.Apologia reſponſio ſeu ſatiſfactio.Et ſimilia in quibus apo præpoſitio integra remanet &.p.ipſum abſq; aſpiratione ſeruatur.Sed aſpiratur nõnunq̃ per modum ſupra expoſitum:& ꝑdit.o.ut aphoria:ex apo & horia componitur:Antiqui quidam noſtri pro ſterilitate accæperunt.

### Hyper præpoſitio.

Yper græca ſimiliter præpoſitio habetur:& cum.y.græco atq; aſpirato ſcribitur. Vnde dictiones omnes cum illa compoſitæ per.y.græcum & aſpiratum ſcribuntur:quin &.p.exile ſemper conſeruant ut Hiperbole ſupeminens ſiue exceſſiuum.Hiperborei:hoc eſt ultra boream degentes:& ſimiles.

### Hypo præpoſitio.

Ypo eodem modo græca eſt præpoſitio:& cum.y. græco aſpirato atq;.p.exili ſcribitur. Vnde omnes dictiones cum illa compoſitæ etiam per ipſum.y.græcum & aſpiratũ ſcribuntur:quin &.p.exile atq; o.litteram conſeruant:niſi ſuprapoſitum fiat impedimentũ.ut hypotheſis cuius penultima.th.aſpirato ſcribitur:& eſt argumentum ſiue materia.Hypocriſis cum.c.ſine aſpiratione:& in ultima ac penultima cum.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris diſſimulatio.ut ſuo loco uidebim⁹. Hypotheca cuius penultima cũ.th.aſpirato ſcribitur:& eſt obligatio quædam.Abiicit etiã aliquãdo.o.&.p.aſpirat.ut hyphen.i.ſubunio. qua ſane dictione latini quidam uſi ſunt.Nanq; componitur ex hypo præpoſitione:& hen quod eſt unũ.

### Anti præpoſitio.

Nti præpoſitio alia ex græcis cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: & in cõpoſitione litteraturã ſeruat:niſi prænominatum fiat impedimentum: ut antidotum antitheſis cuius penultima per.th.aſpiratum ſcribitur:& dici poteſt a noſtris obiectus:uel contrapoſitio.Antipodes:qui aduerſus pedibus nobis opponi dicuntur.Quin & aliquando abiicit.i.& aſpirat.t.per modum ſupradictũ.ut anthypatus.i.conſul quo uocabulo nõnulli ex noſtris uſi fuerunt:& poſt.th.aſpiratum.y.græcum detinet.

### Dia præpoſitio.

Ia ſimiliter græca præpoſitio eſt:& per.i.latinũ ſcribitur:quod &.a.ſemper in compoſitiõe conſeruat ut dialogus apud nos diſputatio:de quo in ſua dictione cum cæteris uidebimus.Dialogus criminator Nanq; in ſua dictione uidebimus:deſcendit a diaballo quod eſt criminor.

### Documenta quædã particularia orthographiæ ex quibuſdã ꝑticularibus dictionibus cõcæpta.

Vbſequenter & alia quædam ſubnectemus documenta:quæ ex cõpoſitiõe dictionũ quarundam particulariũ cõcipi poſſũt:quibus nõ parua orthographiæ ratio deſignari poterit.Vt ẽ illud de cõpoſitis.

### De compoſitis ab archos.

Mnia compoſita uel deriuata ab hac dictione archos : quæ per.ch.aſpiratum ſcribitur : & apud nos principem principiumque & principale deſignat:per . ch. aſpiratum ſcribuntur : ad quod ſi ſequitur .i.ſemper cum.i.latino ſcribi debet. ut Architectus : Archiepiſcopus: Archangelus: Hecatontarchus :

ideſt centurio. Archidamus: Archidamas. nomina uirorum propria: de quibus meminit Plutarchus.

De compoſitis ab hippos.

Vrſus omnia deriuata aut compoſita ab hac dictione hippos: qui apud nos equus dicitur: & cum. i. latino aſpirato & duplici. p. ſcribitur: eodem modo cum. i. latino aſpirato & duplicato. p. ſcribunť. ut Hippodamia: quæ filia fuit Oenomai Helidis & Piſæ regis: & uxor Pelopis. ut in ſua dictione uidebimꝰ Hippomanes: de quo ſimiliter in ſua dictione habebitur. Hippocentaurus Hippocrates Hippolytꝰ: & alia q̄plura: de quibus in ꝑpriis dictionibꝰ apparebit.

De compoſitis a poly.

Mplius & omnia compoſita & deriuata ab hac dictione poly: quæ cū. y. græco ſcribitur: & apud nos multum deſignat: per. y. græcum ſimiliter deſcribuntur. ut polydamas nomen proprium troiani: qđ ex poly & damazo: quod eſt domito componitur. Polycrates ſimiliter a cratos: quod eſt robur componiť. Nomen eſt uiri proprium. Polydorus: de quibus in ſuis dictionibus uidebimus.

De compoſitis ab hac dictione phyſis

Imili modo & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione phyſis: cuius prima per. y. græcum ſcribiť: & apud nos naturá deſignat: ſimiliter & illa per. y. græcū i prima ſcribi debét: & i ſequēti. i. latinū cóſeruát. ut phyſica. i. naturalis: phyſiologꝰ de naturis differens: phyſionomia naturaliū norma: & ſimilia.

De compoſitis ab dictione philos.

Terum & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione philos & phila: quæ apud nos amorem indicat: & per. i. latinum atq; ph. aſpiratum ſcribitur: ſimiliter & illa ſcribi debent. ut Philoſophus: Philadelphia nomen eſt mulieris proprium: philargyria: cuius antepenultima cum. y. græco ſcribitur. Nā ex argyrion: quod apud nos eſt argentum componitur: & auiditas argenti ſeu auaritia transfertur. Philippus & ſimilia: de quibus in propriis dictionibus oſtendemus.

DE CHIR.

Mplius & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione chir: quæ cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur: & apud nos manum ſignificat: eandem prorſus litteraturam conſeruant: hoc eſt cum. ch. &. i. latino ſcribuntur. ut chirurgia ideſt manuū operatio. chirotheca ideſt manuū uagina: cuius etiam penultima cum. th. aſpirato ſcribitur. Vnde & omnia deriuata ab hac dictione theca cum. th. aſpirato ſcribuntur: ut bibliotheca hypotheca. & ſimilia.

De compoſitis ab hac dictione theos.

Oſſumus & in his complura modo conſimili referre. Vt omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione theos: quæ cum. th. aſpirato ſcribitur: & deum ſignificat: ſimili modo ſcribuntur. ut theologia theolus Theopópus Theodorus Dorotheus: quæ ex eiſdem componunť: quaſi dei donū: uel donū dei diciť.

DE THEORO.

Ttem & deriuata quæq; a theoro: quod eſt ſpeculor: ſimiliter per. th. aſpiratum ſcribuntur. ut theoria ideſt proſpectus. Theorica ideſt ſpeculatio: & ſimilia.

DE PYR.

Imiliter omnia deriuata a pyr: qui eſt ignis per. y. græcum ſcribuntur. ut pyra: quæ apud nos dicitur rogus. Pyramis: Pyrrhus ideſt ruffus: & ſimilia.

DE CHRYSOS.

Mplius & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione chryſos: quæ apud nos diciť aurum per. ch. aſpiratum ſimiliter &. y. græcum ſcribuntur. ut Chryſes ſacerdos quidam Apollinis. Chryſeis illius filia. Chryſoſtomus os aureum. Nam compoſitum eſt cum ſtomos: quod cum. t. exili ſcribitur: & latine diciť os. & ſimilia quæ in ſequentibus uidebimus.

DE ARGYROS.

Vrſus & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione argyros: quæ per. y. græcū ſcribitur: & apud nos argentum denotat: cum. y. græco ſimiliter conſcribuntur: ut philargyros. i. auidus argenti. lithargyrium. i. lapis argenteus. & alia quæ in ſequentibus apparebunt.

STHENOS

Imili modo omnia compoſita uel deriuata a ſthenos: quod apud nos dicit Valentiam ſiue robur: cum th. aſpirato ſcribuntur. ut Demoſthenes: ideſt populi robur. Antiſthenes contra ualentia. Calliſthenes ideſt pulchritudinis potentia. & ſimilia.

CLEOS.

Vin & omnia compoſita & deriuata a cleos: quod apud nos dicit gloriam: cum. c. non aſpirato ſcribū tur: ut Cleomides: Ariſtocles: Pericles & alia q̄plura: quæ in ſequentibus apparebunt.

CRATOS.

Tem compoſita omnia uel deriuata ab hac dictione cratos: quæ apud nos robur diciť: uel imperium cum. t. &. c. exilibus ſcribuntur. ut Hippocrates medicus fuit ſummus. Menecrates medicus ſimiliter.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

fuit: de quo meminit Plutarchus in dictis laconicis. Melicratum: & ſimilia: quæ plurima in ſequentibus uidebuntur

## ARISTOS.

Mplius & quæque compoſita uel deriuata ab hac dictione ariſtos.i. optimus: cum.i.latino & .t.exili ſcribuntur: ut Ariſtoxenes: Ariſtocrates: Ariſtomeus: Ariſtides: Ariſtoteles: & alia fere innumera.

## MACHE.

Vrſus & omnia compoſita ſeu deriuata a mache: quæ eſt pugna: per.ch.aſpiratum ſcribuntur. ut antimachus: amphimachus: Andromache: & ſimilia: quæ in ſequentibus deſignabimus.

## NICI.

Tem & compoſita uel deriuata a nici: quæ eſt uictoria: cum.i.latino: &.c. non aſpirato ſcribuntur. ut Nicanor: Nicander: Niciteria: Nicoſtrata: Nicolaus: olympionices ideſt olympici uictor: & alia pene innūmerabilia.

## LYCOS.

Imiliter omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione lycos: quæ apud nos ſignificat lupum: per.y. græcum &.c.exile ſcribuntur: ut Lycophron Lycomedes: Lycaon: & ſimilia q̃plura.

## AGATHOS.

Mplius & omnia compoſita uel deriuata ab agathos: quod apud nos dicit bonum.per.th.aſpiratum ſcribitur: ut Agathocles: Agathoſthenes: & ſimilia.

## PLISTOS.

Tem & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione pliſtos: quæ apud nos dicit multum: & cum.i. latino &.t.exili ſcribuntur: ut Pliſtonax: qui filius fuit Pauſaniæ. Pliſtarchus filius Leonidis. Pliſtonicus: & ſimilia.

## PROTOS.

Tem & omnia compoſita uel deriuata ab hac dictione protos: quæ apud nos dicit primum: cum.t. ſimiliter non aſpirato ſcribuntur: ut Protoſilaus: Protomartyr: Proteus: & ſimilia. Et hæc hacten⁹ quo ad huiuſmodi noſtræ orthographiæ præcæpta dicta ſufficiant.

### Quæ deinceps & quo ordine tractabuntur.

Einceps dictiones quaſdam ſecundum alphabeti noſtri ordinem per rectam orthographiá proſequemur. In quibus multa declarare intendimus: quæ alias difficillima uideri potuiſſent. Et incipientes ab a.littera: per reliqua ſuo ordine gradiemur.

Bacus cum unico.b.&.c.abſq; aſpiratione ſcribitur: dictio eſt græca apud illos dicitur ἄβαξ: quam litteraturá antiquiores noſtri ſæpe ſeruabant: & hic abax huius abacis teſte priſciano in.viii.declinabát: cuius penultima in genitiuo correpta erat. Sed frequentius abacus abaci ab auctoribus ponitur. Significatq; apud aliquos menſam: ſuper qua comedere cóſueuimus: uel ut aliis magis placet ſuper qua potoria uaſa locantur. Vt Iuuenalis de poeta pauperculo in ſatyra Vmbritii ait: Lectus erat codro procula minor urceoli ſex Ornamentum abaci. Plinius libro.xxxvii. Vaſa inquit ex auro & gēmis abacorum nouem.i. ſufficientia ad ornamentum abacorū nouem. Vnde Varro libro.ix.de origine linguæ latinæ ait: Itaq; ſicut abacum argento ornari: & alia diſparia: ſic orationem: & ut puto quadratus erat abacus. Ad cuius ſimilitudinem hæ quadræ: in quibus conciſæ carnes diſponuntur: abaci etiá uocabantur. Vt Plinius in eodem libro: Pompeius uictoria mithridatica primū in urbem myrrhina inuexit: primuſq; lapides & pocula ex eo triumpho capitolio adiudicauit: quæ protinus ad hominū uſum tranſire: abacis etiam eſcarii ſq; uaſis expetitis. Et in eodem libro: Amplitudine nunq̃ paruos excedunt abacos. Ex qua ſimilitudine: ut exiſtimo tabella: ſuper qua decuplationes fiunt: abacus dicta fuit: quin & ipſa decuplatio. Perſius in ſecunda ſatyra inquit: Nec qui abaci numeros & ſecto in puluere mætas.ſ.ſpernit. Nam inde etiá cum calculi quidam fierent abaculi uocabantur. Plinius in eodem libro ait: Veluti cum calculi fiunt: quos quidam abaculos appellant. Sed cum de menſa q̃d ſignificet apud quoſdam dubiū fiat: An ipã cœná: uel ſuper qua comeditur deſignet. Ego tanq̃ arbiter honorarius diiudico menſam primitus id ſuper quó comedimus: ſiue ligneum ſiue lapideum fuerit deſignaſſe. ut Virg.li.iiii.geor.de Corytio loqués: Qui ſeraq; reuertens nocte domū dapib⁹ mēſas onerabat inemptis. & in eodē libro: Pars epulis onerát mēſas & plena reponūt Pocula. Horati⁹ ſimiliter in.ii.ſermonū inq̃t: Gauſape purpureo mēſam pterſit acerná.i. de acere factá. Idem oſtendit Varro de lingua latina cū ait: Menſam æſcariá cillibá appellabat. & ſubdit: ea erat quadrata: ut etiam nunc in caſtris eſt: poſtea rotunda facta. Ex quibus tractum puto menſam etiam pro prandio & eduliis. ut Iuuenalis in prima ſatyra: Cum de tot orbibus & tam antiquis una comedunt patrimonia mē-

ſa:hoc eſt uno prandio uel cœna.

A bantes cum unico.b.&.t.non aſpirato ſcribitur:populi ſunt ionum inter achiuos:ut dixit herodotus libro hiſtoriarum primo.alios dixit Orpheus in argonautica eſſe iuxta pontum.Rurſus & alios dixit Ariſtarchꝰ in ſecundum Homeri eſſe inſulæ euboiæ.

A batos cum unico.b.&.t.exili ſcribitur:apud nos iacceſſibile interpretatur : & ab a:quod ẽ ſine: & βαδιζω uerbo:quod eſt accedo compouitur.Vnde inſula quædam circa extrema ægypti in memphitica palude poſita:eo nomine a græcis dicta fuit:quia ad illam ob limi & papyrorum copiam difficillimus ſit acceſſus : ut in dictione Oſiris latius explicabimus. Simili cognomine locus ultra ægyptum & æthyopas ab antiquis uocabatur:ubi primũ nilus magno fragore deſcendit:dicente Lucano libro.x.Hinc abaton: quam noſtra uocat ueneranda uetuſtas Terra potens:primos ſentit percuſſam tumultus:& reliqua.

A bdera cum.b.ante.d.in eadem ſyllaba teſte Priſtiano ſcribitur:urbs fuit in thracia:quam teſtibus Solino & Pomponio Diomedis ſoror condidit:& a ſe cognominauit.Nec inde procul tyrida oppidum fuerat: equorum Diomedis ſtabulum:quod Pomponio teſte ceſſit æuo. & eius tempore ſolum turris ueſtigium perdurabat:quæ Diomedis turris etiam tunc quoq; uocabatur.Sed abdera tandem ſenio collapſa:a clazomeniis ex aſia uenientibus ad maiorez faciem reſtituta depoſito priori nomine Clazomene ab illis nomen accæpit. Iuxta abderam uero biſtonium ſtagnum nominatiſſimum fuiſſe dixit Herodotus.Et primam fuiſſe Democriti phyſici in ſua dictione dicemus.Et ab abdera abderites nomen patriũ deducitur:quod cum.i.latino & t.exili ſcribitur.

A bydus cũ.y.græco ſcribit᷑:ciuitas ẽ helleſponti ex latere aſiatico.De qua Virgilius libro georgicorũ primo Oſtriferi fauces tẽtantur abydi.& directe ex oppoſito ad ſeſtum depoſita iacet: ut Muſæus poeta antiquiſſimus amorem pertractans Læandri: & Hero.hoc uerſu oſtẽdit: σηστὸσ ἔην καὶ ἄβυδοσ ἐαντίον ἐγγύθι πόντου. Quem ſane amorem tetigit Virgilius libro georgicorum tertio & Ouidius in epiſtolis heroidum lepide pertractauit.Ab abydo abydenus deriuatur.Vnde Seruius in tertio georgicorum inquit : Læander abydenus & heroſeſtias fuit.

A byſſus per.y.græcum & duplex.ſ.ſcribitur:eſt aquarum immenſa profunditas.

A brotontium cum.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur:nomen proprium fœminæ:ut Glycerium : Philorciũ Dorcium:Sopronium:quæ in hanc terminationem teſte Priſciano in.v.dimminutionis ætatis: ſiue adulationis amatoriæ cauſa proferuntur. Vnde abrotontium ab ἁβρόν: quod eſt glabrũ ſiue delicatum deducitur.& reliqua ſimiliter:ut in ſuis dictionibus uidebimus.

A bſinthium cum.b.ante.ſ.licet apud græcos ſit.ψ.quod magis proprie per.pſ.traduci debuit: ſed uicinitate litterarum placuit.p.in.b.conuertere:quod ſepius fieri oſtendimus : & ſequentibus clarius per exempla oſtendemus.Quoniam & cum.i.latino utrobiq; atq;.th.aſpirato ſcribitur. Herba eſt amara: a qua populi cognominati ſunt quidam:qui iuxta pontum teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſexto:cappadociamq; inhabitant.Vbi mons eiuſdem nominis haberi dixit.Vnde Ouidius libro quinto de triſtibus ait:Cana prius gelido deſinit abſinthia ponto.Teſte Plinio libro.xxvii. naruralis hiſtoriæ:eo in loco pecora pingueſcunt: ob quod ſine felle reperiri illas dixit:quãq; ut ait longe italico ſit amarius.

A bſyrtus cum.y.græco &.t.non aſpirato ſcribitur:quãq; apud græcos non per.bſ.ſed per.pſ.hoc eſt.ψ.ſcribatur.quod ut diximus ex litterarum affinitate noſtri.p.in.b.conuerterunt. fuit Oetæ colchorum regis filius: quem Medea ſoror Iaſonem ſequens in loco non longe a phaſi: dicto abinde tomos ideſt inciſio crudeliter lacerauit:iuxta fluuium ſcilicet abſyrtum:in quem conuerſum dicunt poetæ. Vnde putant quidam puerum illum Aegialeum primitus uocitatum:& ab flumine abſyrto cognomen aſſumpſiſſe.Cum dicat Cicero libro tertio de natura deorum:Quid de abſyrto fratre Medeæ:qui apud Pacuuium Aegialeus ſcribitur.Sed ut ſubdit prius nomen ueterum litteris uſitatius eſt. Iuſtinus uero Aegialeum illum uocauit libro quadrageſimoſecundo.

A bſis huius abſidos cum.i.latino ſcribitur:ubi ſimiliter.b.loco.p.noſtri poſuerunt.Apud nos indicat arcuz teſtudineũ: ſeu fornicem teſtudineam:quin & forcipes.& deſcendit ab ἅπτομαι:quod eſt contingo : cum latera neceſſario contingat.

A cademia cum.e.ſine aſpiratione:&.i.latino ſcribitur:corripitq; penultimam.fuit locus numeroſus ab athenis mille paſſibus diſtans ab Academo heroe teſte Eupoli ſic cognominatus. In quo uilla fuit deinde Platonis natiuitate nobilis:ut idem teſtatur Eupolis.Et cum in eodem loco Plato philoſopharetur ſtudendi uſu & diſcipulorum frequentia:atq; morum celebritate inſignis fuit.In eadem Fauorino teſte Mithridates Perſarum rex Platonis ſtatuam cum his ſcriptis locauit:Mithridates Rhodobati filius perſes muſis imaginem Platonis dicauit Sillamonis opus.huius uillæ exemplo teſte Plinio libro.xxxi.naturalis hiſtorie:Cicero uillam aliam in italia eo cognomine nominauit:quæ eſt ab auerno lacu puteolos tendentibus impoſita littori & celebratur porticu ac nemore:ibi compoſitis uoluminibus eiuſdem nominis: in qua monumentum ille ſibi inſtituerat.huius in parte ut pergit idem auctor eruperunt fontes calidi per q̃ſalubres oculis celebrati carmine Laurei Tullii:qui fuit e libertis eius.

A cbatana abſq; aliqua aſpiratione:& cum.b.poſt.c.ſcribitur:fuit ſyriæ ciuitas ubi Cambyſes diem ultimum obiit:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum.iii.

A chaia cum.ch.aſpirato.&.i.latino ſcribitur:regio eſt græciæ:quæ teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.primo peloponneſus:poſteà danaa:deinde achaia dicta fuit. Vnde græci achæi atq; achiui & danai dicti ſunt. Cuius maxime clarum oppidum corinthum fuiſſe dicunt:cum uſq; ad id protendatur ut latius uidebimus in dictione peloponneſus.

A chæi cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo atq;.i.latino ſcribitur:græci omnes ab Homero nonnunq; dicuntur:& puto ab achaia:uel ut alii dicunt ab Acheo antiquo rege.

A chæmenides cum.ch.aſpirato ſequente.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fuit comes infœlicis Vlyxi:Vt oſtendit Virgilius libro æneidos.iiii.

A chæmenes prima cum.ch.aſpirato:&.æ.diphthongo ſcribitur. Aliæ prorſus ſine diphthongo ſcribuntur fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.primus perſarũ rex:a quo poſtea reges omnes perſiæ uſq; ad Darium deſcenderunt. Alius eodem nomine fuit Xerxis frater:ut idem oſtendit.

A chæmenidæ prima cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo:penultima cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo:tribus ex qua perſarũ reges originem contraxerunt.

A charis cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dici poteſt la uerbum ſine gratia.nam ex.a.quod eſt ſine:& charis gratia componitur.

A camas cum.c.exili:hoc eſt ſine aſpiratione ſcribitur: fuit unus teſte Homero libro .ii.&.v.iliados: thracum princeps ex his:qui in auxilium troianorum uenere. Alius eodem teſte libro undecimo eiuſdẽ nominis fuit fili⁹ Antenoris: qui tempore belli troiani cælebs erat:& diis ſimilis habebatur.

A canthus cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:puerum fuiſſe dicunt conuerſum in florem ſui nominis. Vnde de flore locutus uidetur Virgilius libro æneidos primo cum ait:Et circun textum croceo uelamen acantho Seruius uero dixit eſſe nomen herbæ:quæ in aſſyria naſcitur. Idem in Pollionem:arborem eẽ dixit in ægypto ſemper frondemtem.quod Virgilius affirmaſſe uidetur libro georgicorum ſecundo cum ait:Et baccas ſemper frondẽtis acanthi. Significatq; proprie apud noſtros ſpinam uel dumũ quare ſpinis aſperam eã arborem dicunt. Eſt & eo nomine littoralis quædam urbis hæmathiæ:de qua in dictione artachæas habebit̃.

A canthylis prima cum.c.exili:penultima cum.th.aſpirato &.y.græco:ultima cum.i.latino ſcribitur: auicula quædã eſt:quæ & a nobis carduelis uocatur. Nam ſic græce dicta eſt:quia inter ſpinas paſcatur.

A carnania cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:pars eſt epiri:in qua teſte Plinio libro iiii. naturalis hiſtoriæ:maxime clarum eſt oppidum leucas.hanc achelous fluuius ab ætolia diuidit. Siue ut ait Solinus pindus:qui acheloũ parit.uocatur & eodẽ noĩe regiuncula quædam alia in ægypto:ut dixit Seruius ſuper quintũ æneidos.

A ctaſta cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

A caſtus abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit peliæ theſſalorũ regis filius:ut etiam oſtendit Seneca in Medea.

A catalectos abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:uerſus dicitur: qui abſq; alicuius ſyllabæ defectu in fine legitime terminatur.

A chates cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribitur:uir a Virgilio fuiſſe dicitur perpetuus Aeneæ comes. Deducit̃q; ab ἄχοσ:quod eſt cura ſeu moleſtia:eo quod moleſta cura ſemper reges comitetur: dicente Virgilio libro æneidos ſexto:

Aeneas mæſto defixus lumina uultu
Ingreditur linquens antrum:cæcoſq; uolutat.
Euentus animo ſecum.cuius fidus achates
It comes:& paribus curis ueſtigia figit.

Eſtq; etiam primæ declinationis: & facit in genitiuo Achatæ. Verum teſte Solino & Plinio libro.xxxvii. hiſtoriæ naturalis:Achates precioſi lapidis eſt nomen .Quem ſicilia in ripis achatis fluminis primũ dedit: deinde in aliis locis compertus. Quoniam & Pyrrhum:qui cum romanis bella geſſit:hunc lapidem in annulo habuiſſe dicunt: detinentem non artificioſas: ſed naturales nouem muſarum effigies:& Apollinem ipſum cum lyra ita diſcurrentibus teſte Plinio maculis:ut muſis quoq; ſingulis ſua redderentur inſignia.

A ceſtes abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit Crimniſu ſiculi fluuii filius ex Segeſta troiana:quod Virgilius libro quinto æneidos:tetigit cum ait:Troia crimniſio concæptum flumine mater Quem genuit. de quo latius Ouidius libro metamorphoſeos.xi. Alius teſte eodem Ouidio libro.iii. Fuit nauta pauper:qui Pachuʒ puerum dormientem in littore maris furatus eſt.

A chelous cum.ch.aſpirato & unico.l.ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia:Oceani & Tethyos fili⁹. hic pro Deianira filia Oenei regis calydoniæ ſorore Meliagri acri duello cum Hercule decertauit:eo quod illorum quiſq; pro excellentiori uirtute uxorem illam petebat. Sed uidens ſe inferiorem Hercule : magicas decurrit ad artes. Et conuerſus primo in ſerpentem:ab Hercule pene ſtrãgulatus eſt. Ruſus & cum in trucem taurum ſe cõmutaret:illuʒ Hercules fracto cornu ad terram colliſit:qui deinde pudibundus in calidone fluuio:qui iuxta ſui nominis oppidum defluit:ſe abſcondit.a quo poſtea fluuius achelo⁹ eſt appellatus.

Et orit̃

Et oritur a pindo theſſaliæ monte:atq; ætoliam ab acarnania regiõe diuidit. Quare & acarnanus nõnunq; cognominatus eſt:ut Ouidius:Amnis acarnanus lætiſſimus hoſpite tanto. Tandem in malliacum mare deſcendit. Verum ut Macrobius & Serui[s] ferunt:acheolus generaliter aqua dicebatur:dicente Virgilio libro georgicorum primo:Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis.

A cheron cum.ch.aſpirato:&.e.abſq; diphthongo a græcis & noſtris ſcribitur:quãq; deriuatio.æ.diphthongum requirere uidetur. Nam ab a quod eſt ſine:& χαιρος cum.æ.diphthongo:quod apud nos dicit gaudium:componitur:& deriuatur. Sed quia breuem penultimã græci & latini eſſe uoluerunt:ſine diphthongo ſcripſere. Diciturq; a poetis ipſis fluuius infernalis. Sed ut teſtatur Seruius in ſexto ænei. locus eſt in cãpania non longe a baiis undiq; ſeptus montibus:adeo q neq; orientem aſpiciat Solem:nec occidentem:ſed diem tantũmodo medium. Nec quicq; ibi niſi per necromãtiam:ſiue hominis occiſionem fieri poterit. Vnde Aeneam dicũt occiſo ibidem Miſeno ſua ſacra cõpleſſe: & Vlyxem ſimiliter occiſo Helpenore.

A cheruſia ſimili modo a græcis ſcribitur:palus eſt inter capuam & auerſam:per aperta plana uſq; prope cumas diffuſa:quã græci quidem quia ab archeronte deriuari dicunt:cum.ch.aſpirato conſcribunt. Nõnulli uero quia ex inundatione fluminis accerrarum prouenire uolunt:abſq; aſpiratione ſcribendam dicũt quaſi aceruſia:ſed apud plures aſpirationem comperi.

A cidia cũ unico.c.non aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur:ſignificat apud nos tediũ moleſtias curas.

A cidalia cum unico.c.non aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur: Venus dicitur. & ut quidam ferunt ab acidia uerbo græco deducitur:eo q laſciuus amor uariis curis & moleſtiis amantes impleat. Alii uero ab acidalio fonte in orchomeno boetiæ ciuitate Veneri ipſi & gratiis ſacro.

A cylius prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

A cyrologia prima cum.c.non aſpirato &.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris impropria locutio. Nam componitur ex ἄκυρος quod eſt impropria: & λόγος locutio. ut Virgilius li.ix. Turne quod optanti diuũ promittere nemo auderet. Vbi teſte Seruio dici proprie non poteſt nemo diuum cũ nemo proprie ſit ne homo. Idem libro.iiii.ænei. Hunc ego ſi potui tantũ ſperare dolorem.i.timere. ſimiliter Iuuenalis in ſatyra Criſpini:Iam quartanam ſperantibus ægris.i.timentibus.

A chilles cum.ch.aſpirato &.i.latino atq; duplici.l.ſcribitur:fuit filius Pelei regis theſſaliæ ex Thetide Chironis filia græcorum fortiſſimus:ab omnibus poetis & Homero maxime cãtatiſſimus. qui(ut ait Iuuenalis in prima ſatyra)Nulli grauis erit ſi repræhendatur.ſ.tanq; auarus q corpus Hectoris Priamo uendiderit uel græcos ipſos ſuo adiutorio deſtitutos reliquerit:uel eius naturam quis inſectetur. de qua Patroclus ad Hectorem libro.xi.iliados ait: Probe enim o Hector cognouiſti qualis ille ſit:qua moroſitate:q; ſubito erumpat inculpationẽ etiã culpa uacantiũ. finitq; teſte Homero a Paride apud troiam ſagittis interfectus in templo Thymbræi Apollinis:dum cõnubium Polyxenæ curabat. quas ſane ſagittas poetæ dicunt a Phœbo directas. ut Virgilius libro æneidos ſexto:

Phœbe grauis troiæ ſemper miſerate labores.
Dardana qui paridis direſti tela manuſq;
Corpus in æacidæ.

At ouidius libro metamorphoſeos.xii. dixit Paridem a phœbo monitũ non clam & in tẽplo:ſed furenti prælio Achillẽ ſagittis confeciſſe. Vnde apollo ad Paridem:Quid ſpicula perdis.

Sanguine Phœbus ait. ſiqua eſt tibi cura tuorum
Vertere in æacidem cæſoſq; ulciſcere fratres.
Dixit. & oſtendens ſternentem troica ferro
Corpora peliden:arcus obuertit in illum:
Certaq; lætifera dixerit ſpicula dextra.

Mortuuſq; in ſigæo promontorio ſepultus fuit. ad cuius tumulum cum teſte Cicerone in oratione pro Archia perueniſſet Alexander magnus:O fortunate inquit iuuenis:qui tuæ uirtutis Homerum habuiſti præconem. Et declinatur in genitiuo Achillis & achilli:uel cum.i.longa:uel cum ei diphthongo:ut nõnulli ſcriptum fuiſſe contendunt. Virgilius libro primo æneidos:

Troas relliquias danaum atq; immitis
Achilli.

uel(ut alii ſcribunt)Achillei cum ei diphthongo ſimiliter Vlyxis & Vlyxi. Virgi.li.iii.æneidos.

Et terram altricem ſæui execramur Vlyxi.

Eodem modo Horontis & Horonti Virgilius in primo: Nunc arcis horonti: Nunc amici caſum genuit. ſimiliter Terentius:Archonidi filiam dixit:pro Archonidis. Cicero:in Timarchidi poteſtate:pro Timarchidis ſimili modo dixit. & facit in uocatiuo.o. Achilles &.o.achille cum.e.longo. Ouidius li.xiii.metamor.

Tuq; tuis armis nos te poteremur achille.

Nõnunq; uero dixerũt poetæ Achilleus more græco:qui dicunt ἀχιλλεύς in nominatiuo:& formauerũt accuſatiuũ in ea. ut Lucanus libro.x. Famulumq; tyranni Terribilem iuſſo trãſegit Achillea ferro.

A chillus cum.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.l.ſcribitur:is a noſtris dicitur:qui ſine labiis degit. Nam cõponitur ex a quod eſt ſine:& χεῖλος labrum.

A cis cum.c.non aſpirato &.i.latino ſcribitur: fluuius eſt ſiciliæ δυὶ ἐρονυλορ: ut dixit Theocritus ab ætna monte fluit. Cuius ex ripis Polyphemis in Vlyxem ægiſſe ſaxa dicitur: quod Vibius atteſtatur. In hunc dixit Ouidius libro.xiii.etiam conuerſum fuiſſe Acim filium Fauni ex nympha Simethide cretum: tunc quoque cum ilium ex zelo Galateæ Poliphemus occidit. Huius ripas herbiferas dixit Ouidius libro faſtorum.iiii. cum ait: Et ripas herbifer aci tuas.

A colythus cum.c.exili ſequente unico.l.&.y.græco atq;.th.aſpirato ſcribitur: & deriuatur ab ἀκολουθῶ: quod eſt ſequor: quaſi obſequens & miniſtrans.

A cragas cum.c.non aſpirato ſcribitur: quod nonnulli moderniores in.g.conuertunt: oppidum eſt ſiciliæ: qđ teſte Plinio libro tertio naturalis hiſtoriæ: noſtri deinde acrigentum dixere: ſitum quidem teſte Pomponio inter palchynum & lylibæum. Et ut refert Seruius in.iii.æneidos: mons eſt muro cinctus: cuiꝰ ſumma parte oppidum eſt. unde ego nomẽ ἄκρον ideſt ſummitatis aſſumpſiſſe puto. Et inde acrigentinus nomen patrium deriuatur.

A criſius cum.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur: fuit teſte Euſebio libro temporum: Abantis argiuorum regis filius: & pater Danaes amaſiæ Iouis. Hic a Præto fratre regno pulſus: a Perſeo nepote: hoc eſt filio Danaes filiæ ſuæ & Iouis ad regnum reſtitutus eſt: a quo poſtea in ſaxum conuerſus fuit. ut oſtendit Ouidius libro metamorphoſeos.iiii. & inde poſſeſſiuum acriſionæus deducitur. ut Virgilius libro æneidos.vii.de urbe ardeæ loquens inquit: Quam dicitur urbem Acriſonæis danae fundaſſe colonis. De quo in dictione pilumnus uidebimus. Alius eiuſdẽ nominis fuit Laertæ patris Vlyxis pater: & Iouis filius: dicente Vlyxe apud Ouidium libro metamorphoſeos.xiii. Nam mihi laertes pater eſt: acriſius illi: Iuppiter huic. Et ut ait Homerus li.xvi. odyſſeæ: μοῦνον λαέρτην ἀκείσιοσ ηον ἔτικτε: μοῦνον δ' αὖτ' ὀδυσῆα πατὴρ τέκεν: hoc eſt ſolum Laertem filium Acriſius genuit. Et ipſe pater ſolum Vlyxem procreauit.

A cros cum.c.non aſpirato ſcribitur: & latine ſummitas dicitur atq; cacumen.

A crotirium abſq; aliqua aſpiratione: &.i.latino ſcribitur: apud nos dici poteſt arx.

A crothum cum.c.exili &.th. aſpirato ſcribitur: oppidum fuit ſuper atho monte locatum: quaſi acros ideſt ſummũ montis athonos.

A croceraunia abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: montes ſunt excelſi in diuerſis locis. Nam quidam inter armeniam & iberiam maximi putantur: qui a portis caſpiis initium deducentes: uſq; ad fontem tigridis protenduntur. Alii ſunt in epiro diuidentes mare ionium ab hadriatico. De quibus Horatius libro primo odarum: & oda tertia inquit: Infames ſcopulos acroceraunia: qui a nonnullis ceraunii etiam uocitantur. Nam κέραυνοσ fulmen: & ἄκροσ ſummitas dicitur. & hoc quidem quia eorum ſummitas fulminibus infeſtač. Vnde Virgilius libro georgicorum primo de Ioue locutus ait: aut athon aut rhodopen aut alta ceraunia telo Deiicit. de quibus in dictione ceraunia dicemus.

A cron cum.c.exili ſcribitur: fuit ceninenſium rex ab Romulo uictus: & infeſto telo traiectus. Cuius ſpolia in urbem reuerſus Romulus cum triumpho: Ioui feretrio dedicauit. Quem ob illata in hoſtem uulnera teſte Plutarcho in uita Romuli ſic appellauit. Nam ut ait ferire apud latinos uulnerare ſagittis. Et ſpolia opima dixit: uel ab ope ut dicit Varro: uel ab opere ut alii ferunt: cum ſit opus egregium ac clariſſimum belli ducem parem ſibi ductorem ſuperare: quod teſte Plutarcho nemini romanorum contigit: niſi duobus poſt romulum: Cornelio ſcilicet Coſſo cum Tolumnũ Tyrrhenuʒ obtruncaſſet: & Claudio Marcello qui Viridomatum gallorum regem ſuperauit.

A ctænus cum.ct.non aſpiratis &.æ.diphthongo ſcribitur: dici poteſt a noſtris litoralis. Mam ab ακτῆ qđ eſt littus deriuationem ducit. uerum litus a noſtris a lædendo nomen aſſumpſiſſe uidetur dicente Cicerone in topicis: Solebat Aquilius collega meus & familiaris cum de litoribus ageretur: quod eſſet litus ita diffinire quod fluctu eliditur: quod per etymologiam ita intellexit. ut per deriuationem dicatur a lædo. quare unico.t.ſcribitur ſat eſt: cum primam una cum lædo producat. At Donatus non a lædendo ſed litando tam ꝑ litore maris q̃ pro loco: ubi apud altare hoſtiæ litabantur dictum uoluit. Eo ꝙ(ut quidam ferunt illius ſententiam ſecuti) nauigantes eundo & redeundo in litore litabant: quod ſi ſic eſſet: opus eſſet duplici.t. eo ꝙ litus primam longat: & lito breuiat. Itaq; non unicam ſed duplicem deriuationem nos ipſi litus habere putamus. Vnam a lædo: qua litora maris deſignat: & tunc quoq; unico.t.ſcribendum eſſe. Alteram uero qua a lito deſcendit: & tunc locum iuxta altare: atq; etiam cum ipſo altari deſignat: & duplici.t.ſcribendum eſſe dicimus. ut Virgilius libro æneidos ſecundo: Iacet ingens littore truncus. de Priamo enim interfecto loquebatur: quem Pyrrhus Altaria ad ipſa trementem Traxit: & in multo lapſantem ſanguine nati iuxta ipſa altaria interfecit. Vnde certum eſt illud de litore maris non intellexiſſe. Cum ergo litus ſemper primam longet cum pro litore maris accipitur: quia a uerbo habente primam longam deſcendit: cum unica ſequente conſonante (ut uerbum a quo deſcendit) ſcribendum eſt. quando uero a lito (quod primã breuiat) deducitur: ut illam nomen ipſum producat: cum duplici.t.ſcribendum puto.

A ctæon cum.ct.exilibus &.æ.diphthongo ſcribitur: filius Ariſtei ex Autonoe filia Cadmi: qui tandem a Diana in ceruũ conuerſus a ſuis canibus dilaceratus fuit. ut late oſtendit Ouidius libro metamorphoſeos.iii.

Actium cum.c.&.t.exilibus &.i.latino ſcribitur:oppidum fuit in ſinu ambraciæ:atq; eiuſdem nominis promontoriū:iuxta quod ab Auguſto deuictus fuit Antonius & Cleopatra: & ut eius uictoriæ:teſte Suetonio memoria celebrior ſemper in poſterum eſſet:urbem nicopolim apud actium cōdidit:ludoſq; illic quinquēnales conſtituit:& ampliato uetere Apollinis templo:locum caſtrorum(quibus fuerat uſus)exornatum naualibus ſpoliis Neptuno ac Marti conſecrauit.

Actor cum.ct.nō aſpiratis ſcribitur:fuit ex boetia Eridæ filius: & pater aſtyoches.ut oſtendit Homerus libro iliados ſecundo.alium fuiſſe auruncum oſtendit Virgilius libro æneidos nono cum ait:actoris aurunci ſpolium ſcilicet ad differentiam boetii.

Acus cum.c.non aſpirato ſcribitur: idem inſtrumentum: quo ſarcinatrix & ornatrix utitur. Nam illa apud græcos ἀκέστρια:quæ apud nos ſarcinatrix.Et reperitur hæc acus & hic acus. Vnde teſte Probo:aculeus fit diminutiuū:ſed in frequētiori uſu habetur fœmineum.ut Lucanus in decimo:Quod nilotis acus compreſſum pectine ſerum.Iuuenalis in tertia ſatyra:Ille ſupercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu.Idem:Emeritaq; ceſſat acu.Inuenitur etiam hoc acus huius aceris:quod græci σκύβαλον dicunt.i.purgamentum frumenti.Varro rerum ruſticarum libro tertio:acus ſubſternendum gallinis parturientibus Idem acus in area excutitur.Idem in primo: argillam mixtam acere.Ex quo etiam paleæ frumenti apud Feſtum acus dicuntur.Similiter & ea militum pars:quæ ad hoſtem uulnerandum acumine telorū utitur: acus ab aliquibus auctoribus cognominata eſt.acicula uero teſte Seruio ſuper Donatum eſt qua mulieres utuntur ad ornatum capitis.

Adamas cum unico.d.& unico.m.ſcribitur:lapis eſt precioſus duritia inenarrabili:unde nomen accæpit.Nā componitur ex.a.quod eſt ſine:& δαμάζω quod eſt domo.quia ſimiliter domitari nō poteſt. Rumpiturq; hircino ſinguine calido & recenti.ut teſtis eſt Plinius libro trigeſimoſeptimo naturalis hiſtoriæ.

Adelphos cum.ph.aſpirato ſcribitur:& habet accentum apud græcos in ultima: dicitur a noſtris frater. Vnde Terentius comœdiam inſcripſit adelphi. Et ut puto litteris græcis annotauit. uidelicet ἀδελφοι ideſt fratres.Nam de duobus fratribus in ea tractat Demia ſcilicet & Mitioe:& inde Terentium inducimꝰ ἀδελφοισ:hoc eſt in adelphis ideſt fratribus.

Adimantus cum.i.latino &.t.non aſpirato ſcribitur:nomen fuit proprium uiri athenienſis.

Adytum cum.y.græco &.t.non aſpirato ſcribitur:locus eſt ſecretior templi:ad quem non niſi ſacerdoti dabatur acceſſus.Virgilius libro ſecundo æneidos:Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat:at uero aditus pro ingreſſu eſt generis maſculini:& cum.i.latino ſcribitur.

Admetes cum.t.non aſpirato ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia:nympha Oceani & Tethyos filia.

Admetus cum.t.non aſpirato ſcribitur:fuit theſſaliæ rex adeo glorioſus.ut ſcribant poetæ Apollinem diuinitate priuatum ob pulſos cyclopas:ad ipſum confugiſſe:& illius armenta nouem annis teſte Seruio ſuper ſeptimo æneidos:apud fluuiū amphryſum pauiſſe. Quare ait Virgilius libro tertio georgicorum: Paſtor ab amphryſo.& Lucanus libro.vi.Irrigat amphryſos famulantis paſcua phœbi.

Adonis cum.i.latino ſcribitur. fuit formoſus paſtor filius Cynaræ cypriorum regis ex Myrrha eius filia. de quo Virgilius in gallo:Et formoſus oues ad flumina pauit adonis.Hunc etiam ardentiſſime amauit Venus Sed tandem ab apro uulneratus interiit.de quo late Ouidius libro metamorphoſeos.x.Fuit etiam tali nomine cognominatus phœnicum quīdam fluuius.ut dixit Plinius libro hiſtoriarum quinto.

Adraſtus cum.d.non aſpirato ſcribitur:fuit argiuorum rex a poetis cantatiſſimus: & Statio teſte:filius Talaonis ex Euronomia natus:ſic quoq; Platone teſte in libro qui cratylus inſcribitur cognominatus: quia rem non confecit thebanā Nā.α.ut ſæpe oſtendimus:priuationem indicat:& δράω ideſt facio.Vnde Adraſti nomen eſt tractum.Fuit alius Adraſtus teſte Homero libro iliados ſecundo:Percoſii filius:& frater Amphii.ut in dictione Percoſius uidebimus.Nam hi duo fratres ad troianorum auxilia duces eorum fuerunt: qui habitant adraſtiam: & urbem apaeſi:& pithyiam:& excelſum teries montem.

Adræmon cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados ſecundo:Thonantis pater.

Adria cum.i.latino & abſq; aliqua aſpiratione. ut uetuſtiſſima indicant monumenta.fuit teſte Iuſtino libro uigeſimo græca urbs illyrico mari proxima:quæ ut ait adriatico mari nomen indidit.Liuius uero in quinto ab urbe tuſcorum illam fuiſſe coloniam dixit:quorum utrunq; pro temporum uarietate fieri potuit. Et ab adria Adrianus nomen gentile & non proprium:quod cum aſpiratione ſcribitur.quin & adrienſis & adriaticus:atq; adriacus deducuntur.Sane adriam pro mari ipſo adriatico poni nonnunq; annotauimus:& tūc quoq; generis eſt maſculini.ut Lucanus in quinto:Sonat ionio uagus adria ponto.

Adulari cum unico.l.ſcribitur:& a græco deductum uolunt:quod eſt δοῦλοσ ideſt ſeruus. Nam inſeruire eſt & captare ut fauorem emereatur quoquo modo uel uoce uel geſtu: quod ſane ſeruile eſt: & non liberale ingenium.

Aeas cum.æ.diphthongo ſcribitur:fluuius eſt epiri ab epidanni:hoc eſt dyrrhachii mœnibus ex macedonia prius defluens:in mare ionium cadit.de quo Lucanus libro quinto fluuios theſſalicos deſcribens ait:Purus in occaſus parui ſed gurgitis æas:Ionio fluit inde mari.

A eſchylus cum.æ.diphthongo &.ch.aſpirato:atq;.y.græco & unico.l. ſcribitur:fuit poeta tragicus: & qui plurimum tragœdiam exornauit:ut oſtendit Horatius in poetria. At uero Quintilianus ait: Aeſchylus tragœdias primus in lucem protulit:ſublimis & grauis & grandiloqus ſæpe uſq; ad uitium. Sed rudis in plæriſq;:& incompoſitus:floruitq; anno ducenteſimo ſexageſimo poſt urbem conditam:ut teſtatur Gellius libro decimoſeptimo noctium atticarum. Eius uero mortem non uulgarem:cum alii tum Valerius ſcripſit: quod cum in loco aprico ſoporatus eſſet:teſtudo demiſſa ab aquila quæ illius caluicie deluſa lapidē caput eius eſſe putauerat illum interemit.

A eſculapius cum.æ.diphthongo &.c.non aſpirato atq;.i.latino a noſtris ſcribit᷑. græci uero non diphthongū in initio: ſed ſolum a longam habent:ut ſupra uidimus. fuit(ut poetæ omnes aſſerunt) Apollinis & Coronidis nymphæ filius. hic a patre Apolline Chironi centauro traditus didicit medicinam: & adeo peritus euaſit:ut Hyppolytum Theſei filium ab equis dilaceratum ſua arte ad uitam reduxerit. ob quod a Ioue ex indignatione fulminatus occubuit. dicuntq; eum epidauri moratum:& ut ait Cicero cynoſuris ſepultum.

A eſyrmꝰ cum.æ.diphthongo & unico.ſ.ſequente.y.græco ſcribit᷑:fuit teſte Homero libro.viii.iliados: urbs thraciæ:unde Primus Craſtianiram duxit uxorem:ex qua genuit Gorgitianam. ut in ea dictione uidebimꝰ.

A eſymnus cum.æ.diphthongo &.y. græco ſequente.m.n. ſcribitur:fuit teſte Homero libro undecimo iliados:unus ex principibus græcis qui ab Hectore in bello interfectus fuit.

A eſon cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit Critei filius ex Tiro coniuge pater Iaſonis & frater Peliæ theſſaliæ regis. hic cum in antiquam ueniſſet ætatem agente Medea ad iuuentam rediit. ut late omnia deſcripſit Ouidius libro ſeptimo metamorphoſeon.

A eſopus cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Gellio libro ſecundo e phrygia fabulator. Scripſitq; feſtiuos & delectabiles apologos mira grauitate. Quorum quoſdam Romulus quidam uerſu elego ad eruditionem Tibertini filii tranſtulit in latinum. Nam proſa phryx ille ediderat. Alius fuit Aeſopus iſtrio famoſiſſimus Ciceroni amicitia deuictus: quem una cum Roſcio amerino iſtrione ad audiendum uiſendumq; Q. Hortenſium eloquio clarum & corporis motu conſpicuum mutandi ſtudio curiam frequentaſſe ſcripſit Cicero:qui eorum res rationeſq; magnis conatibus quandoq; eſt tutatus. Nam periit illa Ciceronis oratio in qua populum romanum obiurgaſſe dicitur: ꝙ Roſcio geſtum agente tumultuauit. Contendebatq; ſæpius cum iſtrione Cicero: Vtrum ille frequentius eandem ſententiam uariis geſtibus efficeret: an ipſum per eloquentiæ copiam uario ſermone diuerſe pronuntiaret. Idem Roſcius librum ſcripſit:quo eloquentiam cum iſtrionica comparuit. Illiq; mille denarii (præter gregalem ſtipem:quæ recitantibus eueniebat) ſunt de publico conſtituti. Reliquitq; filiis Aeſopus ex iſtrionico quæſtu ducenties ſextertium. Vnde de iſtrionibus his ait Horatius.xxii.epiſtola: Clament periiſſe pudorem Cuncti pene patres:ea cū repræhēdere coner. Quæ grauis æſopus:quæ doctus roſcius ægit.

A ethalia cū.æ.diphthōgo &.th.aſpirato:atq; uno.l.ſcribit᷑:iſula ē i liguſtico pelago:ut mōſtrat Ptholemæꝰ.

A ether cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato ſcribitur:& teſte Lactantio libro primo inſtitutionum:fuit creditus a Cleante & Marimone laudatis phyſicis ſummus deus. Quod Virgilius ipſe tetigit cum dixit libro ſecundo georgicorum: Tum pater omnipotens fœcundus imbribus æther Coniugis in gremium lætæ deſcēdit. Pronapides uero poeta græcus dixit:illum Demogorgonis filium fuiſſe:quem Chaos eius uxor tūc genuit cum ignita exhalauit ſuſpiria. Quare Anaxagoras & poetæ noſtri illum ſecuti pro elemēto ignis æthera ipſum poſuerunt. ut Ouidius libro primo metamorphoſeon: Hæc ſuper impoſuit liquidam & grauitate carentem Aethera:nec quicq; terrenæ fæcis habentem. At Ariſtoteles in libris:quos de cælo compoſuit dixit:æthera pro cælo ponendum eſſe:ita ut dicat uocabulum ipſuꝫ ex ἀεὶ:quod eſt ſemper:& θέω:quod eſt uoluo & curro componi:quaſi perpetuam uolubilitatem indicet. Iuxta quod etiam Ouidius libro quinto de ponto ait ad Cæſarem: Sic habites terras:& te deſideret æther:hoc eſt cælum. Cicero ſecundo de natura deorum dixit: Aethera genuiſſe Iouem primum & cælum:a quibus omnis deorum numeroſa proſapia deſcendit. Vnde ætherus cum.æ.diphthongo in prima &.e.in penultima deducitur:& æthra:quod apud nos fulgorem ætheris:hoc eſt cæli indicat. Virgilius libro æneidos tertio: Nec lucidus æthra ſiderea polus: Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

A ethera cum.æ. diphthongo &.th.aſpirato ſcribitur:fuit Aegæi athenarum regis prima coniunx & mater Theſei. ut in dictione Aegæus uidimꝰ. Alia fuit teſte Homero libro tertio iliados: Pitthei filia:conjes & conſilium Helenæ. Vnde etiam Ouidius in eius epiſtola Ad Paridem:

Cætera per ſotias clymenem æthrāq; loquamur.
Quæ mihi ſunt comites conſiliumq; duæ.

A etiologia cum æ.diphthongo &.t.exili:hoc eſt nō aſpirato:&.i.latino utrobiq; ſcribitur: dicitur a quibuſdam cauſæ redditio. Nam ex αἰτία ideſt cauſa:& λογία:quæ eſt loquela uel ratiocinatio componitur.

Nam in eo nemore (ut ſubſequenter idem poeta proſequit̃) nympha ipſa habitabat: quod ſane nemus uſq;
ad aritiam (quæ iuxta uelletras ab roma uiginti milibus paſſuum diſtat) fere protendebatur. Nam ut ait Li-
uius libro primo ab urbe: cum Numa religionem & dei metum romanis incutere ſtatueret: nec deſcendere
ad animos ſine aliquo cõmento miraculi poſſet: ſimulat ſibi cum dea Aegeria cõgreſſus nocturnos eſſe: ei⁹
ſe monitu: quæ accæptiſſima diis eſſent ſacra inſtituere. Nanq; in nemus aricinũ (ut alii hoc idem proſequũ-
tur) intempeſtæ noctis ſilentio ſe cum quibuſdam ſociis conferebat: Illic cauo quodam & umbroſo ſpecu
ſolus ſummotis arbitris morabatur ad fontem uiuæ aquæ: rediens comitibus ueneratione perfuſis cum dea
Aegeria ſe manſiſſe dicebat: cuius monitu profitebatur ſacra diis accæptiſſima ordinare: Quare & illum lo
cum camenis conſecrauit: dicente Ouidio præfato faſtorum libro:
Aegeria eſt: quæ præbet aquas dea grata camenis.
Illa numæ coniunx conſiliumq; fuit.

A egira cum .æ. diphthongo & .i. latino ſcribitur: Vrbs fuit argiuorum. ut dixit Herodotus libro hiſtoriaruʒ
primo. Plinius uero non contradicens dicit litoralem eſſe urbem in achaia.

A egyptus cum .æ. diphthongo & .y. græco atq; .t. non aſpirato ſcribitur: regio eſt in aphrica: quæ (ut nonnul
li aſſerunt) ab Aegypto fratre Danai nomen accæpit. hæc teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ: ab ori-
ente rubro mari aſſyriaq; coniungitur: ab occaſu cirrenem & aphricæ reſiduum habet: a meridie uero uſq;
in æthiopiam protenditur: a ſeptentrione autem mare habet ægyptium. in hac teſte Platone nunq̃ pluere
uiſum eſt: ſed nili inundatione fœcundatur.

A egis cum .æ. diphthongo & .i. latino ſcribitur: proprie teſte Seruio ſuper octauum æneidos: eſt munimentũ
pectoris æreum: habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit ægis uo
catur: ſi uero in pectore hominis ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis conſpicimus lorica dicitur. hæc ille.
Quod ſane Virgilius ipſe ſenſiſſe uidetur: cum ait: Aegidaq; horriferam turbatæ palladis arma Certatim
ſquamis ſerpentum auroq; polibant Connexos angues: ipſamq; in pectore diuæ Gorgona deſecto uerten
tem lumina collo. Idem libro ſecundo de eadem Pallade inquit: Nimbo effulgens & gorgone ſæua. Nam
teſte eodem Seruio: hoc caput gorgonis ideo Minerua fingitur habere in pectore: & illic & omnis pruden
tia: quæ confundit alios: & imperitos ac ſaxeos reprobat. Verum (ut nonnulli ferunt) cum hæc ipſa arma co
rio capræ decocto olim conficerentur: ab æga quod eſt capra ægidis nomen accæpit.

A egirœſſa prima cum .æ. diphthongo: ſequens cum .i. latino: & penultima cum .œ. diphthongo: ſequenteq; du
plicato .ſ. ſcribitur: urbs fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo in æolia aſiæ.

A egiſthus cum .æ. diphthongo & .i. latino: atq; .th. aſpirato ſcribitur: fuit Thyeſtis filius ex Pelopeia eiuſdem
Thyeſtis filia: dicente ipſo Thyeſte apud Senecam in tragœdia: cuius titulus eſt Thyeſtes: Coacta fatis nata
fert uterum grauem Me patre dignum: uerſa natura eſt retro. & reliqua. Nam cum Thyeſtes adulteraſſet
Meropen Atrei fratris ſui uxorem: & ex ea filios ſuſcæpiſſet: pelleretur q; ob id regno: Atreus ſimulata pace
illum in regni conſortium reuocari ſimulauit. Cui redeunti tres filios comedendos appoſuit: & illoruʒ ſan-
guinem uino mixtum dedit in potum: oſtenditq; illi poſt conuiuium manus & capita: cuius reſiduum come
diſſe dicebat: ſed tanti facinoris ultionem quærens Thyeſtes ab oraculo edoctus eſt: ex ſe & filia Pelopeia fi-
lium naſciturũ: qui plene recæptas iniurias uindicaret. Qua de re dicebat ad Clyteæmneſtrã Aegiſth⁹ apud
Senecam in præfata tragœdia: Et cur atrida uideor inferior tibi natus Thyeſte: Ad quem Clytæmneſtra illi-
us natales exprobans ait: Si parum eſt: Adde & nepos cui Aegiſthus auctore phœbo gignor. Haud generis
pudet. Quod euacuans Clytæmneſtra ſubdit: Quid deos probro aduocas. & reliqua. Nam ut Lactantius
grammaticus ait ſuper quarto thebaidos: mox natus a matre ob pudorem proiectus eſt: & quia capris nutri
tus eſt: Aegiſthi nomen aſſumpſit. Nam θεώ græce: latine eſt ſugo αἴξ auteʒ capram ſignificat. Tandem ad re
giam ductus in patris ſui uindictam Atreum Agamemnonis & Menelai patrem interfecit: & agamemnonẽ
deinde a bello troiano redeuntem cum Clytæmneſtra occidit. Ipſe uero tandem & Clytæmneſtra ab Oreſte
interfecti ſunt.

A egloga cum .æ. diphthongo ſcribitur: & dici poteſt quaſi αἰγῶν ideſt caprarum ſeu rerum paſtoralium lo-
gos ideſt ſermo. Nam de caprariis loquitur.

A egle prima cum .æ. diphthongo ſcricitur: fuit teſte Homero libro duodecimo odiſſeæ: nympha Solis filia
ex Neæra. ut in ea dictione uidebimus: quæ ſane duæ dictiones ſic quoq; ut ſcripſimus apud bucolicon Vir-
gilii: ſcribendæ ſunt.

A egon cum .æ. diphthongo ſcribitur: nomen fuit paſtoris teſte Theocrito.

A egos cum .æ. diphthongo ſcribitur: fluuius eſt thraciæ: in quem ſaxum de Sole cecidit: ſecundum quod lit-
terarum ſcientia diem deſignans Anaxagoras ipſe futurum prædixerat: quod (ut teſtatur Plinius) tempore
ſuo monſtrabatur magnitudine uehibilis: & colore aduſto. Ad huius fluuii hoſtia capta fuit a Liſandro athe
nienſium claſſis: ex quo ſecuta eſt illorum ſeruitus. ut in dictione Liſander uidebimus.

A egoceros ſola prima cum .æ. diphthongo penultima cum .c. exili ſcribitur: dicitur a noſtris capricornus. Nã
componitur ex ægos ideſt capræ: & κέρας cornu. Quod ſane animal inter aſtra locatum dicunt. ut Lucanus

libro decimo Aegoceron cancrumque tenet.
A elia cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:urbs fuit calabryæ. Vnde ælianus:ut in triũphalibus Titi Plau
tii.apud tybur ſcribitur.SILVANO AELIANO PONTI.Eſt etiam nomen proprium.
A elius cum.æ.diphthongo &.i.latino apud antiquos in marmorum inſcriptionibus deſignatum comperi:
ut AELIVS HADRIANVS.

A eolus cum.æ.diphthongo & unico.l.ſcribitur:fuit Iouis filius ex Aceſta filia Hippotæ troiani:a quo hippo
tades:tam a poetis græcis q̃ latinis cognominatur ut Homer⁹ libro odyſſeæ decimo αἴολοσ ἱπποτάδησ
φίλοσ ἀθανάτοισι θεοῖσι.Itidem Ouidius libro undecimo metamorphoſeos:Aeolon hippotaden cohi-
bentem carcere uentos.hic teſte Varrone cum apud nouem inſulas ſiciliæ:& italiæ propinquas temporibus
iliacis regnaret:ex conſurgentibus nebulis futura flamina ita ueridice prædicebat:ut a rudibus ea ſit credi-
tus in ſua poteſtate tenere.Plinius autem dixit:eum uentorũ rationem inueniſſe. Hũc dicunt græci habu-
iſſe uxorem Lepatram ex læſtrygonum genere:ex qua filios genuit teſte Homero libro decimo odyſſeæ: du
odecim numero:ſex maſculos & totidem fœmellas:quorum nomina ſunt Iacaſtus:Zuthus:Phalacr⁹:Chry
ſippus:Pheremon: Androcles:fœminarum uero hæc ſunt nomina Iphe:Aeola: Periboia:Dia: Aſtycratia:
Hepheſtia.quarum orthographia ſuis dictionibus explicabitur.

A eolia cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:duplex regio eſt:& utranq; ab Aeolo Iouis filio cognomina
ri puto.Nam teſte Plinio & Solino inſulæ: quæ ſunt in freto ſiculo uigintiquinq; milibus paſſuum ab italia
diſtantes æoliæ uocantur:& ex ipſis regio fieri uidetur: quæ æolia cognominatur: dicente Virgilio in libro
primo æneidos:de Iunone:Aeoliá uenit.has teſte Solino itali uulcanias uocát.quia & ipſa natura ſoli ignea
per occulta cõmercia aut mutuatur ætnæ incendia:aut ſubminiſtrat.eaſdem præfati auctores ſeptem eſſe di
xerunt.Seruius uero nouem. Duas paruulas illis connumerans:quarum cura apud Plinium:& Solinũ nul
la fuit:uidelicet lipare:hiera:ſtrongyle:didyme:eriphyſa:phœnicuſa:prochyta:& euonymon.Quarũ or-
thographia ſuis dictionibus annotabitur. Et teſte Solino lipare nomen rex dedit Lipar⁹:qui eum ante Aeo
lum rexit.Alteram hieram uocauerunt:quia ea præcipue Vulcano ſacrata eſt:& plurimum colle eminentiſ-
ſimo ardet.de qua Virgilius libro octauo æneidos:Inſula ſicanium iuxta latus æoliamq; Erigitur lipare fu-
mantibus ardua ſaxis:Quam ſubter ſpecus & cyclopum exeſa caminis Antra ætnæa tonant:ualidiq; incudi
bus ictus.Strongyle uero Aeoli domus fuit:ſic dicta quia minime anguloſa:quod στρογγύλον ideſt rotũ
dum indicat.Hæc teſte Solino ad exortus Solis conuerſa flammis liquidioribus differt a cæteris: & cauſam
efficit quod ex eius fumo potiſſimũ incolæ præſentiſcunt:quinam flatus in triduo pertendat. quo factũ eſt
ut Aeolus rex uentorum crederetur. At æolia:quæ regio eſt in aſia:colonia fuit græcorum:media inter my-
ſam:quæ helleſponto adiacet.ut oſtendit Plinius libro quinto naturalis hiſtoriæ:& ioniam : quæ magis ad
occidentem uergit.In qua hæ urbes æolides:ab Herodoto libro hiſtoriarum primo deſcribunt̃:cuma phri
conis appellata lariſe.Tenus cũ.t.exili nouus murus Cilla cum.i.latino.& duplicato.l.nocion.

A egææ cum.æ. diphthongo ubiq; ſcribitur:ægirœſſa:pitana:myrina:grinia:de quibus in propriis dictioni-
bus uidebimus.
A eola cum.æ.diphthõgo ſcribit̃:fuit teſte Homero in.x.odyſſeæ:filia Aeoli ex Lepatra coniuge.
A eon cũ.æ.diphthongo ſcribit̃:& dicitur apud nos æuum per interiectionem.u.ut in ea dictiõe uidebimus.
A enaria cum.æ.diphthongo ſcribitur:inſula eſt in puteolano ſinu: quæ teſte Plinio libro tertio naturalis hi-
ſtoriæ:nomen aſſumpſit ab ſtatione nauiũ æneæ:de qua in dictione minturne uidebimus.

A eneas cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit Anchiſæ filius ex uenere.ut Homerus & Virgilius atteſtantur. Vn
de ait Homerus libro ſecundo iliados.
δαρδανίων αὐτ᾽ ἦρχεν ἐὺσ παῖσ ἀγχίσαο αἰνείασ:
τόν ὑπ᾽ ἀγχίσῃ τέκε δῖ᾽ ἀφροδίτη ἴδησ ἐν κρημνοῖσι.
Hoc eſt dardanius præerat formoſus Anchiſæ filius Aeneas:quem dea Ven⁹ in nemoroſis idæ collibus & cõ
cæpit & peperit.Similiter Virgilius in primo æneidos:Tu ne ille æneas:quẽ dardanio anchiſæ Alma nemus
phrygii genuit ſimoentis ad undam.Idem teſte Homero libro underimo iliados: e troianis uelut de⁹ in ho-
nore a populo habebatur.Et in duodecimo eiuſdem operis formoſiſſimum eum dixit: in quinto uero late
pugnam inter ipſum & Diomedem deſcripſit.Et quemadmodum a Diomede ingenti ſaxo proſtratus:a ma
tre Venere tutatus euaſit.Quin & Venerem ipſam tunc quoq; ab eodem Diomede in extremitate manus
extrinſecus uſq; in uolam uulneratam. Nec longe inde deſcribit idem Homerus : quemadmodum Venus
Marti primo conqueſta : & impetratis ab eo equis & curru in liquidum æthera rediit: ubi comperta Dio-
ne matre ei iterum conqueſta uulnus oſtendit . Cuius manum Dione præhendens Quis te inquit deo-
rum lepidiſſima filia tam ſæue mulctauit : Cui Venus hæc ad litteram : quæ traduximus uerba ( ut refert

Homerus)reſpondens ait: Vulnerauit me ferox Tytides conatam ſurripere e prælio Aeneam meum: quem
Anchiſæ genui:dum boues paſceret:inter omnes filios mihi longe chariſſimum. Omnino græcis iam nó cũ
troianis certamen eſt:ſed cum diis.& hæc hactenus. Verum ex Aenea patronymicum fœmininum in eadem
litteratura:hoc eſt Aeneas ſecundum analogiam deducendum eſſet:cũ patronymica fœminina fiant in ma-
ſculinis ſubtracta de:& terminent in is uel in as.ut dardanides dardanis:peliades pelias. Ita æneades Aene-
as facere debuiſſet. Sed hæc(ut puto)cum confuſionem generaſſent contra regulam formauit:primo patro
nymicum maſculinum Virgilius in ides & dixit Aenides.ut libro nono . Sit ſatis ænidæ telis impune numa
num Oppetiiſſe tuis.ubi ſecundum regulam dicere debuiſſet Aeneadæ:ſed.e.&.a.correptas in.i.productá
conuertit. Sic & patronymico fœminino eadem auctoritate dixit in tituli inſcriptione Aeneis:& non Aene-
as:quem Statius ſecutus in fine thebaidos ait: Viue precor nec tu diuinam æneida tenta. Vnde formauerũt
patronymicum hoc fœmininũ in maſculino in hunc modum.cum enim maſculinum patronymicum habe-
at.i.longam per ſynæreſim:hoc eſt per conuerſioné duarũ breuiũ uocaliũ in.i.longam.ut cũ ex peleides di
camus pelides:&.e.atq.i.breues in.i.longam conuertamus.ſimiliter pro Theſeidos dicamus Theſides. nó
abſolute obſeruamus regulam in patronymico fœminino ut tantũmodo formetur per ablationem ipſius
de:ſed præcedens illud.i.longum quod erat in maſculino in.e.&.i.priores uocales reſoluimus: & dicimus
peleis & non pelis:theſeis & non theſis:ſimiliter æneis & non ænis. Quæ ob inſcriptionem tanti operis de-
clarare uolui. Quin & progreſſum Virgilii in excellentiſſimo poemate ſuperaddere libet : quod ex libris
Homeri uelut a quodá ſpeculo formauit. Et errorem quidem Aeneæ ex odyſſea: pugnas uero ex iliade ex-
cerpſit:unde cum uellet Homerus libro primo iliados:infeſtum græcis Apollinem facere cauſam ſtruxit de
Chryſæ ſacerdotis iniuria:de qua in dictione Chryſeis uidebim⁹. Virgilius uero modo cóſimili.ut troianis
Iunonem iniquá faceret:cauſarum cógeriem ſibi comparauit. Et cum primo uerſu promiſiſſet productũ
ſe de troiæ littoribus. Aeneam cum ait: Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus:lauinaq uenit Lit-
tora. Vbi deinde ad initium narrationis ſuæ deuenit: Aeneæ claſſem non de troia:ſed de ſicilia produxit:cũ
ait: Vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum Vela dabant læti. Quod totum ex Homeri textura concæptum
eſt. Nam uitans Homerus in poemate hiſtoricorum ſimilitudinem:quibus lex eſt ab exordio rerum incipe-
re:& continuam narrationem ad finem uſq perducere. Ipſe poetica diſciplina a rerum medio cœpit: & ad
id initium poſtmodum reuerſus eſt. Itaq Vlyxis errorem non incæpit a troiano litore deſcribere. Sed cum
primum nauigantem eum ex inſula calypſonis faceret ex ſui perſona:poeta ipſe ad phæacas perduxit. Et il-
lic in Alcinoi regis conuiuio narrauit Vlyxes quemadmodum de troia ad calypſonem uſq peruenit. Abin-
de uero uſq ad ithacam ex perſona propria nauigationem Vlyxis poeta ipſe proſecutus eſt. Sic in omnibus
illum Maro ſecutus ex perſona ſua nauigationem Aeneæ deſcribens illum de ſicilia primũ ad libyam uſq
perducit. Illic uero Aeneas ipſe in conuiuio Didonis errores ſuos de troia uſq ad ea loca enarrauit . Ita ut
tandem diceret: Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris. A quibus locis uſq ad italiam poeta ex perſo-
na ſua iter claſſis deſcripſit. Quid quod mira imitatione Homerum ſecutus eſt. Tempeſtas eiuſdem fere uer
bis Vlyxis & Aeneæ deſcribitur. Et ut Nauſicaa filia Alcinoi Vlyxem comperit:eumq humanitate fouet:&
ad urbem dirigit: Sic Venus in eius locum apud Virgilium ſurrogatur. Quin & ipſa Dido conuiuium cele
brans Alcinoi regis conuiuiũ repræſentat. Strophadũ inſulæ pro Solis armentis ſurrogantur. Scylla quoq
& charybdis & Circe decenter attinguntur. Vt Vlyxes ad inferos ex arte Circes deſcendit: Sic comitatu ſi-
byllæ Aeneas ipſe ad eoſdem inferos conducitur. Elpenori Palinurus ſurrogatur. Et ut Aiacis umbra apud
inferos colloquia Vlyxis aufugit:qui ſibi cauſa mortis fuerat: Sic Didonis umbra Aeneam ſequentem reli-
quit. Et ut apud Homerum Tireſiæ conſilia: Sic apud Virgilium Anchiſæ monita correſpondent. prælia de
inde ex libris iliados artificio pulcherrimo ſunt concæpta. Et ut apud Homerum græcorum & troianorum
auxilia connumerantur: Sic apud Maronem Aeneæ auxilia & turni deſcribuntur. fabricatio amoruʒ Achil-
lis & Aeneæ conſimilis. Vt ille in funere Patrocli: Sic hic in anniuerſariis Anchiſæ uaria ludicrum certami-
na contexuit. Et ut apud illum rumpitur fœdus inter Priamum & græcorum reges poſt duellum Paridis &
Menelai: Sic apud noſtrum inter Aeneam & Latinum rupta fœdera enarrantur. Et ut apud illum ſpeculatio
fit nocturna per Diomedé & Vlyxé in qua Dolon occidit : Sic apud noſtꝝ Euryali & Niſi:in q̃ ipi interficiũt
Alteratio etiam Achillis & Agamemnonis in Drancis & Turni alterationem ab noſtro poeta commutatur.
Vtrobique enim alter ſuum alter publicum commodum cogitabat. Quid quod legatio a Turno miſſa re-
pulſam a Diomede reportans legationem repræſentat ad Achillem miſſam.ut in dictione Chryſeis tange-
mus. Et ut Homerus lamentationem Achillis ſuper patroclo: Sic Virgilius illam Aeneæ ſuper Pallante con
texuit. Et ut pugna ab illo ſingularis iter Achillem & Hectorem: Sic ab iſto inter Aeneam & Turnum deſcri
bit. Vtrobiq captiuis i ferias deſtinatis. Illic Patrocli Sulmone q̃ttuor natis Hic Pallátis totidé iuuéib⁹ quos
educat Vphe⁹. Quid quod Lycano homeric⁹ inter fugiétes ab Achille dep̃héſus ad p̃ces cófugit. Et nec illi
Achilles propter occiſi Patrocli dolorem pepercit: Sic Aeneas Mago procul infeſtam contenderat haſtam.
& cum ille genua amplectens uitam ſupplex petiiſſet:reſpondit: Belli commercia Turnus Suſtulit iſta prior

iam tum pallante perempto.& mille alia: quibus ſe inuicem correſpondent. Ita ut Virgilius: hoc uno Ho-
mero per omnem ſuam poeſim uſus ſit archetypo.

A enea cum.æ.diphthongo & abſq;.s.in fine ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſeptimo: urbs in
regione creſſæa contermina mygdoniæ. Hanc dicit Liuius libro quadrageſimo ab urbe propinquam eſſe
theſſalonicæ: & ab Aenea troiano olim conditam. Et ſubdit proficiſcuntur a theſſalonica æneam ad ſtatutũ
ſacrificium: quod Aeneæ conditori cum magna cærimonia quotannis faciunt.

A enigma cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur: dicitur ab aliquibus uelata quæſtio. Quintilianus uero li
bro octauo de inſtitutione oratoria: dixit ænigma allegoriam eſſe obſcuram. Nam per occultam ſimilitudi
nem rerum obſcuram inter ſe ſententiam gerit. ut mater me genuit: eadem mox gignitur ex me. Significat
enim aquam in glaciem concreſcere: & in eandem rurſus effluere. & ſimilia. Vnde & Iuuenalis in ſatyra Stē
mata quid faciunt: Veniet de plæbe togata: Qui iuris nodos & legum ænigmata ſoluat.
A enobarbos cum.æ.diphthongo ſcribitur: Nomen eſt uiri proprium.
A enus cum.æ.diphthongo ſcribitur. Apud nos indicat laudem: & eſt nomen loci: quin & ab illa deriuata &
compoſita. ut epænos: quæ ſimiliter eſt laus: & parænеſis: quæ eſt ammonitio.
A ello abſq; diphthongo: hoc eſt diuiſis ſyllabis: atque duplicato.l.ſcribitur: fuit una ex Harpyiis. ut in dicti-
one harpyia uidebimus.

A emonia cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur. Regio eſt: quæ poſtea theſſalia ab alio rege dicta fuit. Vn
de Achilles æmonius dicitur. ut Ouidius libro quinto faſtorum: Et gemit alcides: æmoniuſq; puer. Nam ex
phthia & lariſſa fuiſſe dicitur. ut in illis dictionibus uidebimus.
A emus cum.æ.diphthongo: & abſq; aliqua aſpiratione a græcis ſcribitur. mons eſt thraciæ: qui a rege cogno
men accæpiſſe dicitur. & ut teſtis eſt Plinius libro quarto hiſtoriæ naturalis: ſex milibus paſſuum eſt arduus.
Idem Herodotus prius dixerat. Sed iuga humiliora demittens uſq; in pharſaliam porrigere illa dicitur: di-
cente Lucano libro ſexto.
Conſpexere procul prærupta in caute ſedentem:
Qua iuga deuexus pharſalica porrigit æmus.
Iuxta cuius radices in pharſalia lati conſpiciuntur campi: dicente Virgilio libro primo georgicorum.
Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro:
Emathiam & latos æmi pingueſcere campos.
Ex huius ſummitatibus teſte Herodoto libro hiſtoriarum tertio: tres magni fluuii uerſus ſeptentrionem ꝓ-
fluunt: & in iſtrum cadunt: uidelicet atlas: auras: & tibiſus. ut in eorum dictionibus uidebimus. Quin & ni-
uibus illum abundare oſtendit Ouidius libro faſtorum primo cũ dicit: Et quicunq; tuas accolit æme niues.
A emilius cum.æ.diphthongo &.i.latino utrobiq; ſcribitur. Verũ a græcis aſpiratur. nam (ut puto) ab αιμα
quod ſanguinem indicat: & cum aſpiratione ſcribitur deducunt. Sed apud noſtros: ut in marmoreis inſcri-
ptionibus & emendatiſſimis aſpexi: ſemper ſine aſpiratione ſcriptum comperi: quod obſeruare debemus.
A epytus cum.æ.diphthongo &.y.græco: atq;.t.exili ſcribitur: fuit arcas genere: & nobilis heros inter græ-
cos adeuntes troiam: de quo meminit Homerus libro ſecundo iliados.
A eſapus cum.æ.diphthongo &.a.ante.p.ſcribitur: fuit teſte Homero libro ſexto iliados: filiꝰ Bucolionis ma
ximi filiorum Laomedontis. fuit etiam troiani fluuii nomen. ut libro duodecimo iliados: oſtendit idem Ho
merus: & libro ſecundo monſtrat illũ ad radices idæ fuiſſe. De quo etiã Heſiodus in theogonia meminit.
A eſageus cum.æ.diphthongo in prima ſcribitur: mons ponitur ab Homero in hymnis.

A eſarius cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur: fluuius ponitur a Theocrito: quem in ſicilia quidam illius
expoſitores eſſe affirmant. Alii uero in calabrya apud crotonem: Cuius meminit Ouidiꝰ li.xv.metamor.
A eſchines cum.æ.diphthongo &.ch.aſpirato atq;.i.latino in penultima ſcribitur: fuit unus philoſophus La
ſamii athenienſis filius. Seu (ut quidam uolunt) Carmi Lucanicas uendẽtis: & Socratis diſcipulus: a puero
miræ indolis: laborumq; patientiſſimꝰ: quo circa nunq̃ a Socrate diſceſſit. de quo dicere cõſueuerat Socra
tes: ſolꝰ nos honerare nouit Aeſchines. ſuſcæpitq; munera a Dionyſio: & athenas reuerſus auditores quoſ-
dã ſibi mercede quæſiuit. Nec ſolus hic philoſophꝰ Aeſchines uocatus ẽ: ſed octo hoc noĩe a Laertio & di-
uerſis annotant̃. Ita ut hic primus fuerit. Secundus q̃ artẽ oratoriã ſcripſit. Tertiꝰ orator Demoſthenis æmu
lus. Nã aduerſus Demoſthenẽ teſte Gellio li.xviii.accenſus liuoris aculeis capitali crimine accuſauit. Et alia
quædã q̃ de illo ꝓſeq̃t̃: de quo etiã Pliniꝰ li.vii. naturalis hiſtoriæ: & Quintilianꝰ li.ix.inſtitutionũ plura di-
xere. Quartꝰ fuit arcas Iſocratis diſcipulꝰ. Quintꝰ mitylenæus: quẽ teſte Laertio oratoꝝ flagellũ uocabãt. Se
xtus neapolitanus academicus philoſophus Melãdii rhodii diſcipulus. Septimus mileſius ciuilis ſcriptor.
Octauus ſtatuarius.

A eacus cum.æ.diphthōgo &.c.exili atq;.i.latino ſcribitur:fuit teſte Seruio ſuper ſexto æneidos:Iouis ex Europa filius:de quo equidem miror cum dicat Seneca in Hercule furente:& Ouidius libro metamorphoſeos ſeptimo:illum Iouis fuiſſe filium ex Aegina.unde patriæ ſuæ nomen deſcribens Aeacus apud Ouidium ait:Enopiam ueteres appellauere:ſed ipſe Aeacus æginam genitricis nomine dixit. Hunc dixere poetæ iudicem cum Minoe & Rhadamantho conſtitutum eſſe:& peccantium delicta diſcutere.

A eacides cum.æ.diphthongo &.c.exili atq;.i.latino ſcribitur. Ponitur plærunq; pro Achille:ueluti patronymicum tractū ab auo paterno:qui dictus fuit Aeacꝰ. Alius fuit Aeacides rex epiri:& Pyrrhi bellaciſſimi pater.ut oſtendit Iuſtinus libro ſui epitomatis.vii.

A edonus cū.æ.diphthongo apud Herodoti codicem emendatiſſimum libro hiſtoriarum octauo pro monte thraciæ ſcriptum legi: uidelicet ἄιδωνοσ.Quam ſcripturam accuratiſſime Virgilius libro duodecimo obſeruaſſe uidetur cum ait:Ac uelut ædoni boreæ cum ſpiritus alto Inſonat ægæo: ſequiturq; ad litora fluctus.& cum ſecutus Statius ait:Triſtius ædoni hyemis hebrumq; niualem.ubi non fit remotio. At uero Lucanus ædon ædonis declinaſſe uidetur:eo ꝙ penultimam breuem poſuit cum ait:Aedonis egygio decurrit plena lyæo. Sed(ut alii dicunt)ſyſtolem fecit:aut legunt ædoni.

A egæ cum.æ.diphthongo tam in prima q̄ in ſecunda ſcribitur:fuit teſte Herodoto urbs macedoniæ: quam Caranum quendam a capris ſic cognominaſſe accæpimus. Ignoro tamen an de hac uel inſula in mari ægæo loquatur Homerus circa initium libro tredecimo iliados:Cum de Neptuno locutus in hanc ſententiam ait Ter conatus eſt ægas petere ubi in mediis aquis phanum habet:& in phano armaturam auream īmortaléq; ſed de hoc in dictione ægæum mare ſtatim uidebimus.

A egeus cum.æ.diphthongo in prima:in ſecunda cum.eu.diphthongo ſcribitur:fuit athenarum rex & pater Theſei.quem ex Aethra filia Pictei regis troezeni prima ſua uxore ſuſcæpit.poſt cuius mortē iam ſenex Medeam ab Iaſone abdicatam accæpit uxorem : ex qua Medum progenuit:ut in dictione Medea uidebimus. Tandem cum crediddiſſet Theſeum deuoratū a Minotauro ſe in mare præcipitem dedit: & nomen ægeo(ut multi ferunt)mari contulit:a quo ægides pro Theſeo ipſius Aegei filio patronymicum deducitur. ut Ouidius libro ſecundo de ponto:Non hæc ægidæ:perithoiq; fides. Et in quarta epiſtolarum heroidum:

Perfidus ægides ducentia filia ſecutus
Curua quoq; effugit tecta ſororis ope.

A egæum mare ſimili modo cum.æ.diphthongo in prima & in ſecunda ſcribitur.quidam uolūt a ſcopulo inter tenedum & chium inſulas conſurgente : atq; capræ effigiem detinente: quam græci ἄιγα ideſt capram uocant:nomen aſſumpſiſſe. Alii uero ab Aegeo athenarum rege in illo præcipitato)ut ſupra uidimus) cognominatum. Et ex orientali parte incipit ab initio helleſponti : & uſq; in peloponneſum uerſus occidentem terminatur.

A egæon cum.æ.diphthongo in prima & in ſecunda ſcribitur:nomen fuit proprium gigantis interpretatū terrigena:quem cælicolæ Briarea uocant.

A egialus cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:dici poteſt latine litus:quo nomine teſte Plinio libro tertio naturalis hiſtoriæ:dicta eſt prius achaia propter urbes(ut dixit)in litore per ordinem diſpoſitas.

A egialea prima tantūmodo cum.æ. diphthongo:& ſequens cum.i. latino ſcribitur: fuit teſte Homero libro quinto iliados:filia Adraſti & uxor diomedis. Quam uenus in uindictam uulneris ſuſcæpti a Diomede fecit neceſſarios in maritalis deſiderii ſolatium conuocare.

A egides cum.i.latino ſcribitur:pro Theſeo ponitur.ut uidimus in dictione ægeus.

A egina cum.æ.diphthongo:&.i. latino ſcribitur:filia fuit Aſopi regis boetiæ a Ioue in ſpecie ignia grauidata:dicente Ouidio libro ſexto metamorphoſeos: Aureus ut danaen aſopida luſerit ignis.ut in dictiōe Aſopus uidebimus:ex quo Aeacū & Rhadamanthum peperit:a qua;& inſula & urbs: quæ prius dicebatur enopia ægina cognominata fuit. Vnde Ouidius libro ſeptimo metamorphoſeos inquit: Enopiam ueteres appellauere.ſed ipſe Aeacus æginam genitricis nomine dixit . Vnde ait Homerus id hymno Apollinis νησουτάιγινα. Et Plinius libro trigeſimoquarto naturalis hiſtoriæ inquit:Inſula ex ipſa eſt Aegina nec ingens : ſed officinarum temperatura nobilitata. bos æreus inde captus in foro boario eſt:de quo uidebimus in dictione roma.

A egeria cum.æ.diphthongo &.i.latino in penultima ſcribitur:fuit nympha nemoris Aricini: & uxor Numæ Pompilii ſecundi regis romanorum:quæ teſte Ouidio libro decimoquinto metamorphoſeos: mortuo Numa ob dolorem flendo in fontem ſui nominis uerſa fuit. Vnde etiam libro faſtorum tertio de illa inquit:

Nympha mone nemori ſtagnoq; operata dianæ
Nympha numæ coniunx ad tua facta ueni.
Vallis arricine ſilua præcinctus opaca
Eſt locus antiqua religione ſacer.
Hic latet hippolytus furiis diſtractus equorum
Vnde nemus nullus illud aditur equis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

A ethiops cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato:atq;.i.latino ſcribitur:fuit teſte Plinio libro ſexto naturalis hiſtoriæ:Vulcani filius:a ſe æthiopiam omnem cui præfuit denominans.Nam deriuat' ab ἄιθω: quod eſt cremo.& teſte Seruio ſuper æneidos ſeptimū dicebatur apud antiquos æthiopus.

A etna cum.æ.diphthongo &.t.non aſpirato:ſequente.n.ſcribit':mons eſt ſiciliæ ab omnibus poetis ob igneos globos: quos euomit decantatus. Vnde ætnæus cum.æ. diphthongo in prima & penultima deducitur. Virgilius libro æneidos tertio:Aetnæos fratres cælo capita alta ferentes.

A etolia cum.æ.diphthongo &.t.non aſpirato atq;.i.latino ſcribitur:regio eſt contigua acarnaniæ phocidiq; & locris.Quin & corinthiaco ſinu a peloponneſo diuiditur ab Aetolo rege Martis filio nomen habens. In hac teſte Homero libro iliados ſecundo:tres erant urbes:calydon:olenos:& pleuron.Ouidius etiam libro tertio de ſine titulo inquit:Nec tanti calydon:nec tota ætolia tanti.& ab ætolia patrium nomen ætolus cum accentu in penultima deducitur.Virgilius libro undecimo æneidos:
Non erit auxilia nobis ætolus & arpi:

A ethon cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato ſcribitur:fuit nomen cuiuſdam equi Hectoris.ut oſtendit Homerus libro octauo iliados.& deduci poteſt uel ex ἀεὶ quod eſt ſemper:& θέω curro: quaſi ſemper currens: uel ab αἴθω:quod eſt ardeo quaſi ardēs cognominatus fuerit. Quo nomine etiam pro equo Pallantis uſus eſt Virgilius libro undecimo cum in funerali pompa Pallantis inquit:
Poſt bellator equus poſitis inſignibus æthon.

A epia cum.æ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:apud græcos tamen in penultima eſt in ei diphthongus: quæ apud nos in.i.longam conuerſa fuit:urbs fuit in argo propinqua pylo:& ex his quæ ſuberant Agamemnoni:ut oſtendit Homerus libro nono iliados.

A epy cum.æ.diphthongo &.y.græco ſcribitur:fuit urbs ſub ditiōe Neſtoris:quam bene munitam dixit Homerus libro iliados ſecundo:Et in montibus ſitam eſſe oſtēdit Statius libro quarto thebaidos cū ait: Quos trion in ſummis in geſtum montibus æpy.

A epolus cum.æ.diphthongo ſcribitur:apud nos dici poteſt caprarius:quaſi αἰγῶν ideſt caprarum ποίμνιος paſtor.ut quidam uolunt.Et inde æpolium caprarum grex.ut in dictione bucolicus uidebimus.

A eſtimo cum.æ.diphthongo ſequente.s.& non.x.conſonante ſcribitur. Et componitur ab æs æris: & τιμῶ uerbo græco:quod latine eſt apprecio.Vnde proprie taxare ſignificat:quod quia ſine ſpirituali conſideratione fieri non poteſt tractum eſt.ut æſtimare pro conſiderare ponamus.Cicero de legibus:Siſenna eius amicus omnes adhuc ſcriptores:niſi qui forte nondum ediderunt de quibus æſtimare non poſſumus facile ſuperauit. Ouidius de triſtibus libro tertio: Hæc quicunq; leget ſiquis leget æſtimet ante Compoſitum quo ſit tempore quoq; loco.At uero exiſtimare abſq; diphthongo & cum.x.conſonante poſt.e.iudicare eſt:ſiue etiam putare. Ita prius rem æſtimamus:deinde qualis ſit exiſtimamus:ſicut prius cogitare eſt q̄; excogitare.

A ethica cum.æ.diphthongo ut nonnulli uolunt:&.th.aſpirato atq;.i.latino ſcribitur. Verum ſecunduꝫ propriam orthographiam quia a græco trahitur:per ſimplex.e.ſcribenda ea dictio eſſet:cū apud græcos ηθικη ſcribatur.Cuius prima eſt.η.quod ut ſupra uidimus in:e.noſtrum regulariter traduci debet.Sed ut ait Apuleius grammaticus egregius:quia illud.η.apud græcos ſemper eſt productum:& apud nos non eſt ipſius.e.producti.a.correpto in figura diſcretio : placuit maioribus noſtris in aliquibus dictionibus quas ex græcis tranſcribimus per diphthongum hoc ipſum diſcernere:& maxime in hac dictione:cuius manifeſta uidebitur ratio in dictione æthos:cuius prima ſecundum unam quidem ſignificationem abſq; diphthongo a græcis & noſtris ſcribitur:atq; apud utroſq; corripitur.Secundum aliam uero producitur.Et licet apud græcos ſit.η.ut eadem longa apud noſtros cognoſcatur:per.æ. diphthongum ſcribi a plæriſq; conſueuit.ut etiā uidebimus in dictione cæra:& dictione ſcæna.traducitur autem æthica a noſtris moralis.

A euum cum.æ.diphthongo ſcribitur:& ab αἰὼν teſte Apuleio grammatico latini traxerunt; ipſum uidelicet.u.interiectantes hiatus cauſa uitandi.

A gamemnon ultima cum.m.ante.n.ſcribitur:fuit Atrei filius ex uxore Merope: & rex mycenarum: fraterq; natu maior Menelai.ut poetæ omnes atteſtantur.

A ganippe cum.i.latino:& duplicato.p.ſcribitur:fons eſt in aonia mūſis ſacer.ut Virgilius in Gallo:Neq; aoniæ aganippe.Et Iuuenalis cum deſertis aganippes: Vallibus eſuriens migraret in atria clio.Et componitur ex αγαν:quod eſt ualde:& hippos equus:quaſi proprie ſit equi:hoc eſt ab equo formatus. Dicitur etiam aganippis & in genitiuo aganippidos.ut Ouidius circa initium libri quinti faſtorum.
Dicite quæ fontes aganippidos hippocrenes.
Grata meduſei ſigna tenetis equi.

Agalmata cum.t.nō aſpirato ſcribitur:& apud nos indicat ſimulachra & laruas:cuius ſingulare eſt agalma.

Agapenor cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit Ancæi filiꝰ. & teſte Homero libro ſecundo iliados:præfectus claſſis Agamemnonis accedentis ad troiam

Agaſides cum.i.latino &.e.non aſpirato ſcribitur : fuit lacedæmoniorum rex ut oſtendit Plutarchus in dictis laconicis.

Agaſtheneus cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo iliados: filius Augei ex Emea helidis patria:& pater formoſi Polyxeni:qui ex nauibus ſuæ gentis præfuit in expeditione troiana.

Agaſtrophus cū.t.non aſpirato:&.ph.cum aſpiratione ſcribitur:habetq; apud græcos accentum in antepenultima:fuit teſte Homero libro undecimo iliados: Pæonis filius:& heros inter primos troianoruꝫ bellatores.Sed ab Diomede apud coxam lancea in bello percuſſus mortem obiit.

Agatharchides cum.th.&.ch.aſpiratis atq;.i.latino ſcribitur:fuit hiſtoricus ſamius.de quo Plutarchus meminit in hiſtoria perſica.

Agathyrſi cum.th . aſpirato &.y.græco ſcribitur: ſunt thracum populi: quos ſcythas uocat Herodotus ab Agathyrſo Herculis filio(ut libro hiſtoriarum tertio refert)cognominati.Hi ut ait Pomponius libro ſecundo: cæruleo ſunt colore depicti.Quare dixit Virgilius libro quarto æneidos:Creteſq; dryopeſq; fremunt pictiq; agathyrſi.Nec hoc ſine differentia fieri dixit Pomponius.Sed quanto quis anteit:tanto propenſiori nota tingitur:ut minus tingi appareat humilitatis indicium.

Agathocles cum.th.aſpirato &.c.exili ſcribitur:fuit teſtibu s Plutarcho & Iuſtino libro uigeſimoſecūdo ſui epitomatis:ſiciliæ tyrannus ex humili genere natus:uidelicet patre figulo. Alius fuit teſte Varrone libro.i. rerum ruſticarum:philoſophus qui de agricultura ſcripſit.

Agauni cum.au.diphthongo in penultima ſcribitur:populi ſunt ſeptētrionales: quos Homerus circa initiū xiii.libri iliados:dixit gentem innocentiſſimam ut quæ ſine ullis diuitiis equino uictitabat lacte.

Agellina cū duplicato.l.&.i.latino ſcribitur:fuit teſte Seruio ſuper octauū æneidos: urbs in tuſcia: ſic quoq; dicta a nomine conditoris:quem Virgilius in eodem libro ex lydia aduenisſe oſtendit:ubi ait:Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata uetuſto Vrbis agellinæ ſedes:ubi lydia quondā Gens bello præclara iugis inſedit hetruſcis. Hanc poſtea dictam cærete cum.c.exili &.æ.diphthongo.ut in ea dictione uidebimus.

Agenor cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit rex phœnicum: & filius Beli phœnicum regis . Eodem nomine teſte Homero libro undecimo iliados:uocatus fuit Antenoris filius.

Agerochus cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libro undecimo odiſſeæ:filius Nelei ex Chlori uxore:& frater Neſtoris.

Aglaophon cum.o.ante.ph.aſpiratum ſcribitur:fuit teſte Quintiliano libro duodecimo de inſtitutione oratoria:antiquiſſimus & clarus pictor. Cuius ex alterius Polygnoti ſimplex color tam ſui ſtudioſos (ut idem Quintilianus refert)etiam tunc habebat:ut illa prope rudia:ac uelut futuræ mox artis primordia maximis qui poſt eos extiterunt pictoribus præferant:proprio quodam intelligendi ambitu:ut ſua fert opinio.

Aglyphos cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt a noſtris non ſculptus. Nam componitur ex a quod negationē dicit:& glyphos qui eſt ſculptus.Id enim a γλύφω uerbo græco:quod eſt ſculpo deſcendit.

Agis cum.i. latino ſcribitur: & a nonnullis ex noſtris Agides dicitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo:lacedæmoniorum rex qui cum athenienſibus cruentiſſima bella geſſit.Alius fuit lycius:de quo Virgilius libro æneidos decimo:Et lycius proceſſerat agis.

Agyllæi cum.y.græco & duplicato.l.atq;.æ.diphthongo ſcribitur:populi ſunt ſcythici.

Agnus cum.g.ante.n.ſcribitur:dici poteſt a noſtris caſtus & mundus.Ideoq; ex illo caſtam & puram hoſtiam offerri dixit Feſtus.Eratq; eodem teſte apud maiores noſtros cōmunis generis ſicut & lupus.

Aglaia cum.i.latino ſcribitur.non enim apud græcos diphthongus habetur:ſed.i.uocalis eſt:& diuiſa a primo.a.ſcribitur.fuit una gratiarum.ut uidebimus in dictione charites:quæ apud nos claritudinem indicat.

Agonia cum.i.latino ſcribitur:à noſtris ludi dicuntur:quos ut ait Ouidius libro faſtorum primo:Et prius antiquus dicebat agonia ſermo.Nam accentum habet in antepenultima.& compoſita dictio eſt ex a quod eſt ſine:& gonia anguli:quia ut ait Feſtus locus in quo huiuſmodi ludi facti ſunt:fuit ſine angulo.Et inde agonalia deducitur quod idem deſignat.Et locus agon ut etiam circus flamineus romæ hodierna die uocatur.

Agoræus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:dici poteſt a noſtris nundinarius uel forenſis. Vnde & ad plæbeium tranſfertur.Horatius:Dauniæ defende decus camenæ leuis agorææ.

Agonotheta penultima cum.th.aſpirato:& ultima cum.t.exili ſcribitur:dicitur latine numerarius.Nam cōponitur ex ἀγωνοσ ideſt certaminis:& θέτησ diſpoſitor.

Aglauros cum.au.diphthongo ſcribitur: fuit filia Erithei athenarum regis.de qua Ouidius libro ſecundo metamorphoſeon ſcripſit.

A gricola cum.i.latino &.c.abſq; aſpiratione ſcribitur: græcum uocabulum totum eſt: ut nonnulli contendunt:& ab ἀγρικοσ tranſlatum:qui ruſticus interprætatur:hoc eſt ἐντῷ αγρῳ.i.in agro.ut dicunt:οἰκῶν habitans uel degens. Vnde cum apud illos penultima diphthongum habet.οι.Nos abiecto.o. ſolum.i.retinemus:quãq; in rectiſſima ſcriptura agrœcolam cum.œ.etiam apud noſtros illi iidem ſcribendum uelint. Quos paruo argumento confundere libet:cum antepenultimam breuem habeat. Virgi.li.georgicorũ.i.

Agricola in curuo terram molitus aratro.

Quare compoſitum illud uocabulum dicimus ex græco & latino.ex græco quidem qũod eſt ἄγροσ. ex latino uero quod eſt colo:quaſi proprie dicatur agricultor ſiue ruricola.Quamobrem Columella approbatiſſimus auctor libro primo de agricultura conquerens ſui temporis molliciem ait: At mehercule uere illa proles Romuli aſſiduis uenationibus:nec minus agreſtibus operibus exercitata firmiſſimis præualuit corporibus: ac militiam belli cum res poſtulauit:facile ſuſtinuit:duratam pacis laboribus ſemperq; ruſticã plæbem urbanæ præpoſuit. Et paulo poſt ſubiunxit:Illis temporibus proceres ciuitatis morabantur in agris. Et cum conſilium publicum aliqua depoſcebat:a uillis in ſenatum arceſſebantur.Ex quo qui eos euocabãt uiatores appellabantur.Hæc ille.Ideoq; contra Criticum induentem multitia inuehens Iuuenalis in ſecunda ſatyra ait:

En habitum quo te leges ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modo uictor:& illud
Montanum poſitis audiret uulgus aratris.

Nam(ut ait Cato)fortiſſimi uiri & milites ſtrennuiſſimi ex agricolis gingnuntur minimeq; male cogitantes. Quid quod teſte Plinio circa initium libri.xviii. naturalis hiſtoriæ:Agrum male colere cenſorium probrũ iudicabatur.Vnde teſte Catone cum uirum bonumq; colonum dixiſſent:ampliſſime laudaſſe exiſtimabant Hinc & eodem Plinio teſte locupletes dicebant loci:hoc eſt agri plenos.Pecunia etiã ipſa a pecore appellabatur.Quid aliud.Non ne & Camillus Curii & Cincinnatus agriculturam propriis manibus exercebant: dicente Lucano:

Paupertas fugitur totoq; arceſſitur orbe.
Quo gens quæq; perit:tunc longus iungere fines
Agrorum:& quondam duro ſulcata camilli
Vomere:& antiquos curionum paſſa ligones
Longa ſub ignotis extendere rura colonis.

Nam ut etiam Ouidius libro faſtorum rettulit:

Aut pecus:aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples:hinc ipſa pecunia dicta eſt.
Sed iam de uetito quiſq; parabat opes.

Vnde teſte Plinio,libro.xviii.Mulctatio quoq; non niſi ouium boumq; impendio dicebatur.Et cautũ quippe erat ne bouem priuſq̃ ouem nominaret:qui indiceret mulctam ludos boum cauſa celebrantes:bubetios uocabant.Paſcua dicuntur omnia ex quibus populus redditus habet:quia diu hoc ſolum uectigal fuerat. Et infra ſubdit idem Plinius.M.quidem Curii poſt triumphos immẽſumq; terrarum adiectum imperio nota ſancitum eſt pernicioſum intelligi ciuem cui ſeptem iugera non eſſent ſatis.Hæc autẽ menſura plæbi poſt exactos reges aſſignata eſt.Et non longe ſupra in eodem libro iugeri uocabulum explanans ait:Iugerũ uocabatur:quod uno iugo boum in die exarari poſſet.Hoc etiam ſecundum aliorum deſignationem ſignificat menſuram quadraginta pedum:quia tantum ſolet uno die par boum arare. Vnde pergit idem Plinius Actus dicitur in quo boues agerentur cum aratro uno impetu iuſto . Hic erat centum uiginti pedum:& duplicatus in longitudinem iugerum faciebat.Et ſequitur idem auctor:Dona imperatorum ac fortium ciuiũ uno quantũ die plurimũ arauiſſet.Hæc ille.Verum iugerum in ſingulari ſecundæ eſt declinationis.Nec iuger apud approbatos auctores comperitur.In plurali uero tertiæ declinationis eſt & iugeribus facit . Itaq; hoc loco auctoritati Priſciani non aſſentio:qui abſq; auctorũ teſtimonio iuger cõperiri dixit. Sed lõge poſt in eodem libro quærit Plinius:quæ nam ergo tantæ ubertatis quæ tunc habebatur cauſa erat. Cui quæſtioni per hæc uerba reſpondet:quia ipſorum tunc manibus imperatorũ colebantur agri:ut fas eſt credere gaudẽte terra uomere laureato & triumphali aratore . Siue illi eadem cura ſemina tractabant qua bella:eadẽq; diligẽtia arua diſponebãt q̃ caſtra. Siue honeſtis manibꝰ omnia lætius ꝓueniũt:quoniã & curioſiꝰ fiũt.Serẽtẽ inueniũt dati honores Seranũ dati honores Seranũ. Vnde cognomẽ aranti quattuor ſua iugera in uaticano:quæ prata quintia appellantur:Cincinnato uiator attulit dictaturã.Et poſt hæc nõ longe ſubdit: De cultura agri præcipere principale.Fuit etiam apud exteros. Siquidem & reges fecere:Hieron:Philometor:Attalus:Archelaus.Et duces Xenophon:& pœnus etiam Mago.Cui quidem tantum honorem ſenatus noſter attribuit carthagine capta:ut cum regulis aphricæ bibliothecas donaret:unius eius duodetriginta uolumina cenſeret in latinam linguam tranſferenda.Cum iam præcepta.M.Cato condidiſſet peritiſq; linguæ pœnicæ datũ fuit negociũ.Similiter.M.Varro ſeptuageſimũprimũ uitæ annũ gerẽs de ea re ꝓdendũ putauit.

Agrilola cũ

Sed iam ad agriculturæ uocabula quædam explananda tranſeundum duxi. Ager dicitur a. M. Varrone de
lingua latina: quod in eo aliquid agatur. Id Quintilianus libro inſtitutionū primo deriſit græcum eſſe uo-
cabulū dixit. Nam græce αγοσ dicitur qui teſte Vlpiano locus eſt ſine uilla: quem latine nōnulli fundū in-
terprætati ſunt. Vnde ait idem Vlpianus plærunq; fundum ſine uilla accipimus: quaſi id eſſe quod ager in-
telligere uoluerit. Cui florentinus iuriſconſultus de uerboꝝ ſignificatione contradicere uidet᷑. Ait eni fun-
di appellatione omne ædificium & omnis ager continetur. Sed in uſu urbana ædificia ædes: ruſtica uillæ di
cuntur. Locus uero. ſine ædificio in urbe area: rure autem ager appellat᷑. Idemq; ager cum ædificio fundus
dicitur. Hæc ille. Et ſic diuerſæ prorſus uident᷑ iuriſconſultoꝝ ſententiæ. Nam quod Vlpianus ait plærūq;
fundum ſine uilla hoc eſt ſine ædificio accipi. Florentinus ait ager ſine ædificio fundus dicitur. Sed ut puto
hic latius fundi uocabulum: ille ſtrictius accæpit. Nam ſecundum Vlpiani ſententiam locutus uidetur Var
ro libro quinto de lingua latina cum ait: fundus dictus quod uidebat᷑: pecudum: aut pecuniæ fundamentū
aut quod fundit quotquot annis multa: Ita ut hunc ꝓpriū fundi ſignificatū exiſtimem. Secundū uero latio
rem Florentini accæptionē locutus uidetur Seruius ſup ſecundum georgicorum cū ait: fundus ab eo dicit᷑:
quod ſit rerum omniū fundamentū. Veꝝ quia iuriſconſultoꝝ continuata uerba nō legimus: ſed de illoruꝫ
operibus quædā excerpta tenemus: nemo de rebus aut uerbis ut puto plenam ſemper ſententiā habere po-
teſt. Nam quærit modeſtinus de uerboꝝ ſignificatione fundus a poſſeſſione uel agro uel prædio quid diſtet
& reſpondet dicens: fundus eſt omne quicquid ſolo continet᷑: ager eſt ſpecies fundi: quæ ad uſum hominis
paratur. Poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat. Quid eni apprǽhendimus cuius proprietas ad nos non
pertinet: aut nec poteſt pertinere: hoc poſſeſſionē appellamus. Poſſeſſio ergo uſus: ager proprietas loci eſt
prædium utriuſq; ſupraſcriptæ generale nomen eſt. Nam ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt
hæc ille. Et certe niſi ad aliud intentionē ſuam referre hic uoluerit quod ſcriptum nos habemus: ridicule po
tius ne dicam imperite locutus uidetur. Et perinde ac ſiquis de uirtutibus & uitiis quærat: in quo prauū &
malū differant: acq; reſpondeat: prauū ideſt quod non eſt rectum. ut lignū prauū: malum uero genus pomi eſt
Nam quid hoc foret dictu ineptius: ubi de qualitatibus agit᷑ digredi ad ſubſtantiā: quæ ad rem non pertine
at. Ita hic cum de fundo: cum de agro: de prædio: de poſſeſſione diſputat: nō de ea ſignificatione poſſeſſio-
nis loquitur qua rei ꝓprietas & ſubſtantia intelligit᷑: ſed ad qualitatē ipſam poſſidendi digreditur. Quod
ſi ita eſt quid affinius habet poſſeſſio ad fundū agrum prædium: ꝙ ad ueſtem: mulum: aut equū. Nam haꝝ
rerum ita poſſeſſio eſt ut illarū. Sed nō de huiuſmodi poſſeſſione loquendū erat: quæ præſertim non eſt ut
ipſe ait ſpecies prædii: uel fundi. Nam prædium fundus ue proprietas eſt: quoꝝ utrūlibet ſi generale nomē
eſt ad poſſeſſionē profecto non uſus: ſed proprietas dicenda Modeſtino poſſeſſio fuit. Nanq; poſſeſſionem
proprietatē eſſe oſtendit Cicero in paradoxis ita ſcribēs. Etenim iſti callidi æſtimatores prata & areas magni
æſtimāt: quod ei generi poſſeſſionū minime noceri pōt. Idē Quintilianꝰ libro. vi. de oratoria inſtitutiōe oſtē
dit dicens: Patris eius dialogos dedit legendos: quorum cum in priuernati unus: alter in albano: tertius in
tyburte ſermonem habitū cōplecteretur: requirebant ubi eſſent hæ poſſeſſiones. Omnes autē illas Brutus
uendiderat. De proprietate certe locutus eſt: & non uſu. Nec ſimpliciter agrū eſſe fundū ſine uilla placet. ut
dixit Vlpianus: cum ſæpe legamus erant in agris ſenatores. Et uixerūt multi nobiliſſimi philoſophi in agris
Vnde ait ſuperius Columella illis temporibus proceres ciuitatis morabant᷑ in agris. Nec exiſtimandū eſt ſi-
ne uilla: aut habitatione. Itaq; puto agrum græce: latine rus dici: & continere fundum: non contineri ab illo
Vnde proprie ager eſt circumiectū urbi territorum. ut ager campanus: ager leontinus: ager phaliſcus: & ſi-
miles. At ſingula prata: ſingulæ uineæ: ſinguli horti: ſingula oliueta: pomaria: ſalicta: arbuſta: paſcua: nemo
ra: loca aucupatoria: uenatoria: piſcatoria: Siue uillam atq; ædificium ſiue piſcinam: atq; aluearia: Siue ui-
uaria habeant ſiue non habeant: ſinguli fundi ſunt. Et quidem in agro: In urbe autē ſiue oppido: ſiue uico
ſiue caſtello tantūmodo poſſeſſio eſt quicqd tale eſt: qualia hæc quæ enumeraui. Sicq; fundꝰ ſpecies eſt agri
ſiue ruris. poſſeſſio autē generaliꝰ omnibus eſt: quia ruſtica & urbana. Nam tabernæ hoſpitia: horrea in ur-
be: poſſeſſiones urbanæ ſunt. Cicero in philippicis poſſeſſiones inquit notabat & urbanas & ruſticas. At ue
ro prædium dictū legimus: quod ex agroꝝ præda antiquitus militibus diſtribui conſueuerat. Quare minꝰ
agro & maius fundo dici poſſe uidetur. Verum & ipſe ager nō ſemper in ea quā diximus ſignificatione acci
pitur: Sed aliquādo is locus dicitur in rure: quem colimus: ſiue arando ſiue conſerendo. In qua ſignificatio
ne habet pluralem numerū. ut omnes agros ciuium depopulatus eſt. Nam in priore nō habet: hoc eſt dū lo-
quimur de ſingulariū urbium territoriis. Nō enim dicas recte ſic Antonius dedit militibus ſuis agros cam-
panos: & leontinos. Nam hoc pacto nō cōplector nemora: ſaltus paſcua: deſertos mōtes: Sed ſic potius de-
dit militibus ſuis agros campanū & leontinum. i. agrū campanum & leontinū. Qui quidē modo cōplector
omnia quæ in territorio illo ſunt. Nam in ea ſuā propria ac lata ſignificatione: ager etiā flumina lacus: cæte
raq; omnia includit. Campus dicitur quaſi amplus: nam planicies eſt terræ grandis: & ampla. unde ait Var-
ro: Quod primū ex agro plano fructus capiebant campus dictus eſt. poſtea ꝙ proxima ſuperiora loca cole-
re cœperunt: a colendo colles appellarunt. aruum ab arando nomen aſſumpſit: & is ager eſt qui ſeméti dat᷑
Saluſtius in catilinario: Numidæ pabulo pecoris magis ꝙ aruo ſtudent. Noualia in neutro genere: & noua-

F

les in fœminino dicuntur. Et ꝓprie ſunt teſte Seruio arua primum proſciſſa. Vnde ait Varro ager qui inter-
mittit᷑ a nouando noualis dicit᷑: iuxta quod Virgilius in tityro. Tam culta noualia miles habebit. Nõnunq̃
uero & agri meſſi nouales dicunt᷑. utq; Virgili⁹ libro georgi. i. Intonſaſq; nouales. At ager reſtibilis teſte Var-
rone uocat᷑: qui reſtituit᷑ ac reſeritur quotquot annis. Idem quod in agris quotquot annis rurſum facienda
eadem: ut rurſus capias fructus rura ſũt appellata. Prata uero dicta ab eo quod ſine opere ſunt parata. Se-
ges ut multi putãt proprie fruges ẽ eoꝝ ſeminũ: ex quib⁹ cõficit᷑ panis: nõdũ demeſſa. Quod nõnunq̃ poe-
tæ ut contentũ ꝓ cõtinente uſurpant: & ipſam humũ ad accipienda ſemina ſubactam ſegetem uocant. Vnde
ait Varro: Seges a ſatu. i. ſemine dicitur. Iuxta quod Virgilius libro georgicoꝝ primo: Illa ſeges demũ uo-
tis reſpondet auari Agricolæ bis quæ ſolem: bis frigora ſentit. Vnde tranſſumptiue ait Horatius: Hæc ſeges
ingratos tulit: & fert omnibus annis. Sementis eſt ſatio ſiue ut ita dicaꝫ ſeminatio. Liuius campani inquit ſe-
mentẽ facere poſſent. Apud Hieronymũ uero cum pluribus in locis tum in geneſeos principio ſementis pro
ſemine poſitũ eſt. fructus a fruendo: meſſis a metendo dicitur: & eſt ipſa meſſio: hoc eſt cum ſeges iam matu-
ra eſt. Virgilius: Quæ tempora meſſis. Cicero de oratore: qualem ſementẽ feceris: ita metes. Nõnunq̃ uero
& pro fructu ponitur. ut Iuuenalis Depræhenderunt meſſem. fruges a fructu nomen aſſumpſiſſe puto. Nã
teſte Varrone. i. quod ſegetes ferunt. Vnde quicqd ex fructu terræ in alimoniã uertimus: id recte fruges ap-
pellari poſſe exiſtimo. Liuius eam inquit gentẽ traditur fama dulcedine frugum: maxime uini noua tamen
uoluptate captam. Idem nõ arbore frugifera non ſatis in ſpẽ relictis. Plinius etiam indicẽ dedit de arborib⁹
frugiferis. frumentum a frumendo. i. ueſcendo: hoc eſt a ſuprema parte gulæ quæ dicitur frumen: nomẽ di-
ci aſſumpſiſſe. frumenti uero genera: & ſi non iiſdem nominibus apud omnes dicantur: hæc teſte Plinio uul
gatiſſima ſunt. Far quod odoreum ueteres uocauere: ſiligo: triticũ: hordeum: quæ pluribus ſũt terris com-
munia. Aruica galliaꝝ propria. In ægypto aũt ac ſyriæ ciliciæq; & aſiæ ac græciæ partibus peculiales ſũt zea
oriza: typhe. æſtiua uero frumenta ſunt ſizima panicũ milium. Sizima ab india uenit. ægyptus ſimilaginem
conficit e tritico ſuo. e ſiligine uero teſte eodem Plinio lautiſſimus panis fit. Quare dixit Iuuenalis in quinta
ſatyra: Sed tener & niueus molliq; ſiligine factus Seruat᷑ domino. quam quidam a ſeligendo dictam putant
quia inter omnia frumentum id uelut precioſius ſeligitur. Ego uero uocabulum id græcum eſſe cõperi ui-
delicet σιλίγνιον: quod latine maguderim traductũ oſtendit Priſcianus in. vii. inducẽs Plautũ dicentem
in rudente: ſeu tibi confidis fore multam maguderim: ubi dixit Priſcianus: ſignificat frugis genus. i. caulis:
qui naſcit᷑ ex ea parte cuius radix ſyrpis euellitur: uel potius ut alii dicunt ſiliginẽ. hæc ille. hordeum autem
dictum quidã uolunt quod ante omnia frumenta ſit aridum: ſed meliorẽ deriuationẽ in ea dictione de aſpi-
ratis latinis uidebimus. triticum a triturando dicitur: quo teſte Plinio nihil eſt fertilius ex quo ut ait maxime
alitur homo. far ut nõnulli aſſerunt a frangendo ſimiliter dicitur. Nam cũ apud antiquos molarum uſus nõ
eſſet: frumentum in pila miſſum frangebant: quod genus erat molendi uocabantq; adoreũ ab adolẽdo hoc
eſt ſacrificando: unde & adorea ſacrificia dicebantur. farinam a farre dictam Plinius dixit noĩe ipõ apparere
Idem ait panicum a paniculis ſuis nominatuꝫ. Ariſtam ab ariditate appellatũ uolunt: & ſunt ea ſpicula: quæ
emittit ſpica: a quib⁹ & ipſa nomẽ aſſumpſit. Varro uero ſpicã a ſpe dictam uoluit. Quin & hic ſpicus & hoc
ſpicum cõperitur. Cicero in aratro: ſpicum illuſtre ferens inſigni corpore uirgo. Sed teſte Seruio ſup primũ
georgi. maſculinum uſum in utroq; numero habemus: Neutri uero in ſolo ſingulari & raro⁹: Nam pluralis
nunq̃ lectus eſt. Culmus quaſi calamus dicitur: ſtipula eſt culmi uagina dicta ut nonnulli putant: quaſi iuſta:
dicente etiam Virgilio libro georgi. i. Atq; leuem ſtipulã crepitantibus utere flammis. Palea a pabulo dicit᷑
Nam ea ſola primum in paſcendis animalibus præbebat᷑: quo ſane uocabulo nõ proprie culmi: ſed follicu-
la ipſa granulorum cõpræhendun⁹. Virgilius in primo georgicoꝝ: Surgentẽ ad zephyrum paleæ iactantur
inanes. legumina a legendo dicta ſunt: eo quod manu legantur: & nec ſectionẽ patiantur. Pilunnos uocauit
Plinius qui pilum piſtrinis inuenerunt. Piſtores a pinſendo. Sane eodẽ teſte piſtores romæ nõ fuerũt ad per-
ſicum uſq; bellum annis ab urbe condita ſuper quingentos octoginta. Ipſi panes faciebant quirites: mulieꝝ
id opus erat ſicut etiam nunc in plurimis gentiũ. Et paulopoſt ſubdit: Piſtoreſq; tantũ eos qui far pinſebant
nominatos: nec cocos habebant in ſeruitiis: eoſq; ex macello conducebant. Et ut idem in eodem libro. xix.
dixerat cribroꝝ genera galliæ ſetis equorum inuenere: hiſpaniæ litio excuſſoria: ægyptus papyro atq; iun-
co. arbor uero a frutice ita differt ut frutex ab herba. Nã frutex is eſt qui ad iuſtam magnitudinẽ arboris nõ
aſſurgit: & ſtatura ſimilis eſt multis herbis. ſane & inter frutices ſoboles illa arboꝝ ex plantula cõputatur: a
qua fruticari uerbũ quaſi fruticẽ renaſci ex arbore. Cicero ad Atticũ expreſſit cum ait: exciſa ẽ eni arbor nõ
euulſa. Itaq; q̃ fruticet᷑ uides: nã id quod ſæpe legimus fruticari pilum tranſlatũ eſt. frondes aliqui a fero:
alii a fluo dictas uolunt: & tantũ ſunt arboꝝ: folia uero & arborum & herbaꝝ & florum. Vineta & uineæ te
ſte Varrone a uite multa dicunt᷑. uitis a uino: ad a ui: hinc uindemia: quod eſt uini demia aut uiti demia Mal-
leolus ut placet Columellæ eſt in modum mallei roſtra habens aptus plantationi: & a ſarmento ſic diſtat: ut
pars a toto. uerum quando areſacta ſarmenta ſunt: cum malleolis igni reſeruata indifferenter uocant᷑. Nam
& Hannibalem legimus ſarmenta cornibus boum alligaſſe: eaq; incendiſſe: ut hoſtes falleret. Et nõnullis ci-
uibus romanis quod domus haberent plenas malleorum ad capitolii uel urbis incendia fraudi fuit. Sane

fructuum arborum & fruticum:quidam minutiſſimi & denſius naſcunt:& hi acini uocantur.quidam uero diſparſius & rarius:& hi baccæ dicunt.Naꝫ inter acinos enumerant una grana hederæ: grana ſambuci:grana ebuli:grana malipunici:addam & grana moroꝝ:& qcquid his eſt ſimile.Inter baccas uero fructus lauri: fructus oliuæ:corniloti quā fabā ſyriacam uocant:myrti lentiſci:ſimiliumq;.Nōnunq̄ uero acini & baccæ a poetis indifferenter ponunt.ut Virgilius in ſileno:Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentē. Supra hæc autem poma ſunt:& dicunt dūtaxat quibus ueſcimur:inter quæ cōnumerāt ceraſia:& meſpila:hoc ē quæ nec acini nec baccæ nominant.Nuces uero dicunt ſicut corylus:ſiue a loco auellana:amigdalus:& glans:& ſiq̄ ſunt his ſimilia.Nam caſtaneā in nuces referri quibuſdam uiſum eſt.ut Virgilius in Alexi:Caſtaneaſq; nuces mea quas amaryllis amabat.glandem uero quidā in numeꝝ pomoꝝ:qdam nucum:nōnulli uero quia ſilueſtris paſtio eſt & porcorum in ſua ꝓpria deminatione eē uoluerunt. At Caius iuriſcōſultus: & Vlpian⁹ glādis noīe oēs fructus eē dixerunt.ut Iabolenus ait exemplo græci ſermōnis:apud quos omnes arboꝝ ſpecies ακρόδρυα appellant.ſiluam a græco quod eſt ξύλον.i.lignum dici quidam putant: & generale nomē eſt propterea ſolet eē cedua.ſaltus uero ſilua in uia eſt:nec tranſeuntibus ꝑuia:in quo paſſi atq; æſtiuare pecudes ſolent:aut ſi locus aerq; patiat hyemare:& a ſalio dictū uolunt.Nemora autē ut quidā putant uoluptatis cauſa comparata & plena amœnitatis ſunt:ut quaſi numina eſſe & dici uelint. Lucus religioſus eſt & nequaq̄ cæduus:uel potius manu conſitus:& alicui deo uel alicuius hominis funeribus cōſecratus:ideoq; aut circa delubra numinū:aut circa ſepulchra uirorum poſitus erat.

Agriophagi cum.i.latino &.ph.aſpirato ſcribitur:populi erant æthiopium uerſus occidēs:q teſte Solino ſolum pantheraꝝ & leonū carnibus uiuebant:unde αγρίον.i.ferarum:φάγοι hoc eſt comeſtores dicunt.

Agrippa cum.i.latino & duplicato.p.ſcribitur:ubi e ſuperabundanti unum.p.ſuperadditur:nomē eſt cōpoſitum ex άγρια dolorē indicat:& πούσ.i.pes quaſi dolens pedes:unde omnes qui pedes dolent agrippæ dici poſſunt.Quin & teſte Nonio omnes q antedųctis pedibus oriunt agrippæ uocantur.

Agron cum.r.poſt.g.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo:primus qui inter heraclidas ſardis regnauit:& ut idem oſtendit ultimus Candaules.

Aiax cuꝫ.i.latino atq; abſq; aſpiratione ſcribit.Vnde miror de Gaſparino uiro alias diſerto & in multis probato:q omnē prorſus ſcripturā græcā ignorauit:& de orthographia græcaꝝ dictionū ſcribere tentauit.Nā Aiacem cū aſpiratione ſcribendū eē dixit.Azimū cum.i.latino quod cum græco ſcribit.Coſmographiā cuꝫ ch.aſpirato :quod nequaq̄ aſpirari pōt.Antomon cum.th.quod nullam aſpirationē habet. Et mille alia in quibus litteraturā omnē græcaꝫ peruertit. præter in pauculis quæ uel a Guarrino ueronenſi doctiſſimo uiro:uel ab alio litteraꝝ græcaꝝ erudito audire ualuit.ſed hæc hactenus.Fuit igit Aiax Telamonis regis filius ex Heſiona Laumedontis nata:ut uidet uelle Homerus.Sophocles uero & alii fere oēs poetæ græci: ex alia uxore natū anteq̄ Telamoni Heſionē Hercules ipſe donauerit:ex qua ſolum Teucrum natū dixerūt.hic uidens arma Achillis nō ſibi:ſed Vlyxi in uirtutis ſingulare præmiū potius fuiſſe cōceſſa in inſaniā conuerſus ē:& cū ad Vlyxis paſcua deueniſſet ratus illius cōmilitones occidere:oues & quædā pecora trucidauit: atq; alia nonnulla in caprum quendam quē Vlyxum eē putabat:crudeliter attentauit.Quæ poſtq̄ ſe per inſaniam feciſſe reſciuit:arrepto proprio gladio ſeipſum interfecit: ut late & eloquentiſſime narrauit Sophocles in ea tragœdia:cuius titulus eſt αιασ μαστιγόφοροσ Et partem tetigit Iuuenalis in ſatyra Plurima ſūt fuſcine cū ait:Hic boue percuſſo mugire agamemnone eredit.Quoꝝ cōcertationē Ouidius elegātiſſime trāſtulit in li.xiii.metamorph.ubi cōcludens ait:Quid facundia poſſit:tūc patuit fortiſq; uiri tulit arma diſertus:fuitq; ſepultus in rhœteo promōtorio iuxta troiā.Alius fuit Aiax Oilei filius in currendo ꝑnix.ut dixit Homerus libro.ii.Iliados:& ut ꝑgit cognomine minor:qa nō tantus quantus Aiax Telamonis filius erat:ſꝫ multo minor & membris & uiribus: Veꝝ peritia uibrandæ utendæq; lanceæ inter omnes græcos facile princeps.Ob cuius noxam ut dixit Virgili⁹ libro æneidos primo:quia concubuerat in templo Palladis cū Caſſandra regis Priami filia:Pallas ne exurere claſſem Argiuum atq; ipſos potuit ſubmergere ponto:& reliqua ubi mortem illius deſcribit.

Alabaſtrū cū unico.l.&.t.ſine aſpiratione ſcribitur:genus eſt marmoris ꝑlucidi & coloꝝ uarietate diſtincti.ut teſtis eſt Plini⁹ libro.xxxi.&.xxxvi naturalis hiſtoriæ.

Alalia cū.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo: urbs in inſula cyrne.

Alaſtor cum unico.l.&.t.nō aſpirato ſcribit:fuit ex ſociis Aiacis Telamonis in bello troiano.

Alazones cum unico.l.&.z.conſonante ſcribitur:ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.iiii.populi ſcythici hypanim fluuiū accolētes:quos in adiutoriū troianoꝝ ueniſſe oſtendit Homerus libro iliados.ii.

Albūm cum.b.ſcribit:quod ſabini teſte Feſto cum.p.ſcribebant & dicebant alpum:& ab dictione græca quæ άλφη dicitur:& candorē denotat tractū aſſerit.Vnde credi poteſt alpium nomen deduci:& ſic quoq; a candore nominari.Nanq; alpes græcā eſſe dictionem conſtat.

Alcamenes cum.c.ſimplici ſcribitur:fuit uir ſtatuarius.de quo Quintilianus libro duodecimo de inſtitutione oratoria meminit.

Alcanor cū.c.non aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri propriū:de quo Homerus & Virgilius mentionē fecere:

Virgilius libro.ix.æneí.Pandarus & bitias idæo alcanore cretí.& in.x.ait:Huic frater ſubit alcanor.

A lcathus cum.c.non aſpirato &.th.aſpirato ſcribitur:habetq; accentum in ſecunda:fuit ex principibus troi/anis.ut oſtendit Homerus libro duodecimo iliados.

A lcathœ cũ.c.ſine aſpiratione &.th.aſpirato ſcribiť:urbs fuit ut quidam putant eadem cum megara:de qua dixit Ouidius libro metamorphoſeos.viii.Alcathœ quam niſus habet:& reliqua.

A lcæus cũ.c.nó aſpirato &.æ.diphthongo ſcribiť:fuit poeta lyricus:& patria mytilenæus dicẽte Sappo:Nec plus alcæus cõſors patriæq; lyræq; laudis Habet:q̃uis grandius ille ſonet. Et Horatius in ſecundo carminũ Et te ſonante plenius aureo alceæ plectro:de quo etiá meminit Herodotus libro hiſtoriarum quinto.Ali⁹ fu it Gorgophonis thebani filius & Amphitryonis pater.ut oſtendit Euripides a quo Alcides Hercules ipſe ut quidam uolunt cognominatur.

A lcenor cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Herodoto uir argiuus.

A lcedo abſq; aliq̃ aſpiratióe atq;.e.abſq; diphthógo ſcribiť.nó ẽ dictio græca ut qdá putát:ſ; latina ut teſtať Priſcian⁹ in.vi.declinaťq; hui⁹ alcedinis:& eá auiculá eẽ exiſtimo quá græci halcyoné uocant.unde ait Plau tus in penulo:Quá mire dulce eſt cum ibi alcedo pullos educit ſuos:& forte philomenam intellexit.

A lceſta:alii Alceſtes:nónulli Alceſtis:abſq; aliqua aſpiratióe uel diphthógo & cũ.i.latino ſcribiť:fuit teſte Ho mero li.ii.iliados:Admeti cóiunx & filiaꝝ Perelei regis theſſaliæ formoſiſſima:ex qua & uiro Admeto nat⁹ eſt Euemelus:q ad troiá cũ aliis græcoꝝ ducib⁹ ueniens undecim præfuit nauib⁹.hæc adeo uirũ ſuũ amauit ut cũ ad morté ille ægrotaret:& ab oraculo reſpóſuꝫ eẽt ipm ꝓxime morituꝝ ni aliquis ex ꝓpinqs locis eius uoluntaria morte moreretᷣ.Ipſa auide mori uoluit:quod cæteri ꝓpinqui penitus ſpreuerũt.Quare dixit Se neca in Medea cóiugis fatũ redimẽs Pheræi uxor impendit animá marito.& Ouidius tertio de póto ad uxo rem dixit:Si mea mors redimenda tua quod abominor eẽt:Admeti coniunx quá ſequereris erat.Ideoq; in obprobriũ fœminaꝝ ſui temporis dixit Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam:Spectát ſubeunté fata mariti Alceſtem:& ſimilis ſi permutatio detur:Morte uiri cupiant animam ſeruare catellæ.

A lcibiades cũ.c.nó aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribiť:fuit athenienſis Cliniæ filius: qui teſte Plutarcho ge/nus ab Euryſace filio Aiacis telamonii ducebat.In hoc teſte Aemilio Probo quid natura efficere poſſit uide tur experta.Et nihil eo fuiſſe excellentius uel in uitiis uel in uirtutibus. Natus eſt ení in ampliſſima ciuitate: ſummo genere:& omniũ ætatis ſuæ multo formoſiſſim⁹:ad omnes res aptus:cõſiliiſq; plenus.Nãq; impera tor fuit ſummus & mari & terra:diſertus:ut in primis dicendo ualeret:cuius tanta erat cómẽdatio oris atq; orationis:ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere.diues cũ tp̃s poſceret laborioſus:patiens:liberalis: ſplendid⁹/nó minus in uita q̃ uictu.Affabilis:blandus:tẽporib⁹ callidiſſime ſeruiẽs.Idem ſimul ac ſe remittebat: neq; cauſa ſuberat quare animi laboré perferret.Ita luxurioſus diſſolutus libidinoſus intemperás reperiebať:ut omnes admirarenť in uno hoĩe tantá eẽ diſſimilitudiné:tanq; diuerſam naturá.Idem educatus fuit ĩ domo Periclis patrui ſui.ut dixit Iuſtinus.Aemilius uero dixit illũ Periclis fuiſſe priuignũ:fuitq; eruditus a Socra te.Ipſe quoq; ineunte adoleſcẽtia amatus eſt a multis:atq; etiá a Socrate:de quo mentioné facit Plato ĩ ſym poſio.Ná eũ induxit cõmemoráté ſe pernoctaſſe cũ Socrate:neq; aliter ab eo ſurrexiſſe ac filius a parẽte de/buerit.Poſteaq̃ robuſtior ẽ factus nó minus multos amauit.In quoꝝ amore quoad licitum ẽ odioſa multa delicate iocoſeq; fecit.Socerũ habuit Hipponicũ omniũ græcæ linguæ eloquẽtiſſimũ.Bella uero qbus ipſe imperator præfuit:narrat apud græcos late Thucydides de bello pelopóneſiaco:& Plutarchus in deſcripti one uitæ illius.apud noſtros uero cõpendioſe Iuſtinus in libro ſui epitomatis quinto:& ut cõcludũt Theo/pompus & Timæus græci hiſtorici:hic cũ athenis ſplendidiſſima ciuitate natus eẽt:omnes ſplendore ac di/gnitate uitæ ſuperaſſet certũ eſt.Poſtq̃ inde expulſus thebas uenit: adeo ſtudiis eoꝝ inſeruiſſe dicũt: ut ne/mo animo eũ corporiſq; uiribus poſſet æquiparare.oẽs ení boetii magis firmitati corpis q̃ ingenii acumini deſeruiũt.eundem apud lacedæmonios:quoꝝ morib⁹ ſumma uirtus in patientia ponebať:ut etiá noſter Ci cero ſecundo tuſculanarũ libro oſtendit:ſic duritiæ ſe dediſſe ferunt:ut parſimonia uictus atq; cultus oẽs la cedæmonios uinceret.fuiſſe apud thracas hoĩes uinolentos rebuſq; uenereis deditos:hos quoq; cũ apud il los eẽt in his rebus anteceſſiſſe affirmát.Veniſſe deinde ad perſas:apud quos ſumma laus eẽt fortiter uenari luxurioſe uiuere:hoꝝ ſic imitatũ cõſuetudiné dicunt: ut illi ipſi in his maxime admirarenť: quibus effeciſſe: ut apud quoſcũq; eẽt princeps ponereť:habereturq; chariſſimus. Veꝝ eorũ qui tyrannidé apud athenas ex ercebát conſilio:& Lyſandri lacedæmonii artificio in phrygia interfectus eſt:cũ iam incendiũ domus effu/giſſet:quod ad illum interficiendũ fuerat paratũ:& eius caput ad Pharnabazũ rettulerũt:& cuius buſtũ mu lier quæ cũ eo uiuere conſueuerat:teſte Aemilio Probro muliebri ſua ueſte contectũ ædificii incendio mor/tuũ cremauit:quod ad uiuum interimendum erat comparatum.

A lcidamus cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Cicerone in primo tuſculanarum:rhetor antiquus : qui mortis laudationem ſcripſit.

A lcides cũ.c.nó aſpirato &.i.latino ſcribiť:diciť a poetis Hercules:ſic quoq; uel ab A cæo auo:hoc eſt amphi tryonis patre:uel ab α λκη quod eſt robur:& fortitudo cognominatus.

A lcimus cũ.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Plutarcho epirota:& uir bellicoſus.

A lcinous cū .c.nō aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit Nauſithoi filius.ut teſtis eſt Homerus libro.vii.odyſſeæ: rex phæacū iuſtiſſimꝰ:dicente Orpheo in argonautica αλκίνοσ κραίνεσκέ δικαιοτατοσ βασιληων fuitq; diligens hortorū cultor:quare dicit Virgilius libro georgicoꝝ.ii.Pomaq; & alcinoi ſiluæ.i. arbores pomiferæ:quas ille in pulcherrimā formā ordinauerat.unde Ouidius in.xiii.metamor.libro:Proxima phæacū fœlicius obſita pomis Rura petunt.ad hunc teſte Homero in odyſſea naufragus uenit Vlyxes: q̃ honorifice & regio conuiuo ſuſcæptus errores ſuos enarrauit:cui rex ſi ſecū remanere conſenſiſſet:Nauſicæ filiæ coniugium offerebat:quod ille renuens multis ab eo muneribus donatus:& naue cum ſociis diſceſſit.Sane per ſynæreſim Alcinus abſq;.o.nonnunq̃ ab auctoribus ponitur.

A lcippe cū.c.exili &.i.latino atq;.duplici.p.ſcribit᷑:nomē ē ꝓpriū fœminæ de qua ſæpiſſime Theocritus loq̄tur:& quia ab αλκη:quod ē robur & fortitudo deriuat᷑:& hippos equus:ne forte aliunde deriuari credat᷑ cū.c.abſq; aſpiratione ſcribitur:ut ſimiliter Ariſtippus & Leucippus.

A lcinæon cum.c.exili:hoc eſt ſine aſpiratione:& cū.æ. diphthongo ſcribitur: fuit philoſophus Crotoniates Pyrithi filius:& Pythagoræ auditor.hic teſte Laertio primus de naturæ ratione ſcripſit:& animam dixit im mortalem atq; inſtar ſolis moueri.

A lcmaus cum.c.non aſpirato &.a.ante.u.ſcribitur:fuit filius Amphiarai:qui matrem Eriphylē in patris ultionem occidit:ut uidebimus in dictione Calliroe.

A lcmena cum.c.exili ante.m.&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit Electrionis ex Lyſidice uxore filia:Vxorq; Amphitryonis:& Iouis amaſia.

A lcon cū.c.nō aſpirato ſcribit᷑:fuit teſte Seruio ſuꝑ Daphnim cretenſis ſagittariꝰ:cuiꝰ cū filiū draco inuaſiſſet tāta arte dixerit ſagittā:ut ea currēs in ſerpentis deficeret uulnere:nec tranſiret in filiū.aliꝰ faber fuit argētarius:de quo Ouidiꝰ li.meta.xiii.Craterē æneæ ſibi quē fabricauerat alcō:Nileꝰ & lōgo celauerat argumēto

A lecto cū unico.l.&.ct.nō aſpiratis ſcribit᷑:una eſt ex furiis infernalibus:quā Virgilius dixit li.ænei.vii. lucificam alecto. nā in accuſatiuo quēadmodū in nominatiuo terminat᷑:ut idē in eodē libro: Reginā alecto ſtimulus agit undiq; bacchi.nec eſt alius caſus niſi genitiuus:q̃ teſte Seruio Alectus facit.& tres a poetis deſcribunt᷑:Tiſiphone:Alecto:& Megæra:quas Acherontis & noctis filias Heſiodus dixit. unde Orpheus in argonautica:eoꝝ noīa unico uerſu cōpræhēdit dicens τισιφονη τε καὶ αληκτο και δια μεγαίρα.

A lethes cū unico.l.&.th.aſpirato ſcribit᷑:nomē fuit ꝓpriū uiri troiani:quaſi ἀληθησ.i. uerax fuerit:de quo Virgiliꝰ libro ænei.i.Et qua grandeuus alethes.Idē libro.ix.Hic annis grauis atq; animi maturus alethes.

A lgeo cum.e.abſq; diphthōgo ſcribitur: & ex uerbo græco deducitur: quod eſt αλγέω αλγω.i.doleo uel rigeo:ita ut ſit frigus dolor quidam membrorum rigore coniectus.

A lexandria cū unico.l.&.x.cōſonante atq;.i.latino ſcribit᷑:nomē fuit triū urbiū cōſtructaꝝ ab Alexandro magno:quaꝝ una fuit in ægypto ꝑ Dimocratem architectū:ut ſcripſit Vitruuius in procemio libri primi de architectura locū ſortitus haud longe ab hoſtio nili:ut dicit Solinus:quod plurimi canopicū dicūt:eamq; teſte Iuſtino libro.xi.totius ægypti caput eſſe iuſſit.Aliā ſtruxit idē Alexander in aſia.aliā in ſcythia ſuper tanaim:ut teſtes ſunt Curtius & Iuſtinus.Sane poetæ noſtri nōnunq̃ loco.i.quod eſt in penultima.e.ſurrogauerunt.ut Horatius libro.iiii.carminū:Nā tibi a quo die alexandrea ſupplex:& uacuam patefecit aulam.& inde alexandræus cum.æ.diphthongo deducitur.

A llia cū unico.l.&.i.latino teſte Seruio in.vii.ænei.ſcribit᷑.Idq; oſtēdit Lucanꝰ cū dixit:Quas aliæ clades.eſtq; teſte Liuio libro.v.ab urbe fluuius.xi.lapide uia tyburtina ab urbe diſtans e montibus cruſtumeriis in tyberim defluens.apud hunc.xv.kl.Aug.Galli duce Brenno romanos ſtrauere: & poſtriduo urbē etiā deleuerunt:excæpto capitolio.Virgilius uero libro.vii.ænei.metri cauſa cū duplici.l.ſcripſit dū ait: Quoſq; ſecās infauſtū interluit Allia nomē ꝑ quē modū relliquias nō ſolū cum duplicato.l.ſcribimus.

A lyattes cum unico.l.&.y.græco atq; duplicato.t.ſcribitur:fuit filius Sadiattis regis lydiæ:& pater Crœſi:ut ſcribit Herodotus libro hiſtoriarum primo.

A lyba cum unico.l.&.y.græco ſcribitur:regio eſt teſte Homero libro ſecundo iliados: nō longe a myſia: ubi argentifodinas eſſe dixit.

A litos cum unico.l.&.i.latino atq;.t.nō aſpirato ſcribit᷑:fuit teſte Homero libro.ii.iliados:una ex urbibꝰ boetiis:quā herboſam aliarton uocat.

A licarnaſus cū unico.l.ſequente.i.latino &.c.exili: atq; unico.s.ſcribit᷑: a nōnullis ex noſtris abſq; aſpiratiōe principii ſcribit᷑:ſ; q̄a a græcis ſꝑ aſpirat᷑:ut etiā ex eiꝰ deriuatiōe mōſtrabit᷑:inter aſpirata locabimus.

A liptes cū unico.l.&.i.latino atq;.t.nō aſpirato ſcribit᷑:apud nos dici ꝓprie poteſt unctor. nam ab αλείφο uerbo græco quod eſt ungo deriuat᷑:quo uocabulo uſus eſt Iuuenalis in quarta ſatyra dum ait de græculo: Grammaticus rhetor geometer pictor aliptes.

A lyſonii cum unico.l.ſequente.y.græco ſcribitur:populi ſunt ſcythiæ aſiaticæ. ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

A litta cum unico.l.&.i.latino atq; duplicato.t.ſcribitur:dicitur teſte Herodoto libro hiſtoriaru; primo: lingua arabica Venus.

A llegoria cum duplici.l.&.i.latino ſcribitur:poteſt ſecundum uocabuli litteraturam dici alieniloquiũ. Elegantes uero inuerſionem interpretantur:ut aliud uerbis:aliud ſenſu oſtendat. Virgilius in palæmone:Claudite iam riuos pueri ſat prata bibere:hoc eſt deſinite iam plura canere:quia ſat ſuperq; audiuimus. Et in fine libri ſecundi georgicorum:Sed nos immenſum ſpaciis confecimus æquor:Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla:hoc eſt quæ tractanda fuerant explicuimus:Iam congruum eſt carmẽ finire. huius ſeptem ſunt ſpecies Ironia:Antiphraſis:Aenigma:Carientiſmos:Parœmia:Sarcaſmos:& Aſtiſmos. de quibus in dictionibus & uidimus:& uidebimus.

A llophylos cum duplicato.l.in principio &.y.græco in penultima atque ſequente unico.l.ſcribitur:dici poteſt a noſtris alienigena. Nam componitur ex ἄλλο:quod eſt aliud:& phylos quod cum.y.græco ſcriptum gentem deſignat.

A llotheta cum duplici.l.& in penultima cum.th.aſpirato:in ultima uero cum.t.ſimplici ſcribitur:dici poteſt latine aliter poſita. Nam componitur ex ἄλλωσ:quod eſt aliter:& θετα poſita.

A loeus cum unico.l.ſequente.o.&.eu.diphthongo in fine ſcribit':fuit Titani filius ex terra. hic teſte Homero libro undecimo odyſſeæ Iphimediam uxorem habuit:quam omnes alii poetæ & ſcriptores græci Ipimediam uocant. eodem modo Seruius noſter in nonũ Virgilii librum:hæc itaq; adulterari conſueuerat cum Enipeo quodam:In cuius ſpeciem uerſus Neptunus:illaꝫ grauidaſſe dicitur. Nam ut ait Homerus φάσκε ποσειδάωνι μιγῆναι hoc eſt dicitur illam Neptuno fuiſſe commixtam:quæ illi uel marito:ut alii uolunt gemellos peperit Oetum & Ephialtem:qui aloides a putatiuo patre cognominati ſunt:dicente Ouidio libro metamorphoſeos ſexto:cum ad Neptunum loqueretur:Tu uiſus enipeus gignis aloidas. Sed cum hi teſte Seruio ſingulis hebdomadibus nouem digitis in corporis proceritatem extenderentur:nouem ulnis exereuerunt. ut dixit Homerus libro undecimo odyſſeæ cum ait:ἐννέα πήχεεσ ἦσαν. Verum parantibus titanis bellum aduerſum Iouem:nec ad illud decrepitus Aloeus accedere poſſet:hos miſit geminos contra deos:quod Lucanus ipſe tetigit:quando libro ſexto dixit.

Impius hic prolem ſuperis immiſit alœus Inſeruit celſis prope ſe cũ pelion aſtris. ſed cõfixi ſagittis ab Polline & Diana in infernum detruſi ſunt. dicente Virgilio libro æneidos ſexto:

Hic & aloidas geminos immania uidi.
Corpora:qui manibus magnum reſcindere cælum
Aggreſſi:ſuperiſq; Iouem detrudere regnis.

Sed ut ſcribit Homerus libro quinto Iliados: bellũ prius cum Marte geſſerunt:quem uictum catenis:tredecim menſibus truſum in carcere tenuerunt:in quo ſane perpetuo perduraſſet:niſi admonitu & precibus Eriboæ nouercæ ideſt Iunonis:furtim a Mercurio liberatus fuiſſet. Quod etiam Claudianus noſter de laudibus Stiliconis agens tetigit: quando ait: Cum gemini fratres genuit:quos aſper alœus Martem ſubdiderint uinclis. Et inde Carolus Arretinus conterraneus meus in elegia ad Pogium inquit ad Mercurium loquens:Tu mactas argum:marti tu uincula ſoluis:Vincula quæ ſæuo carcere nexa deo.

A lope cum unico.l.ſcribitur: & in fine accentum detinet apud græcos: fuit Cercyonis filia: a cuius nomine cognominata eſt alope ciuitas theſſaliæ: de qua meminit Homerus libro.ii. iliados: Et alopetes ciuis dicit'.

A lphabetum cum.ph. aſpirato &.t.non aſpirato ſcribitur: Nomen eſt compoſitum ex nominibus duarum primarum litterarum græcarum:uidelicet ex alpha & beta: quarum ſecundum cum.t. exili ſcribitur:ut in ea dictione uidebimus. Quare ait Iuuenalis in ſatyra Plurima ſunt fuſcine:

Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ.

Et inde alphabetum quod apud græcos ordine litterarum numerum deſignat. Et prima littera unum denotat:ſecunda duo:& reliquæ modo conſimili apud antiquos indicabant. Quod & ſi aliquando apud noſtros itidem antiquos obſeruatum fuerit:ut affirmare uidetur Priſcianus libello de numeris:nunc uero præter paucas reliquæ numerum non deſignant. Verum.c.pro centum ponimus.d.pro quingẽtis.i.pro uno.l.pro quinquaginta.m.pro mille.u.pro quinq;.&.x.pro decem ſcribere conſueuimus.

A lpheus cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur. Nam licet apud græcos ſit.ei.diphthongus.nã ſcribitur ἀλφειοσ:nos tamen diphthongũ in.e.longum cõuertimus fluuius eſt helidis ciuitatis arcadiæ iuxta piſam decurrens:ut auctores quiq; aſſerunt:qui longo tandem curſu in achaia demergitur:& ibi a terra abſorptus atq; ſubter mare defluens:ex græcia in fontem arethuſam apud ſyracuſam in ſicilia ſe attollit:& inde in mare ſiculum cadit. Vnde Virgilius libro tertio æneidos ait:Alpheum fama eſt huc helidis arimen Occultas ægiſſe uias ſubter mare qui nunc Ore arethuſa tuo ſiculis confunditur undis.

A lpes græcuꝫ eſſe dixit Feſtus:ab αλφη:quod eſt candidum deductum:quia perpetuis fere niuibus albeſcũt unde ait Priſcianus in ſeptimo αλφεισ:cum.ει. diphthõgo in fine apud græcos ſcribitur: quã quidam ex noſtris in.i.conuertunt:& dicunt alpis cum.i.finali ut ſardis:& ſyrtis. Sed plæriq; diphthongum in.e.conuertunt:& dicunt alpes. hæ omnem italiam inacceſſibili muro cludentes a tota gallia:& germania ſecuram reddebant:ſed cum illas peruias igne & aceto Hannibal pœnus effecerit:ab illo teſte Seruio non ſolum eiꝰ loci mons apœninus dictus eſt:ſed omnis eius montis tractus qui per totam diſcurrit italiaꝫ & uſq; in ſiciliã

protenſus eſt apœninus eſt cognominatus: quaſi alpes pœni. unde Virgilius libro duodecimo æneidos: Quantus gaudetq; niuali Vertice ſe attollens pater apœninus ad auras. Et Lucanus de illo inquit: Nulloq; a uertice tellus Altius intumuit propriusq; acceſſit olympho. Et ut ait Plinius libro uigeſimoſexto naturalis hiſtoriæ in portento prope habuere maiores alpes Hannibale exuperatas: & poſtea a cimbris: nunc ipſæ cæduntur in mille genera marmorum.

A lthæa cum. th. aſpirato: & . æ. diphthongo ſcribitur: habetq; accentum in penultima: nomen fuit proprium uxoris Oenei regis ætoliæ: cuius regia ciuitas erat calydon: fuitq; Teſtii filia: & mater Meleagri: quem fatali ſtipite conſumpſiſſe ſcribitur a poetis: dicente Ouidio libro primo de triſtibus:

Vtq; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Teſtias: & melior matre fuiſſe ſoror.

A lucinari per unicum. l. ſcribitur: & ex græco factum quod eſt αλυειν dixit Cloatius uerus in libris: quos teſte Gellio libro ſedecimo noctium atticarum inſcripſit: uerborum e græcis tractorum: unde lucium quoq; dictum eſſe putat tarditatem quandam animi & ſtuporem: qui alucinantibus plærunq; uenit.

A maracus cum. c. non aſpirato ſcribitur: fuit teſte Seruio ſuper primum æneidos: puer regius: qui cum præcioſa deferret unguenta caſu lapſus: & fracto uaſe ingenti concæpto odore in odiferam herbam conuerſus eſt. de qua Virgilius Vbi mollis amaracus illum floribus & dulci ſpirans complectitur umbra: hanc Diaſcorides dixit a romanis perſam dici.

A maranthus cum. th. aſpirato ſcribitur: flos eſt purpureus gratiſſimi coloris: qui apud nos immarceſcibilem indicat: de quo Plinius libro uigeſimo primo naturalis hiſtoriæ inquit: amaranthus eſt ſpica purpurea uerius q̄ flos aliquis: & ipſe ſine odore prouenit auguſto menſe durat in autumnum: ſumma natura eius in nomine appellatiuo: quoniam non marceſcit: ſed poſtq̄ defecerunt cuncti flores madefactus aqua reuiuiſcit: & hybernas coronas facit. de hoc Ouidius libro quarto faſtorum.

Has hiacynthe tenes: illas amaranthe moraris.

A maryllis cum. y. græco in penultima ſequente duplicato. l. & . i. latino in ultima ſcribitur: nomē fuit ruſticæ proprium: de qua & Theocritus: & Virgilius ſæpe meminere.

A malthea cum. th. aſpirato: & abſq; diphthongo ſcribitur: fuit Iouis nutrix: quam Lactantius libro inſtitutionum primo una cum ſorore Meliſſa: quæ ſcilicet patris nomen detinebat: Iouem puerum caprino lacte ac melle pauiſſe aſſerit. at Parmenius poeta græcus capram illam fuiſſe dixit: quæ geminos hædos parere ſolebat: & tunc illo tempore enixa fuerat quo Iuppiter ad regem cretæ Meliſſum nutriendus miſſus fuerat: & filiabus eius in cuſtodiam datus: quæ cum tunc forte lacte carerēt: illum ad capram amaltheam expoſuerūt.

A mathus cum. th. aſpirato ſcribitur: Inſula eſt in mari ægæo quæ Veneri ſacra fuit. Ipſa dicente apud Virgilium libro æneidos decimo: eſt amathus: eſt celſa mihi paphos atq; cythera. Ipſa eadem eſt metallorum fœcūdiſſima: dicente Ouidio libro metamorphoſeos decimo: At ſi forte roges fœcundam amathunta metallis. Et inde amathunteus. ut Ouidius in eodem libro.

Lactantes uitulos amathunteaſq; bidentes.

A mathuta penultima cum. th. aſpirato: & ultima cum. t. ſimplici ſcribitur: fuit uxoris Athamantis regis thebarum nomen: quæ ante deificationem uocata fuit Ino.

A maſenus cum unico. s. & . e. abſq; diphthotgo ſcribitur: fluuius eſt uolſcorum priuernatum: ultra quē Metabus uolſcorum rex & Camillæ pater: ſubditorum iram fugiens: telo alligatam ipſam filiām Camillam ꝓiecit. ut oſtendit Virgilius libro æneidos undecimo. Quoniam ex eo nomine eſſe aliū in ſicilia fluuiū oſtēdit Ouidius libro metamorphoſeos quindecimo dicens: Nec non ſicamias uoluens amaſenus arenas: Nunc fluit: interdum ſuppreſſis fontibus aret.

A maſis cum unico. s. poſt. a. & ante. i. latinum ſcribitur: habetq; accentum in penultima: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo ægypti rex: cuius tumulus fuit una pyramidum: dicente etiam Lucano libro . ix. Non mihi pyramidum tumulus euulſus amaſis. hunc Plato dixit in timæo athenas apud græcos ædificaſſe ante quem teſte Pomponio trecenti & triginta reges in ægypto fuere: quare uetuſtiſſimos prædicant ægyptios. alius eodem nomine uir fuit maraphius patria: & peditum Darii dux contra cyrenenſes miſſus. ut Herodotus ipſe monſtrauit.

A mazones cum unico. z. ſcribitur. Nam uocabulum eſt compoſitum ex a quod eſt ſine: & mazon mamma: & tam primam q̄ penultimam corripit. ut Virgilius libro undecimo æneidos: Pulſant & pictis bellantur amazones armis. fuerunt ſcythicæ fœminæ iuxta tanaim fluuium primum inhabitantes. deinde ad loca iuxta fluuium thermodoonta deuenerunt. Et ulterius inde procedentes magnam aſiæ partem occupauere: ut de his omnia libro ſecundo ſui epitomatis narrauit Iuſtinus. Nec uiris hæ fœminæ miſcebantur: niſi in uere cum qbus uulgo delectari conſueuerant: quouſq; grauidas ſe perſentirēt: qđ Seneca in hippolyto tetigit cū ait:

Et prorſus iſte gentis armigeræ furor
Odiſſe ueneris fœdera & caſtum diu
Vulgare populis corpus. & reliqua. E quibus ſi mares naſcebantur: interficiebāt illos: fœminas uero earum

dexterioribus mãmis inuſtis ad conſueta ſua officia exercebant. Vnde Amazones dictæ ſunt.

A mbidexter cum.i.latino &.x.ante.t.exili ſcribitur:cōponitur ex αμφω:quæ latine ut ſupra uidimus tranſfertur ambo:& δεξιοσ dexter.

A mbracia cū.c.exili hoc eſt ſine aſpiratiōe &.i.latino ſcribit᷑:ubi.p.in.b.cōuertimus. Nam apud græcos ampracia ſcribit᷑:urbs eſt in epiro teſte Liuio libro.vii.de bello macedonico:aſpero ſubiecta tumulo:Arceq́ꝫ habet in tumulo poſitã:Eſtqꝫ iuxta aretonẽ nauigabilẽ fluuiū:dudū fuit Pyrrhi regia:de qua Ouidiꝰ li.ix.metamorphoſeos:Præter erant uecti certatã lite deorum.
Ambraciam:uerſiqꝫ uident ſub imagine ſaxum
Iudicis actiaco quæ nūc ab apolline dicta eſt.Nam ibi actiū eſt oppidū & ꝓmōtoriū:ubi Auguſtus uictis Antonio & Cleopatra:nō modo refecit:ſed ampliauit templū actienſis Apollinis.ut dixit Suetonius:& actienſes ludos inſtituit:ut uidimus in dictiōe actiū.Sinus etiã huic urbi adiacens:ambracia ſimiliter dicit᷑:cuiꝰ circuitū deſcribēs Ptholemæꝰ primo ponit acarnanū oppidū:deinde ſubſequēter aratii fluuii hoſtia:deīde ambraciã urbem:poſt illã actiū oppidū & leucas ꝓmontoriū:deinde aziliã urbem:deinde acheloi fluuii hoſtia q̄ terminus eſt epiri hoc eſt eius partis: quæ acarnania dicitur:ut in illis dictionibus uidimus.

A mbroſia cū.i.latino ſcribit᷑:herba fert᷑ dulciſſimi ſaporis:adeo ut ex illa dei depaſci ſint crediti:dicēte Ouidio libro primo de ponto:Nectar & ambroſiam latices epulaſqꝫ deoꝝ:Det mihi formoſa grata iuuenta manu.Diaſcorides uero dixit ambroſia quã multi artemiſiã dicūt:plurimas in frutice detinet uirgas lōgas palmis tribus:habetqꝫ folia in initio minuta ſimilia rutæ:uirgæ uero ſunt plenæ ſemine: quaſi acinis odorẽ uini habētes:Nec unq̃ herba floret:habetqꝫ radicẽ duobꝰ palmis lōgã.Pliniꝰ artemiſiã credit. Sane ab ambroſia adiectiuū ambroſius ambroſia ambroſiū deriuat᷑:quaſi diuinus diuina diuinū:aut imortalis & immortale:unde Homerus αμβροσιαι και χαισαι.i.ut traduxit Virg.in.i.æneí. Ambroſiæqꝫ comæ:hoc ẽ diuinæ.

A methiſtus penultima cū.th.aſpirato &.i.latino:ultima cū.t.exili ſcribit᷑ lapis eſt precioſus coloris purpurei cōtra ebrietatem ualens:unde nomen aſſumpſit.Nam a negationẽ indicat:& μεθη ebrietatẽ:inde amethiſtinus.ut Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio inquit:Vendunt amethiſtina.at uero Horatius nō amethiſtina in neutro:ſed amiſtidem amoto.th.aſpirato ꝓtulit in fœminino cū ait i libro carminū primo:Baſſum threicia uincat amiſtide:quod acron annotauit aſſerens ſic apud antiqores ꝓlatū:ſed ſuo tpe amethiſtis dici.

A myclæ cū.y.græco &.c.nō aſpirato ſcribit᷑:fuit laconiæ ciuitas Apollini ſacra.ut Homerus libro.ii.iliados: fuitqꝫ Caſtoris:& Pollucis patria:quod libro.iii.georgi. Virgilius tetigit cū ait: Talis amyclæi domitus pollucis habenis:Cyllarus:& quoꝗ graii meminere poetæ.Similiter Statius libro primo achilleidos:Soluerat oebalio claſſem de litore paſtor Dardanus incautas blande populatus amyclas:& inde amyclæus cuꝫ.æ.diphthongo deducit᷑.ut Virgiliꝰ præfato libro:Armaqꝫ amyclæūqꝫ canẽ:creſſamqꝫ pharetram:quaſi bonos canes producat.& Ouidius octaua epiſtolaꝝ heroidū inquit:Caſtori amyclæo & amyclæo polluci. alia hoc nōie uocitata fuit in italia urbs inter caietam & tarrhacinã cōſtituta:quæ teſte Seruio ſup.x. Virgilii librum a laconibus:qui Caſtoris & Pollucis comites fuerant conſtructa fuit:quæ deinde tacendo periit:ut dixit Lucilius & Virgilius tetigit in præfato libro:cū ait: Tacitis regnauit amyclis.Quod ſane ꝑ hūc modū fuiſſe fertur:Ciues eius urbis cū pythagoræa ſectam a cæde omniū animaliū abſtinentes obſeruarēt:& ex uicinis paludibus natos ſerpentes occidere nephas putarent:ab iiſdẽ interempti ſunt:quã ſententiã Plinius his uerbis libro quinto naturalis hiſtoriæ cōfirmare uidet᷑ dicēs:Iuxta tarrhacinã fuere amyclæ a ſerpentibus deletæ. hæc ille:ſed tacitas dixit amyclas. Virgi.hoc eſt pythagoræas:quia taciturnitatẽ Pythagoras primū diſcipulis ꝑ quinquenniū indicebat.alii uero exponūt cū frequenter falſo nuntiarent᷑ hoſtes: & inani terrore ciuitas quaſſaret᷑:lata lege cautū eſt nequis unq̃ hoſtis nunciaret aduentū.poſtea uero cū hoſtis nullo nūciante ueniret:ex improuiſo ciuitas capta eſt:unde tacite dictæ ſunt: quia periere ſilentio.hinc eſt quod ait Lucilius: mihi neceſſe eſt loqui.nam ſcio amyclas tacendo periſſe.

A myclas etiã in ſingulari ſimiliter cum.y.græco:&.c.exili ſcribitur:fuit nauta pauperrimus in epiro: de quo Lucanus libro quinto plura proſequitur.

A myclon cum.y. græco ſcribitur:ciuitas fuit peoniæ:ſeu mauis macedoniæ: nō longe ab axio fluuio troianis auxilia mittens.ut oſtendit Homerus libro iliados ſecundo.

A mygdala cum.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris nux longa. Virgilius libro georgicoruꝫ primo: Cū ſe nux plurima ſiluis induet in florem.exponit Seruius ideſt nux longa.

A mynæ cum.y.græco ſcribitur:fuerūt teſte Macrobio libro tertio ſaturnaliū:loca ubi poſtea phalernum dictum fuit.Et inde amynæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur. Virgilius libro georgicorum ſecūdo:Sunt & amyneæ uites firmiſſima uina.

A myntas cū.y.græco &.t.non aſpirato ſcribit᷑:ponitur a Theocrito & Virgilio paſtor:quo etiã nomine Alexandri auus:hoc eſt pater Philippi cognominatus fuit:quin & alii plures.

A myntor cū.y.græco &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii.iliados:Phœnicis pater. Vnde dixit Ouidius in tertia heroidum epiſtolarum:Venerunt ad te telamone & amyntore nati.

A mythaon cū.y.græco &.th.aſpirato ſcribit᷑:fuit uir argiuꝰ pater Melãpi medici.ut oſtēdit Homerꝰ diuerſis

i locis odiſſeæ a quo Melāpꝰ ipſe dictus ē amythaoniꝰ Virgi.li.geor.iii.Amyth aoniuſq; melampus.

A mmon cum duplicato.m.& abſq; aſpiratione principii ſcribit'.a noſtris arena dicit'.Nam cū Liber pater deuicta iam India per extrema libyæ cum toto exercitu gradiēs maxima ſiti laboraret:Ioui humiliter ſupplicauit:ut in hoc arduo caſu ſe patrē illi oſtenderet:Cui cū repente occurriſſet aries illo duce ad limpidiſſimuʒ fontē deductus eſt.Moxq; ſub oculis āmirantis euanuit.Quare crediderūt cuncti arietem illū Iouem fuiſſe ad huius ergo tantæ rei memoriā ſumptuoſiſſimū templū cōſtrui fecit:quod Iouis ammonis hoc eſt arenarii cognominauit.In quo ſcilicet ſimulachrū arietis forma præſtabat.de quo Lucanus libro nono Catonis iter per libyam deſcribens ait.

Ventum eſt ad templum libycis quod gentibus unum
Inculti garamantes habent:ſtat corniger illic
Iuppiter ut memorant:ſed non aut fulmina uibrans:
Aut ſimilis noſtro:ſed tortis cornibus āmon.Et inde āmoniacus gummi quoddā ſeu lachryma dicit':quæ ut late Plinius libro.xii.naturalis hiſtoriæ rettulit ex arbore gignit':quā metropon uocāt:iuxta oraculū Ammonis.Idem libro ſecundo eiuſdem operis prius dixerat ibidē eſſe fontem qui die friget:noctibus feruet.Quod Ouidius libro.xv.metamorphoſeos tetigit cum ait.
Media tua corniger ammon.
Vnde die gelida eſt:ortuq; obituq; caleſcit.

A momū abſq; aſpiratione principii uel duplicatione ipſiꝰ.m.ſcribit':herba ē ſuauiſſimi odoris:quā Piniꝰ li.xii.naturalis hiſtoriæ naſci dixit in armenia:arabia:& ponto:armenicā uero p̄ omnibꝰ Diaſcorides laudat.

A morges cum.r.poſt.o.& ante.g.ſcribitur:fuit ex Darii ducibus unus:qui in caria ceciderunt.ut oſtēdit Herodotus circa finem libri quinti.

A mœbæus antepenultima cū.œ.& penultima cū.æ.diphthongis ſcribitur:genus eſt carminis æquali numero alternatim prolati.ut Virgilius in bucolicis:Alternis dicetis:amant alterna camænæ:unde dicitur quaſi αμοιβαιον:quod eſt alterne & mutue.Nam ab αμοιβω:quod eſt commuto deriuatur.

A mnis quidam græcum eſſe uolunt:& componi ex αμφω:quod eſt circum:& nare fluere.Varro uero oſtendit eſſe latinum:& ab ambio quod eſt deſcendo deriuatum.

A mphiareus cū.i.latino &.eu.diphthongo in fine ſcribit':fuit Oiclei filii Antiphatis filii Melampi filius:unde Statius libro thebaidos tertio inquit.Ac prior oiclides ſolita prece numen amicat.fuit Apollinis uates:& inter augures clarus:Ita ut cū primū pubeſceret:ab argonautis uocatus acceſſit.ut eodē libro Statiꝰ ipſe mōſtrauit.deinde cū tēporis ſucceſſu Adraſtus argiuoꝝ rex expeditionē in thebanos acturus eēt una cū Melampo uate montē amphiſanta aſcendit:uiſurus quid ex bello argiuis euentuꝝ eēt:& cū inter alia præuidiſſet ſe ex eo bello nō reuerſurū latebras petiit:quæ oīa Eriphylæ uxori tanq; fidiſſimæ indicauit.Sed iam cūctorum principiuʒ exercitu parato:cum ſolus ipſe peteretur a cunctis:& longior mora tedium pareret uniuerſis:uxor illius pacta cū Argia filia Adraſti cingulū ſeu monile precioſum:quod Vulcanus Hermione priuignæ:& uxore Cadmi prius dederat:maritū detexit:qui cū thebas cum aliis principibus nō redituꝛꝰ peteret & die qua curru & armis nobilis ueniſſet in præliū:facto repente maximo terræmotu telluris uoragine abſorptus obiit.quare dixit Statius libro.vi.uiuū illum & armatum ad inferos deſcendiſſe.Cætera uero quæ inde ſecuta ſunt:uidebimus in dictione Eriphyle:& dictione Calliroe.

A mphibolum cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:a noſtris dicit' ambiguū.Nam cōponit' ex αμφι quod eſt undiq;:& βουλυ conſilium:unde amphibole uel amphibolia.i.ambiguitas.

A mphibologia eodē modo ſcribit':& ex αμφι cōponit' atq; logia:quæ eſt ſermocinatio:quaſi ſermo ille ſententiā dubiaʒ indicet:ut dico lacedæmonas athenienſes ſuperaſſe.Simili modo reſpōdit Apollo ad Pyrrhū dicens:Aio te æacida romanos uincere poſſe.fit etiā per incertam diſtinctionē.ut Virgilius libro æneidos.i.Bellum ingens geret italia:ubi quis intelligere poſſet de ingenti italia:ſicut de ingenti bello.& eodem libro Aurea ſubnectens exertæ cingula māmæ:ubi teſte Seruio dubiū eſt an ipſam auream:uel aurea cingula dicere uelit.Sed ſimilia quandoq; metri ratione amphibologiā abiiciunt:& certitudinē ex metro aſſumunt.ut Virgilius in bucolicis:Mollia lutheola pingit uaccinia caltha:ubi nō poſſumꝰ mollia ad caltha referre:nec uaccinia ad lutheola:qa niſi lutheola ſextꝰ ſit caſus:nō ſtaret uerſus.Idē li.ænei.ix.ait:Criſtaq; tegit galea aurea rubra:ubi duo ablatiui ſūt & duo noīatiui:quos metrica rōe diſcernimꝰ.Nā rubra:& criſta lōgas habēt ultimas:qa ablatiui ſūt caſus.fit etiā amphibologia p cōe uerbū ut deprecat' Cato:Calūniat' Cicero:Præſtolat' Brutus:dedignat' Antoniꝰ:in quibus nō oſtendit' an actionē denotēt uel paſſionē.Simili mō fit in æquiuocis:ut ſi quis dicat canis mordax eſt:nō intelligit' an de cæleſti ſidere:uel piſce marino uel latrabili animali loquat':cū eoꝝ q̄ſq; mordere dicat'.Similiter acies acuta ē:ambigit' an de acie oculoꝝ uel gladii uel militū.

A mphibrachus cum.i.latino &.r.poſt.b.& ante.a.atq;.ch.aſpirato ſcribitur:pes eſt tribus ſyllabis conſtans:breuem ex utraq; extremitate:atq; longam in metro detinens:quod nomen ipſum indicat.Nam ex ἀμφι quod eſt undiq;:& βραχυσ breuis dicitur.

A mphilochus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:fuit athenienſis philoſophus:& agriculturæ ſcriptor:

ut teſtis eſt Varro libro rerum ruſticarum primo.

A mphylitos cum unico.l.ſequēte.y.græco &.t.nō aſpirato ſcribiť:poteſt interpretari undiq; diſſolutus.Nā a λυω componitur quod eſt diſſoluo:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝶ primo:uir acarnanus cuius oraculo fretus Pyſiſtratus deuictus apud marathona athenienſibus urbem tertio occupauit.

A mphimacrus cum.c.nō aſpirato ſcribiť: pes eſt tribus ſyllabis conſtans:quaꝶ prima & ultima longa eſt: & media breuis:ut nomē eius indicat:quod eſt αμφι.i.undiq;:μακροσ longus.

A mphimachus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribiť:fuit amphiarei uatis ex uxore Eripyle filius: quē Homerus cum aliis græcorum ducibus ad troiam ueniſſe ſcribit.

A mphion cum.i.latino ſcribiť:habetq; accentum in penultima:fuit teſte Seruio ī Alexim Iouis & Anthiopes filius.alii dicunt Mercurii a quo ſuſcæpta lyra adeo dulciter canebat:ut ſaxa ad ſtruendos muros thebanos traxiſſe dicať:dicente Horatio in poetria:Dictus & amphion thebanæ conditor urbis

Saxa mouere ſono teſtidinis & prece blanda.

Ducere quo uellet.& Statius libro thebaidos primo:

Penituſq; ſequar quo carmine muris

Iuſſerit amphion tyrios accedere mōtes.& Seneca in Hercule furente:Cuiuſq; muros natus amphion Ioue.

Struxit canoro ſaxa modulatu trahens.ob quod dicebat Virgilius in Alexi.

Canto quæ ſolitus ſi quando armenta uocabat

Amphion dircæus in acteo aracyntho. Nam teſte plinio libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ:primus rationem muſicam adinuenit.

A mphiro cum.i.latino ſcribiť:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Thetyos filia.

A mphirytes antepenultima cū.i.latino:penultima cum.y.græco:& ultima cum.t.non aſpirato ſcribiť:inſulæ ponunť ab Homero in hymno Apollinis:nec ubi ſint explicat.

A mphiſa cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt in phocaica regione.ut oſtendit Lucanus in tertio.

A mphitryon cum.t.non aſpirato &.y.græco in penultima ſcribiť:fuit Alcæi thebani filius:qui Alcmenā Electryonis filiam ex Lyſidice formoſiſſimā habuit uxorē a Ioue amatā:ex qua Herculem genuit:qui nōnunq; a marito matris āphitryoniades a poetis diciť.Sicut Helena a Tyndaro tyndaris:q̄ ſimiliter Iouis filia diciť.

A mphitrite cum.i.latino utrobiq;:& ſimiliter.t.abſq; aſpiratione aliꝗ ſcribiť:fuit Neptuni uxor.quā cū Neptunus primo uxorē ducere uellet:teſte Eratoſthene poeta græco:& illa uirginitatē ſeruare cuperet: fugeretq; ad Alanta quæſitum illam Neptunus delphinē miſit:qui cū diuerſa per loca uagereť:ad uirginem tandem peruenit Cui adeo efficaciter perſuaſit: ut eorum nuptias ſumma pace conficeret: quapropter ad cælū delphine tractū:& ſtellificatū dicūt.& poniť a poetis amphitrite cōiter ꝓ aqua quæ uniuerſū circūplectiť orbē:dicente Ouidio libro metamor.i.Nec brachia longo Margine terraꝶ porrexerat amphitrite.

A mphitheatrum cum.i.latino ſequente.th.aſpirato:& in fine cum.t.exili ſcribiť:& dici poteſt ad litteram undiq; ſpectaculū.Nam cum theatrum ut in ea dictione uidebimus:formam habeat hemicycli:duo theatra in unum coniuncta amphitheatrum conſtituunt:ut oſtendit Plinius libro naturalis hiſtoriæ:cum de.C.Curionibus penſilibus theatris pertractat.Nam teſte Cornelio tacito in geſtis Neronis:Ipſo &.L.Piſone Conſulibus.C.Iulius Cæſar in campo marito primum amphitheatri mollem poſuit: quā Suetonius ab illo deſtinatam:poſtea ab Auguſto mauſeolum ædificaturo deſtructam dicit.Suetonius etiā in .C.Cæſaris operib⁹ ſcripſit Statiliū Taurum amphitheatrum ædificaſſe.Et de Veſpaſiano primum:poſtea de Tito eius filio ſcribēs amphitheatri opus utriq; attribuit. Sed de eo amphitheatro quod coloſſeū dicunt: dubium uideť: quēnā illud ædificaſſe dicamus.Nam quidā Veſpaſianū illud inchoaſſe:& perfeciſſe:dicente Suetonio in illi⁹ uita Item fecit amphitheatrum urbe media ut deſtinaſſe cōpererat Auguſtum: quidā Titum eius filium id opus confeciſſe:quidā Veſpaſianum inchoaſſe:& Titum perfeciſſe putant.Sed amphithearum dedicaſſe ſtratiſque iuxta celebriter extructis dixit Suetonius in illius uita.unde Martialis in epigrammate ad Titum uel ut alii uolunt ad Damitianum.

Barbara pyramidum ſileant miracula memphis

Aſſiduus iacet nec babylona labor:

Nec triuiæ templo molles laudentur honores:

Diſſimuletq; deum cornibus ara frequens.

Aere nec in uacuo pendentia mauſeolea

Laudibus in modicis cares in aſtra ferant

Omnis cæſareo cedit labor amphitheatro:

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.Fuitq; hoc amphitheatrum in parte domus aureæ Neronis: quæ a Veſpaſiano & Tito penitus deleta fuit:ut uidebimus in dictione coloſſus: & latius ī dictiōe roma.Nec ſolū amphitheatrū dicebať:ſed a multis arena ſæpiſſime uocitata eſt. Nā ſic quoq; ſimilis molles:quæ nūc ueronæ:& altera quæ polæ conſpicitur:arena nominať.Quod nomē aſſumpſiſſe puto ab arena:q̄ in medio illi⁹ plateæ ne gladiatores:& alii diffluerēt ſternebať cum lapidibus ſtratā fuiſſe ueriſimile ſit.Ideo ait Iuuenalis

Latum media ſulcum deducit arena. Nam certabant quandoq; inter ſe homines in amphitheatro. Nõnũq; cum urſis leonibus: & aliis feris beſtiis: quod certamen munus gladiatorium dicebatur: & certantes ipſi gladiatores a gladio: gladius autem eſt mucro ſeu enſis nõ cultellus: ut male utunt̃ nonnulli. Dicuntur etiã beſtiarii percuſſores: & laniſtæ a laniando. Iuuenalis in ſatyra Stẽmata quid faciunt: Inuenies aliquo cũ pcuſſore iacentẽ. idem in ſatyra Credo pudiciciã: Teſtandi cũ ſit lenonibus atq; laniſtis Libertas. Similiter ab arena arenarii: & a ræte quod artificioſe ferebant: ut inſequentẽ aduerſariũ operirent: & implicitum uiribus ſuperarent rætiarii dicti ſunt: quod ræte a iaciendo iaculum appellabãt. Et ob ſimilẽ cauſam dicti ſunt laquearii: cum fugientẽ iniecto laqueo impedirẽt pugnabãtq; ſæpiſſime fuſcina ſeu tridente: ut Neptuno honorẽ impenderent. Vnde Iuuenalis in ſatyra Stẽmata quid faciunt inquit: Mouet ecce tridentẽ: Poſtq̃ uibrata pendentia rætia dextra: ne quicq̃ effudit. Nãq; multi primũ capite damnati: mox alii in bellis capti illic cũ feris pugnando mortẽ oppetere cogebantur: Ita ut teſte Seneca duo qui ad id certamẽ portabãt: mortẽ ſibi prius cõſtituerint: unde etiam Claudius Cæſar paccatis ægyptiis: & in poteſtatẽ redactis militibus: quorũ non parua manus ob affluentiã opum rebellauerat partẽ occidit: & partem pugnaturos cũ beſtiis miſit. Idem Ioſephus de captiuitate iudaica: Titum diuerſis in locis de captiuis iudæis feciſſe oſtendit. Sed deinde mali auari hoĩes cũ beſtiis pugnaturi publice accipiebant̃. Verum hanc ſanguinariã uoluptatẽ pugnandi cum beſtiis primũ athenienſes comperiſſe dicunt̃: & ad ciuitatẽ in honorem ſcythicæ Dianæ conduxiſſe. Sed teſte Iulio capitolino in uita Pupieni: & Balbini multi ueterũ dixerũt deuotionẽ hanc a romanis factã contra hoſtes: ut ſanguine litato romani ipſi ſpecie pugnarũ ſeueriores fierent. Ita ut pugnas uidentes: & uulnera ferrumq;: & undas inter ſe cohortes cum in bello cõtra armatos hoſtes eſſent: uulnera: & ſanguinẽ nõ horrerẽt. Scribit etiam Suetonius Domitianũ edidiſſe ludos: & ſpectacula ratibus in amphitheatro aquis quantũ opportuit inundato.

A mphora cum. ph. aſpirato ſcribit̃: græcũ eſt: & apud illos generis maſculini diciturq; ο αμφορευσ. Sꝫ hæc dictio ut multæ aliæ cõmutatiõe terminatiõis: etiã genera ipa cõmutat: ut ο κρατηρ hæc cratera: ο χάρτησ hæc charta: ο κηροσ hæc cæra: ο πάνθηρ hæc panthera. Horatius in ſecunda epiſtolarum.

Si foret in terris rideret democritus: ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo:
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora.

A mphryſus cum. y. græco poſt. r. ſequente. s. cõſonante ſcribitur: fluuius eſt theſſaliæ: iuxta quẽ armẽta regis Admeti Apollo diuinitate priuatus: ob pulſatos cyclopas pauiſſe traditur: unde ait Virgi. li. georgi. iii. Paſtor ab amphryſo. Lucanus libro. vi. Et flumine puro Irrigat amphryſus famulantis paſcua phœbi.

A mphiſtos cum. i. latino poſt. s. & t. ſimplici ſcribit̃: fuit proprium puellæ nomen.

A mulius cum unico. l. & i. latino ſcribitur: fuit albanorũ rex: & Numitoris frater.

A nacreon cum. c. non aſpirato ſcribitur: fuit poeta lyricus: & patria teius. hic Bathyllum adoleſcẽtulũ ſamiũ ardenter amauit: dicente Horatio libro. iiii. odarũ in ea oda: cuius initium eſt Mollis inertia.

Non aliter ſamio dicunt arſiſſe bathyllo
Anacreonta teiũ: qui perſæpe caua
Teſtudine fleuit amorem. & Ouidius de eodem libro. ii. triſtium,
Quid niſi cum multo uenerem contemnere uino:
Præcæpit lyrici teia muſa ſenis. hic teſte Plinio li. vii. naturalis hiſtoriæ: acino uuæ paſſæ ſtrãgulatus occubuit.

A nacharſis cum. ch. aſpirato ſcribit̃: & i. latino: fuit philoſophus ex ſcytharũ genere ſapientiæ admirãdæ: ut dixit Cicero libro. v. de quæſtionibus tuſculanis: Immo affirmat Herodotus libro hiſtoriarũ. iii. neminẽ ex ſcythis ſapientẽ audiuiſſe niſi hunc: quẽ ſapientiſſimũ fuiſſe teſtatur: fuitq; Gnuri filius: & Cadnidi ſcytharũ regis frater. & tandẽ teſte Ioſepho libro. iii. ad grãmaticũ: cũ ad ſuos reuerteretur: & conaretur græcorũ leges ſuis inducere: in uenatione a fratre ſagitta occiſus interiit: dicens ſe gratia eloquii: & diſciplinæ in græcia conſeruatum: ob quæ in patria peribat.

A nadiploſis cum. i. latino utrobiq; ſcribitur: dici poteſt a noſtris reduplicatio. Nã cõponit̃ ex ανα: quod plærunq; in compoſitione dicit re: & διπλωσισ duplicatio. fitq; tunc quoq; cũ uerſus aliquis ab ea dictione incipit: in quam præcedens uerſus deſiit. ut Virgilius in Damone Certent & cygnis ululæ ſit tityrus orpheus Orpheus in ſiluis inter delphinas arion.

A naglyphon cum. y. græco ſcribitur: ſignificat apud noſtros deſuper ſculptum. Nam ex ana cõponitur: qđ nõnunq; deſuper indicat: & γλυπτω quod eſt ſculpto.

A nagrus cum. r. poſt. g. ſcribitur: fluuius eſt theſſaliæ: cuius aquã centauri ab Hercule uulnerati: quia in illo ſe lauerant impotabilem reddiderunt.

A nalogia cũ. a. i ſecũda ſyllaba: & unico. n. & unico. l. atq; i. latio ſcribit̃ quã ut dixit Quĩtilianus ꝓxĩe e græco trãſferẽtes ꝓportionẽ uocauerũt. eius ut ait hæc uis ẽ: ut id qđ dubiũ ẽ: ad aliqd ſimile de quo nõ q̃rit̃ referat: ut ĩcerta certis ꝓbet: ut ſi q̃rat̃ funis maſculinũ ſit an fœmininũ: ſimiſe illi ſit panis. Id etiã ex diminutiõe diſq̃rũt: ut qa funiculus maſculinũ: ergo & funis: de qbus qd tenendũ ſit: ſufficiẽtiſſime Quintilianus expreſſit.

A napæſtus penultima cum.æ.diphthongo & ultima cum.t. non aſpirato ſcribitur: pes eſt qui ex tribus conſtat ſyllabis:duabus primis breuibus:& ultima longa.componiť ex ana præpoſitione & pegma quod eſt ludus eo q̄ ad ludos & exercitia fuerit q̄maxime cõueniẽs:dicente Cicerone libro tuſculanaꝝ.ii.Nõ adhibeť partis ulla ſine anapæſtis pedibꝰ exhortatio: & hæc illiꝰ eſt compoſitio:quãq; inſcii aliud quid dicant.

A napis cũ.i.latino ſcribiť:fluuius eſt ſiciliæ leuiter defluens:dicente Ouidio libro faſtoꝝ.iiii.Præterit & cyanem & fontes leuis anapi:de quo Cyane Proſerpinæ comes loquẽdo Plutoni apud Ouidium libro metamorphoſeon quinto.Et me dixerit anapis:Exorata tamen non ut hæc exterrita nupſi.

A naphora cũ.ph.aſpirato ſcribiť: diciť a Cicerone in dignitatibus repetitio.Eſtq; dictio cõpoſita ex ana præpoſitiõe:q̄ plærũq; in cõpoſitione dicit re:φορα latio:& fieri diciť:cũ aliqua dictio pluries in uerſu aut ſequẽtibus uerſibus repiť.ut Virgi.li.æneі.i.Nate meæ uires mea magna potentia ſolus. Nate patris ſũmi. & reliqua.Idẽ li.ii.Nos te dardania incenſa tuaq; arma ſecuti:Nos tumidũ ſub te ꝑmeſſi claſſibus æquor.

A naſtrophe cum.t.ſine aſpiratiõe:&.ph.aſpirato ſcribitur: diciť teſte Quintiliano a noſtris inuerſio:quæ ut ait ſi in ſpeciem ſolœciſmi cadat:hyperbaton quoq; appellari eodem modo poteſt.

A naxagoras cũ.x.cõſonãte ſcribiť:fuit clazomenius Hegeſibulo ſiue Eubolo patre natus:Anaximenis auditor:& philoſophꝰ ſuo tꝑe inclytꝰ.Nã gloria opibus & animo clariſſimꝰ:patrimoniũ omne ſuis ſpõte cõceſſit:& ſe ad rerũ naturã ſpeculãdã cõferẽs:rẽ omnẽ priuatã & publicã neglexit.Eratq; uiginti annoꝝ in Zerxis tranſitu: & ſeptuagintaduobus uixit hic cuidã dicenti:nonne patriæ cura tibi eſt ulla:reſpondit mihi patriæ cura eſt:& ſumma quidem:atq; digitum in cælum extendit.

A naxaretes cum.x.cõſonante in antepenultima:&.t.nõ aſpirato in ultima ſcribiť:fuit ex cypria ſalamina puella miræ pulchritudinis:& regali ex ſtirpe nata:quã Iphis popularis amabat inſane.Sed ab illa ſemper ſpretus:ad eius fores ſe ſuſpendit.ut rettulit Ouidius libro metamorphoſeos.iiii.

A naxarchus cũ.x.cõſonante &.ch.aſpirato ſcribiť: fuit Abderites philoſophꝰ Diomedis ſmyrnæi auditor. Alii Metrodorichii auditorẽ tradũt.hic ut Laertes ſcripſit Inimicũ habuit Nicocreontẽ cypri tyrannũ: eo quod cũ illũ Alexander magnus aliquãdo in cõuiuio rogaſſet q̄dnã de cœna illa ſentiret:dixiſſe ferũt cũcta permagnifice: O rex ueꝝ oportet iã caput Satrapæ cuiuſdã apponi Nicocreontẽ intuẽs:quo ille indignatꝰ poſt Alexandri mortẽ cũ naui ferreť Anaxarchꝰ inuituſq; applicuiſſet cypro:ab illo captus crudelibus pœnis affectus eſt.& ut refert Laertius iubente tyranno illius præcidi linguam fama eſt præciſam: mordicus in tyranni faciem conſpuiſſe.

A naxilas cum.x.cõſonãte &.i.latino ſcribiť.nomẽ eſt uiri ꝓpriũ:de quo Plutarchus nõnunq̄ meminit.

A naximander cũ.x.cõſonãte &.i.latino ſcribiť:fuit philoſophus patria mileſius:Praxiadis filiꝰ:& thaletis auditor: cui in ſchola ſucceſſit.hũc Piniꝰ li.ii.naturalis hiſtoriæ dixit peritiſſimũ fuiſſe aſtrologũ:& primũ cæleſtia ſigna docuiſſe.unde teſte Fauorino:ut cõuerſiões Solis & æquinoctia adnotaret:horoſtopia primꝰ fabricauit:primuſq; maris ac terræ circuitũ deſcripſit.Idem materialẽ ſpærã cõſtruxit:& paulopoſt.lxiiii.annũ obiit:floruitq; ſub Polycrate ſamioꝝ tyrãno.aliꝰ teſte Laertio ſimiliter mileſius fuit hiſtoricus nõ ignobilis.

A naximenes cum.x.conſonante &.i.latino ſcribitur:fuit Euriſtrati filius Anaximandri diſcipulus: atque eius ſucceſſor:qui eo die obiit:quo ſardis capta fuit.

A nauros cum.au.diphthongo ſcribiť:fluuius eſt theſſaliæ quaſi abſq; aura dictus:dicente Lucano libro .vi. Quiq; nec humentes nebulas nec rore madentem Aera:nec tenues uentos reſpirat anauros.

A nchemolus cum.ch.aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

A ncyle cũ.c.nõ aſpirato &.y.græco atq; unico.l.ſcribiť.Nãq; regnãte romæ Numa Pompilia ſcutũ breue ac rotundũ de cælo lapſum ẽ:dicẽte Ouidio in loco præfato:Ecce leui ſcutũ uerſatũ leuiter aura Decidit a populo clamor ad aſtra uenit.Et cũ aruſpices reſpondiſſent illic fore orbis imperiũ ubi ancyle illud cõſiſteret diligẽtia Numæ ne ab hoſtibus unq̄ auferri poſſet:adhibito Mamurio fabro multa ſimilia facta ſũt:& in tẽplo Martis poſita.Et cũ duodecim ſacerdotes adoleſcẽtes nobiles.ut oſtendit Lucanus li.ix.Numa ipſe marti gradiuo delegiſſet:illiſq; dediſſet inſigne pictas tunicas:& ſuꝑ tunicã æneũ pectori tegmẽ:Iuſſit ipſa cæleſtia arma:quæ ut diximus ancylia nominauit ſuſpenſa collo ab illis portari: & cũ ſaltu atq; tripudiis carmina decantari:quos ſane ſacerdotes a ſaltu ſalios nominauit dicente Ouidio libro primo.

Iam dederat ſaliis a ſaltu nõia dicta Armaq; & ad certos uerba canenda modos.Vnde ut in ſacroꝝ libris haberi dicũt: hæc ſaltandi ratio fuit:ne.ſ.ulla ꝑs a religione uacaret: Ita ut cautus ad animũ:& ſaltatio ad totius corporis mobilitatẽ ſpectaret:ueꝝ cũ Mamurius reliqua ancylia illi cæleſti ſimilia ut iuſſus fuerat confeciſſet: eiq; præmia Numa obtuliſſet.ut refert Ouidius dixit tũc ſic Mamuriꝰ:Merces mihi gloria dixit: Nomina extremo carmine noſtra ſonẽt.Inde ſacerdotes opi ꝓmiſſa uetuſto Præmia perſoluũt:mamuriũq; uocãt.Fuitq; tantæ reuerentiæ ſalioꝝ collegiũ:ut nõ erubuerit Aphricanꝰ unũ de ſaliis fieri.ut oſtendit Liuius li.vi.de bello macedonico.Nec.L.Furius Bibaculus a patre ſuo tũc magiſtro collegii ſalioꝝ erubuit ancylia arma deferre eum præcedentibus ſex littoribus:officio enim prætoris fungebatur.

A nchiſes cũ.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.s.ſcribiť:fuit Capis filius & Aeneæ pater:de cuius genealogia uidebimus in dictione Priamus.Et diciť etiã anchiſa:quia teſte Seruio ſuper.iii.ænei. huiuſmõi nõia græca

terminata

terminata in es mittunt etiam nominatiui terminationem in a & declinationem recipiunt latinam:ut atrides atrida huius atridæ:Laertes & laerta huius laertæ.ſimiliter Anchiſes & Anchiſa huius anchiſæ.Sed a terminatione in es facit patronymicũ Anchiſiades.ut Virgilius libro.viii.Aeneas anchiſiades:& fidus achates.

Ancona cũ.c.nó aſpirato ſcribit̃:& ab aliq̃bus more græco ancon ſcribit̃:quod apud nos cubitũ indicat. Nã urbs eſt in piceno ſup hadriaticũ mare poſita:de qua dicit Piniꝰ libro.iiii.naturalis hiſtoriæ:a ſiculis ancon colonia promótorio chimærico appoſita eſt in ipſo flectẽtis ſe oræ cubito.Idem Solinus anconeã inquit q̃s ignorat a ſiculis conditam:& cum apud ſiciliam plures fuerint dorienſiũ coloniæ: a quibus ædificari potuit dixiſſe uidetur Iuuenalis in ſatyra Criſpini:Ante domum Veneris qua dorica ſuſtinet ancon.

Ancora cũ.c.nó aſpirato apud græcos ſcribit̃:latini uero teſte Seruio ſup primũ æneí. cũ aſpiratióe ſcribere cóſueuerũt:quod mirꝫ uideri dixit:cũ aſpiratio magis ſit græcorꝫ q̃ noſtra:itaq; ſine aſpiratióe ſcribẽda eſt.

Ancus cum.c.non aſpirato ſcribitur:fuit Numæ Pompilii nepos ex filia:& quartus romanorũ rex.ſic quoq; cognominatus teſte Seruio ſuper ſexto æneidos ab αγκονοσ.ideſt a cubito quem in curuum habebat.

Androgynos cũ.r.poſt.d.& ante.o.atq;.i.græco ſcribitur.Is dicitur qui uir eſt & fœmina. Nam componitur ex ἀνδροσ ideſt hominis:& γυνησ fœminæ:quaſi ex homine & fœmina.

Androgeus cuꝫ.r.poſt.d.& ante.o.atq;.e.abſq; diphthongo ſcribitur: fuit Minois cretæ regis filius indolis admirandæ:qui cum athenis cæteros paleſtra ſuperaret:ab athenienſibus:& megarenſibus dolo occiſus fuit:contra quos inſurgens Minos capta megarenſium urbe:& occiſo Niſo illius rege athenienſes duro tributo coegit.Aliꝰ fuit nobilis græcꝰ:quẽ Virgi.altis carminibꝰ occiſũ narrat ab Aenea:q̃ nocte Iliõ captũ fuit

Andromache cũ.r.poſt.d.& ante.o.atq;.ch.aſpirato ſcribit̃.unde cóponit̃ ex andros.i.hoĩs: & mache hoc ẽ pugna:quaſi hoĩs pugna fuit Hectoris dilectiſſima cóiunx filia Eetióis thebarꝫ in cilicia regis. ut oſtẽdit Homerus libro iliados.vi.Nã inducẽs illã cũ Hectore loquẽtẽ lamẽtariq; miſerabiliter rettulit de Achille:q patriã ſuã thebas in qua orta fuerat euerterat:& patrẽ regẽ ſeptẽq; ſuos fratres occiderat:traxeratq; captiuam matrẽ quam deinde immenſa ſumma redemptam:Diana apud ædes paternas cómorantẽ ſagittis interfecit.

Andria cum.i.latio ſcribitur.dicta ſic quoq; fuit fœmina quædam terẽtiana:quia ex andro inſula maris ægæi athenas uenerat.

Andron cum.r.poſt.d.ſcribit̃:locus eſt domicilii anguſtior longitudine: in quo uiri plurimũ morabantur:ut gynæcium in quo mulieres quemadmodum in ſua dictione uidebimus.

Andruare cũ.r.poſt.d.& ante.u.ſcribit̃:apud nos dicit̃ recurrere:& a uerbo græco dicit̃ qđ eſt ανδραμειν.

Antheum cum.th.aſpirato ſcribitur:herba eſt boni odoris.

Anger cum.e.abſq; diphthógo ſcribit̃:fluuius eſt ex illyricis uerſus boream fluens:& primo teſte Herodoto libro hiſtoriarꝫ.iiii.in cápũ triballicũ:deinde in fluuiũ brongũ & brongus ultimo in iſtrum defluit.

Anyſis penultima cũ.y.græco:& ultima cũ.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarꝫ.ii. ægypti rex qui poſt Aſychin in ægypto regnauit.& cũ cæcꝰ eẽt fugatus fuit a Sabaco æthiopũ rege.ut idem auctor oſtẽdit.

Anytus cũ.y.græco & nó aſpirato ſcribit̃:fuit atheniẽſis uir locuples:& factioſus.hic cũ ob ſuas ineptias nónunq̃ a Socrate rideret̃: nó potuit id modeſte ferre.ſed ita excandeſcens primuꝫ in Socratis maledicta cum nónullos ꝓuocauit: tũ Ariſtophanẽ poetã comicũ doctũ q̃dem:ſed hominem parũ probũ q accæpta ab illo grandi pecunia cótra Socratẽ comœdiã ſcripſit.cuius titulus eſt νεφελαι.i.nebulæ quin & agendã illã ĩ ſcæna ſpectandãq; curauit in qua cũ plura in Socratẽ tum illud cóſingit eũ nebulas colere.& athenienſiũ religionibus detractare:& præter hæc iuuenũ mẽtes ſic imbuere:ut parentibꝰ manus inferre pie & officioſe poſſent.Quæ res cũ uniuerſum popolũ in ea ipſa recitatióe a Socratis charitate:& reuerentia auerteret:Anytus ipſe cũ duobus aliis poſtridie adhuc calentibus auribus populi ab ipſa recitatione Socratẽ in iudiciũ traxit. Nã ut dixit Plato in apologia tres illũ accuſauerũt Anytus:Lycon:& Melitus: quæ ſane coniuratio hoc modo geſta eſt:Melitus cuiꝰ noĩe accuſatio ſcripta fuit:Meliti filius Socratẽ Sophroniſci filiũ de his criminibꝰ impetit:iura uiolat Socrates:quæ ex maiorꝫ inſtituto ſuſcæpit ciuitas deos eẽ nó æſtimás.alia noua dæmonia inducit contra ius itẽ & fas.Iuuenes corrũpit:pœna illi mors.Ab cuiꝰ defenſione cũ diſcipulꝰ Plato ſurrexiſſet:orationẽ illã exorſus eẽt:cuius initiũ eſt ὅτι ὑμεισ ὦ ανδρεσ ἀθηναῖοι tantus a iudicibus clamor obiectus eſt ut diſcederet:& cunctis aliis dicẽdi ac deferẽdi facultas præcæpta fuerit . Quare furore quodã & ira morte dãnatus eſt Socrates:nec multis diebus poſt dato illi ueneno ex publico in carcere mortuus eſt:ſꝫ poſt paucos dies ductus pœnitentia populus q̃uis ſero interfectũ luget Socratẽ.prædicant omnes illũ ſanctitate ac clariſſimarꝫ omniũ uirtutũ uenerabilẽ extitiſſe.indicit̃ publicus mœror: claudunt̃ officinæ: & gymnaſia: fit impetus in accuſatores: qui omnes & ſupplicio affecti & fugati fuerunt . Socrati uero ab athenienſibus ærea ſtatuta Lyſippi opus in celeberrimo loco ſita fuit.

Anius cum.i.latino ſcribitur:rex fuit in delo:dicente Virgilio libro æneidos.ii. Rex anius rex idem hominũ phœbiq; ſacerdos:de quo Ouidius metamorpho.xiiii.plura ſcripſit.hic filiũ habuit Andrũ: a quo andros inſula in qua regnauit denominata fuit.ut oſtendit Ouidius præfato loco.

Annus cũ duplici.n.ſcribit̃:& idẽ eſt teſte Feſto quod græce ἔννον dicit̃.unde quod nos triẽniũ illi τριεννον uocauere.aliqui uero nó græcũ ſed latinũ eẽ dixerũt:ut Atteius Capito teſte Macrobio libro.i.ſaturnaliũ q

annũ ipſum a circuitu temporis dictũ putat:eo ꝙ ueteres an pro circum ponere ſolebant.ut Cato in origi/
nibus oratoꝝ inquit.anterminũ ꝓ circum terminũ:& ambire q̃ſi circũ ire dicit̃:ſic annus q̃ſi circũ nũc dicit̃:
Veꝝ ipſius anni diuerſæ apud antiquos cõputatiões fuere:q̃s Macrobius p̃fato libro recenſuit: ſed poſt oẽs
Iulius Cæſar imitatus ægyptios ſolos.ut dixit Macrobius diuinaꝝ rerũ oĩuꝫ cõſcios ad noſtrũ ſolis: qui tre/
centis ſexagintaquinq̃:& quadrante curſum cõficit annũ redegit:de quo Ouidius li.faſtorum.iii.ait.

Is decies ſenos tercentum:& quinq̃ diebus
Iunxit:& e pleno tempore iuncta die.

Quare Cæſar in cõuiuio Cleopatræ apud Lucanũ libro.x.dicebat ad Chorebũ:Nõ meus eudoxi uincat̃ fa/
ſtibus annus. Nã ſicut lunaris annus mẽſis ẽ:q a Luna paulo minus q̃ mẽſem ĩ zodiaci circuitiõe cõſumit:ita
ſolis annus eoꝝ dieꝝ numero colligẽdus fuit:quo zodiacũ ipm ſua circuitiõe cõficit:hoc ẽ dũ ad id ſignũ ſe
denuo uertat:ex quo digreſſus eſt:unde annus uertẽs ab antiqs uocabat̃:& dicebat̃ magnus cũ lunæ annus
breuis uideret̃: dicẽte Virgilio li.æneі.iii.Interea magnũ ſol circũuoluit̃ annũ. & ab anno annona deducit̃
q̃ anni ẽ alimonia.& cum duplici.n.ſimiliter ſcribit̃:habetq̃ accẽtũ in penultima:nec tantũ ẽ frumẽtaria: ſꝫ
etiã aliaꝝ reꝝ ut Cicero li.ii.de diuinatiõe:ſi Epicuri de uoluptate liber roſus eẽt:putarẽ annonã in macello
cariorẽ fore:licet forte macellũ nõ tantũ ꝓ loco ubi caro uẽdi cõſueuit accipit̃:ſed ubi & frumẽta. Annales
ſimiliter ab anno deducunt̃:in qbus res geſtæ ꝑ annũ ſcribebant̃:quæ etiã penultimã ꝓducit ſecundũ eã grã
maticæ regulã:q̃ dicit̃ oĩa denominatiua q̃ in ſingulari noĩatiuo terminant̃ in alis ut aĩalis liberalis: & ſimi/
lia penultimã ꝓduci cõperiunt̃:atq̃ ꝑ unicũ.l.ſcribi cõſueuerũt.ſimiliter & ab anno anniculus puer: & ami
cula puella:& amiculum iumẽtuꝫ deducit̃:hoc ẽ unius anni ſicut bimus bima bimum duoꝝ annoꝝ: trimus
trima trimũ trium annoꝝ:q̃drimus q̃drima q̃drimum quattuor annoꝝ:& nõ ampli⁹ cõperit̃:q̃ ſane diminu
tiua nõ ſunt.Nec de animabus mõ ſed de inanimatis idẽ dicere poſſumus:ut anniculum uinũ:bimum oleuꝫ
de pueris tamẽ magis loqmur ꝑ diminutiuum bimulus trimul⁹ quadrimul⁹:qa inter hos annos adhuc pui
ſunt.Reperimus etiã apud iuriſcõſultos bima trima q̃drima die ꝓ tpe biennii:triennii:q̃driennii . Nã diẽ in
fœminino ꝓ tpe accipit̃:ut ipſa dies fecit hoĩeꝫ prudẽtẽ:& multa dies dat magnã hominib⁹ expiẽtiã.unde Pæ
dianus dieculã ꝓ puo tpe uult fieri:quod noſtri tẽporis iuriſpiti nõ intelligunt.dicim⁹ tamẽ in maſculino ex/
terno die craſtino die:nõ heſterna die & craſtina.ad diẽ nõ uenit:ad diẽ nõ affluit.i.die præſtituto.

A nonymus cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt a noſtris abſq̃ nomine.

A ntæus cum.t.nõ aſpirato &.æ.diphthongo in emẽdatiſſimis græcoꝝ codicib⁹ ſcriptum cõperi. at coꝝ nõ/
nulli cum.th.aſpirato &.e.ſimplici ſcribẽdũ uolunt: dicẽtes cõpoſitum uocabulum eẽ ex anti præpoſitione
græca quæ in cõpoſitione plærunq̃ apud nos contra deſignat:& heos dictione aſpirata:& ſine diphthon/
go quæ ſolẽ indicat:quaſi cõtra ſolẽ fuiſſe dicatur.Nam fuit gigas libycus ex mauritania ab Hercule uictus
quemadmodum plura de eo ſcripſit Lucanus libro quarto.

A ntagoras cum.t.exili ſcribitur:nomen fuit uiri proprium:de quo ſæpe Plutarchus.

A ntalcides abſq̃ aliq̃ aſpiratiõe &.i.latino ſcribit̃:nomẽ fuit ꝓprium uiri ſpartani.ut oſtendit Plutarchus.

A ntandrum cum.t.exili ſcribit̃ ſaxum ẽ magis q̃ inſula.ut Plinius li.iiii.naturalis hiſtoriæ:& Solinus itidẽ fe
runt:dicẽtes iter teneduꝫ:& chium:q̃ ægeus ſinus pãditur a dextera nauigantib⁹ ſaxum eſt:quod antãdrum
dicimus:hoc enĩ ueri⁹ q̃ inſulæ nomẽ meruit.Et quoniã uiſentibus ꝓcul capræ ſimilitudinẽ rep̃ſentat: quã
græci ægã nuncupãt:ab eo ægænm ſinum dictum nõnulli putauere:ut ſupra uidim⁹.ẽ etiã eiuſdẽ nois ciui/
tas in phrygia dicta antandros:teſte Seruio ſup.iii.ænei.uel ꝙ de antandro inſula eã cõdiderunt coloni.uel
ꝙ græci uenientes ꝑ thraciã cæpere Polydoꝝ:ꝓ cui⁹ p̃cio hãc habuere ciuitatẽ:quæ ex facto nomen accæpit:
hoc ẽ ὀντι ἀνδρος.i.ꝓ hoĩe quẽ poſt accæptum precium occidiſſe lapidibus ferunt.Euripides uero aliter
dixit:quẽ Virgilius ipſe nõ ſequitur.Sub ciuitate igitur phrygiæ magis q̃ ſub inſula ſe ad diſceſſum præpa/
raſſe Aeneam ex Seruii expoſitione oſtendere uidetur Virgilius cum ait: Claſſemq̃ ſub ipſa Antandro &
phrygiæ molimur montibus idæ.

A ntapodoſis cum.t.nõ aſpirato ſcribitur dici põt a noſtris retributio.Nã cõponit̃ ex anti & apo p̃poſitioni/
bus:q̃ re indicãt :& doſis datio:ponitur figura cum media primis & ultimis cõueniunt:ut ueſtrum iã hoc fa
ctum repræhendo .p.c.nõ meum ac pulcherrimum qdẽ factum:uerum ut dixi nõ meum ſed ueſtrum.

A nteas cum.t.nõ aſpirato &.e.ſine diphthongo ſcribitur:fuit teſte Plutharcho ſcytharum rex.

A ntemunta cum.t.nõ aſpirato utrobiq̃ ſcribitur:urbs fuit in aſia ad litora ponti:nunc teſte Plinio li.vi.natu
ralis hiſtoriæ deſerta:quõdã adeo glorioſa.ut Timoſthenes ĩ eã trecẽtas natiões:q̃ diſſimilib⁹ linguis uterẽt̃
deſcẽdere ꝓdiderit:& pgit:ſunt q cõditã eã ab Amphito:& Telchio Caſtoris ac Pollucis aurigis putant.

A ntenor cum.t.exili &.t.abſq̃ diphthõgo ſcribit̃:fuit troianus nobilis: q teſte Homero li.iii.iliados tpe bel/
li troiani a re militari ob ſenium olim deſueuerat.Sꝫ in curia ſenatuq̃:& dicẽda ſnĩa erat utiliſſim⁹. hunc cũ
Aenea patriã græcis ꝓdidiſſe creditũ ẽ:ſed ad ptes uenetiæ inde deueniẽs:patauiuum urbẽ ædificaſſe dicit̃.

A nthedon cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii.iliados boetiorum urbs.

A nthemion cum.th.aſpirato ſcribitur &.i.latino:fuit troianus pater Simoẽſii ut in ea dictione uidebimus.

A nti cum.t.exili ut ſupra uidimus:&.i.latino ſcribitur: præpoſitio græca eſt quæ in compoſitione apud nos

plærunq; contra dicit;extra cópoſitionem uero apud illos cóſtruitur cũ genitiuo:& tunc apud nos deſignat id quod pro nónunq̃;etiam in compoſitione idem efficit.

A ntias cũ.t.nó aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:fuit uxor Prœti:ex q̃ prœtides genuit:ut uidebim⁹ ĩ dictióe Prœt⁹.

A ntibacchius cũ.i.latino utrobiq;:& geminato.c.ac ſecũdo aſpirato ſcribit᷑:pes ẽ cótrarius bacchio.ná conſtat ex duabus longis:& una breui:temporum quinq;:ut natura Pompeius.

A nticyra abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino in antepenultima: in penultima uero cũ.y.græco ſcribit᷑: Inſula eſt ad regioné phocaici ptinens in corinthũ uerſa.& portũ habés amplũ multarũq; nauium capacé:habetq; oppidũ eiuſdé nois ut móſtrat Liui⁹ li.ii.de bello macedonico ĩ hac elleboꝝ naſci ab auctorib⁹ oib⁹ ꝓfitet᷑: unde ait Ouidi⁹ li.iiii.de ponto:I bibe dixiſſem purgátes pectora ſuccos.Quicqd & ĩ tota naſcit᷑ anticyra.

A nticlea abſq; aliq̃ aſpiratione &.i.latino ſcribit᷑:fuit Vlyxis mater: quæ cũ duceret᷑ad Laertæ nuptias ab Siſypho latrone Aeoli filio capit᷑: & adulterat᷑.Alii dicunt cũ Laertæ iam nupſiſſet:& ad oraculũ pergeret cóſultura:captá a Siſypho latrone:& ut multi putant ex eo Vlyxé concæpiſſe.Quod Aiax apud Ouidiũ.xiii.metamorphoſe.improperauit Vlyxi cum dixit:Et ſanguine cretus Siſyphio.alii pũtant Vlyxis matrem Auſtoliam cognominatam fuiſſe.

A ntidotum abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur:apud nos dici poteſt ex cótrario datum:cum cótrariis contraria curari dicantur.

A ntigonus cũ.t.exili &.i.latino ſcribit᷑:quo noíe uiri plures clari uocitati ſunt.Vnus fuit Theſei & Phedræ filius maior natu Demophoóte:q poſt fugatũ ab athenienſib⁹ patré:rex creat᷑:& mutato noíe Mneſteus dictus ẽ.Alius fuit macedoniæ rex:& unus ex principib⁹ Alexandri:poſt cuius morté plurima bella geſſit.Ali⁹ rex fuit iudæoꝝ:& ab Herode aſcolonita in carcere obtruncatus.Alius philoſophus fuit cynicus de agricultura ſcribens.ut dixit Varro libro primo de agricultura.

A ntigone ſimili mó ſcribit᷑:quo noíe plures etiá fuerũt illuſtres fœminæ. Vna Laomedontis filia & Priami ſoror:quæ cũ Iunoni in pulchritudine ſe præferret auulſa illi lingua cóuertit᷑ in ciconiá. Alia fuit Oedipi regis thebaꝝ filia:quæ patri cæco & a Creonte in exiliũ miſſo ducatũ præſtabat.ut Seneca in Oedipo: & Statius in thebaide atteſtant᷑.Et cũ inde ad exhibendas ultimas lachrymas fratribus aduerſus Creontis ĩperia nocturno tpe in cápum martiũ pueniſſet:& ſororé Argiá Polynicis cóiugé ad ſimile officiuꝫ cóperiſſet: cremarétq; ambæ pemptoꝝ fratrũ cadauera:iuſſu Creontis capta:& occiſa fuit:de qua Iuuenalis in ſatyra Stémata quid faciũt meminit:cum contra Neronem q trœgedias canendo per peregrina pulpita pergebat inquit:Ante pedes domiti longum tu pone thyeſte Syrma uel antigones.

A ntilogia cum.i.latino utrobiq; ſcribit᷑:dici poteſt contradictio ſeu refragatio.

A nthylla cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribit᷑:atq; duplicato.l.fuit teſte Herodoto urbs in ægypto.

A nthia cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:fuit ciuitas in argo propinqua pylo:& ſub dominio Agamemnonis.ut oſtendit Homerus libro iliados nono.

A ntim⁹ cũ.t.nó aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Homero li.iiii.iliados:Priami regis fili⁹:& bello ſtrenu⁹.

A ntimachus cũ.t.exili &.i.latino atq;.ch.aſpirato ſcribit᷑:fuit græcus poeta :q cũ doloré ſuũ qué e morte clariſſimæ uxoris Lyſidices concæperat lenire uellet:elegiá ſcripſit:in qua calamitates oés heroũ altius repetés enumerauit.Alius fuit troianus q teſte Homoro li.xi.iliados:donis Alexandri auroq; corruptus:impediménto fuit quo ſecius Helena Menelao redderet᷑:imo ꝓ cócione troianos hortat⁹ ẽ:Ne Menalaũ dũ ad eos cũ dio Vlyxe legatus iret redire ſinerent:ſed intra urbem atq; illic ſtatim trucidarent.

A ntiopa cũ.t.nó aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero li.xi.odiſſeæ Aſopi filia.ait eni ſic ἀντιόπην ἰδον ἀσώποιο θυγάτρα:hoc ẽ Antiopá uidi Aſopi filiá.nónulli uero ex noſtris Nyctei regis in leſbo filiá fuiſſe dicũt.hæc Lyco thebaꝝ regi nupſit:quá ut dixit Ouidius li.metamor.vi.Satyri cælatus imagine pulchra Iuppiter impleuit gemino nycteida fœtu.Ná teſte Homero eodeꝫ li.xi. odyſſeæ peperit illi duos filios Amphioné.ſ.& Zetũ οἱ πρῶτοι θήβης ἕδος ἔκτισαν:hoc ẽ q primi ſacrariũ thebaꝝ ædificauere: hoc ẽ ante cadmũ.Sed de hac antiopa reliqua plene uidebimus in dictione Dirce.Alia fuit amazonum regina.

A ntiochia cum.t.ſine aſpiratóe &.ch.aſpirato atq;.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Plinio li.vi.naturalis hiſto.urbs in ſyria epiphane olim cognoíata:quam Seleuc⁹ Nicanor Antiochi filius ob ſuæ originis memoriá cóndidit hanc fluuius horótes diuidit.Alia eſt iuxta pſicũ ſinũ:quá Antiochus rex olim condidit.

A ntonomaſia cũ.t.nó aſpiro &.i.latino ſcribit᷑:dici pót latine ꝓ noíe.i.uice noís poſitio:ut Maia genit⁹ pro Mercurio:magnanimus anchiſiades ꝓ Aenea.Virg.iii.æneidos.Infœlix puer atq; impar cógreſſus Achilli.Quin & hæc figura melius dicédo poetá intellgimus Virgiliũ & græci Homeꝝ Saturniá ꝓ Iunone:ut dixit Seruius & cóſimilia:& hoc melius ẽ exemplũ q̃ ſuperiora:ubi ꝓprie eſt perifraſis ideſt circuitio.

A nthores cũ.th.aſpirato ſcribit᷑:nomé ẽ uiri ꝓpriũ:de quo Virgili⁹ li.ænei.x.Egregiũ anthoré latus inter & ilia fugit Herculis anthoré comité.eſtq; cópoſitũ nomé ex ἀνθῶν:quod ẽ florés & uirens atq; ῥέω uerbo quod ẽ fluo:quia tũc quoq; florés in morté defluxit:unde more homerico Virgili⁹ noſter ut plurimũ noía cófinxit.Nec pót dici in noíatiuo Anthor:cum penultima in accuſatiuo longa ſit:& noía terminata in or in obliquis caſibus penultimá corripiant.ut Hector hectoris.Neſtor neſtoris.Caſtor caſtoris.

A ntho cum.th.aſpirato ſcribit᷑:fuit Amulii albanorum regis filia.

A ntiphates cum.t.non aſpirato utrobiq; &.i.latino ſcribitur:fuit Melampiꝰ medici filius:ex Iphianaſſa filia Prœti:& fuit pater Oiclei.

A ntiphona cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:poteſt latine interpretari uox,reciproca.

A ntiphraſis cū.t.nó aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribit᷑:ſermo dicit᷑ ꝑ contrariū intelligēdus:ut lucus qa luce careat:Manes qa immites:Eumenides qa furiæ:parcæ qa nemini parcát.Qua figura nónūq; quos nanos cóſpicimꝰ Atlátes uocamꝰ: æthiopes argēteos:& ſimilia. Ná cóponit᷑ ex anti qd᷑ é cótra:& φρασισ locutio.

A ntiphus cū.t.nó aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Homero li.ii.iliados: Theſſali filius & nepos Herculis qui cum fratre Phidippo dux triginta nauium cum aliis græcis ad troiam cómigrauit.

A ntiptoſis cū.t.exili utrobiq; &.i.latino ſcribit᷑ dici poteſt latine ꝓ caſu:figura é quando caſus ꝓ altero caſu ponit᷑.Virgiliꝰ li.ænei.i.Vrbē quá ſtatuo ueſtrá é.Terentius in ꝓlogo:fabulas quas feciſſet populo placerét ꝓ fabulæ.Virgilius in.x.Hæret pede pes:Denſuſq; uiro uir:hoc eſt pedi pes:Denſuſq; uiro uir:hoc eſt pedi pes.Et cóponitur antiptoſis ex anti quod eſt pro:& πτῶσισ caſus.

A ntiſigma cū.t.nó aſpirato &.i.latino utrobiq; atq; unico.m.ſcribit᷑:ante quod i euphoniæ cauſa:hoc é plenioris ſoni a noſtris interponit᷑.g.Ná ea littera cognominat᷑:quæ inuerſa ad ipm̄ ſigma græcū deſcribit᷑ uidelicet.ϛ.Ex qua & ſigma formauit Claudius Cæſar alterius litteræ figurá:quá ꝓ.ψ.græco ſcribēdá ſtatuit uidelicet & a parte totá litterá antiſigma cognominauit:ut ſupra uidimus cū de ea tractauimus.

A ntiſmos cum.t.non aſpirato &.i.latino ſcribitur:figura eſt qua aliquid ſimplicitate ruſtica expolitur: & ad urbanitaté quandam reducitur. ut Virgilius in Palæmone.

Qui bauium non odit amet tua carmina meui:
Atq; idem iungat uulpes:& mulgeat hircos.

A ntiſthenes antepenultima cū.t.exili &.i.latino:penultima cum .th.aſpirato ſcribit᷑. fuit philoſophus Antiſthenis athenienſis filius.hic in initio Gorgiá audiuit oratoré: deinde Socrati ſeſe addixit.Et cū habitaret in pyræo:quotidie quadraginta ſtadiis emenſus audiebat Socraté:a quo tolerátiá addiſcés: tranquillitatiſq; illius imitator effectus:cynicá prior ſectá inchoauit:princepſq; in ea fuit:Platoné inſimulabat faſtu turgidū Et cū audiſſet aliquádo Platoné ſibi maledicere.Regium inquit eſt male audire cū benefeceris. libros multos:& diuerſarum rerum ſcripſit.fuerūt & alii Antiſthenes tres.unꝰ de ſchola Heracliti.alius epheſius. Tertius rhodius hiſtoricus.

A ntiſtœchon antepenultima cū.t.nó aſpirato &.i.latino:penultima cum.t.ſimplici:&.œ.diphthógo:ultima cū.ch.aſpirato ſcribit᷑:dici pót ꝓlittera.Ná anti dicit pro & ϛοῖχον littera.unde tropus eſt cū littera ponitur ꝓ littera.Virgilius li.ænei.i.Mirat᷑ molem æneas magalia quondá: ubi magalia ꝓ magaria dixit: ponés l.ꝓ.r.Ná megaron pœnorū lingua uillá deſignat.Ité ſella pro ſedda:meditor pro melitor.

A ntiſtoche eadem figura eſt cum ſuperiori:& eandem habet compoſitionem:ſed quaſdam litteras amouemus:ut patet ex ſuperiori.

A ntitheſis penultima cū.th.aſpirato ſcribit᷑.pót dici ꝓ altero poſitio.Ná cóponit᷑ ab anti quod é ꝓ:& ϑέσισ poſitio.Alii uero anti pro contra accipientes obiectū traxerunt:ut Olli ſurridens pro illi.

A ntitheꝰ ſecūda cū.t.nó aſpirato &.i.latino ſequés cū.th.aſpirato ſcribit᷑:fuit teſte Homero li.i.iliados:i oratione Neſtoris uir fortiſſimus:q nūq; cū centauris belligerans:aliquádo uictus:aliquádo uictor fuit.

A ntitheta ſola penultima cū.th.aſpirato ſcribit᷑:dici poſſunt a noſtris cótrapoſita.Ná figura é:cū cótratra cótrariis opponunt᷑:& ſententiæ pulchritudiné reddunt.ut apud Ouidiū li.i.metamorpho.Frigida pugnabat calidis:humentia ſiccis:Mollia cū duris:ſine pondere habentia pondus.

A nthropophagi cū.th.aſpirato ſcribit᷑: dicunt᷑ latine illi q humana carne ueſcunt᷑. Ná ἀνθρώπος a noſtris homo dicit᷑:& φάγω comedo.Similiter pāphagi omnia mandentes:πᾶν enī omnia deſignat.

A ntrum cum.t.ſine aſpiratione ſcribitur.

A nubis cum.i.latino ſcribit᷑:uocabulū é ægyptiū:quod apud nos cané indicat.In cuiꝰ forma Mercuriꝰ ipe colebat᷑.unde Virgilius li.viii.ænei. Omnigenūq; deū monſtra ac latrator anubis. & facit in genitiuo anubidis.ut Ouidius li.i.de ſine titulo:Per tua ſacra precor per anubidis ora uerendi.

A nus cū unico.n.ſcribi iá cóſueuit: & nó cum duplicato:ut antiqui cóſueuerunt:q teſte Feſto ab annoꝝ multitudine dictam putabant.At moderniores ex a quod eſt ſine & νοῦσ intellectus compoſitam putant: ideo cum unico.n.ſcribunt.

A nxyrus cū.y.græco ſcribit᷑:uocatꝰ eſt Iuppiter a cāpanis:cóponit᷑ ab ἄνευ quod eſt ſine:& ξύρω rado:quaſi abſq; raſura ſit:& imberbis.nam ſic quoq; apud illos colebat᷑. unde ait Virgilius li.vii.ænei. Circæūq; iugū qs iuppiter anxyrus aruis Præſidet & uiridi gaudens feronia luco.Et inde tractū anxur puto cóuerſione.y.græci in.u.noſtrū.Ná olim teſte Liuio li.iiii.ab urbe dicebat᷑ anxur:quod tunc tarrhacina dicitur.

A nxur cū.x.conſonante ſcribit᷑ oppidū fuit uulſcæ gétis:quod nunc tarrhacina dicit᷑.ut Ennius:Vulſculus ꝑdidit anxur.& facit in genitino anxuris.ut Lucanus li.iii.Iamq; & præcipites ſuperauerat anxuris arces.

A onia cum.i.latino ſcribitur:Eſt boetiæ pars mótana ab Aone rege dicta.Virgilius in ſileno:Aonas in mótes

ut duxerit una ſororum. Nā & alio nomine phocis dicta fuit: in qua ſub mōte parnaſo ciuitas delphis Apol
linis oraculo clariſſima fuit.
Aonides cū.i.latino ſcribitur: dictæ ſunt muſæ a fonte Aone in aonia regione boetiæ illis cōſecratos. unde Iu-
uenalis: Cupidus ſiluarum aptuſq; bibendis Fontibus aonidum.
Apamia cum.i.latino ſcribitur: urbs eſt minoris aſiæ: quæ prius dicta fuit celene: ut in ea dictione uidebimus.
hanc Seleucus Nicanor conſtruxit: quam marſias fluuius circumfluit. Quin & ex eius arce meander fluuius
caput attollere ſcribit̃. in eadē Marſias natus & ſepultus eſt: ut ſuis dictionibus hæc omnia uidebimus.
Apamea cum unico.p.& unico.m.atq;.e.abſq; diphthongo ſcribitur: inſula eſt teſte Plinio a tigridis fluuio
circūfuſa: cui Antiochus id nomen a ſuæ matris nomine impoſuit.
Aparytae cū.y.græco ſcribit̃ populi ſunt aſiæ ſcythicæ. ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum.iiii.
Aphæreſis cum.ph.aſpirato &.æ.diphthongo in antepenultima ſcribit̃: dici poteſt abſciſio. Nā ab αφαιρέω
uerbo: quod eſt abſcindo deſcendit. unde figura dicitur quæ a principio dictionis litteram uel ſyllabam au
fert: ut pone metum cytherea: pro depone: temno pro contemno: capiere pro decipere. Virgilius li.geor-
gicorū.i. Neq; inſidiis noctis capiere ſerenæ.
Apelles cum unico.p.& geminato.l.ſcribitur: fuit pictor eximius patria cous. & teſte Quintiliano libro.xii.
de inſtitutione oratoria ingenio & gratia quam in ſe maxime iactabat præſtantiſſimus. Nam ut ait plinius li
bro.xxxv.naturalis hiſtoriæ omnes prius genitos futuroſq; poſtea ſuperauit. & picturæ plura ſolus prope
ꝗ̄ ceteri omnes contulit. Voluminibus etiam ad Perſeum diſcipulum ſuū editis quæ doctrinam eam cōtine
rent. fuitq; Olympiade centeſima duodecima. Huius quæ ſint nobiliſſimæ picturæ dixit Plinius nō eſſe faci
le dici: ſed ſumme laudauit Venerem ab eo pictam exeuntē e mari: quā poſtea romam adductam Diuus Au
guſtus dicauit in delubro patris Cæſaris: quæ ἀναδυόμενε uocatur uerſibus græcis. cuius inferiorem par-
tem corruptam: qui reficeret non potuit reperiri. cōſenuit hæc tabula carie & aliam pro ea ſubſtituit. Nero
principatu ſuo de Rhotæ manu: de qua puto locutus eſt Ouidius libro tertio de arte cum dixit: Si Venerē
cous nunꝗ̄ pinxiſſet apelles: Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis. Verum & aliam Venerem eodem Plinio
inchoauerat cui ſuperaturo etiam illam ſuam priorem inuidit mors peracta parte: nec qui ſuccederet operi
ad præſcripta liniamenta inuentus eſt. Pinxit & Alexandrum magnum fulmen tenentem in templo epheſiæ
Dianæ: & fulmen extra tabulam uideri ſcribentes meminerint. & infra ſubdit idē auctor: pinxit quæ pingi
non poſſunt: tonitrua fulgetra fulgura & ſimilia. Quare ut nonnulli ferunt Alexander magnꝰ a nullo alio
poſſe pingi edicto poſito capitali edixit. fuit illi æqualis Ariſtides thebanus: ut in ea dictione uidebimus.
Apes cum unico.p.ſcribitur: uolatile notum eſt. ſed componitur dictio ex a quod eſt ſine & pes: quia ſine pe-
dibus naſcitur: dicēte Virgilio libro georgi.iiii. Trunca pedum primo: mox & ſtridentia pennis Miſcentur
tenueq; magis magis aera carpunt. Reperit̃ & apis in nominatiuo cum.i.latino. ut apud Ouidium libro me
tamorpho.xiiii. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. Et libro de ponto: Melle quod in cæris attica po
nit apis. ſed hoc perꝗ̄ rarum eſt. Quare in genitiuo plurali facit apium uel apum. & ab apis ut dixit Priſci-
anus in.vi.fit diminutiuū apicula. alii non ab apis: ſed ab apes deduci magis uolunt: ut ædicula ab ædes: ſe-
dicula a ſedes: cædicula a cædes: non apecula ædecula ſedecula cædecula. ſimiliter a fides teſte Seruio & Fe-
ſto non fit fidecula ſed fidicula. Quare non uerum eſſe uidetur: quod contra Seruiū dixit Priſcanus in.iiii.
fidicula a fidis deriuatur: quod in nominatiuo ab antiquis inauditum eſt. unde ſic ſcribit Feſtus Pompeius
Fides genus citharæ dictæ ꝙ tantum inter ſe chordæ eius: quantū inter homines fides concordet. Non ergo
fidis ſed fides dicendum eſt: & ab eo fidicula: quæ parua eſt cithara uel chordula: ubi pars totum deſignat.
Quin & componitur cum cado & dicitur fidicen: ſicut cornicen ex cornu & cano: tibicen ex tibia & cano: tu
bicen ex tuba ſimiliter & cano. Quæ omnia habent penultimam correptam excæpto tibicen. In quo ſolo ꝑ
ſynæreſim duo.ii.breuia in unum.i.longum ſunt conuerſa. Nanq; debuerat geminari.i.& dici tibiicen: cū
tibia habeat i ante a & ipſum a ſemper in huiuſmodi compoſitionibus conuertatur in i ut cado incido: fa-
cio inficio: tuba tubicen: iacio iniicio abiicio: quia remanſit primum i: & a quod ſequebatur in ſecundum.i.
fuit conuerſum: ſic tibia tibiicen cum geminato.i.facere debuerat: ſed per ſynæreſim duarum.ii. breuium
in unā longam fecit tibicen. At de fidicula id rurſus aduertendum eſt: ꝙ in plurali non eandem ſignificatio
nem detinet: ſed fidiculæ in plurali tortorium quoddam inſtrumentum eſt: ex duobus: ut reor & obliquatis
lignis compactum: uel ab extorquenda fide ac ueritate: uel a nerueis funibus uinculiſq;: quibus ad illum
modum homines torquendi alligabantur. Et huiuſcemodi diminutiuorū formæ tam penultimam ꝗ̄ ante-
penultimam corripiunt: excæpta cuticula: quæ antepenultimam producit. ut Iuuenalis Combibet æſtiuum
contracta cuticula ſolem: quod eum facere metri neceſſitas compulit. Nam quattuor breues habens dictio
in heroico poni aliter non poterat. Quamuis Virgilius in hiſce nominibus quattuor breues habentibus ſo
leat proceleumaticon ponere.
Apia cum.i.latino ſcribitur dicitur teſte Herodoto li.hiſtoriarū.iiii.a ſcythis terra.
Apidanus cum.i.latino & unico.n.ſcribitur fluuius eſt unus ex quinq; principalibus theſſaliæ: ut refert He-
rodotus libro hiſtoriarū.vii. & tarde fluere dicitur quouſq; illi commiſcetur enipheus: dicēte Lucano libro

primo: It gurgite rapto Apidanus nunq̄ꝗ: celer niſi mixtus enipheos.

A pion cum.i.latino ſcribitur: fuit unus græcus hiſtoricus: qui teſte Gellio Alexandri geſta deſcripſit. alter teſte Plinio in procœmio naturalis hiſtoriæ: fuit grammaticus: quem Tyberius Cæſar cymbalum mundi uocabat. quoniam publicæ famæ tympanum potius uideri poſſet: q̄ꝫ immortalitate donari. hunc eundem dixit idem Plinius libro trigeſimo eiuſdem uoluminis umbras euocaſſe ad percunctandum Homerū: qua in patria quibuſq; parentibus genitus eſſet. Non tamen auſum profiteri quid ſibi reſponſi ediceret.

A piſcion cum.i.latino ſcribitur: & habet accentum in penultima: nomen eſt uiri proprium troiani.

A pluſtre cum unico.p.&.t.non aſpirato ſcribitur: uocabulum eſt græcum: compoſitum ex a quod eſt ſine: & πλέω nauigo: ac ſi nauigationi neceſſaria non ſint. Nam ornamenta ſunt nauium: quæ ultra indigentiam nauigationis naui adhibebantur: unde a quibuſdam deriuatione latina ampluſtra cum.m.ante.p. uocantur: quaſi teſte Feſto: amplius eſſent q̄ꝫ neceſſario uſui euenirent: & ſic primam longam neceſſario habet ut Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: Victæq; triremis Ampluſtre. Cicero uero abſq; .m.ſcripſit: & primaꝫ poſuit breuem cum ait: Nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra. Germanicus uero Cæſar ſimiliter in aratro apluſtria cum prima longa &.i.in penultima ſcripſit cum ait: Fulgent argoæ ſtellis apluſtria puppis. Nam licet faciat ablatiuum ſingularem in hoc ampluſtri: nominatiuū tamen pluralem non ſolum in.a. ſed etiam in.ia.terminat.

A pocalypſis cum unico.l.ſequente.y.græco: & in fine cum.i.latino ſcribitur: dicitur a noſtris reuelatio. Nam componit᷑ ex ἀπό præpoſitione: quæ in cōpoſitione dicit re: & καλύπτω uerbo: qđ uelo operio uel tego.

A pophaſis cum.ph.aſpirato &.i.latino ſcribitur: dici poteſt latine abnuentia. Nam ex ἀπό præpoſitione.i. re: & φάσισ quod eſt locutio: quaſi reſponſio componitur.

A pocope cum.c.non aſpirato ſcribitur: dici poteſt latine abſciſio. Nam componitur ex ἀπό præpoſitione: quæ in compoſitione dicit ab uel re: & κόπτω ſcindo. & tunc quoq; fit cum littera uel ſyllaba de fine dictiōnis aufertur: ut Virgilius libro georgicorum primo: Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas. dixit die pro diei. Et libro æneidos primo: Troas reliquias danaum atq; immitis achilli pro Achillis. Ouidius ſimiliter: Affuit: & ſertis tempora uinctus hymen pro hymenæus. ſimiliter ſat pro ſatis: & multa alia.

A pocryphus penultima cum.c.ſimplici &.y.græco ſcribitur: dici poteſt latine abſconditus abditus. Nam ex apo præpoſitione quæ rem exagerat: & κρύφοσ: qui eſt abſconditus componitur.

A pocriſarius cum.c. non aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur: dici poteſt a noſtris reſponſalis. nam proficiſcitur ab ἀποκρίνομαι quod eſt reſpondeo: & ἀπόκρισισ reſponſum.

A pœninus cum.œ.diphthongo &.i.latino ſcribitur: mons eſt qui ab alpibus proficiſcens uniuerſam italiam uſq; in ſiciliam diuidit: dictus ab Hannibale pœno ut ſupra uidimus in dictione alpes.

A podoxis cum.i.latino utrobiq; &.x.conſonante ſcribitur: traducitur a Quintiliano euidens probatio. Alii demonſtrationem transferunt: & deſcendit a λεικω: quod eſt demonſtro.

A pologia cum unico.l.&.i.latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris reſponſio uel excuſatio. & inde apologeticō quod idem deſignat.

A pollonia cum duplici.l.&.i.latino ſcribitur: fuit nomen plurium urbium. quarum una fuit in epiro quattuor milibus paſſuum a mari diſtans: ut teſtis eſt Plinius libro quarto naturalis hiſtoriæ. Alia eodeꝫ teſte fuit in creta. alia in ſyria: ut idem libro.v.monſtrauit. alia teſte Herodoto li.hiſtoriarum.iiii.fuit in thracia.

A pollo cum duplicato.l.ſcribitur: fuit Iouis filius ex Latona eodem partu cum Diana natus: qui mox ut inſula delos exiit: & ad phocenſes adiit: Phytonem ſerpentem qui matrem Latonam perſecutus fuerat: ſagittis confecit. Diuinationis & ſapientiæ deus a poetis appellatur: medicinæque artis & herbaruꝫ uirium compertor ab Ouidio aſſeritur: quanquā Plinius libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ: Chironem eius artis compertorem dixit: ut late in dictione Hippocrates uidebimus. Citharam pulſans qua a Mercurio donatus fuerat: muſis canentibus præerat. Quare citharam tenens mitis diceba᷑. ut Horatius: Condito mitis placidoq; telo ſupplices audi pueros apollo. Nanque ſagitis armatus nocuus putabatur. ut oſtendit Homerus libro primo iliados: amauit primo Daphnem: poſt illam Hiacynthum puerum: quem qum ſecum diſco luderet agente ex inuidia Borea interfecit. Vitiauit etiam Cyrenem Penei filiam: ex qua Ariſteum ſuſcæpit: & plura quæ de illo loquuntur poetæ. Hunc pro Sole accæptum ab antiquis oſtendit Macrobius in primo ſaturnalium ex plurium auctorum teſtimonio: ut ſecundum Platonem dicatur ab ἀπάλλειν ἰάσ ακτίνασ: ideſt a iactu radiorum. Secundum Chryſippum uero ὅτι μόνός ἐςί καὶ οὐκί πολλοί: hoc eſt quia ſolus eſt: & non multi. Nam πολλοί apud græcos multos indicat: &.a.quæ eſt prima Apollinis littera negatōem facit a multis. Vnde & Solem latini dicunt ut dixit Macrobius: quia tantā claritudinē ſolꝰ obtinuit. Si qui alias interpretationes uidere cupiunt: in Macrobio legant.

A pollodorus cū duplicato.l.ſcribit᷑: habetq; accentū in penultima. fuit pictor ſua ætate maximus: hoc eſt nonageſimatertia olympiade. hic teſte Plinio libro.xxxv.naturalis hiſtoriæ: primus ſpecies exprimere inſtituit primuſq; gloriā pēnicillo iure contulit.

A poplexia cū.x.conſonante &.i.latino ſcribit᷑: dicit᷑ ſubita percuſſio ex qua ſequit᷑ mors. Naꝫ a πλήκτω de-

ducitur quod eſt percutio.

A poplecticus abſque aliqua aſpiratione & cum.c.ante.t.ſcribitur: traductum comperi enecatum ob ea quæ
ſupra diximus.

A poria cū unico.r.&.i.latino ſcribit':dicit apud latinos inopiā ſeu penuriā.

A poſtaſia cū.t.nō aſpirato &.i.latino ſcribit':dicit' a noſtris refugiū uel rebellio.& inde apoſtata rebellis.

A poſtema cū.t.non aſpiruto ſcribit':dicit' a noſtris uomica ſiue pannicula:habetq; accentū in antepenultima
apud græcos ἀποϛημα.i. recollectio.

A poſtolus cū.t.non aſpirato & unico.l.ſcribitur:dicit' a noſtris miſſus.Nāq; deſcēdit a ſecundo aoriſto uerbi
ἀποϛέλλω quod eſt mitto:ubi uerbū pdit unū.l.ut uidebimꝰ in dictione epiſtola.

A potheoſis cum.th.aſpirato ſcribitur:traductum ab antiquis quibuſdam comperi cōſecratio:ita ut compo
ni uelint ex ἀπό præpoſitione quæ aliquando ab indicat:& θεοσισ diuinitas:quaſi a diuinitate pcedens.
Vnde dixit Seruius in Daphnim:Apotheoſim idem eſſe quod relationem in deos:qum ſcilicet hominē īter
deos connumeramus.

A poſtrophe cum.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine conuerſio. Nam figura locutionis eſt quū
ad aliquem per ſecundam perſonam fit conuerſio.ut te non alloquor Aphricane:cuius mortui nomē ſplen
dori ac decori eſt ciuitati.tui clariſſimi nepotes ſuo ſanguine abluerunt inimicorum crudelitatē. ut oſtēdit
Cicero in dignitatibus.

A poſiopiſis cum.i.latino ubiq; ſcribit'.& cōponit' ex apo præpoſitione & σιοπῶ quod eſt ſileo. Nam eſt q̄ſi
intercæptū ſilentiū.ut Neptunꝰ ad uentos apud Virgiliū libro.i.æneī. Quos ego ſed motos præſtat compo
nere fluctꝰ.Nā ſubſilet' puniā uel quid ſimile.Similiter Terentius in eunucho: Ego ne illam quæ illum quæ
me quæ non. Hoc eſt: Ego ne illam digner aduentu meo: quæ illum præpoſuit mihi: quæ me ſpreuit: quæ
me nō ſuſcæpit heri.

A potheca cum.th.aſpirato &.c.ſimplici ſcribit':dici poteſt repoſitoriū uel reconditoriū.unde apud iuriſcon
ſultos obligationis genꝰ quoddā exprimit.

A pollydes cum duplicato.l.&.y.græco ſcribitur:latine deperditi dici poſſunt. Nam ab ἀπολλύω quod ē
deperdo deſcendit.Quo uocabulo uſus eſt Vlp ianus de legatis tertio qum ait: Deperditi quibus aqua et
igni interdictum eſt fideicommiſſum relinqnere non poſſunt. Quia nec teſtamentum faciendi ius habent:
qum ſint apollydes.

A pulia cum unico.p.& unico.l.atque.i.latino ſcribitur:habetque primam breuem:licet appulus appula ap
pulum primam producat:& ob id per duplex.p.ſcribatur.quod oſtendit Horatius in duobus uerſiculis in
libro tertio carminum qum ait:
Me fabuloſe uultur in appulo.
Nutricis extra limen apuliæ.
Sicque fere ſemper obſeruatum annotaui.Nanque Iuuenalis metri neceſſitate produxiſſe uidetur qu; ait:
Prouincia tanti uendit agros:ſed maiores apulia uendit. Et Horatius in primo ſermonum: Incipit ex illo
montes apulia notos Oſtentare mihi.Et eſt apulia prouintia italiæ:mari adriatico contermina:inter dauniā
ſcilicet & calabryam ſequentibus deinde ex eo latere ſalentinis. Quamq̄; nonnulli & dauniam cum apulia
eſſe uolunt:a Dauno ſcilicet Pilumni filio cognominata:dicente Plinio libro tertio naturalis hiſtoriæ Apu-
lia dauniorum cognomine a Dauno Diomedis ſocero dicta eſt.Quod de apuliæ parte intellexiſſe exiſtimo
quæ uerſus forentanos extenditur:habetq; loca ut dicunt aquarum indiga:quod Perſius ſenſiſſe uidetur:
cum ait in ſecunda ſatyra:Nec linguæ tantum ſitiat:canis appula quantum:ubi penultima breuis eſt.

A pricus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:dici poteſt latine ſolanus.Nam dictio græca eſt compoſita ex a quod
eſt ſine & φρικησ quod eſt frigus ſeu horror.Nam apud poetas & locus dicitur gaudens Sole. unde & ho-
mines aprici dicuntur. Virgilius libro georgicorum tertio:
Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis.
Perſius:Aprici meminiſſe ſenes.& inde aphricam dictam uoluit Feſtus.

A phrica cum.ph.aſpirato &.i.latino atq;.c.exili ſcribitur:interpretari poteſt ſine frigore.Nam teſte Feſto de
ſcendit ab a quod eſt ſine & φρικησ frigus:ut in præcedenti dictione uidimus.

A pries cum.i.latino ſcribitur:fuit Pſanimis regis ægypti filius:cui in regno ſucceſſit.hic conſpirantibus cum
Amaſi ægyptus.ut ſcripſit Herodotus libro hiſtoriarum ſecundo & regno & uita priuatus eſt. poſt quem
Amaſis regnauit:ille uidelicet contra quem Camby ſes Ciri filius pugnauit. Nam Amaſis alius: de quo ſu-
pra diximus longe ante regnauerat.

A phros cum.ph.aſpirato ſequente.t. ſcribitur:dicitur a noſtris ſpuma. Et inde aphrodita Venus uocatur:
quia de maris ſpuma a poetis concæpta fertur.Similiter aphronitrum ſpuma nitri uocatur.Martialis in ul-
timo:Spuma uocor nitri:dicor & aphronitrum.

A ptotus abſq; aſpiratione ſcribitur:dicitur a noſtris ſine caſu:ab a quod eſt ſine:& πτῶσισ caſus.

A ra ſine aſpiratiōe & unico.r.ſcribit':habetq; apd' græcos accētū ī ultīa:& ſignificat obſecrationē.uel ſecūdū

Seruium præces.unde κατάρα imprecatio dicitur.

Arabus cum unico.r.ſcribitur:fuit teſte Plinio li.vii.naturalis hiſtoriæ:Apollinis ex Babylone filius:quē quidam ut ait medicinam adinueniſſe uolunt.

Arabia cum unico.r.&.i.latino ſcribitur: regio eſt in aſia iudæam ab ægypto diſterminans:ſic quoq; cognominata ut aliqui uolunt ab Arabo Babylonis:& Apollinis filio.At uero Solinus arabiaꝫ ideſt ſacram interpretari dixit.hanc apud Ptolemæum in geographia triplicē eſſe comperio:fœlicem ſcilicet quæ ea eſſe uidetur: quam Plinius libro.vii.naturalis hiſtoriæ planam eſſe dixit inter Tigrim & Euphratē. Aliam uero dixit Ptolemæus petream.aliam deſertam:ab arabia arabs & arabꝰ gentilia nomina deducunt.ut Virgilius libro vii.æneidos:Siue geris inferre manu lachrymabile bellum Hyrcanis ue arabis ue parāt. Quod ab eo quod eſt arabus:& ab eo quod eſt arabs:& ab hoc arabe facit arabus.

Arabarches cum.ch.aſpirato ſcribitur & dicitur quaſi arabum arches ideſt princeps:hoc eſt ex primis arabiæ Iuuenalis ī prima ſatyra:Atq; triũphales iter q̃s auſus habere neſcio quis titulos ægyptius atq; arabarches.

Aræthyree cum.æ.diphthongo &.th.aſpirato:ſequente.y.græco ſcribitur:urbs fuit in peloponneſo: quam amœnam eſſe dixit Homerus libro iliados ſecundo.

Arachne cum unico.r.&.ch.aſpirato ante.n.ſcribitur.Nam ſic quoq; a græcis & ab antiquis noſtris ſcriptuꝫ cōperi.At uero moderni illud.ch.in.g.ob lraꝝ affinitatē cōuerterũt:& aragne iā ſcribũt cũ.g.ut ſupra uidimus mediũ ſit inter.c.exile &.ch.aſpiratũ: & eſt uermis quidā qui telā intexere:& ſuper eā aſcendere deſcēdereq; cōſueuit.unde ab ἀραρῶ qđ eſt aſcendo:ut græci dicunt deducitur. Et ut dicũt poetæ fuerat uirgo e e lydia lanificii peritiſſima: quæ cuꝫ Mineruæ in artificio ſe præponeret:ab illa in eiuſmodi beſtiolam cōuerſa fuit:de qua Ouidius libro metamorpho.vi.plene omnia pertractauit.Eſt etiam arachne urbs theſſaliæ:quam teſte Liuio libro.ii.de bello macedonico peneus fluuius alluit.

Aragne cum.g.ante.n.conſueuit iam a noſtris ſcribi:ſed a græcis cum.ch.aſpirato ſcribitur:& ſic ab antiquis latinis ſcriptum ſemper comperimus:ut a græcis ἀράχνη:a latinis arachne:ut in præcedenti dictione uidimus:& dicitur latine aranea. Virgili.libro quarto georgicorũ:In foribus ſuſpēdit aranea caſſes. & ut dixit Seruius:araneus etiā ab antiquis in maſculino dicebatur.

Araris cum unico.r.in prima & altero in ultima atq;.i.latino a græcis ſcribitur:fluuius eſt galliæ narbonenſis qui cum a monte uogeſo effluat:& per eduorum ac ſequanoꝝ fines tranſeat:tanta ſegnicie defluit: ut quonam pergat uix dignoſci poſſit.Itaq; ſtagno ſimilis per lugdunenſem coloniam burgundiæ ciuitatē egreſſus:ante urbis muros cōmiſcetur rhodano:quo teſte Lucano: Raptuꝫ uelocibus undis In mare fert ararim.

Arar idem eſt cum ſuperiori fluuio:ſed per apocopam teſte Priſtiano in.vii.ſic dicitur.ut Lucanus libro ſexto Rhodanumq; morantem Præcipitauit arar.

Ararus cum.u.uocali in fine:ſcytharum eſt fluuius.ut oſtendit Herodotus li.hiſtoriarũ.iiii.

Aracynthus cum.c.exili ſequente.y. græco:&.th. aſpirato ſcribitur:mons eſt Mineruæ ſacer: quem quidem in attica regione eſſe dicunt:quod Virgilium tetigiſſe aſſerunt cum ait:Amphion dircæus in actæo aracyntho.Alii uero nō in attica:ſed in boetia eſſe dicunt:& more paſtorali Virgiliũ fuiſſe locutum qui locuꝫ unũ pro altero ſæpe ponunt:ut ſimiliter apud Theocritum ſæpe conſpicitur.Nonnulli uero in arcadia eſſe dixerunt.Solinus uero & Plinius libro.iiii.naturalis hiſtoriæ acarnaniæ montem dicunt.Quare puto & in attica & in boetia:& in arcadia:& in acarnania eiuſdem nominis montes fuiſſe.& Virgilium in actæo dixiſſe ut alios excluderet.Vel ut alii uolunt legendum eſt in actæo cum.c.ante.t.atq;.æ. diphthongo:& non cũ duplicato.t.quod ſic quoq; litoralem ſignificat ab ἀκτή:quod eſt litus: quaſi dicere uelit Virgilius in litorali aracyntho.

Aratrum cũ.t.nō aſpirato ſcribitur.at ubi nos in ſecunda habemus a græci o ponunt dicentes ἄροτρον.

Aratus cum.t.exili ſcribitur:fuit ex aſia Cilix poeta clariſſimus:filius Athenodori ex Litophyle uxore:ut Caryſtius ſcripſit.didicitq; a Zenone philoſopho ſtoico odyſſæam Homeri.& apud Antigonũ regem macedonum poſt Alexandrum moram traxit.Et cum aſtrologiæ ignarus eſſet:de aſtrologia librum elegantiſſimuꝫ ſcripſit:dicente Cicerone libro primo de oratore:conſtat inter doctos hoīes ignarum aſtrologiæ ornatiſſimis atq; optimis uerſibus Aratum de cælo ſtelliſq; dixiſſe:& conſcripſiſſe:cuius librum Cicero ipſe & Germanicus Cæſar atq;.T.Claudius Cæſar ſic enim inſcriptum comperi hexametris uerſibus in latinum traduxerunt.Ideo dicebat Ouidius:Cum ſole & luna ſemper aratus erit.Putoq; illum in tempore Theocriti extitiſſe.Cum Aratum in quadam ſua ægloga inducat Philinum adoleſcentem ardenter amare & aliqua pro reditu Philini e chio deos precari:quæ ad aſtrologiam ſpectare uidentur.

Araxes cum.x.conſonante ſcribitur:Eſt armeniæ fluuius : dicente Lucano libro ſeptimo : Armeniumq; bibit romanus araxem.ſuper quo teſte Seruio Alexander magnus pontem fecit:quem fluminis incrementa non multo poſt ruperunt.At Auguſtꝰ firmiori ponte eũ ligauit:quapropter in ipſius Auguſti laudem dixit Virgiliꝰ li.æneі.viii.Et pontē indignatꝰ araxes ἐξ ὀυ θερμωδων φᾶσισ τάναισ τε ῥεῦσιν:ut dixit Orpheꝰ in argonautica:hoc ē ex quo thermodoō phaſis tanaiſq; fluũt.qđ ſane ab aliis q loca poſtea diligētiꝰ pſcrutati ſunt:nō eſſe ueꝝ compertũ fuit.Nam ut oſtendit Ptolemæus araxes ex monte periardes armeniæ profluit:

& in mare caſpium uerſus orientem decurrit. At flumina quæ numerauit Orpheus ex aliis locis etiam non paruo ſpatio diſtantibus oriuntur.

V rcadia cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:regio eſt in peloponneſo:& pars achaiæ inter mare Ioniū & ægæum diſpoſita ab Arcade Iouis ex caliſtone filio cognominata.dicta prius teſte Seruio parrhaſia.ut tetigit Virg. li.æneí.viii. cū ait:Parrhaſio dictū panos de morte licæi.i.more arcadico quod cognomē a ciuitate parrhaſia aſſumpſiſſe puto: de qua meminit Homerus libro iliados.ii.in hac comperta fiſtula diſparibus cicutis: & foraminibꝰ creditˀ.In eadē ſunt aſini aliis maiores & præſtantiores.Ideo ait Iuuenalis in ſatyra: Et ſpes & ratio:Quod leua in parte mamillæ nil ſalit arcadico iuueni.i.aſinino:& pauci ſenſus.In eadē palus ē lernæa ubi ab Hercule fuit hydra mactata:ut in dictione hydra uidebimꝰ.Fuit etiā in eadē regio ac ſilua nemea: ut uidebimꝰin dictione Cleone.Itē & Plinio teſte li.iiii.naturalis hiſtoriæ:Sunt iˀea montes plurimi.ut Pholoe cū oppido.Item Cyllenæ lycæus:in quo lycæi Iouis delubrū.Mænalꝰ Artemiſius Parthenius Nonacris Erymanthus:& alii nō ignobiles.

A rchander cū.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.ii.Danai ſocer.

A rceſilaus cū.c.nō aſpirato & unico.ſ.atq;.i.latino & ſine aliquo diphthongo ſcribitˀ:fuit unus ex quinq; ducibus boetioꝝ:q ad troiā cū quinquaginta nauibus aduenerūt.ut oſtendit Homerus li.iliados.ii. Alius fuit philoſophus patria pitanæꝰ Scythi filius.audiuit primo Auctolicū mathematicū ciuē ſuū: cum quo Sardis perrexit.deinde Xanthū athenienſem muſicū.Poſt quē Theophraſti auditor fuit. Tum demū in academia ſe ad Crantorē contulit.Et cū in dicendo grauiſſimus eēt:& in ſcribēdo ſatis exercitatꝰ:poeticæ quoq; operam dedit.Amplectebaturq; Homerū maxime ex omnibꝰ:cuius adeo ſtudioſus erat:ut ſemꝑ ante ſomnum eius aliqd legeret.Pindaꝝ quoq; dicebat eē in primis idoneū iplere uocē. Verboꝝ quoq; ac nominū copiā præbere.Et multa de illo locutus eſt Laertius.Obiit tandē teſte Hermippo cū merū imodice hauſiſſet: ac ꝑ id offendiſſet ætatis ſuæ anno ſeptuageſimoquinto.Fuerunt & alii Arceſilai.Vnus poeta priſcæ comœdiæ. alius elegiæ itidem poeta.alius ſculptor.

A rceſius cū.c.exili & unico.ſ.atq;.i.latino ſcribitˀ:nomē eſt uiri ꝓpriū:cum quo Vlyxes nōnulla tractauit. ut oſtendit Homerus libro.xi.odyſſeæ.

A rchemolus.cū.ch.aſpirato & unico.l.ſcribitˀ fuit Rhœti filiꝰ Marubioꝝ regis in italia:q cū teſte Seruio ſuꝑ x.æneí.filio nouercā Caſperiā ſuꝑ iduxiſſet:ſtuprauit illā priuignꝰ.Quo cognito cū eum pater ꝑſequeretˀ: & ad pœnā uexaret:fugiens ille ſe ad Turnum contulit.ut eodē libro oſtendit Virgilius.

A rchemorus cum.ch.aſpirato ſcribitˀ:fuit lycurgi Nemeæ regis filius:hic Hypſiphylem nutricē habuit: quæ cū ſitientibus græcis ad expeditionē thebanā euntibus:fontē langiam mōſtraret:& ſuꝑ uiridanti herba puerum Archemoꝝ reliquiſſet:a ſerpente morſu affectus occubuit.unde fons ille archemorus dictus fuit:& annuꝰ agon iuxta illū in eiꝰ honorē exercebatˀ:de quo Iuuenalis in fine ſatyræ.Et ſpes & rō meminit cū ait: Dicat patriā nomēq; nouercæ Archemori:hoc eſt Hypſipyles:quæ nouercali ritu pueꝝ ſine cuſtodia dereliqt.

A rchelaꝰ cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit unus Antenoris troiani filius: quem Homerus libro iliados ſecūdo: rei militaris peritiſſimum dixit.Alius fuit Athenienſis philoſophus:ſeu ut alii dicunt mileſius.habuitq; patrem Apollodorum.Et fuit auditor atq; ſucceſſor Anaxagoræ.hic primus ex Ionia phyſica; philoſophiam athenas inuexit:& appellatus eſt phyſicus:Socrate Aethicē introducēte: quāq; hic Aethices rudis non fuit. Nāq; de legibus philoſophatus eſt:& de Honeſto & æquo.porro Socrates quod ſumpta ab eo propagauerit:inueniſſe putatus eſt.Alius fuit geographus:q omnē ab Alexandro peragratā terrā deſcripſit.Alius teſte Laertio naturæ ꝓpria uerſu tradidit.Alius etiam qui oratoriam artē ſcripſit.

A rcheptolemus cum.ch.aſpirato &.t.ſimplici:hoc ē ſine aſpiratione ſcribitˀ fuit filius Iphiti:& auriga Hectoris ſuffectus Enipeo interfecto a Diomede:ut in ea dictione uidebimus.

A rchetypus cum.ch.aſpirato &.t.ſimplici atq;.y.græco ſcribitur:apud nos dici poteſt exemplaris.ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra:Et iubet archetypos pluteum ſeruare cleantes. Nam cōponitur ex arche:quæ eſt principalis:& typos figura:quaſi ex principali & naturali figura trahantur.ut Virgilius libro ſexto: Viuos ducent de marmore uultus. Martialis in duodecimo: ſic tanq; tabulas ſcyphoſq; paule: Omnes archetypos habens amicos.

A rchia cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicitur apud nos principatus:& inde archos princeps. Quin & nomen proprium ut pro Archia poeta.

A rchigenes cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur: interpretari poteſt princeps generationis: & licet nomen proprium ſit medici contra quem Galienus ſæpiſſime in libris ſuis inuexit: communiter pro græculis: aut ſimilibus accipere conſueuimus: qui ſe præ omnibus ſui generis ſciolos oſtendebant. ut in dictione protogenes quæ ide; fere deſignat apparebit:Sed de eo medico:aut ſimili intellexit Iuuenalis cū in ſatyra Credo pudiciciā de mulieribus romanis locutus ait:Tunc corpore ſano aduocat archigenem.

A rchilochus cum.ch.aſpirato tam in antepenultima q̄ in ultima ſcribitur:fuit unus Neſtoris & Eurydices filius.ut oſtendit Homerus in odyſſæa:hic patrē in expeditiōe troiana ſecutus:& uiriliter pugnās a Memnone:ut qda; uolunt:interfectꝰ fuit.Alii aſſerunt eum cum Achille in tēplo Thymbræi Apollinis a Paride ob-

truncatum.de quo Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris de Neſtore cum loq̄ret᷑ ait:de legibus ipſe q̄ratur
Fatorum:& nimio de ſtamine:cum uidet acris Archilochi barbã ardentẽ.& reliqua.Alius fuit ſiculus:q ari-
ciam urbẽ cõdidit.ut teſtat᷑ Solinus.Alius fuit poeta lacedæmonius romæ regnante Tullo Hoſtilio.ut dixit
Cornelius nepos:i quo teſte Quintiliano li.x.de inſtitutiõe oratoria:ſumma uis elocutiõis fuit:tum breues
uibranteſq; ſentẽtiæ plurimũ ſanguinis ac neruoꝝ.Huic Lycãber deſpõſare Neobolẽ natã ꝓmiſerat.Quã
cũ alteri nuptũ daret:adeo moleſte poeta tulit:ut metrũ adinuenerit iambicum:quo Lycambri obprobria
oĩbus decantaret:dicẽte Horatio in poetria:Archilochũ ꝓprio rabies armauit iambo:Hunc ſocci cœpere
pedẽ grandeſq; cothurni.Quibus uulgatiſſime decantatis:Lycamber & filia atq; uxor ſe laqueo ſuſpẽde-
runt.Quos ſane libros teſte Valerio de ſeueritate ob impudicã lectionẽ iuſſerunt lacedæmones ex urbe tol
li:& ipſe in exilium miſſus eſt:dicente Ouidio in Ibin.
Vtq; repertori nocuit pugnantis iambi:
Sic ſit in exilium lingua ꝓterua tuum.Et ut oſtendere uidet᷑ Plinius li.vii.naturalis hiſtoriæ:fuit deinde in-
terfectus.eius uerba ſunt Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit delphis.

Archimedes cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:fuit ſyracuſanus in omni geometria ante alios mira ſubtilita
te laudatus:ut teſtat᷑ Apulegius li.i.de Magia:Cuius mortẽ late deſcripſit Piniꝰ li.ii.naturalis hiſtoriæ.Nã
captis ſyracuſis ꝑ ꝓditionẽ:quã cõtra uim Marcelli romani diu defenſarat:cũ oĩa euerterent hoſtes:ipſe dia-
metros ſuos in puluere obſignãs:a prætereunte milite incognitus occiſus ẽ.hic teſte Cicerone libro tuſcula
narum.i.fuit primus ſperæ fabricator.Quod Laertius Anaximandro attribuit:hic de cylindro opus eximi-
um ſcripſit:quod nuꝑ cõpertum Nicolaus quintus ſummus põtifex in ſtilum latinum traduci fecit.

Archytas cum.ch.aſpirato &.y.græco atq;.t.ſimplici ſcribit᷑:fuit Mneſagoræ ſiue ut Ariſtoxenus ait Eſtiei fi-
lius tarẽtinus patria & philoſophus pythagoricꝰ nobiliſſimus.hic Platonẽ cũ a Dionyſio necandus eẽt:per
epiſtolã eripuit.Admirationi ſummæ apud plurimos habitus ẽ in omni uirtutis genere.Præter hũc teſte La-
ertio alii tres fuere unus mitylenæus muſicus.Alius qui de agricultura ſcripſit.Tertius epigrammatum poe
ta.quartum plæriq; addunt architectum:cuius proferunt librum de machina.

Architriclinus ſecunda cũ tantũmodo aſpirat᷑:& cũ.i.latino utrobiq; ſcribit᷑:dicit᷑ is q in aula diſcũbentium
principalis habet᷑:& cõponit᷑ ex dictionibus tribus:prima archi quæ principalẽ indicat:ſecunda ẽ tris:quæ
indicat tres:tertia eſt κλίνη:quæ lectos ſignificat:ſeu toros.Nã in aula tres toros in tribus aulæ dimẽſioni-
bus collocabant:ubi cõuiuantes diſcũbere cõſueuerunt.unde ait Iuuenalis in ſatyra Si te ꝓpoſiti:Tertia ne
uacuo ceſſaret culcitra lecto:Vna ſimus ait.& reliqua.Et in prima ſatyra idẽ poeta ait:Optima ſiluaꝝ inte-
rea pelagiq; uorabit Rex horũ:uacuiſq; toris tantum ipſe iacebit:ſed quonam pacto triclinium ab antiqs
traductum ſit:in ipſa dictione uidebimus.

Archimagirus cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris principalis cocus.Nam cõponit᷑ ex
archi quod eſt principale:& μάγειρος cocus.

Architectus ſola antepenultima cum aſpiratione atq;.i.latino ſcribitur:dicitur qui præeſt ſtructuris ædificio-
ruꝫ:quaſi principalis τέκτων ideſt faber.

Arctos cũ.ct.exilibꝰ ſcribit᷑:dicit᷑ a noſtris urſa.& inde arctous borealis Statius Nec arctos auſim ſperare triũ-
phos.Arcticus polis ſimiliter borealis dicit᷑:de quo locutꝰ Cicero li.ii.de natura deoꝝ ait:Hũc circũ actoæ
duæ ferunt᷑ nunq̄; occidẽtes.Ex his altera apud graios cynoſura uocat᷑:altera elice:ut in illis nos dictionibꝰ
oſtẽdemus.Nã elice maior ẽ urſa:quæ & Caliſto uocata fuit:ut in dictione Caliſto uidebimus.hãc teſte Igi-
no pelopõneſii ueluti ſuã nauigãdo obſeruant.Cynoſurã uero Aglaſtones unã de Iouis nutricibꝰ:ex idæis
nymphis fuiſſe dixit:q̄ minor arctos a quodã phœnice primitus appellata fuit:ut teſtis ẽ Iginus.Quãobrẽ
phœnices nauigando magis illam q̄; alteram obſeruare rettulit:quia a ſuo inuentore comperta fuit.unde
Leander apud Ouidium decimoſeptimo epiſtolarum heroidum ait:Non ſequar aut elicen:aut qua tyrus
utitur arcton.Bublica non curat ſidera noſter amor.Et libro.iiii.de faſtis ait.
Eſſe duas arctos quarum cynoſura petatur
Sidonii:elicen gratia carina notet.Et ut ait Parmeniſcus tẽporibꝰ Homeri elice arcti nomẽ accæpit:cũ prius
plauſtrũ diceret᷑:quã utroq; noĩe & arcton:& plauſtrũ noĩauit Homerus:quod græce ἅμαξα dicit᷑.Cuiꝰ ſa-
ne cã hæc ꝓdita ẽ.Nã cũ ſeptẽ cõſpiciãt᷑ ſtellæ duæ q̄ pariles:& maxĩe in uno loco uidẽt᷑:ꝓ bolus habitæ ſũt.
Reliquæ uero q̄nq; plauſtrũ ipſm ſimulare dicũt᷑.Ita & qđ ꝓximũ huic ẽ ſignũ bootẽ noĩare uolucrũt.ut.T.
Claudiꝰ Cæſar i phœnomia Arati:Tardus in occaſu ſeq̄t᷑ ſua plauſtra bootes.i.boũ agitator.Alii arctophy-
lata uocauerunt:quaſi urſam ſit obſeruans:& cuſtodiens.hunc filium ipſius urſæ Caliſtonis:poetæ noſtri di
xerunt:& ad cælum cum illa tractum:ut uidebimus in dictione Caliſto.

Arctophylax cũ.ct.exilibus &.y.græco ſcribit᷑:dicit᷑ arctoæ ſiue urſæ phylax.i.cuſtos:ut li.ii.de natura deoꝝ
uerſus referens arateos ait:Arctophylax uulgo qui dicitur eſſe bootes ut in dictiõe bootes uidebimus.

Arcturus cum.ct.& non aſpiratis ſcribitur:Stella eſt quã urſæ caudã interpretari libet:eo quod in cauda ipſiꝰ
urſæ locata dicatur.De qua Cicero libro ſecundo de natura deoꝝ uerſus referens arateos inquit.
Stella micans radiis arcturus nomine claro.

Ardiſcos cum.i.latino &.c.exili ſcribit᷑:fuit teſte Ariſtarcho in theogoniam Heſiodi fluuius in ſcythia: quem Herodotus libro hiſtoriarũ.iiii.per odyrſos populos ſcythiæ profluere dixit.

Ardys cũ.y.græco ſcribit᷑:fuit Gygis lydoꝝ regis filiꝰ:poſt quẽ teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.i.& ipſe regnauit.

Areopagus cũ unico.r.ſcribitur:dictio eſt cõpoſita ab ἄρεοσ quod eſt Martis:& πάγοσ uicus. Nam uicus erat athenis:a templo Martis ſic cognominatus.primũ iudicium capitis actũ fuiſſe dixit Plinius circa finem libri.vii.naturalis hiſtoriæ. Et inde areopagitæ illi dicebantur: qui athenis in templo Martis: quod erat in areopago iudicabant:quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur.

Arete huiꝰ Aretes:uel Areta huiꝰ Aretæ utrũq; cõperit᷑:& recte dicit᷑:ac cũ unico.r.&.t.non aſpirato ſcribit᷑: fuit uxor Alcinoi regis phæacũ:ut pluribꝰ ĩ locis oſtẽdit Homerꝰ in odyſſea.Quare cũ eẽt Vlyxes apud corcyrã in cõuiuio Alcinoi:& cũ aliis aliiſq; phæacũ populis enarraret Polyphemũ quoſdam ex ſociis eius deuoraſſe:ac ſi deriſoria locutꝰ fuiſſet uerba & mẽdacia ipſi Aretæ uideri poterant: dicente Iuuenale in ſatyra Quis neſcit uoluſi attonito cũ.Tale ſup cœnã facinus narraret ulyxes.Alcinoo:bilẽ aut riſũ fortaſſe q̄buſdã Mouerat:ut mendax aretæ logus.i.uelut mẽdax eẽt:logus.i.ſermo q̄ Aretæ uxori Alcinoi dirigebat᷑.fuit & eodẽ noĩe altera filia ſupioris Dionyſii & ex Ariſtomache ſorore Dionis & interp̄tat᷑ ἀρετὴ ideſt uirtus.

Arethuſa cũ.th.aſpirato & unico.s.ſcribit᷑:fuit uirgo uenatrix Dianæ comes.ut dixit Ouidiꝰ li.metamor.v. Quod Virgiliꝰ tetigiſſe uidet᷑ li.geor.iiii.cũ ait.Et tãdẽ poſitis uelox arethuſa ſagittis. Quæ cũ forte in alpheo fluuio ſe lauaret:a deo flumĩs Alpheo cõſpecta adamat᷑: quã ille detinere conatꝰ ẽ:ſed diffugientẽ illã deus ſui fluminis circuitionibꝰ inſequit᷑.Sed ipſa ĩplorato Dianæ ſubſidio:in fontẽ ſui noĩs cõuerſa ẽ.Cuius undis cũ alpheus cõmiſcere ſe uellet:illa uero p̄ ſubterraneos meatꝰ diffugeret uſq; ĩ ſiciliã ꝓſecutꝰ ẽ.Quod fidẽ fabulæ experientia præſtaſſe uidet᷑. Qua dep̄henſuꝫ ẽ expurgamẽta hoſtiaꝝ: quæ apud helidẽ in ludis olympiacis mactabãt᷑:cũ in alpheũ delapſa eſſent in ſiciliã uſq; ad fontẽ arethuſam ſcaturire cõſpiciebant᷑. Sane in gloſſulis Ariſtarchi ſup.xiii.odyſſeæ Homeri librũ cõperi:quattuor ĩ diuerſis mũdi p̄tibꝰ fuiſſe arethuſios fontes.Vnũ apud ſyracuſas.Alteꝝ apud ſmyrnã.Tertiũ in chalcidia.Et quartũ in ithaca.Et ab Arethuſa arethuſis patronymicum fœmininũ deductum eſt:ut Ouidius libro faſtorum quarto:Vtq; ſyracuſas arethuſidas abſtulit armis Claudius.

Arethoꝰ cũ.th.aſpirato ſcribit᷑:fuit rex in arna ciuitate boetiæ:& pater Meneſthii:ut in ea dictiõe uidebimꝰ.

Argãthoniꝰ cũ.th.aſpirato ſcribit᷑ &.i.latino:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarum.i.tarteſſiorũ tyrannus.

Argia cũ.i.latino ſcribit᷑ fuit Adraſti regis argiuoꝝ filia:& Polynicis thebani uxor:de qua Statius li.i. &.iiii. thebaidos plura locutus ẽ.Altera eiuſdẽ noĩs fuit Argiuis uenerãda ſacerdos: ut uidebimꝰ in dictione Bito.

Argilus cum.i.latino & unico.l.ſcribit᷑:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.urbs emathiæ:nõ longe ab hoſtiis ſtrymonis uerſus occidentem.

Argippei cum.i.latino & geminato.p.ſcribitur:populi ſunt ultra ſauromatas & budinos & hiros. ut oſtẽdit Herodotus libro hiſtoriarum ſecundo.

Argyrondes cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Ariſtarcho ſuper Heſiodum fluuius in ætolia:quaſi ſit argyros ideſt argentum δεινοσ ideſt periculoſum.

Argos cũ.o.apud noſtros ſeruata lr̃atura græca ſcribit᷑:& ĩ ſingulari generis ẽ neutri.ut Horatius:Aptũ dicet equis argos diteſq; mycenas.In plurali uero numero maſculini ut hi argi:nomẽ ẽ urbis uniꝰ q̄dẽ in attica nõ lõge ab athenis:de q̄ in dictiõe attis uidebimꝰ.Alteriꝰ uero in theſſalia ſiue pelaſgia:quod argos pelaſgicũ Homerꝰ uocat:cõditũ teſte Plinio li.vii.naturalis hiſtoriæ a Phoroneo.de quo Lucanꝰ in.vi. Vbi nobile quõdã Nũc ſup argos arant.Aliud eſt teſte eodẽ Plinio libro.iiii.in achaia hippiũ cognominatũ:ſupra locũ lernæ:a mari octo milibꝰ paſſuũ diſtans: & nouẽ additꝰ a mycenis a quo regiũcula argos:& græci ipſi argiui cognominati ſũt.Nã ab argos argiuus deducit᷑:quod cũ.i.latino ſcribit᷑:quãq; apud græcos ſit.ει.diphthõgꝰ & ſcribat᷑ ἀργεῖοσ:ſed nos diphthongũ ipſam in.i.longã cõmutamus.Addẽtes inſup.u.cõſonãs loco æolici digãmæ:quod antiq̄ æoles ĩterponebãt ĩter diphthõgũ & ſequẽtẽ uocalẽ ut ſupra uidimus:cũ de.u.littera tractaremꝰ.Nõnulli uero ex latinis diphthõgũ ipſaꝫ in.e.cõuerterũt:nec.u.cõſonãs addere uoluerũt: ſed dixerũt argeus.ut Horatiꝰ li.carminũ.iiii.Tybur argeo poſitũ colono. Profert᷑ etiã ꝓ aduerbio in plurali: ut Pliniꝰ circa finẽ libri.xvi.naturalis hiſtoriæ:argis inquit olea etiã nũc durare dicit᷑:ad quã Io in uaccã mutatam Argus alligauerat.hæc ille.ob quod puto dixiſſe Virgiliuꝫ libro georgi.ii. Viuacis oliuæ.

Argonautæ cũ.t.exili ſcribit᷑:dicti ſunt heroes illi q̄ cũ Iaſone ad expeditionẽ ĩ cholchos ſunt ꝓfecti: ſic quoq; cognominati ab naue:quã innauigauerũt:quæ argo dicta fuit.Nauis uero teſte Diodoro ſiculo li.hiſtoriaꝝ v.argo dicta erat:ut quidã aſſerũt ſcriptores ab argo eius architecto:qui etiã inter nauigãdũ eius reſarciẽdæ curã cæperat.Alii ab eius uelocitate:quã antiqui argon appellabãt.fuitq; eodẽ Diodoro teſte iuxta pelion ædificata magnitudine atq; apparatu longe maiori: q̄ꝫ quæ ad eam diem fieri conſueuerant. Erat eñi antea paruaꝝ nauiculaꝝ uſus.At huiꝰ eximiã magnitudinẽ ſtupẽtibꝰ oĩbus diffuſa p̄ græciã eius rei fama multos egregios adoleſcẽtes ultro ad certamẽ:& eiꝰ belli cõmunionẽ allexit Iaſon in aquã deductã nauẽ cũ neceſſariis ad nauigãdũ rebꝰ fulſiſſꝫ:optios eoꝝ q̄ ſecũ irẽt elegit numero q̄ttuor & q̄dragita.Ex eis uero clariſſimi erãt caſtor:& Pollux:Hercules:Telamõ:Orpheꝰ:Atlãtes:Schinei:p̄terea Theſpei filii:& ipſe nauigii auctor

Iaſon. Sane argonautarũ hiſtoriã quã plures deſcripſere: & poetæ maxime ex græcis qdẽ quos legi: Orphe-
us ipſe q interfuit: quãq̃ nõ illiꝰ opus dicat Ariſtoteles. Itẽ Appollonius late materiã ipam ꝓſecutus eſt. Ex la-
tinis uero Ouidius in li. metamor. Et clariſſimus ille poeta Valerius Flaccꝰ: q diuino carmine rẽ omnẽ ipoꝝ
argonautaꝝ explicuit. Ex hiſtoricis Diodorus ſiculꝰ & Trogus Pompeius: quẽ imitatus eſt Iuſtinus.

A rgiripa cũ. i. latino utrobiq; & unico. p. ſcribit̃. Nec ab ἀργυροσ: quod ẽ argentũ deducit̃. Sed ab Argori-
po oppido apuliæ a Diomede cõdito hoc ẽ argos pi ππον. i. iactũ ſiue fundatũ. Sed poſtea teſte Seruio ſup
x. æneі. nomẽ uetuſtate corruptũ ẽ: & factũ ut ciuitas argiripa diceret̃. Et ſic illã uocauit Virgiliꝰ cũ ait: Ille
urbẽ argiripã patriæ cognoĩe gentis Victor gargani condebat iapygis aruis. Sed rurſus corrupto uerbo ar-
pos dicta fuit. Virgi. li. x. Quæ cauſa attraxerit arpos. Dicit̃ etiã a Virgilio arpi in plurali. ut eodẽ li. x. Atq;
iterũ in teucros ætolis ſurgit ab arpis Tydides. & libro. xi. Non erit auxilio nobis ætolus & arpi.

A rpos & arpi ſine aſpiratiõe principii ſcribit̃: nã nõ ab harpazo uerbo græco & aſpirato: quod ẽ apud nos ra-
pio deſcendunt. Sed ab hargos & argiripa: ut in præcedenti dictione uidimus: deducta ſunt.

A rgiſſa cũ. i. latino & duplicato. ſ. ſcribitur: fuit teſte Homero libro. ii. iliados urbs in theſſalia.

A riæus cũ. i. latino & æ. diphthongo in penultima ſcribit̃: nomen fuit excellentis uiri proprium.

A riannes cum. i. latino & duplicato. n. ſcribitur: fuit nobiliſſima armeniæ ciuitas.

A riathis cum. i. latino utrobiq;. & . th. aſpirato ſcribitur. nomen eſt proprium hominis.

A riabignes cum. i. latino utrobiq;: fuit Darii filius ex filia Gobryæ: qui una cum Praxaſpe & Megazabo præ-
poſitus fuit claſſi Xerxis.

A riapithes cum. i. latino utrobiq; & . th. aſpirato ſcribit̃: fuit ſcytharũ rex: cui filiꝰ Scylla in regno ſucceſſit.

A riadne cũ. i. latino & . d. ante. n. in eadẽ ſyllaba ſcribit̃: & a noſtris & græcis auctoribꝰ dicit̃: quã inſcii quidã
moderni Adrianã uocãt: quod uocabulũ apud nullos auctores cõpertũ eſt. Sed Ariadne a Priſciano ponit̃.
Et a Seruio nõnullis ĩ locis declinari docet̃. fuit Minois cretæ regis filia ex Paſyphæ cõiuge: dicẽte Homero
li. xi. odyſſæ καλήν τ᾽ἀριάδνην κούρην μίνωοσ: hoc eſt formoſamq; Ariadnen filiã Minois. hæc Theſeũ
Aegei athenaꝝ regis filiũ cretã miſſuʒ deuorãdũ a Minotauro amauit ꝑdite. Et cũ iuuãte Dædalo eius cõtu-
bernio fungeret̃: ſuſcæpta fide quod ab illo reciperet̃ in cõiugẽ: & una Phædrã ſororem ꝓ Hippolyto filio
trãſportaret: ſuo cõſilio ducto filio ĩ labyrinthũ ĩtrauit: ubi mactato Minotauro noctu clã Ariadnen & Phæ-
drã ſup nauiʒ ĩpoſitis uictor aufugit. Ariadnen deinde a ſe corruptã (aſportata Phædra) dormientẽ reliquit
in chio inſula maris ægæi. ut Ouidio li. viii. metamor. placuit. Vel in naxo eiuſdẽ maris inſula. ut ſcripſit Se-
neca in Oedipo. experrecta tãdẽ Ariadne cũ ſe cognoſceret derelictã: ululatu maximo litora cũcta replebat
Sed cum tunc Bacchus ſecus inſulã nauigaret: uiſam iuuẽculã recæpit: & uxorem ſibi coniunxit: dicẽte Se-
neca in Oedipo: Naxos ægæo redimita ponto.
Tradidit thalamis uirginem relictam.
Meliore pẽſans damna marito. Ex hac Bacchus Thoantẽ inſulæ lemni regẽ genuit. Donauitq; illã Venus co-
rona a Vulcano fabricata: quã Bacchus nouem ſtellis ornatam in cælo locauit. De qua plura alia Ouidius
in præfato libro. viii. & plura in libro faſtorum ſcripſit.

A riandes cum. y. græco ſcribitur: fuit ægypti pro Cambyſe præfectus: qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum
tertio: a Dario poſtea interfectus fuit.

A ricia cũ. i. latino utrobiq; & . c. abſq; aſpiratione ſcribit̃: fuit ex attica regione puella: quæ primũ ab Hippo-
lyto dilecta: cum poſtmodũ ab Diana in italiam tranſlatus ille fuiſſʒ: eius uxor facta fuit: qui ea loca inhabi-
tauerunt: quæ ab urbe roma ad eius uſq; nominis urbem ab Archilo poſtea ſiculo conditam nemoribus: ut
plurimũ intercæpta erat: dicente Ouidio libro. iii. faſtorum.
Vallis aricinæ ſilua præcinctus opaca.
Eſt locus: antiqua religione ſacer.
Hic iacet hippolytus furiis diſtractus equorum
Vnde nemus nullis illud aditur equis. At in ea ciuitate quæ decem tantũmodo milibus paſſuum diſtat ab ex-
celſa nemoralis aricia roma. ut dixit Lucanus in quinto. Oreſtes oraculo monitus: ſimulachrũ ſcythicæ Dia-
næ: quod de taurica regione extulerat: priuſq̃ argos peteret conſecrauit. Ab aricia autem aricinus deriuat̃:
ut Iuuenalis: Dignus aricinos qui mendicaret ad axes.

A rii cum. i. latino ſcribit̃: ſunt aſiæ ſcythicæ populi. ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

A rimaſpi cũ. i. latino ſcribit̃: populi ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ. iiii. in ſcythia aſiæ uerſus ſeptẽtrio-
nẽ unicũ tãtũmodo oculũ in media fronte tenẽtes. Et ut idẽ auctor ꝓſequit̃. Arimaſpi dicũt̃ ab arimo: quod
ſcythaꝝ lingua unũ dicit & ſpu oculũ q̃ſi unũ oculũ habẽtes. Et ut ꝑgit hi cũ gryphibꝰ alitibus ferociſſimis
cõtinua bella gerũt. Nã eruũt gryphes ex cuniculis ſmaragdos & auꝝ qđ ui capiũt arimaſpi: dicẽte etiã Lu-
cano li. iiii. Auroq; ligatas Subſtringens arimaſpe comas.

A riomardus cum. i. latino ſcribitur. fuit teſte Herodoto Darii filius.

A rion cũ. i. latino & unica. r. ſcribit̃: fuit citharœdus optimus ex inſula leſbo: & artis ſuæ gratia Periandri co-
rinthioꝝ tyrãni amicus. de quo Herodotus li. hiſtoriaꝝ. i. Plinius li. ix. ſuæ naturalis hiſtoriæ. Gellius li. xvi.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

noctium atticarum hiſtoriam late rettulere:quæ breuiter comprahenſa talis eſt. Hic ob diuitias quas in ſici
lia & italia ſua arte conquiſiuerat:a nautis eum corinthum reportantibus:ſe præcipitare in mare coactus eſt
& a delphine excæptus in laconiam ante nautas ipſos deportatus corinthum adiit:ubi re cognita & illis ad
ſupplicium traditis:bona ſua quæq; recuperauit. Quare dixit Virgilius in Damone:Orpheꝰ in ſiluis inter
delphinas arion:cuius prima ſemp breuis ē. At in Orione quãdoq; quidẽ lõga eſt:& quãdoq; breuis. ut Vir
gilius libro æneidos. iii. Armatũq; auro circũſpicit oriona. ubi ſpondeus qntũ detinet locũ. Breuis uero ab
eodẽ ponit' li. i. cũ ait:Cũ ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion In uada cæca tulit. Et Lucanꝰ libro. i. En-
ſiferi nimiũ fulget latus orionis.

A riobarzanes cũ. i. latino &. z. cõſonãte ſcribit':fuit cappadocũ rex q Põpeio magno i pharſalico bello fauit.

A riſbe cũ unico. r. &. i. latino ſcribit':fuit teſte Homero li. iliados. ii. urbs phrygiæ iuxta pontũ. Et alibi dicit
illam ab Achille funditus euerſam fuiſſe:quia troianis auxilia miſerat. de qua Virgilius li. æneidos. viii. Po-
cula deuicta genitor quæ cæpit ariſbe. fuit etiã eodẽ noie concubina quædam Priami.

A riſtæus cũ. i. latino &. t. exili ſequente. æ. diphthongo ſcribit':fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei regis arca-
diæ filius:hic deinde in arcadia regnauit:& primus apiũ ac mellis uſum lactiſq; coagulũ demõſtrauit. Vſũq;
olei & alia q̃plura adinueniſſe rettulit Iuſtinus libro. xiii. ſui epitomatis.

A riſtagoras cum. i. latino &. t. exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum quinto præfectus exerci-
tus Darii contra græcos.

A riſtomynus penultima cum. y. græco ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

A riſtippus cũ. i. latino utrobiq; ſcribit':&. t. non aſpirato atq; duplicato. p. Veꝝ ſecundũ cõmunes græcoꝝ re-
gulas cũ. th. aſpirato ſcribi deberet:ſed ne aliunde q̃ ab ariſtos compoſitũ credat':præualuit cõſuetudo:ut
cũ. t. exili ſcriberet'. fuit philoſophus cyrenæꝰ & Socratis diſcipulꝰ. Is teſte Creſio Phanio pipatetico primꝰ
ſocraticorũ philoſophiã deduxit in quæſtũ:habuitq; ingenium ad omnia facile & paratũ:ob quã maxime a
Dionyſio ꝓbabatur. Cuius plurima dicta:& q̃promptiſſima & uaria rettulit Laertius Contra quem Plato
librũ in uoluptatẽ ſcripſit. Cuius ille aſſertor erat. Quare Timon illũ ut nimiũ delicatum arguit:a Diogene
uero regius canis dicebat'. Quorũ diſceptationẽ Horatius poſuit in epiſtola decimaoctaua. Alius fuit Ari-
ſtippus teſte Laertio q arcadiæ hiſtoriã ſcripſit. Tertius qui eo quod a matre doctus fuerat: Matrodidactus
dictus fuit. Quartus ex noua academia profectus.

A riſtides cũ. i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribit':fuit athenienſis Lyſimachi filiꝰ:æqualis fere Themiſtocli. Qua
re cũ eo de principatu contendit:obtrectaruntq; inter ſe:in quibus duobus cognitũ eſt quãto anteſtaret elo
quentia innocentiæ. Nã cũ teſte Aemilio Probo Ariſtides abſtinẽtia & uirtutibus:unus poſt hominũ memo-
riã:quẽ quidẽ audiemꝰ cognomine iuſtus ſit appellatꝰ a Themiſtoclis tamẽ eloquẽtia adeo collabefactus eſt
ut exilio decẽ annoꝝ mulctaret'. Veꝝ poſtq̃ Xerxes in græciã deſcẽdit:ſexto uero anno q̃ erat expulſus:ple
biſcito in patriã reſtitutus eſt. Hic qua fuerit abſtinẽtia nullũ ē certius iudiciũ: q̃ cũ maximis rebus præfuiſ-
ſet in tanta pauptate deceſſit:ut quo efferret' uix reliquerit. Fuit & alter Ariſtides thebanus pictor inſignis:
& quẽ æqualẽ Appelli dixit Pliniꝰ libro. xxxv. naturalis hiſtoriæ. Is ut inquit omniũ primus animũ pinxit:&
ſenſus hois expreſſit. quos græci πάθη:hoc eſt perturbationes uocãt. Durior paulo in coloribus. Cuius unã
tabulam Attalus rex centũ talentis emiſſe traditur.

A riſto cũ. i. latino &. t. nõ aſpirato ſcribit':pater fuit Platonis a codro Melanthi filio:qui a Neptuno itidẽ ſan
guinem trahere Traſilo teſte memoratur ducens originem.

A riſtomache cũ. i. latino &. t. exili &. ch. aſpirato ſcribitur:fuit uxor Dionyſii.

A riſtonicꝰ cũ. i. latino utrobiq; &. t. ac. c. exilibus ſcribit':fuit enenis ex epheſia pellice filius.

A riſtophorũ cum. i. latino &. t. non aſpirato ſcribitur. Vas eſt in quo prandiũ defertur. Nam componitur ex
ἄριστον quod prandium indicat:& φορέω porto:diciturq; latine diſcus ut quidã uolunt: quod eſſe etiã græ
cum oſtendit Iulius Pollux:ut in ea dictione uidebimus.

A riſtoteles cũ. i. latino &. t. exili utrobiq; ſequẽte. e. in penultima ſcribit':fuit philoſophus ſummus ex oppido
ſtragyra:obſcuro quidẽ p ſe niſi quod huius uiri claritate refulſit. patrẽ habuit Nicomachũ medicinæ artis
profeſſorẽ. Referebaturq; genus paternũ in Machaonẽ Aeſculapii filiũ cõtinuata atq; certiſſima ſucceſſiõe
Quin & ipe Nicomachus apud Amyntã macedoniæ regẽ, Philippi patrẽ magno loco poſitus eſt. Matrẽ ha-
buit Pheſtiada nõ obſcuri generis. hic prima ætate in macedonia enutritus ē. Sed cũ adoleuit anno (ut phi-
bent ætatis ſuæ) xvii. athenas ſe cõtulit. Platonẽ uiginti annis audiuit. Nullã ſciẽtiã reliquit: quã nõ perfecte
attingeret. Quare nõ ſolũ poeta & orator ſummus:ſed philoſophus maximus euaſit. Mortuo Platone ad
Hermiã Atarnei tyrannũ ꝓfectus:triennio fere apud illũ deſedit. Inde in macedoniã a Philippo euocatus:
decẽ ferme annos circa diſciplinã Alexandri fuiſſe tradit'. Sed Alexandro in aſiã cũ exercitu ꝓfecto:ipe athe
nas rediit:& tredecim annis in lycio florẽtiſſime docuit. Tandẽ cõmuni illa philoſophoꝝ inuidia accuſatus
q; nõ recte de diis ſentiret. Metuens ne ut quondã Socrati: ſic etiã ſibi in iudicio pereũdũ foret: deſerta ſui
defenſione chalcidẽ abiit:ubiq; de cætero fuit quoad uita diſceſſit:ut omnia copioſe & eloquẽtiſſime rettu
lit cõterraneus meus Leonardus Arretinus in uita quã de illo edidit. hic idem ut ait Hieronymus preſbyter

ſcribēs ad Euſtochiū de uita monachaꝝ:abſq; dubitatōne ꝓdigiū fuit grādeq; miraculū in tota natura. Cui
ut ꝑgit pene uidet̃ infuſum q̄cq̄d naturaliter capax ē genꝰ hoim. Sane teſte Laertio:octo fuerūt Ariſtoteles.
Primꝰ hicipe:quē teſte Gellio in.iii.noctiū atticaꝝ: traditum eſt libros pauculos Speuſippi philoſophi poſt
mortē eiꝰ emiſſe talētis atticis tribꝰ. Ea ſumma inq̄t Gelliꝰ:fit nūmi noſtri ſextertia duo & ſeptuagita milia.
Secūdꝰ q athenis rēpublicā āminiſtrauit. Huiꝰ ut ait adhuc extāt oratōes elegātiſſime. Tertiꝰ q in iliadē Ho-
meri ſcripſit. Quartꝰ orator ſiculus:q ad panegyricū Socratis reſcripſit. Quintꝰ q dictus ē Mythus Aeſchi
nis ſocratici neceſſarius. Sextus cyrenaicus q poetica ſcripſit. Septimus pædotriba:cuius meminit Ariſtoxe
nus in uita Platonis. Octauꝰ grāmaticꝰ obſcurus & ignobilis:cuius de pleonaſmo ars legitur.

Ariſtoxenus cum.i.latino &.t.ſine aſpiratiōe atq;.x.cōſonāte ſcribitur:fuit muſicus. & teſte Gellio in quarto
noctium atticarum:uir litterarum ueterum diligentiſſimus Ariſtotelis philoſophi auditor. idem teſte Cice-
rone animam nil aliud atq; hermoniam eſſe dixit.

Artachæas cum.t.exili &.ch.aſpirato ſequente.æ.diphthongo ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaruꝫ.vii.
dux magnus in exercitu Xerxis:quin & ſumme ab illo dilectꝰ:ſed apud acanthū urbē emathiæ moriēs ma-
xima cū pompa & honore tumulatus fuit. Cui deinde acanthii:ut heroi ſacrificauerunt.

Artanes cum.t.exili & unico.n.ſcribitur:fluuius eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto:ſcythicæ thra-
ciæ in iſtrum defluens.

Arithmetica cum.i.latino utrobiq;:& aſpiratiōe in primo.t.reliqua ſine aſpiratiōe ſcribūt̃:dici pōt numera-
lis. Nā ea ſciētia ē quæ de numeris tractat:deriuaturq; ab ἀριθμός quod ē numerus. Et a numero ſæpemū-
mero dicit̃:quod eſt rationabiliter. Virgi.li.xi. Hetruſciq; duces:equitūq; exercitꝰ omnis Cōpoſiti numero
in turmas.i.rationabiliter. hinc ē quod in Sileno ait idē Virgiliꝰ:Tū uero in numeꝝ faunos ſiluaſq; uideres
i.in rationē:& rhithmū. Quin & metra numeros dicimꝰ:ut idē in Mœri:Numeros memini ſi uerba tenerē.

Aromata cum.t.exili hoc eſt ſine aſpiratione ſcribitur.

Arſaces cū.c.nō aſpirato ſcribit̃:fuit perſaꝝ rex:a quo oēs perſidis reges poſtea Arſacidæ dicti ſunt. Nam ut
ait Seruiꝰ in ſextū æneī. Reges oēs albani ab Siluio filio Aeneæ:& Lauiniæ:Siluii dicti ſunt:ſicut romani im
peratores Auguſti uocantur:ægyptii Ptolemæi:pſæ Arſacide:latini Murani:ut Muranū:hic atauos & auo-
rū antiqua ſonantē Nomina:pes regeſq; actum genus omne latinum.

Arſinoe cū.i.latino &.o.atq;.e.diuiſis ſyllabis ſcribit̃:fuit filia Ptolemæi Lagi filii:q ægyptū poſt Alexandrū
tenuit:& fuit uxor Lyſimachi regis macedoniæ forma præſtātiſſima. quæ ex uiro duos peperit filios Lyſima
chū.ſ.& Philippū forma & præſtantia ſimiles:ſed tandē inter omnis miſeras ipſa miſerrima fuit. huius noīe
Ptolemæus philadelphus eius frater teſte Plinio li.v.naturalis hiſtoriæ:urbē cōdidit in cyrenaica regione:q̄
& ſimiliter Arſinoe dicta eſt. Et fluuiū qui eam præterfluit ptolemæū uocauit.

Armenia cū.i.latino ſcribit̃:nec aſpirat̃ in primo ut inſcii q̄dā uoluerūt:ꝓuincia ē aſiæ inter taurū & caucaſū
mōtes ſita:& a cappadocia ad caſpium uſq; mare ꝓtenſa. ut deſcripſit Iuſtinꝰ li.xlii. ſic q̄dē ut aſſerit cogno
minata ab armenio Iaſonis comite. diuiditurq; in maiorē armeniā & minorē:quod Lucanus tetigit in orati
one Pompeii cū ait li.iii. Nec tu populos utraq; uagātes Armenia. unde teſte Plinio li.xv. naturalis hiſtoriæ
deducta fuerunt pruna quæ ſola odore cōmendāt̃ peculiari. habetq; deriuatiuū patriū armenius:quod æq
ſyllabum eſt primitiuo. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciā:Inſtantē regi armenio parthoq; cometem.

Arne abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii. Boetiorum urbs.

Arſis cum.i.latino ſcribit̃:dici poteſt eleuatio ſicut θέσις poſitio:quæ in uoce obſeruantūr.

Artabanus cū.t.nō aſpirato ſcribit̃:fuit Hyſtaſpis filius & frater Darii perſaꝝ regis. hic teſte herodoto li. hi-
ſtoriaꝝ.vii.graui oratiōe diſſuaſit Xerxi nepoti ſuo bellū cōtra græcos arripere. tādē Xerxē in regia obtrū-
cauit:de quo Iuſtinꝰ li.iii.tractauit. Alter fuit Tigranis armeniæ regis filius:quē.M.Antoniꝰ dolo cæpit.

Artaphrenes cū.t.exili &.ph.aſpirato ſequēte.r.ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.vii.unꝰ ex ducibꝰ Da
rii:& primꝰ ſardiū ꝑfectꝰ. idē cū Date apđ cāpū marathona debellatꝰ fuit:ut latiꝰ uidebimꝰ i dictiōe marathū

Artaxerxes cū.t.nō aſpirato &.x. cōſonāte tā in ultima q̄; in penultima ſcribit̃: fuit teſte Herodoto li.hiſtoria
rum.vi.perſarum rex filius Xerxis:filii Darii filii Hyſtaſpis.

Arteatæ cum.t.exili utrobiq; ſcribit̃:fuerūt teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.i. gētes perſicæ:ut ſimiliter parſaga-
dæ maramphii maſpii: & alii qui eo nomine dicuntur perſæ.

Artembares cū.t.exili ſcribitur:fuit uir clarus apud medos ut dixit Herodotus.

Artemiſia cum .t.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum . vii.filia Ligdamii
alicarnaſſei ex matre Cretica & cōiunx Mauſoli regis cariæ:q̄ uirū ſuū ultra humanæ affectiōis fidē amaſſe
ſcribit̃ a Gellio li.x.q etiā multa de illa rettulit:quæ ſiqs legere cupit ibidē legat. Quin & in li.ii.de archite-
ctura Vitruuius iucūda quædā & gratiſſima nobis rettulit. & ultio addit de memoratiſſimo ſepulchro:q̄d
in memoriā uiri ſui apud alicarnaſſum ſtruxit:adeo ut iter ſeptē mūdi ſpectacula numeret̃:ut in dictiōe mau
ſolus uidebimus. Nāq; poſt mortē mariti teſte Herodoto:regnū cariæ & coi tenuit & rhodū mirabili arte cæ
pit:ut præfato loco oſtendit Vitruuius. de eadē mirāda narrat Herodotus & qualiter ſecuta ptes Xerxis con
tra græcos ſuo cōſilio & inuicto animo talia ſuadebat regi:quæ ſi ꝑſuaſiſſet firmū græcoꝝ regnū obtinuiſſet

Sed inuidia aliorum principum adeo eius conſilium neglectum fuit: ut cōgeretur rex turpiter aufugere: & exercitum omnem perdere.

A rtemiſius cū.t.ſine aſpiratiōe &.i.latino utrobiq; ſcribit̃: mons ē Arcadiæ teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſtoriæ.& ut græci putāt ab artemiſia herba ibidē abundante: & ab Chirone cōperta denominatus.

A rtemis cum.t.exili &.i.latino ſcribit̃: dicitur apud nos Diana.

A rtaxata cū.t.exili utrobiq; &.x.cōſonāte in penultīa ſcribit̃: declinat̃q; tantū in plurali ut cythera ſolema & ſimilia: urbs eſt teſte Plinio li.vi.naturalis hiſtoriæ maioris armeniæ in cāpis ſita iuxta araxē.hāc ferunt Artaxan Tigrani patrē Hannibalis pœni cōſilio q ad eū deuicto Antiocho cōceſſerat omnibus rebus belliq; pacis opportunā cōdidiſſe: ſuoq; eā noīe appellaſſe.Eratq; Luculli tp̄e Tigranis regia.

A rteria cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: dicitur a noſtris uena uitalis.

A rtocrea cum.t.&.c.exilibus ſcribitur: ut puto epulū erat quod populo ex pane & carne dabat̃. Perſius ī ultima ſatyra: Oleū artocreaſq; popello Largior: hoc ē oleum ad ungendū ſe dū lauabāt̃: & epulū ex pane & carne ad comedēdum.Nam cōponitur ab ἄρτοσ: quod eſt panis: & κρέασ quod eſt caro.

A rtocopus cum.c.&.t.nō aſpiratis ſcribit̃: dicitur a noſtris piſtor.Nā cōponitur ex ἄρτοσ: quod eſt panis: & κόποσ labor: quaſi is eē dicatur q circa cōficiendū panē laborat.Sed nōnunq̄ etiā pro illo q quouis mō in ſeruando uel diſtribuēdo pane occupat̃: accipi poſſe uidetur.ut Iuuenalis in ſatyra Si te ꝓpoſiti: ſeruatorē panis inducit ad improbulū dicentem: Salua ſit artocopi reuerentia: quæ tunc quoq; ſalua eſſe uidebatur: quando a nullo alio panis pro domino factus tangitur q̄ ab ipſo.

A rtoptaſia abſq; aliqua aſpiratione & cū.i.latino ſcribit̃: teſte Plinio li.xviii.naturalis hiſtoriæ toſtum panem deſignat.Nam cōponitur ex ἄρτοσ: quod eſt panis: & ὀπτασία: quod eſt toſtatio.

A rtochmes cum.t.exili &.ch.aſpirato ſequente.m.ſcribitur: fuit teſte Herodoto li. hiſtoriarum.vii. unus ex Xerxis ducibus: qui Darii filiam in uxorem duxit.

A ruiſiū cū.i.latino utrobiq; ſcribit̃: ꝓmōtoriū ē inſulæ chii: a quo teſte Plinio li.xiiii.naturalis hiſtoriæ: optīa deducebāt̃ uina: unde aruiſi⁹ aruiſia aruiſiū deriuat̃. Virg. ī Daphni: Vina nouū fūdā calathis aruiſia nectar

A ſæus cum.æ.diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero libro undecimo iliados: unus ex principibus græcorum interfectus ab Hectore.

A ſarus cum unico.s.ſcribitur: fluuius eſt teſte Liuio libro.v.de bello macedonico: alluens heracleā ciuitatem poſitam ad radices montis œtæ.

A ſbeſton cum.t.exili ſcribitur: ſed ab inſciis corrupte albeſton dicitur: a noſtris inextīguibile. Vnde lapis ille qui igni facile accenditur: & extingui non poteſt: aſbeſton ſimiliter uocatur.

A ſbytæ cum.y.græco &.t.exili ſcribitur: populi erant teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.iiii.circa cyrenem & tiligammas remotiores a mari.

A ſcalon cum.c.exili ſcribitur: urbs fuit ſyriæ: unde aſcolonita quis dicitur.

A ſcanius cū.c.exili &.i.latino ſcribitur: fuit teſte Virgilio non ſolū Aeneæ filius: ex Creuſa regis Priami filia: ſed & fugæ laborūq; in quærēdo regno ꝑpetu⁹ ſotius. Liuius uero li.i.ab urbe dubitat an Creuſæ uel Lauiniæ filius fuerit. Sed poetæ cæteri oēs & hiſtorici cū Virgilio Creuſæ filiū fuiſſe affirmāt. Et plurib⁹ noībus cognominatum aſſerūt.Nā Aſcaniū primo ab aſcanio phrygiæ fluuio dictū putāt.de quo fluuio meminit Virgi.li.georgi.iii.cū ait: Illas ducit amor trans gargara trāſq; ſonātē Aſcaniū.fuit etiā dictus Ilus ab Ilo filio Troi & fratre Aſſarici aui Anchiſæ.Deinde Iulus a prima barbæ lanugine: quo tp̄e Mezentiū ſingulari certamine deuiciſſe rettulit Cato in libro originū: & ob hoc dictū Iulū: ut teſtis ē Serui⁹ ſup primū æneī.Nā ιουλος græce: latine lanugo dicit̃. Quē ut ait Liui⁹ Iulū eundē iulia gens auctorē noīs ſui nūcupat. Quāq̄ & ante id tp̄s uocauit eū Iulum Virgili⁹: cū dixit in oratione Iouis ad Venerē: At puer aſcanius cui nunc cognomē iulo Addit̃.ilus erat dum res ſtetit ilia regno. Quin & teſte eodē Seruio ſup.iiii. Virgilii æneī. librū Dardanius etiā & Leondamas ad extinctoꝝ fratrū ſolatiū dictus fuit: p quod oſtendere uidet̃ Aeneā plures ex Creuſa filios ſuſcæpiſſe. Ideo dicebat Virgili⁹ in eo libro: Dardaniuſq; nepos ueneris.& ſubdit de Aſcanio Liuius poſt mortē Aeneæ abundante Lauinii multitudine florentē iam ut tum res erant: atq; opullentā urbem matri ſeu nouercæ reliquit. Nouam ipſe aliam ſub albano monte condidit: quæ ab ſitu porrectæ in dorſo urbis longa alba appellata eſt. Et ſubdit inter lauinū & albam longam deductam coloniam triginta ferme interfuere anni. De reliquis Virgilius libro.viii.æneī.proſecutus eſt.

A ſcalaphus cū.c.abſq; aſpiratiōe ſcribit̃: fuit teſte Homero li.ii.iliados: Martis ex Aſtioche filius: quē & fratrē Ialmenū regnaſſe dixit apud aſpledonā orchomenūq;: & mimones ciuitates: ueniſſeq; ad troiā cū triginta nauibus. Alter dicit̃ Aſcalaphus ab Ouidio li.v.metamor. Acherontis & Ornæ filia natus. Seruins uero ſuper primum georgicorum dixit Stygis filium: qui Proſerpinam prodidit grana punici mali ediddiſſe: ob quod ad ſuperos redire nequiuit.

A ſcra cum.c.nō aſpirato ſcribit̃: fuit uicus in boetia ad radices montis Helicōis: patria Heſiodi poetæ clariſſimi: dicēte Ouidio li.iiii.de ponto: Intumuit uati: nec tamē aſcra ſuo.a quo deriuat̃ aſcræus cū.æ.diphthōgo in penultima. Nā ea quæ a uocalibus in.a.aut in.e.ꝓductā exeūt noīa in æus ut plurimū p.æ.diphthōgū

ſcribuntur:ut athenæ athenæus:thebæ thebæus:circæ circæus:aſcra aſcræus. Virgilius libro georgicoꝝ.i.
Aſcræumq; cano romana per oppida carmen. Ouidius libro primo de ſine titulo:
Viuet & aſcræus dum muſtis uua tumebit.

A ſculum cum.a.abſq; diphthongo uel aſpiratione aliqua ſcribitur:ubi poſt.c.& ante.l.nos.u.interponimꝰ: cum apud græcos dicatur ασκλος:ut ſimiliter ἀλκμήνη Alcumena:ηρακλης Hercules:ut ſupra uidimꝰ Oppidum eſt apuliæ memorandum clade illata Pyrrho a Curio & Fabritio romanis conſulibus:ut late oſtẽdit Plutarchus in uita Pyrrhi.

A ſia cum.i.latino ſcribit':regio duplex dicitur:maior.ſ.& minor. Minor mediterraneo mari noſtro cingitur & phrygia ac lycia concluſus terminat':ſic quoq; ab Aſia nympha filia Oceani & Tethyos:ut teſtis eſt Heſiodus in theogonia & Iapethi cõiuge cognominata:quæ iperium circa ea loca tenuit:ut dixit Varro de origine linguæ latinæ. Herodotus uero li.hiſtoriaꝝ.iii.dixit eam Promethei uxorẽ fuiſſe:& ſubdit:At uero lydi dicunt aſiam ab Aſio Cotyi filio denominatã fuiſſe. Maior uero aſia a palæſtina incipit & ſyria:ac in indiam terminatur:quæ a minori nomen ad ſe traxit.

A ſychis penultima cum.y.græco & ultima cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.ii.rex ægypti:qui poſt Mycerinum regnauit.

A ſilas cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:latinum dicunt:& ab effectu eius uolatilis:qui ut uidebimꝰ aſilus dicitur deductum uolunt. Nam ardentis in arma puellæ nomen proprium fuit Camillæ comitis:ut Virgilius libro.xi.æneidos:Princeps turmas inducit aſilas.

A ſylum cum.y.græco & unico.l.ſcribit':apud nos indicat intemeratũ. Nã cõponit' ex.a.quod ẽ ſine:& ςύρω traho:eo quod locus fuit a quo neminẽ p uim trahere licebat:ubi græcũ.r.in.l.noſtrũ conuerſum fuit.& ut mõſtrat Statius li.xii.thebaidos:apud athenienſes primo a deſcẽdentibus Herculis conſtructum fuit:ut ait
Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni Numinis:herculeos ſedem fundaſſe nepotes.
Sic ſacraſſe loco cõmune animantibus ægris.
Confugiũ.& reliqua. Poſt hæc longo deinde tpe Romulus cõditurus urbem paſtores inter quos adoleuit cõuocauit. Cũq; is numerus ad tutandã urbem parum idoneus uideret':cõſtituit teſte Liuio primo ab urbe aſylum:quo quiſq; ꝓficiſceret':ab omni noxa liberatus eſſet:dicente Ouidio libro faſtoꝝ.iii.
Romulus ut ſaxo lucum circumdedit alto:
Quilibet huc inquit confuge tutus eris. Vnde Virgilius libro æneidos octauo inquit:
Hinc lucum ingentem quem romulus acer aſylum
Rettulit.ubi exponit Seruius ideſt fecit ad imitationem athenienſis aſyli. Per hũc ergo m̃odum ciuiũ numerum adauxit Romulus.ueꝝ & nõnunq̃ pro ipſo mere templo poni aſylum legimus:ut Virgi.li.ii.ænei.
Et iam porticibus uacuis iunonis aſylo Prædam obſeruabant.

A ſilus cũ.i.latino & unico.l.ſcribit':quidam cũ duplicato.l.& nõ recte ut puto. Nã uolatile quoddã paruum eſt armẽtis & maxime bobus infeſtum:quod a uocis ſono nomen traxiſſe uidet':quod magis ſine.l.q̃ quod duplicet.l.audit'.& eſt latinum teſte Virgilio libro georgicoꝝ.iii.qui ait:
Eſt lucos ſilari circa ilicibuſq; uirentem
Plurimus alburnum uolitans:cui nomen aſilo
Romanũ eſt.œſtrum graii uertere uocantes.& ſubdit:
Aſper acerba ſonans.& reliqua quæ ſequuntur.

A ſine cũ.i.latino ſcribit':oppidum eſt teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſtoriæ in achaia: a quo aſinæus ſinus cũm æ.diphthongo cognominatus eſt.de quo Lucanus libro.viii. Quas aſines cautes: & quas chios aſſeras undas.unde hanc urbẽ dixit Homerus in reducto admodũ ſinu poſitam eſſe.

A ſyntheton antepenultima cũ.y.græco:penultima cũ.th.aſpirato:ultima cũ.t.ſimplici ſcribit':dici poteſt latine incõpoſitũ. Nã cõponit' ab a quod eſt ſine:& σύνθετον cõpoſitũ. Et tunc quoq; figura dicit': cũ aliqua abſq; cõiunctionibus abſolute & ſimpliciter proferunt':ut uenimus:uidimus:placuit.hæc eadem alio noĩe dialyton dicitur:ut in ea dictione uidebimus.

A ſymphonia cũ.y.græco &.ph.aſpirato ſcribit':dici põt icõſonãtia:ab a quod ẽ ſine:συμφωνία cõſonãtia.

A ſius cum.i.latino ſcribitur: fuit Hecubæ Priami regis uxoris frater: occiſus ab Aiace telamonio in prælio: ut oſtendit Homerus.

A ſparagus cũ unico.r.ſcribit':græcũ ponit' a Iulio Polluce:a Feſto ſecũdo latinũ dicit': herba ẽ ſic quoq; cognominata:qa aſpero uirgulto naſcit'. unde ait Martialis i ultimo epigrãmatũ:Mollis in æquorea quæ creuit ſpina rauenna:Nõ erit incultis gratior aſparagis.& Pliniꝰ i.xxi.naturalis hiſtoriæ inquit:In totũ ſpina ẽ aſparagus:ea cõmode cum piſcibꝰ & carnibus lixa comedit':ideo ait Iuuenalis in ſatyra Si te ꝓpoſiti:Quæ fertur domino ſquilla:& quibus undiq; ſepta Aſparagis.& reliqua.

A ſphaltus cũ.ph.aſpirato &.t.exili ſcribit':dici põt latine tutamẽ:a uerbo ἀσφαλίζομαι:quod ẽ tueor deductũ:lacus eſt ſyriæ in ꝓuintia quæ hactenus pentapolis dicta fuit:ideo ſic cognominatũ ut puto: qa nihil uiuũ in eo ſubmergit'.unde mortuũ mare ab hiſtoricis nominat':dicẽte Solino cũ de iudæa tractaret. mare

mortuũ nihil præter bitumẽ gignit: aĩal nullũ habet: nec in eo aliqđ uiuũ mergi pót. Quare tauri & cameli impune illud tranſeũt. unde Ioſephꝰ li.v. captiuitatis iudaicæ: Veſpaſianꝰ inqt quꝫ iudæos uiciſſet: quoſdaꝫ iuſſit natãdi inſcios manibꝰ poſt terga ligatis in eũ ꝓiici: qui & ſi iacti merſiq; ſint: tanq̃ a uehementi ſpiritu ad ſuperiora uenientes: ſtatim repulſi euaſerunt. Nec teſte Iuſtino libro. xxxvi. nauigari pót: quꝫ in eo ꝑtinꝰ cuncta uita carentia ſubmergantur.

A ſpithines cum. i. latino utrobiq; &. th. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ quarto: ex pſis unus qui in Magum & Smerdim una cum Dario coniurarunt.

A ſphodelos cũ. ph. aſpirato & unico. l. ſcribit᷑: herba eſt de qua mentionẽ fecit Homerus: cuius caulẽ Theophraſtus & princeps Pythagoras cubitalẽ: & ſæpe duoꝝ cubitoꝝ: ut refert Plinius li. xxi. naturalis hiſtoriæ dixere: foliaq; habet porri ſilueſtris: quã noſtri ut ait haſtulã regiã uocauere.

A ſopus cũ unico. ſ. &. p. quãdoq; ſimplici quãdoq; aſpirato ſcribit᷑. Simplici qdẽ ut Statiꝰ lib. thebaidos. vii. Aſopus genuiſſe dat᷑ dignus qui uideri tũc pater: abruptis quꝫ torrẽtiſſimus exit põtibus. Aſpirato uero ut Ouidiꝰ li. iiii. de ſine titulo: Quid referã Aſophõ: quẽ cæpit martia Thebe Natoꝝ Thebe quiq; futura ꝑtũ fluuius ẽ achaiæ. ut oſtẽdit Ptolemæꝰ in geographia q Aeginæ pater a poetis dictꝰ ẽ: & in ſinũ corinthiũ cadit: de quo plura Statiꝰ rettulit. Sane teſte Heſiodo in theogonia ex Oceano ac Tethy orti ſũt filii plures: a qbus flumina cognominata fuerũt: inter q̃ Peneus & Aſopꝰ fuere. Nã Peneꝰ in theſſalia ſedẽ eligẽs fluuio nomen indidit. Aſopus cũ philiũtẽ ad habitãdũ elegiſſet. ſumpta uxore Mẽtope Ladonis filia: duos teſte Diodoro ſiculo li. hiſtoriaꝝ. v. ex ea filios ſuſcæpit: Pelaſgũ. ſ. & Iſmenũ: qui & filias duodecim Iſmenus in boetia habitauit iuxta fluuiũ: quẽ a ſuo noĩe Iſmenũ cognominauerũt. Ex filiabꝰ uero Synope ab Apolline rapta: in eũ locũ delata ẽ: ubi nũc ẽ urbs ab ea ſynopes dicta. hoꝝ filius Syrꝰ his ĩperauit: q ab eo ſyri ſũt appellati. Alia uero filia Corcyra a Neptuno in eã inſulã delata ẽ: quã ab ea dixere corcyrã. & his natus ẽ Phæacꝰ a quo phæacũ genꝰ in corcyra nomẽ accæpit. Phæaco filiꝰ extitit Alcinous: ut hic noſter Diodorꝰ ait: Homerus uero aliter ſentit: ut uidebimus ĩ dictiõe Nauſithous: & ut ſeqt᷑ Diodorus Salamis a Neptuno ſimiliter rapta in inſulã aduecta fuit: q̃ ab ea ſalamina uocata fuit. ex qbus genitꝰ ẽ Cenchreus uir clarus: q inſulæ imperauit: & ſerpentẽ in ea miræ magnitudinis: q incolas uexabat occidit. Iuppiter ſimiliter ex philiũte Aeginã rapuit. inq; inſulã aduexit: q̃ ab ea ægina dicta fuit: ex q̃ Aeacũ genuit: q in ea inſula regnauit. ab Aeaco geniti ſunt Peleus Telamõ & Phocus. Hoꝝ Peleꝰ diſco iacto (licet inuitus) Phocũ fratrẽ interemit: ob quã cædẽ a patre pulſus: inq; phthiã theſſaliæ fugiẽs: ab Actoro rege purificatus ĩ regnũ accitus ẽ: cũ rex ille liberis careret. Ex Peleo uero & Thetide ortus ẽ achilles. At uero Telamon ex ægina abiẽs ſalaminã adiit: ubi ſũpta uxore Glauca Cẽchrei ſalaminioꝝ regis filia inſulæ ĩperauit. Sꝫ Glauca defũcta Tribiã Alcati atheniẽſis deſpõdit: ex qua ortus eſt Aiax: qui bello troiano interfuit. Et hæc ut reliqua quæ in diuerſis dictionibus enarrabimus intelligi poſſint placuit explicare.

A ſſaracus cũ duplici. ſ. &. c. exili ſcribit᷑: fuit Aeneæ proauus. de quo in dictione Priamus uidebimus.

A ſſyria cum duplicato. ſ. ſequente. y. græco: & in penultima cum. i. latino ſcribit᷑: regio eſt maioris aſiæ: habẽs ab ortu indiã: & ab occaſu tigrim fluuium: a meridie uero mediã: & a ſeptẽtrione montẽ caucaſum. Sed ut ait Iuſtinus libro primo aſſyrii poſtea ſyrii dicti ſunt.

A ſtages cum. t. exili ſcribit᷑: fluuius ẽ teſte Plinio naturalis hiſtoriæ. ii. qui in pontum defluit.

A ſter cum. t. exili ſcribitur: latine ſtella dicitur uel iubar.

A ſtericus ſine aliqua aſpiratione &. i. latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris parua ſtella. Nam ἀϛὴρ græce latine ſtella. unde diminutiuũ aſtericus deductum eſt.

A ſterion cũ. t. exili &. i. latino ſcribit᷑: fluuiꝰ ẽ achaiæ in nemea ſilua placide fluẽs: & fructuũ iuxta ripas abũdãtiſſimus: ut teſtis ẽ Lactãtius grãmaticus. fuit etiã urbs: ut oſtendit Homerus li. iliados. ii.

A ſteria cum. t. exili &. i. latino ſcribitur: fuit Titani Cæi filia & Latonæ ſoror: quã Iuppiter ardenter amauit: & in cæa inſula uitiauit.

A ſtyages cum. t. exili &. y. græco ſcribit᷑: fuit Cyaxaris medoꝝ regis filius: & Mandanæ pater: quã in ſomniis tãtũ minxiſſe uidit: ut omnẽ eius ciuitatẽ impleret: queadmodum in ea dictiõe uidebimus. fuitq; ultimꝰ aſſyrioꝝ & medoꝝ rex. De quo apud græcos Herodotus li. hiſtoriarum. i. & apud noſtros Iuſtinus ſimiliter li. i. q̃plura ſcripſere: & ἀϛτὺ quod eſt urbs: & ago componitur.

A ſtyalꝰ cũ. t. exili &. y. græco ſcribit᷑: fuit uir troianꝰ q teſte Home. li. vi. ilia. ĩ bello a Neoptolemo itereptus ẽ.

A ſtyanax cũ. t. exili &. y. græco ſcribit᷑: fuit Hectoris ex Andromache filius: cui teſte Homero li. vi. iliados pater Scamandrio ĩpoſuerat nomẽ. Sed eum cæteri Aſtanactẽ uocare maluerunt: quod ſolus illius pater urbẽ tutaret᷑. Nã ἀσ̇τὺ græce latine urbs dicit᷑: ἀναξ uero tutator uel defenſor.

A ſtyraria ſecunda cum. y. græco: penultima cũ. i. latino & ſine aliqua aſpiratione ſcribit᷑: fuit teſte Homero in. x. odyſſeæ: filia Aeoli ex Læpatra uxore: quaſi urbana poteſtas. Nã κρατόσ potentiã deſignat.

A ſtymones cum. t. exili &. y. græco ſcribit᷑. fuit Hippotis cõiunx: & mater bellaciſſimi Capanei.

A ſtynous cum. t. exili &. y. græco ſcribitur: fuit princeps quidã troianus: quem teſte Homero libro. v. iliados Diomedes in bello interemit.

A ſtyochia cum.t.exili ſequente.y.græco:& in penultima cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:fuit Actoris Ezidæ filia.hæc teſte Homero li.ii.iliados:cum adhuc uirgo in cœnaculum paternæ domus aſcẽdiſſet: clã ibi a Marte cõpreſſa ẽ:cui peperit Aſcalaphum & Ialmenum.Eandeꝫ Hercules expugnatis cõpluribus oppidis ab ephyra & fluuio ſeleente abduxit.Cui peperiſſe Tlipolemum dixit Homerus.

A ſtypale cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:urbs fuit in inſula aſtypalæa:quaſi ἀστυος:ideſt urbis:παλη luctatio.ea teſte Plinio libera fuit a romanis.

A ſtypalæa cum.t.exili &.y.græco:penultima cũ.æ.diphthõgo ſcribit̃:ẽ inſula in mari ægæo una ex cycladibus ab Aſtypale urbe cognominata.de qua Ouidius li.ii.de arte ait:
Cinctaq; piſcoſis aſtypalæa uadis.

A ſtrea cũ.t.exili ſcribit̃:fuit teſte Arato in phenomia Aſtrei filii Titani ex Aurora filia.quã ob diligẽtiſſimam æqtatẽ iuſticiã appellatã dixit.Nã tũc quoq; cũ terras habitabat:Nõdũ ueſanos rabies undauerat enſet:Nec cõſanguineis fuerat diſcordia nota.Et alia plura ꝑ multa carmia ſecũdũ eã quã habeo traductionẽ.T.Claudii Cæſaris.Nã germanici Cæſaris traductionẽ:quã olim uidi iã nõ teneo.Eã uero ꝙ fuit Ciceronis nũq̃ uidi.Sed græcũ ipſius Arati codicẽ habeo.& ſubdit Arat⁹ illã deinde ob hominũ ſcelera ad cælũ euolaſſe.Et cæli ſortitã locũ quã ꝓximus illi tardus in occaſu ſequit̃ ſua plauſtra bootes.At uero Heſiodus in theogonia dixit illã Iouis: & Themidos fuiſſe filiam.Alii nõnulli Erigonem Icari filiam dixere.

A ſtreus cuꝫ.t.exili &.eu.diphthõgo in fine ſcribit̃:fuit teſte Seruio ſuꝑ primũ æneidos: unus de Titanibus:q cõtra deos arma ſumpſere.hic teſte Heſiodo in theogonia cum Aurora cõcumbens uentos genuit.

A ſtron cum.t.exili ſcribitur:& græcum eſt:quod teſte Macrobio ſuper ſomniũ Scipionis ſidus apud nos dicitur. Quod ꝓprie ex pluribus ſtellis cõſtari dixit:ita ut ſtella unica ſit.Quæ ſane differentia ab auctoribus quandoq; confunditur:ut late uidebimus in dictione ſidus.

A ſtronomia cũ.t.exili &.i.latino ſcribit̃:dici põt aſtroꝝ regula.Nã νόμος græce latine lex & norma dicit̃.

A ſtrologia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:dici poteſt aſtrorum ſermo uel ratio.

A ſtu cum.t.exili ſcribit̃:apud poetas aſtutiã deſignat.Cuius origo ut ait Feſtus ex græco uocabulo ἄστυ deducit̃:quod oppidum ſeu urbem indicat:in qua qui cõuerſati aſſidue ſunt:cauti atq; acuti eẽ uidebant̃.

A talanta cũ.t.exili utrobiq; &.a.poſt utrũq;.t.atq; cum unico.l.ſcribit̃:fuit uenatrix ex arcadia filia Iaſii filii Abãtis argiuoꝝ regis:ut græci oẽs & latini pariter atteſtãt̃.hãc ardẽter amauit Meleager. ut Ouidi⁹ in.iiii. epiſtolaꝝ heroidũ:Arſit & œnides in menalia atalãta.Et Muſe⁹ amorẽ tractãs Læãdri & Heros de illa inqt παρθενος οὔ σε λέληθεν ἀπ᾽ ἀρκαδίης ἀταλάντη.Nã cũ uirgo eẽt ſpecioſiſſima & una ex Dianæ comitibus ad Apꝝ calydoniæ perimẽdũ una cũ cætera nobilitate achaiæ a Meleagro uocata uenit.Sed tamen q̃a prima Apꝝ ſagitta ꝑſtrinxit:tũ etiã rõe ſuæ formæ a Meleagro amata capite mõſtri in teſtimoniũ magnæ uirtutis fuit donata.Ex quo in eius amplexus deuenit:quæ ſibi deinde Parthonopeũ pepit. Alia fuit Cenei regis in ſcyro inſula filia curſu nobilis:& a poetis cantatiſſima.Cui⁹ omnẽ fabulã Ouidi⁹ ipſe rettulit li. metamor.x.ubi dicit talia dicẽtẽ molli ceneia uultu.Et ĩ eadẽ fubula:Gaudeat an uirgo magis his ceneia dictis

A talãtis cum.t.exili utrobiq; ſequente.a.uocali in ſecũda &.i.latino in fine ſcribit̃:luſcinia a nobis dicitur & carduelis:de qua Virgi.li.georgicoꝝ.iii.Littoraq; halcyonem reſonant atalantida dumi.

A thamas cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit Aeoli filius & cadmi gener ac thebaꝝ rex paterq; Phryxi & Helles:cãtatiſſimus quidẽ carminibus poetaꝝ.de quo Ouidius li.metamor.iiii.& faſtoꝝ.vi.plura dixit:a quo patronymicũ athamãtis ꝓ Helle filia ponit̃.ut Ouidi⁹.xvii.heroidũ:Fluctibus ĩmodicis athãmãtidos æquora canẽt.

A thanaſius cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:fuit epiſcopus alexandrinus uir admirandus in omni ætate. Cuius nobilẽ uitã e græco in latinũ tranſtuli ad Eugeniũ pontificem maximũ.

A thanatos ſecunda cum.th.aſpirato:& ultima cum.t.ſimplici ſcribit̃:dicitur a noſtris ĩmortalis.

A tarnes cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.Darii perſaꝝ regis frater: a quo loc⁹ quidam myſiæ contra leſbum atarnes dictus fuit.

A thax cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fluuius ẽ ꝑyreneo mõte ſcaturiẽs:q curſu lenis narbonã uſq; ꝓgredit̃.Vbi nauigabilis effectus adeo imbrib⁹ turgeſcit: ꝙ intra ripas ſe cõtinere nõ poſſit:deĩde in rubreſuꝫ lacũ defluit. unde tenuis exiẽs ĩ tyrrhenũ mare demergit̃.de quo Luca.li.i.ait.Mitis athax latias gaudes nõ ferre carinas

A tella cnm.t.exili & duplicato.l.ſcribitur:fuit campaniæ oppidum:a quo ludi atellani dicuntur.fuitq; in illo amphitheatrum egregium.

A thene cũ.th.aſpirato ſcribit̃:ciuitas fuit ꝑclariſſima in attica regiõe:cui⁹ adhuc ueſtigia q̃dã manẽt.hãc primo ab Alabãdo cõditã dixit Cicero li.iii.de natura deoꝝ . Plato uero in timeo dixit Amaſim regẽ ægyptiuꝫ eius urbis cõditorẽ fuiſſe:eãq; uocabulo ægyptio cognominaſſe:quod lingua græca athenã ſonat.Alii Cecropẽ illã cõdidiſſe dicũt:& eã ſubita apparitiõe arboris oliuæ Mineruã cognominaſſe: quã ea arbor deſignat:& lingua græca athena dicit̃.Alii nõ a Cecrope cõditã:ſed inſtauratã putãt.quo tpe athena apud illos ꝓ dea colebat̃.Poetæ uero dicũt Neptunũ & Mineruã athenas cõdidiſſe.ſed cũ de nõis ĩpoſitiõe inter eos fieret diſſenſio:diis reliqs ꝓ̃ſentib⁹ fit ĩter eos cõuẽtio. Vt q ꝑcuſſa terra laudabiliorẽ ꝓduceret effectũ:urbi nomẽ ĩponeret.Neptunus cũ tridẽte ꝑcuſſa terra equũ ꝓduxit belli omẽ:Minerua aũt haſta ꝓiecta oliuã ꝓ

duxit pacis arborē. Quæ quoniã utilior deoꝝ iudicio uiſa fuit: ex ſuo noīe athenas dixit. Nã minerua athene græce dicit᷑: de quo Lucanꝰ li. vi. ait: Primus ab æquorea ꝑcuſſis cuſpide ſaxis Theſſalicꝰ ſonipes bel is feralibus omen Exilit. & Virgilius georgicorum primo: Tuq; o cui prima frementē Fudit equum magno tellus percuſſa tridente Neptune.

Athenodorus cum. th. aſpirato ſcribit᷑: fuit teſte Plinio libro. xxxvi. naturalis hiſtoriæ: marmorarius ſculptor eximius: diciturq; quaſi αθηνᾶσ hoc eſt Mineruæ: Δωρον: donum.

Athenion cum. th. aſpirato & . i. latino ſcribitur: fuit teſte Plinio li. xxxv. naturalis hiſtoriæ: pictor Maronites Glautionis corinthii diſcipulus: auſterior colore: & in auſteritate iucundior: ut in ipſa pictura eruditio eluceret: cui ut ſcribit idē auctor niſi in iuuenta obiſſet nemo compararetur.

Atheos cum. th. aſpirato ſcribitur: is eſt qui deos negat: ut Diagoras fertur cognominatus. Nam cōponit᷑ ex a quod negationem importat: & theos deus.

Athesis cũ. th. aſpirato & . i. latino ſcribit᷑ fluuius eſt galliæ ciſalpinæ: q in mo ntibus tridētinis oritur: & curſu rapidus tridentum radit. Inde ueronã cōtingēs urbē in duas ꝑtes diuidit. Et deinde ꝑ latas padi paludes gradiens non longe a brundulo in adriaticũ mare fluit. de quo Virgilius meminit libro æneι. ix. cũ ait: Siue padi ripis atheſim ſeu propter amœnum Conſurgunt geminæ quercus.

Atimetus ſecunda cum. t. exili & . i. latino: penultima cũ . e. abſq; diphthōgo: & ultima ſcribit᷑ abſq; aſpiratione: fuit libertus Cæſaris Pamphiliti: ut ipſemet teſtat᷑ in marmore ab eo dicato cineribus uxoris Homonœæ cũ epitaphio pulcherrimo: quod romæ legi in ſacello Michaelis archangeli.

Atys cum. t. exili & . y. græco ſcribitur: fuit puer phrygius. ut ſcripſit Ouidius lib ro faſtorum quarto: quē ſpectabilem facie ut idem ait Cybele deorum mater caſto ſibi amore deuinxit: Iuſſitq; ut purus perſeueraret: & ſua templa tueretur. Et ſubdit Ouidius: Ille fidem iuſſis dedit: & ſi mentiar inquit Vltima qua fallam ſit uenus illa mihi. Sed deinde uel præceptorum oblitus: uel libidine aut amore deuictus fallit: & in nympha Sagarathide deſinit eſſe quod fuit. Quare cum ea nympha pœnas dediſſet ac periſſet: puer in furias cōuerſus putans domos ruere tectum omne diffugit. Et per ſumma dindymi montis phrygiæ: q deæ ſacer eſt furioſe diſcurrens: arrepto lapideo cultro ſeipſum excaſtrauit: dicente Ouidio:

Ille etiam ſaxo corpus laniauit acuto:
Longaq; non modo puluere tracta coma eſt.
Voxq; fuit merui meritas do ſanguine pœnas.
Ah pereant partes quæ nocuere mihi:
Ah pereant dicebat adhuc onus inguinis aufert.
Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri.

Verum catulus aliter hiſtoriam retexens dixit illum per mare phrygiam contendiſſe: Et cum ad phrygiæ fluuium qui gallus dicebatur aduenisset: bibiſſetq; ex illius aqua in furorem ex aquæ natura cōpulſus ſilice ſe caſtrauit. ait enim:

Super alta uectus atys celere rate maria.
Phrygium ut nemus citato cupidine pede tetigit:
Adiitq; opaca ſiluis redimita loca deæ
Stimulatus ubi furenti rabie uagus amnis
Deuoluit: exectus acuto ſibi pondere ſilicis.
Itaq; ut relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro
Niueis citata cæpit manibus leue tympanũ. & reliq.

Nã de eo flumine teſtat᷑ Pliniꝰ li. v. naturalis hiſtoriæ dicēs: Gallus phrygiæ flumen eſt. de cuius aq̃ potātes reddunt᷑ inſani. Et Martianus li. vi. dixit ab eo miniſtros matris deũ gallos dictos eſſe. Quod Ouidius ipſe eodem quo rettulimus libro priꝰ teſtatus eſt cum ait:

Cur igitur gallos qui ſe excidere uocamus:
Cum tantum a phrygia gallica diſtet humus:
Inter ait uiridem cybelen altaſq; celenas
Amnis it inſana nomine gallus aqua:
Qui bibit inde furit procul hinc diſcedite quis eſt
Cura bonæ mentis: qui bibit inde furit.

Cum ergo Atys per eum modum ſe execuiſſet: uenit id in exemplum ut omnes qui matri deum miniſtrare cupiũt: ſeipſos excaſtrare debeãt. dicēte Ouidio ĩ præfato libro: Venit in exēplũ furor hic molleſq; miniſtri: Cædunt iactatis uilia membra comis Nec ſe ferro excidere ſed lapideo cultro demonſtrant. Quod etiam Iuuenalis confirmare uidetur: cum ait in ſatyra Credo pudiciciam: Ecce furentis Bellonæ matriſque deum chorus intrat. & ingens Semiuir obſcœno facies reuerenda minori: Mollia qui rapta ſecuit genitalia teſta. & reliqua. In quibus oſtendere forte uidetur: non omnes ſibi teſta genitalia exſecuiſſe: ſed ille ſolum qui inter illos eſt maior. Verum hi cum matri deum ſacra litabant: proprio ſibi ſanguine crines inungebant: & caput inde rotantes futura præſagire credebantur. unde ait Lucanus libro primo: Crinemq; rotantes Sanguineum populis ululabant triſtia galli.

A tys alius Crœſi lydoꝝ regis maior natu filius fuit:q nulla arte cuſtodiri potuit:quin ferro necaretᷣ. Ná teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.i. ab Adraſtro uenádo fortuitu interfectus fuit. Alius eodé noíe eius frater fuit:q cũ natus diuq; elinguis educatus eſſet: ui timoris paternæ necis uocalis euaſit. Cuiꝰ hæc fuerũt uerba:teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.i.ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε τὸν κροῖσον:hoc é o homo ne interfice Crœſum.

A tina cum.t.exili &.i.latino ſcribitᷣ:fuit teſte Seruio ſuper.vii.æneidos:urbs iuxta pontinas paludes campaniæ:quæ ciuitati erũnas inferebant.unde ſic quoq; cognominata fuit.Nam ἄτη:græce latine erumna dicitᷣ Virgilius tamen dixit:Atina potens:tyburq; ſuperbum.

A tlas cũ.t.exili ímediate ſequẽte.l.ſcribitᷣ:mons eſt mauritaniæ ſic quoq; nominatus ab Atlante rege filio Libyæ a quo teſte Plinio li.vii.naturalis hiſtoriæ:aſtrologia primũ cóperta fuit. Sed duo mótes eiuſdé noís in mauritania ab Herodoto & aliis nónullis hiſtoricis deſcribuntᷣ. Vnus quidé ꝓpinquior colũnis Herculis. Alter uero in interiora libyæ remotior:qué rotundũ eé dicit:& altiſſimũ. Cuius ſũmitas nunq̃ uideri pót: qa nubes ab illo nec æſtate:nec hyeme diuelluntᷣ. Qué incolæ(ut ille refert)uná cæli colũná eé aſſerũt. Et ut ferunt poetæ fuit in illũ Atlas mauritaniæ rex conuerſus. Quare in formá uiri Virgilius eum deſcripſit:cū ait libro æneidos quarto:

Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris:
Piniferũq; caput uento pulſatur & imbri.
Nix humeros infuſa tegit:tum flumina mento
Præcipitat ſenis:& glacie riget horrida barba.

Similiter & eadé ſcriptura hoc eſt cũ.t.ſimplici ímediate ſubſequente.l.ponitᷣ ab Herodoto præfato li.hiſtoriaꝝ.iiii.atlas fluuius quidá magnus a ſũmo mótis æmi uerſus ſeptẽtrioné in iſtrũ deflués:qué ſic quoq; cognominatũ ab Atlante arcadiæ rege exiſtimo. Ná teſte Seruio ſup.viii.ænei.tres fuerũt Atlátes. Vnus rex italiæ:& pater Electræ uxoris Coriti. Alter arcadiæ & pater Maiæ:ex qua Mercurius natus eſt. Et ertius maurus q maximus eſt dictus. Et cui pene reliqua omnia attribũuntᷣ ab Atlante Atlantiades patronymicum licentia poetica deducitᷣ:ut Ouidius li.metamor.i. Sedit atlátiades pro adlantides.a quo etiá atlantides populi:& adlanticum mare.

A thleta penultima cum.th. aſpirato immediate ſubſequente.l.& ultima cum.t. ſimplici ſcribitur: dicitur a noſtris pugil & luctator.

A tomus cum.t.exili ſcribitur:dicitur apud nos indiuiſibilis:& indiúidua. Nam ex a cóponitᷣ:& τομή: quod eſt inciſio. Lucretius uero atomos minutiones uocauit.

A thochari cū.th.&.ch.aſpiratis ſcribitᷣ:ſunt teſte Herodoto populi ſcythici in aſia. hi teſte Plinio li.vi.naturalis hiſtoriæ:apricis ab omni noxio afflatu ſecluſi collibus eadé qua hyperborei deiunguntᷣ téperie. Et ſubdit de his priuatim condidit uolumina Homerus ſicut Echathus de hyperboreis.

A thos cũ.th.aſpirato ſcribitᷣ:mons eſt inter macedoniá & thraciá. Quare nónũq; mons thraciæ dicitᷣ: ut Homerus in hymno Apollinis θρηΐκιος ἄθοσ. Nónunq̃ macedoniæ:& aliquando æmoniæ mons dicitᷣ: quæ ſub noíe macedoniæ:ut in ea dictione uidebimus nónunq̃ uenit:unde Seneca in Medea: Aemoniꝰ illas cótulit peſtes athos. Seruius uero ſup.xii.ænei. Nó athos cũ.ſ.cóſonáte í fine:ſed athon cũ.n. ut apollon ſcribédũ dixit. Quod auctoritate Virgilii cóprobauit q ibidé dixit. Quátus athon aut quátꝰ aryx. Ná ut ait ſi athos cũ.s.legeretᷣ:cũ.os breuis ſit:minime ſtaret uerſus. Quí & ex alio cóprobat.qa athona í accuſatino facit. Quod ut ſane ipſe fatetᷣ ab Herodoto & Homero obſeruatũ nó fuit. Nec etiá ut puto a noſtris cóperitᷣ. Ná Virg.li.georg.i.ait:Aut athó aut rhodopé aut alta ceraunia telo Deiicit. Niſi qs dicat eclipſim fieri uel athona rhodópen ſcribédũ eé. Eſtq; altitudinis admirádæ ut hiſtorici atteſtátᷣ:ita ut uſq; ad lemnũ inſulam umbrá ꝓtédere affirmét:q̃ octoginta ſex milibꝰ paſſuũ a macedonia ſeparatᷣ. de quo Statiꝰ li.v. thebaidos ait:Ingéti telluré ꝓximus umbra Veſtit athon nemorũq; obſcurat imagine pontũ. Et cũ ſic arduꝰ fuerit: teſte tamé Herodoto li.hiſtoriaꝝ.v.nauigatus fuit claſſibꝰ pſicis:& a cótinéti iuſſu Xerxis mille quingétis paſſibus abſciſſus eſt:quin & ponté ſub ſtrymone fluuio derelictũ:hoc é adeo ſubcauatũ dixit:ut flumé ipſꝫ curſum ſupra ponté cóficeret:& ſub ponte mare inundaret:de quo in dictione Xerxes uidebimus.

A toſſa cũ.t.exili hoc é ſine aſpiratióe & duplicato.ſ.ſcribitᷣ:fuit teſte Herodoto li.hiſtoria.iiii.filia Cyri: quá & Artyſtoné ſororé Darius poſtq̃ ad regnũ pſaꝝ ſublimatꝰ é uxores accæpit.& ex Atoſſa ut idé auctor circa initiũ libri ſeptimi dixit Darius ipſe Xerxem ꝓgenuit:deinde poſt illum regnauit.

A trax cum.t.exili ſcribitur:fluuius eſt ætoliæ:a quo teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ atraces quidá populi cognominati ſunt.

A treus cũ.t.exili &.eu.diphthógo í fine ſcribitᷣ:fuit filius Pelopis:& Hippodamiæ:nepos Tantali mycenaꝝ regis:& frater Thyeſtis:de qbꝰ multa narrátᷣ a poetis:ut a Seneca in Thyeſte:& ſtatio í diuerſis locis ſuæ thebaidos. Qui ſane oſtédũt eos fuiſſe inter ſe ſæuos:adeo ut Thyeſtes cũ Europe fratris uxore cócũberet: qđ dolés Atreus liberos ei epuládos appoſuit. Cuiꝰ facinoris cũ Thyeſtes exqreret ultioné a diis: reſpondit illi Apollo poſſe alio ſcelere eiꝰ facinoris uídicé naſci.ſ.ſi cũ Pelopia filia ſua cócũberet. Quo facto natꝰ é Aegiſthꝰ:q Atreũ íterfecit:& Agaménoné ſimiliter a bello troiano redeũté íteremit. Seruiꝰ ſup.i.æne.dixit Atreũ apđ mycenas primũ ſolis eclipſiꝫ íueniſſe:cui íuidés frater ex urbe diſceſſit tpe quo eiꝰ ꝓbata ſũt dicta:& ab

Atreo atrides deducitur:unde atridæ Agamennon & Menelaus a poetis dicti ſunt:quod uſurpatum fuiſſe
dixit Seruius ſuper primũ æneidos:quia Pliſtonis fuerunt filii.

**A** thrys cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:fuit reſte Herodoto libro hiſtoriarum tertio:thraciæ fluuius
in iſtrum defluens.

**A** tropos cum.t.exili ſcribit̃:Vna dicit̃ ex parcis quæ filũ frangit.unde cõponit̃ ab.a.quod eſt ſine: & τροπη
cõuerſio:quaſi ad nullius preces cõuertat̃.Nam ut uoluit Homerus tres ſunt ſorores.quarũ una dicit̃ Clo-
tho quæ.ſ.baiulat.Alia lacheſis quæ filat.Et tertia Atropos quæ filum frangit:Ita ut cũ alicuiꝰ fila dirupe-
rit morte moriatur:dicente Martiale in primo:Lanificas nulli tres exorare puellas.
Contingit:obſeruant quẽ ſtatuere diẽ.Has Martianus dixit ſuperũ librarias: & ſcriptrices:quæ.ſ. ſñias Io-
uis ſtudio ueritatis excipiũt.Vnde & nõnunq̃ ab auctoribus noſtris ꝓ diſpoſitione ſuperũ capiunt̃: iuxta
quod ait Iuuenalis in ſatyra Neuule:Hæc exẽpla para fœlicibus:at mea clotho. Et lacheſis gaudẽt ſi paſcit̃
inguine uenter. Vnde illas quoq; dixit Heſiodus in theogonia naſcẽtibus hominibꝰ bonũ & malũ cõferre.
Quare latine ꝑtæ teſte Gellio li.iii.noctiũ atticarũ ex auctoritate Varronis ĩmutata littera una a ꝑtu noiant̃.

**A** ttalus cũ duplicato.t.exili & unico.l.ſcribit̃:fuit pergamenorũ rex:q in minori aſia cõtra Philippũ romanis
fauit:de quo Liuius diuerſis in locis:& Iuſtinꝰ li.xxxvi.plura ſcripſere. Alter eodẽ noie fuerat Neoptolemi
filius frater Olympiæ cõiugis Philippi fratris Alexandri magni:q deinde cauſa fuit mortis Philippi.

**A** ttagen cũ duplicato.t.exili ſcribit̃:auis eſt teſte Plinio li.x.naturalis hiſtoriæ celebris & uocalis alias:ſed ca-
pta obmuteſcẽs.hæc ut ait primũ in ionia cõperta fuit:poſtmodũ in gallia & in hiſpania capta.

**A** ttis cũ duplici.t.nõ aſpirato &.i.latino ſcribit̃. Sane teſte Seruio ſup primũ georgicorũ nõ ſolũ attis cum.s.
cõſonante in fine:ſed etiã attin cum.n.ſcribi põt:ut delphis & delphin:eleuſis & eleuſin.Et ut ꝑgitꝰuerius in
n.deſinunt(qa illud in obliquis habẽt)q̃ in.s.ut attinos delphinos eleuſinos:& eſt attin regio inter achaiã
& macedoniã:quæ maxime græciæ nomẽ retinet.Nã ab Iſthion corinthio ſiue ſtrictura:ĩ quã deſinit achaia
incipiens:& ꝑ mare ægæum porrecta uſq; in macedoniã & theſſaliã(quã ut multi uolunt cũ omni boetia in-
tra ſuũ nomẽ includit)extendit̃:dicta primũ attis ab Atti filia Græci ſucceſſoris Cecropis: a quo & græci ꝓſic
quoq; cognominati fuerunt.Deinde ab Hellene Pyrræ & Deucalionis filio dicta fuit hellas: qꝰteſte Solino ĩ
theſſalia natus eſt:quo rege ipſi græci hellenes dicti fuerunt.Nã teſte Ariſtotele in ſecũdo meteororũ:helle-
nes nunc ſunt:qui prius græci a græco rege dicti fuerunt.In hac regione fuit inclyta atthenarũ ciuitas: cam-
pus marathon cũ oppido eiuſdem nominis athenis ſatis ꝓpinquo: memorandus quoq; cruentiſſimis ꝓliis
ut in ea dictione uidebimꝰ.montes teſte Plinio bryleſus ægialeus icarius hymettus.Quin & ſuniũ ꝓmonto
rium:duriſcos:polypoſter:ebrauronion:Saxa ſcyronia athenis ꝓpinqua:& ut multi ferũt mons aracynthꝰ
ut in ea dictione uidimus.Nec longe ab athenis argos oppidũ quod Bacchus ipe cõdidit:& plura alia quæ
longũ eſſet enumerare.At uero ab atti regio ipſa attica dicta eſt:& atticus incola quin & attius. quæ omnia
cũ duplicato.t.ſcribenda ſunt.Virgilius libro georgicorũ.iiii.Attias orithya.& ſimiliter oia deſcẽdentia cũ
geminato.t.ſcribi debent:& nõ.c.ante.t.ut attæus.Virgilius in Alexi: Amphion dircæꝰin attæo aracyntho
Similiter Leander ad Boreã:qui rapuit Orithyam dixit apud Ouidiũ.xvii. heroidum: Tam gelidus cũ ſis
nõ te tamẽ improbe quondã Ignibus attæis incaluiſſe negas.Nã ſi cũ.c.aut.t.ſcribat̃:denotat montẽ leuca
dium:qui actius dicit̃:ut Sappho: Actæuꝫ populi leucadiũq; uocant.& in eadẽ epiſtola:Cur nõ actiacas mi
ſerã me mittis ad oras:quod cum.c.ante.t.ſcribit̃.Similiter Virgilius li.æneí.iii. Actiaq; iliacis celebramus
littora palmis.Et circa finẽ li.viii.Actius hæc cernens arcũ intendebat apollo.At uerbum atticiſſo:qa ab atti
deſcendit:cũ duplici.t.ſcribit̃:ut Plautus:Non atticiſſat:ſed ſiciliſſat.& inde atticiſmus:ut Quintilianus in
primo de oratoria inſtitutione:In primis inquit copiam uerborum:quorum in tragœdiis grauitas:in co-
mœdiis elegantia:& quidam uelut atticiſmus:inueniri poteſt.Et ut quidã putant etiam attilius inde deduci
tur:quod ſi ſic eſſet:cum duplici.t.ſcribendum erit:

**A** uctor cum.au.diphthongo &.ct.exilibus ſcribitur ab uerbo græco:quod eſt ποίω originem per ſignifica
tionem ducere uoluerunt:ita ut poeta:ſeu ut dicam factor ſit.Nam factor in uſu non eſt:niſi in quibuſdam
e.græco tranſlatis:ut factorem cæli & terræ:ubi habetur ποιητηω:hoc eſt poetam.At nos poetas cæteroſq;
operum conditores auctores uocamus.Et ille qui fecit aliquod opus qui ægit bellum aut pacem auctorem
operis:& auctorem belli:aut pacis dicimus.Item & hominem in quo eſt ius:poteſtas: & dignitas. Vnde au-
ctoritas dicta eſt.Liuius:Decreuerunt enim ut cum populus regem iuſſiſſet: Id ſic ratum eſſet ſi patres au-
ctores fierent:hoc eſt auctoritatem:ut aiunt ſuam & decretum interponerent:ratum haberent:atq; ratifica
rent ſiue comprobarent.Et alibi:maiores noſtri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine aucto
re uoluerunt.Vocanturq; etiam auctores pupillorum:in quorum adminiſtratione infirma ætas reſq; eius
ſunt.Ideoq; filios regum pupillos ſub auctoribus fuiſſe legimus.Paulus iuriſconſultus:Etiam ſi non inter-
rogatus tutor auctor fiat:ualet auctoritas eius:cum ſe probare dicit id quod agitur:hoc eſt enim auctorem
fieri. Quare auctores ſententiæ alicuiuſque conſilii uocantur hi: quorum ſententiam conſiliumque ſecuti
ſumus.Et duces militum auctores uocabantur.Vnde auctorare obligare eſt & ſubiectum facere.Sed quæ-
rit Seruius ſuper Donati artem auctor utrum per ſe an de uerbo oriatur? Et reſpondit in hæc uerba dicẽs:

Sed eſt ſciédum ꝗ a ſe naſcitur. Nam illud quod é augeo ne nos deducat quod inde ueniat. Aliũd eni é augere: aliud auctoré eẽ. hæc ille. Quid quod auctoré nullo pacto dicere poſſum⁹ actoré. Ná actor ſine. u. littera ab ago deſcédit. Et dicit᷑ orator q agit cauſaꝫ quiq; geſtuꝫ uult⁹ & corpis agit: unde oratio ab ipa ꝓnunciatióe dicta é. Quin & oratio ſcripta: actio é appellata. Ité comœd⁹ & tragœd⁹. i. hiſtrio: q agit geſt⁹ i ſcæna & qd' huic generi ſimillimũ é: q agit attelanas: & mim⁹ cis actor uocari pót. Et ptes comœdiæ actus dicunt᷑.

Auctoratum cum. au. diphthógo & . ct. exilibus ſcribit᷑: ab auctorare deſcédit: ſignificatq; obligatũ & ſubiectum. Liuius li. xlvi. ab urbe: Signo inquit ſuo ipreſſas tabellas miſit: & uero pignore uelut auctoratum ſibi ꝓditoré rat⁹ é. i. obligatum & ſubiectuꝫ. Valerius maximus li. ix. Auctorato inquit ſociis officio. Suetonius li. iii. de legendo uel auctorádo milite: ac legionum: & auxiliorum deſcriptione.

Auctoramétum ſimiliter ſcribit᷑: & ab auctorádo milité deducit᷑. Ná q̃ſi obligationé nexumq;: uel q̃ſi ſtipédium quoddá: & ꝑcium cuiuſdá militiæ ac pugnæ actioniſq; deſignare uidetur. Quintilianus: Nec difficilem ſane ſub illo præſertim auctoraméto habuiſſet miſſioné: ſꝫ noluit gladiator uiuere. Cicero: Quoꝝ ipa merces auctoramétuꝫ ſeruitutis é. Seneca li. vii. epiſtolaꝝ: Nullum ſine auctoraméto maluꝫ é. Auaritia pecuniaꝫ ꝓmittit: luxuria uarias uoluptates. Ambitio purpuram & plauſum: & ex hoc potentiam: & quicqd potentia poteſt: mercede te uitia ſollicitant.

Auctio cum. ct. exilibus & . i. latino ſcribit᷑: & latiná habere deriuationé: ac magis ab augeo: q̃; ab auctorádo deduci exiſtimo. Ná uéditio quædá é i publico ac loco celebri: q̃ p incremẽtũ ꝑcii: hoc é plus offerétis fieri uidebat᷑. Et hinc auctionari uédere dicebat᷑: qd' publice & ſub haſta p augmẽtũ ꝑcii uẽdebat᷑. Nec hoc mó ea uendi dicebátur: q̃ ad eſum ſpectare uidebát᷑: ſed quæ ad alios uſus. Nec fere niſi q̃ penes aliũ in uſu fuerũt.

Augias cum. i. latino ſcribitur: in quod ei diphthongus cóuerſa fuit: & fuit teſte Homero li. xi. iliados: epioꝝ rex ſiue elidenſium: qui bellum geſſit cum Neleo pyliorum rege.

Aula cũ. au. diphthógo ſcribit᷑: tráſſertur a noſtris atrium. at aulá ꝓ olla Plauto uetuſtiſſimiſq; relinquimus.

Aulæa cum. æ. diphthógo in penultima ſcribitur: uelamina ſunt picturis intexta: quæ primum in aula Attali regis aſiæ q populum romanũ hæredeꝫ ſcripſit inuenta ſunt. Virgi. li. georgicoꝝ. iii. Purpurea intexti tollant aulæa britanni. Vnde ab αυλη: quod eſt aula nomen aſſumpſere.

Aulis cum. au. diphthógo & . i. latino ſcribit᷑: nó eſt inſula ut ignari quidá putát. Sed teſte Strabone approbátiſſimo hiſtorico inter græcos regiuncula eſt boetiæ petroſa: & ciuitas eiuſdé nominis: iuxta quá portus eſt quingentaꝝ nauium capax: Euripo Chalcidico ꝓximus. Idé innuere uidetur Homerus libro iliados. ii. Plinius etiá libro. iiii. naturalis hiſtoriæ: ubi de inſulis maris ægæi atq; ipa euboia pertractat inquit: ex aduerſo in cótinenti aulis eſt: & agédo de boetia: In ipſis inquit faucibus Euripi: qué facit euboica obiecta inſula: Aulis nobilis eſt portus: qué boetii antiquitus dixere hyamas. Idem Póponius confirmauit dicés: Aulis agamémoniæ graiorumq; claſſis in troiá coniurantium ſtatio. Vnde boetiæ portus dicitur: in quibus detentæ fuerunt graiorum naues: dicente Ouidio libro metamorpho. xii.

Nec dilata foret uindicta niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent uenti: boetaq; tellus.

Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras. In eo loco coniũrauerunt græci: non ante reuerſuri: q̃; ilion caperetur. ut Dido ad Aeneam apud Virgilium libro æneidos quarto: Non ego cum danais troianam excindere gentem Aulide iuraui.

Auras cum. au. diphthongo ſequente. r. ſcribitur: fluuius eſt: teſte Herodoto li. hiſtoriaꝝ. iiii. grádis ab æmo deſcendens: & in Iſtrum defluens.

Aurũ cum. au. diphthógo ſcribit᷑: græcũ eẽ qdá putát. Ná teſte Feſto Hippocrates medicus ab iuẽtore cognominatũ illud putauit: qué uocitatum dixit ἀ̄υρίον: & inde theſaurus. Qui uero latinũ uolũt a ſimilitidine coloris Auroræ nomé traxiſſe exiſtimát. Alii uero ab aura. i. ſplédore teſte Seruio ſup ſextum æneidos dictũ putant: dicẽte Virgilio: Diſcolor unde auri p ramos aura refulſit. i. ſplédor. Et Horatius: tua ne retardet aura maritos: hoc eſt ſplendor. Nõnulli uero quia mentem hominum auertat.

Auſchiſæ cuꝫ. ch. aſpirato & . i. latino ſcribit᷑: populi ſunt in libya ultra barcaeos: iuxta quos uerſus mare ſunt bacales. ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.

Autocanes abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: mons ponitur ab Homoro in hymnis.

Autonoe cum. t. exili & . oe. diuiſis litteris in fine ſcribitur: fuit Cadmi thebarum regis filia ex Hermione coniuge: ut ſcribit Heſiodus in theogonia: & Ouidius li. metamorpho. iii.

Automedó cũ. au. diphthógo in prima: & . t. exili ſequẽte. o. ſcribit᷑: nónulli uero ex noſtris loco ipius. o. ponũt. u. & dicũt Autumedó. fuit Achillis Armiger ſeu auriga. ut Virgi. li. ænei. ii. Et equoꝝ agitator Achillis Armiger automedó. Idé Ouidius li. i. de arte: nunqd achilleos inter fera prælia fida Deſeruit leuitas: automedontis equos. a quo id quoq; tractũ é: ut cũ aliqué aurigá aſſignare cupimus: atq; inſigni arte adnotare ob illius excellentiá Automedontis noie uocitemus. Quare Iuuenalis in prima ſatyra cũ de illo loqueretur: Qui bona donauit præſepibus: & caret omni Maiorũ cenſu ait: dũ ꝑuolat axe citato: Flaminiá: puer automedon: nam lora tenebat: hoc eſt æqualem automedonti oſtendebat ſe habere aurigam.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

A ũtolycus abſq; aliqua aſpiratione & unico.l .atq;.y.græco ſcribitur:fuit uir græcus ex eleone urbe boetiæ
de quo Homerus libro.x.iliados meminit.
A xylus cum.y.græco & unico.l.ſcribit᷑ habetq; apud græcos accẽtũ in prima:fuit phryx ex ciuitate ariſbe fi-
lius Teuthranidis.hic teſte Homero li.vi.iliados:fuit homo:perq; beatus omnibus:quæ ad uictũ mortaliũ
ptinẽt:& in inſigni ariſbe agẽs oẽs:q illac iter ingrediebãt᷑:q̃ erat beniuolẽtia humanitate clæmẽtia excipie
bat hoſpitio:q cũ a Diomede i bello troiano iterficeret᷑:nemo ſuccurrẽs q ab atroci eũ morte potuit eripe.
A xiochus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribit᷑:nomẽ fuit philoſophi:cui Plato librum de morte inſcripſit.
A xis cum.i.latino a nobis ſcribit᷑:a græcis uero ἄξον dicit᷑:& ꝓprie ea linea q̃ ab uno mundi polo in alteꝝ tẽ
dit.Ad cuius ſimilitudinẽ ſtipes ille teres circa quẽ tota currus uertit᷑ axis dicit᷑.Virgi.li georgi.iii.Poſt uali-
do nitens ſub põdere faginus axis.Nõnunq; uero:& ꝓ tota rheda uel curru poſitũ cõperit᷑. ut Iuuenalis in
ſatyra Criſpini:Dignus aricinos q mẽdicaret ad axes.i.ad currus aritiã uel aricina nemora adeuntes.Aliquã
do autẽ & ꝓ ſeptẽtrionali polo poſitũ fuit:uel ut ait Feſtus ꝓ ſeptẽtrionali pte cæli.Virg.li.georgi.ii. Quæ
terga obuerterit axi.i.ſeptẽtrioni.Quin & ꝓ ipſo cælo abſolute idẽ poeta nõnunq; poſuit:ut li.iiii.æneí. cũ
ait:Vltimus æthiopum locus eſt ubi maximus atlas Axem humero torquet.i. cælum ſubſtinet. quin & teſte
Feſto tabula ſectilis axis appellatur.
A xius cum.i.latino ſcribitur dicitur ab Homero li.iliados.ii.fluuius ὄυκάλλιστον ὕδωρ:hoc eſt cui⁹ pul-
cherrima eſt aqua.Nam ut ait licet ſpacioſus ſit:tamen uſq; ad imum eſt lucidiſſimus:ut nullus in toto orbe
terraꝝ ſit ſpecioſior:hic teſte Herodoto li.hiſtoriarum.vii. ꝑ regionẽ mygdoniam: quæ pars ẽ macedoniæ
profluens:iuxta chaleſtram urbem in mare ægæum cadit.
A zimus cum.z.conſonante &.y.græco ſcribitur:id apud nos dicitur:quod eſt ſine fermento . Nam cõponit᷑
ex.a.quod eſt ſine:& ζύμη fermentum.
A ziris cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:palus eſt in libya.
A zotus cum.t.exili ſcribitur:urbs fuit ſyriæ.
Abylon cum.y.græco & unico.l.ſcribit᷑:nomẽ eſt urbis in chaldæa.de qua Lu-
canus:Cũq; ſuperba foret babylõ ſpoliãda trophæis.hæc adeo nobilis fuit ut
chaldæã totã:& meſopotaniã a ſe balyloniã dixerit:quæ ſimili mõ & in penul-
tima cum.i.latino ſcribitur.hanc oẽs græci & latini hiſtorici pariter & poetæ a
Semiramide regina cõditam referunt:dicente Ouidio li.metamorph.iiii.Vbi
dicitur altã Coctilibus muris cingiſſe ſemiramis urbẽ:de quo in dictiõe Semi-
ramis plene uidebim⁹.huius muri igit᷑ teſte philoſtrato i uita Apollonii tyanei
trecentoꝝ & octoginta ſtadioꝝ circuitũ detinebant.Plini⁹ uero libro hiſtoriæ
naturalis ſexto:murorum dixit amplitudinem fuiſſe ſexagintaquattuor miliũ
paſſuum:croſſitudinem quinquaginta cubitorum. Altitudinem uero quater
tantum. Itaq; fuit mœnibus ac hortis penſilibus:temploq; & arce maxime admirabilis.
B acchus prima deſinit in.c.exile & ultima in.ch.aſpirato ſcribit᷑:fuit Iouis fili⁹ ex Semele Cadmi filia:ut poe
tæ oẽs atteſtãt᷑.de quo Ouidi⁹li.matamor.iii.plene oĩa ptractauit.& ut græci qdã grãmatici dicũt deriuat᷑a
βακχέυω:quod ẽ furo uel inſanio.hic prim⁹indiã ſubiecit:& prim⁹ apud græcos docuit uini uſum: ut te-
ſtis ẽ Capella libro de nuptiis Mercurii.Quãobrẽ teſte Feſto illi a poetis cornua dant᷑ eo quod homines ni-
mio uino truces fiant. Vnde Sappho ad Phaonẽ ait:Accedãt capiti cornua bacchus eris.Quin & pro haſta
thyrſum ferratum tecta cuſpide pãpino illum ferre dicebant:ut Seneca in Hercule furente:
Adſit lycurgi domitor:& rubri maris
Tectam uirenti cuſpidẽ thyrſo gerens.de quib⁹ latius in dictione Dionyſius uidebimus.Quin & illius cur-
rum trahi a tigribus dicunt:dicẽte Statio Promouet effrenæ dextra leuaq; ſequuntur.
Lynces:& uda mero lambunt retinacula tigres . Nonnunq; uero & muliebri habitu ornaſſe ſe illi ferunt:
dicente Seneca.
Non erubeſcit bacchus effuſos tener
Sperſiſſe crines:nec manu molli leuem
Vibrare thyrſum cum parum forti gradu
Auro decorum ſyrma barbaricum trahit.
Poſt multa uirt⁹ opa laxari ſolet.Et ut teſtis ẽ Plini⁹ li.vii.naturalis hiſto.Emere ac uẽdere inſtituit Liber pa-
ter.Oĩa igit᷑ deſcẽdẽtia a baccho ſimiliter cũ duplici.c.& ſecũdo aſpirato ſcribũt᷑: ut bacchic⁹. Ouidi⁹ li.i.
triſtiũ:Deme meis hederas bacchica ſerta comis.Eodẽ mõ bacchaides:qđ etiã cũ.i.latio ſcribit᷑:ut idẽ li.v.e-
iuſdẽ opis:& me bacchaides iudice falſus erat.Simili mõ bacchides & bacchilides ſcribũt᷑:a baccho.at bacca
ꝓ granulo:ut ſupra uidim⁹ latinũ ẽ:& cũ duplici.c.abſq; aliq̃ aſpiratiõe ſcribit᷑:& inde baccatũ ſine aſpirati
one:qđ diuerſas hꝫ baccas.Virg.li.æneí.i.Colloq; monile baccatũ.Quod ſi a Baccho trahat᷑:cũ.ch. aſpira
to ſcribẽdũ ẽ:ut ẽ id Virgilii li.æneí.iii.Bacchatãq; iugis naxon uiridẽq; donyſam.& uerbũ bacchor ut idẽ
li.iiii.eiuſdẽ poematis:Sæuit inops animi totãq; incenſa per urbem Bacchatur.

B acchanalia cum duplici.c.& ſecundo aſpirato ſcribit̃:& a Baccho deducit̃. Nam ſacra quædã Bacchi dicta
fuerũt:quæ teſte Liuio li.viii.de bello macedonico huiuſcemodi fuere:Græcus ignobilis in hetruriã primũ
uenit ſacrificulus & uates. Sed occultorũ ſacrorum initia primo paucis fuerunt tradita uiris & mulieribus:&
fuerũt additæ uoluptates meri & epularum:ut multorum animi allicerent̃. Cũq; uinũ animos:nox:& mixtæ ui-
ris fœminæ ætatis teneræ omnẽ pudorẽ extinxiſſet:corruptelæ omnis generis fiebãt:Sicq; ſtupra ingenuo-
rũq; & fœminarum ꝓmiſcua in his ſacris erãt multa dolo:ſed ꝑ uim plurima parabãt̃. hæc religio uerius mor-
bus peſtifer romam ab hetruria penetrauit:cuius facinora fuerunt aliquãdiu tacita. Tandẽ noticia eius faci
noris ad Poſtumũ conſulem per.P.Ebutium adoleſcentẽ:& Ebutiam fœminã hiſpanam deuenit per modũ
qui late a Liuio in præfato libro narrat. Vnde dixit Iuuenalis:Qui curios ſimulant:& bacchanalia uiuũt. fu
erunt nanq; ſacra Bacchi orgia & trieterica:de quibus in ſuis dictionibus uidebim⁹. Sacrificabatur Baccho
caper:quia maxime uitibus capra nocet:ut late monſtrauit Virgilius libro georgicorũ.ii. Erat etiã illi uan-
nus cõſecrata ut Virgili⁹ li.georgi.i. Et miſtica uannus Iaccho. Eo quod illius ſacra teſte Seruio ad animarum
purgationẽ ꝑtinebant:quod per uannũ deſignabatur:quo fruges purgantur.

B acchiadæ cũ duplicato.c.& ſecundo aſpirato:atq;.i.latino ſcribit̃:dicti fuerũt qui e corintho effecti exules
in ſiciliam deuenerunt:& urbẽ inter epichynnum & pelorum ædificantes ſiculi facti ſunt:de quibus dixit Oui
dius libro metamorpho.v.cum Plutonis iter deſcriberet Proſerpinam deferentis.
Et qua bacchiadæ bimari gens orta corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

B acchius eodem modo ſcribitur:genus eſt pedis:quo in carminibus ſacrorum Bacchi utebantur. Conſtatq;
ex prima breui & duabus ſequentibus longis. ut Horatius in primo carminum:Lydia dic per omnes:q uer-
ſiculus conſtat ex choriambo & bacchio.

B actrius cũ.ct.exilibus &.i.latino ſcribit̃:fluuius ẽ ſcytharum:a quo populi quidã circa illum inhabitantes teſte
Herodoto libro hiſtoriarũ ſeptimo:bactriani dicunt̃. Et inde bactra in plurali numero prouincia dicit̃.

B actra cũ.ct. ſimplicibus ſcribit̃:ꝓuincia ẽ ſcythiæ ultra aſſyriã a flumine bactrio cognominata.eſtq; generis
neutri & numeri pluralis. ut Virgi.li.georgi.ii. Neq; bactra neq; indi Laudibus italiæ certent.

B actriani cũ.ct.exilib⁹ ſcribit̃:populi ſũt teſte Herodoto li.hiſtoriarum.iiii.aſiæ ſcythis ꝓpinqui. Quos Curti⁹
dixit bellicoſos plurimũ:& aſſuetos uiuere rapto:quare perſarum luſus abominãtes ſemꝑ uerſabãt̃ in armis.

B acales cum unico.c.exili & unico.l.ſcribitur:populi ſunt teſte Herodoto li.hiſtoriarum.iiii.parui in libya au-
ſchiſis contermini:iuxta mare habitantes.

B ænacus cum.æ.diphthongo &.c.exili a græcis ſcribitur:lacus eſt galliæ ciſalpinæ in agro ueronenſi inter ar
ctas montiũ fauces poſitus:adeo ut inter illos impetu coacti uenti lacũ more maris exagitent:dicẽte Virgi.
li.georgi.ii. Fluctibus & fremitu aſſurgens bænace marino. Cuius maior longitudo in trigintaduo miliaria
extenditur:latitudo ad plus in ſexdecim:& ad ſex minus ꝓtenſa eſt. Ex hoc mantuanus lacus exorit̃:ex quo
mincius fluuius uirgilianus decurrit in padum.

B agæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribit̃:nomẽ fuit uiri cuius aſtu Oroetes ſardiũ præfectus truci-
datus fuit:ut in ea dictione uidebimus.

B aiæ cũ.i.latino ſcribit̃:ciuitas fuit cãpaniæ ĩter puteolos:& montẽ miſeni ſecus cãpanũ mare ſita. Sic quoq;
cognominata teſte Seruio ſup.iii.&.vi.ænei.a Baio Vlyxis ſocio illic ſepulto.fuitq; olim hæc urbs tẽperie
aeris:& romanorum frequẽtia atq; ornamentis ædificiorum celeberrima:dicẽte Martiale ad Flaccum:
Vt mille laudem flacce uerſibus baias
Laudabo digne:non tamen ſatis baias.

B alena cum unico.l.&.e.abſq; diphthongo a nobis ſcribitur:a græcis uero loco.b.ponit̃.ph.aſpiratũ:ac di-
citur phalena:quaſi cõſpicua. Nam ut uidim⁹ ſæpe.p.in.b.ob uicinitatẽ litterarum cõmutam⁹:& aſpirationẽ
nõnũq; a.p.abiicimus:bælua eſt marina quæ ad magnitudinẽ immenſam excreſcit.

B aliſta a quibuſdam ex noſtris cũ unico.l.ſcribit̃:ſed qa prima etiã apud noſtros lõga ẽ:& a græcis ſemꝑ cum
duplici.l.ſignat̃:uidet̃ apud nos etiã cũ duplicato.l.ſcribi debere. Nã a Βάλλω uerbo græco:quod latine
ẽ iacio deducit̃. Et a græcis ꝓ tormẽto cõcutiẽte muros accipit̃. Quod & poetæ noſtri obſeruauere. Ouidi⁹
li.i.de triſtibus:Quã graue balliſtæ mœnia pulſat onus. & li.xi.metamorphoſeos:
Nec leuius pulſata ſonat:q̃; ferreus olim
Cum laceras aries:balliſtaq; concutit arces. Lucanus uero pro inſtrumento haſtam quandam iaciente accæ-
piſſe uidetur cum ait:
Neq; enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea:ſed tenſo baliſtæ turbine rapta.
Haud unum contenta latus tranſire quieſcit. Sane græci in ultima .r.unũ addunt & dicũt balliſtrã:quod no
ſtri forte ob dulciorem apud nos ſonum abiecerunt.

B alcares inſulæ cũ unico.l.ſcribit̃:eo quod apud poetas noſtros primã ea dictio corripiat. Virgilius libro.i.
georgi. Stuppea torquentẽ balearis uerbera fundæ. Vnde putãt nõnulli Virgiliũ eius deriuationẽ traxiſſe
magis a

magis a Baleo Herculis comite:quæ dictio cũ unico.l.ſcribitur:& qui teſte Liuio libro.xl.ibidẽ ab Hercule derelictus fuit:cũ ad geryonẽ nauigaſſet:ꝙ a βάλλω:quod eſt iacio:quod primã ꝓducit.a quo etiã ut alii uolunt ꝑ ablationẽ unius.l.deduci potuit.Nã ſunt inſulæ in hiſpanico mari ſitæ:quarũ incolas primitus fundarũ uſum cõperiſſe dixit Vegetius libro.i.de re militari:& ita perite exercuiſſe:ut matres ꝑuos filios nullũ cibũ cõtingere ſinerent:niſi quẽ ex funda deſtinato lapide percuſſiſſent.Quo ſolo telo:ut dixit Liui⁹ libro octauo de ſecundo bello punico ſemper uſi ſunt uſq; ad id bellum.

B alſamum cũ unico.m.ſcribiť:arbuſcula eſt ſola inter arbores neutri generis:uiti ſimilior ꝙ myrto: ut dixit Plinius li.xii.naturalis hiſtoriæ.Nam ut ait malleolis ſeriť:& implet colles uinearũ modo incidiť uitreo lapideo oſſeis ue cultellis:ferro læduntť uitalia.Idẽ prius dixerat: Omnib⁹ odorib⁹ præferť balſamũ uni terrarũ iudææ cõceſſum:quondã in duob⁹ tamẽ hortis utroq; regio.Altero iugerũ uiginti nõ amplius.Altero paucioꝝ oſtẽdente arbuſtũ.Et ſubdit:Nunc hæc arbor tributa pendit cũ ſua gente.Sane huius ſuccus opobalſamũ diciť miri odoris:& uirtutis:quaſi ὀπὸς.i.ſuccus balſami.Cuius teſte Plinio ſumma eſt ꝓbatio:ut lac coagulet:& in ueſte maculas nõ faciat.Xilobalſamũ uero diciť ei⁹ arboris lignũ.Nã ξύλον græce latine lignũ diciť.At carpobalſamũ eius diciť arboris fructus.Nã καρπὸς græce latine fructus dicitur.

B ambacium apud antiquos quoſdam græcos comperi:quin & bambiciũ cum.c.exili &.i.utrobiq;:quod eſt ex ſonu eius inſtrumenti quo conficitur:deductum nomen puto.

B aptiſmus & baptiſma utrunq; apud noſtros cõperiť:cum.p.&.t.exilibus: atq;.i. latino ſcribitur: dici põt a noſtris immerſio uel intinctio.Nam deriuatur a uerbo βαπτίζω:quod eſt mergo:

B arce cũ.c.exili ſcribiť:fuit nutrix Sichæi:dicẽte Virgilio æneі.iiii.Tum breuiter barcẽ nutrice affata ſichæi.fuit etiã eodẽ nomine regina quædã libyæ:a qua ciuitas quædã pentapoleos nomen ſortita fuit.

B arcæi cũ.c.exili &.æ.diphthongo ſcribitur in penultima:populi ſunt teſte Seruio ſuꝑ quarto æneidos propinqui carthagini.Vibius uero dixit illos maurorum eſſe populos in aphrica. de quibus Virgilius: Lateq; furentes Barcæi.& ut puto a Barcæ uel nutrice Sichæi: uel alia quæ regina fuit cognominati. Vnde hamilcar carthaginenſis Barca cum.c.ſimplici cognominatur.

B arathrũ cum.th.aſpirato ſcribitur:ponitur pro loco præcipiti:& inferno:unde emergi nõ poſſit. Nam deducitur ab eo quod eſt βαθύ.i.profundũ. Vnde Iuppiter apud Homerum circa initium libri .viii. iliados: cum cõminareť illi deorum q ſibi inobediens fuerit inquit illum in atrum:& tam procul hinc poſitũ deiiciã tartarum:ubi ſubter ima terrarũ cum ferreis portis atq; æreis foribus altiſſimum barathrum: eſt tanta in infernum profunditate demerſum:quanta eſt a cælo in terram.

B arbarus cum.b.tam in ſecũda ꝙ in prima ſcribitur:Is dicitur qui inepte loquiť. Vnde Sophocles in Electra τὴν βάρβαρον στὴν γλῶσσαν οὐκ ἔπαίω. Et inde barbaricus cum.c.ſimplici:ut Virg.li.ii.ænei.Barbarico poſtes auro ſpoliiſq; ſuperbi.Deducitur etiam inde barbariſmus.

B arbariſmus cum.i.latino ſcribiť:& a barbaro deduciť.Nam uitiũ eſt quod in ſingulis uerbis cõmittiť ſcribẽdo.ſ.aut loquẽdo.Nam quod male ſcribiť male etiã dici neceſſe eſt.Non autem contra quæ uitioſe dixeris & ſcripto peccant.Peccamus enim ſcribendo & loquendo adiectione:detractione:tranſmutatione litterarũ uel ſyllabarũ:complectione:diuiſione:aſpiratione:ſono:& ſimilibus.

B arbiton cum.i.latino &.c.exili ſcribitur: genus eſt quoddam inſtrumenti muſicis & præcipue lyricis ꝙ aptiſſimum:ut ſcripſit Iulius Pollux ad Commodum Cæſarem in libro de uocabulis rerum:quod ſolũ ex nominibus deſinentibus in.on.habemus fœminini generis.Sappho ad Phaonem:

Non facit ad lachrymas barbiton ulla meas.

B arrhus cum duplicato.r.& ſecundo aſpirato ſcribitur:comperi apud græcos poſitum pro elephanto:a cuius oſſis ſimilitudine:dentes barrhos nonnulli dixere.Horatius:Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barrhis.Et inde barrhire:& ebur tractum quidam uolunt.

B aſis cum unico.s.ſcribitur &.i.latino:dici poteſt a noſtris ſuſtentamentum.

B aſileus cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:atq;.eu.diphthongo:dicitur a noſtris quaſi baſis λαοῦ:ideſt ſuſtẽtamentum populi.

B aſiliſcus cum.i.latino utrobiq; & unico.l.atq;.c.exili ſcribitur:dicitur a noſtris regulus. Nam diminutiuuꝫ eſt eius quod diximus baſileus.Quo ſane nomine ſerpentis genus quoddam peſſimum cognominatur:qui teſte Plinio libro viii.naturalis hiſtoriæ habitat in ſolitudinibus aphricæ cum candida in capite macula: uelut quodam diademate adornatus:acutiſſimum habet caput:rubeos oculos:& colorem ad nigredinẽ uergentem.Eſt malum ſingulare in terris:de quo multa Lucanus in nono ubi hæc etiam ait:

Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes:
Ante uenena nocens.late ſibi ſummouet omne
Vulgus.& in uacua regnat baſiliſcus arena.

B aſſarides cum duplicato .ſ.&.i.latino ſcribitur:ut apud antiquiſſimum quendam comperi: dictæ ſunt bacchæ mulſariæ:quæ ſane expoſitio præ cæteris: quas audiuerim placuit. Et conformis uidetur ei quod dixit Perſius:Et raptũ uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris . Nam finxiſſe uidetur poeta ille Agauẽ ablaturã

caput Pentheo:tanq̄ uitulo ſuperbo & faſtidienti ſacra Bacchi:licet alii etiã aliter finxerint.

B aſtarnæ cum.t.exili ſcribitur:populi erant ultra danubiũ:quia Perſe Philippi macedoniæ regis filio ſollicitati tranſire flumen glacie conſtratum inextimabili equorũ agmine hominũq; multitudine una improuide ꝓcederent:enormitate ponderis & cõcuſſione pedũ diſſoluta fluminis ſuperficie omnes pene ſũmerſi ſunt paucis in utraq; ripa teſtantibus.his cõtermini ſunt rhoxolani.unde in triũphalibus Ti.Plautii apud tybur ſcriptũ habet᷑:Regibus baſtarnaꝝ & rhoxolanorum filios hoſtibus ereptos remiſit.

B athani cũ.th.aſpirato ſcribitur:& deriuat᷑ a Βαθύ:quod apud nos altum ſeu profundũ dicitur.populi ſũt germanorum:de quibus Lucanus:Bathaniq; truces:quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ.

B atrachus cum.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris rana:& fuit nomen ſculptoris propriũ:ut oſtendit Plinius libro trigeſimoſexto.

B atrachomyomachia cum.t.ſimplici &.ch.aſpirato utrobiq;:& cum.y.græco niſi in penultima:quæ cum.i. latino ſcribit᷑:dicitur apud nos ranarum murũq; pugna.Nam cõponit᷑ ex Βατράχου ideſt ranarũ:& μύων ideſt murum:& μαχία bellum.

B athyllus cũ.th.aſpirato &.y.græco atq; duplicato.l.ſcribit᷑.Nam diminutiuũ eſt a Βαθύ: quod eſt altũ ſeu profundũ.fuit nomẽ adoleſcentis ſamii:quẽ Anacreon poeta teius ardenter amauit:ut in dictione Anacreon uidimus.fuit alter ioculator & ſaltator.ut Iuuenalis:Molli ſaltante bathyllo.

B atus cum unico.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.iiii.filius Cyrni regis inſulæ theramni Ariſteus ſuo nomine dictus.ſed Batus teſte Iuſtino circa finem libri xiii.propter linguæ obligationẽ cognominatus.hic poſtea Cyrenem urbem ædificauit in libya:ut in dictione Cyrene uidebimus.Herodotus uero putat Batum dictum hoc eſt regem:quia ſic ut ait lingua libyca rex cognominatur.

B attus cum duplici.t.exili ſcribit᷑:fuit hoc nomine uocatus paſtor quidam:qui ut fingit Theocritus cum iuuencos oleas corrodentes fugare uoluiſſet:& paulo incõſideratius per quendã excurriſſet collẽ:parua ſpina in eius talum defixa fuit.Quare dolore percitus ſociũ:cui Corydon nomẽ erat acclamauit: ut ſibi ſpinã euelleret:quã cum intentis oculis uix ille proſpiceret:ac ſummis unguibus elicuiſſet:his uerbis cũ admiratione Batto monſtrauit ὀς ςιχον ἐςι τό τύμμα καί ἄλικον ἀνδρα δαμάζει:hoc eſt q̄ parua quidẽ ſpina tam robuſtũ uirum domat:melius id græce:ſed ſat ſit ſententiã explicaſſe.Nã per id pulchre nos admirabilis poeta ammonuit:Robuſta corpora ualidaſq; uires habentia: q̄ paruo leuiq; ictu frangerent᷑.Qua de re ſapientiſſime Homerus:Nihil homine imbecillius nutrire terrã aſſeuerauit.Alter Batt⁹ fuit ſimiliter paſtor.Et ab Ouidio li.metamor.ii.trãſformat᷑ in indicẽ.i.lapidẽ quo diſcernuntur gradus auri & argenti.

B dellium cũ.d.poſt.b.& duplici.l.ſcribit᷑ atq;.i.latino:eſt teſte plinio li.xii.naturalis hiſtoriæ:arbor nigra magnitudine oleæ folio uero & robore ſimilis fructui caprifici.hæc ut ait in bactrianis nominatiſſima naſcitur.

B ebrycia antepenultima cum.y.græco:& penultima cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:regio eſt quæ poſtea dicta fuit bithynia a Bithynio rege:ut teſtis eſt Solinus.Et eſt proxima troadi in introitu ad pontũ.Et inde bebrycius.Virgilius libro æneidos quinto locutus de Bute ait : Qui ſe bebrycia ueniens de gente ferebat. Et Lucanus libro.vi.Pinguis bebrycio diſceſſit uomere ſulcus.

B ebryacuꝫ cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:fuit teſte Cornelio Tacito uicus ſitus inter ueronam & cremonã duabus romanis cladibus notus infauſtuſq;.de quo meminit Iuuenalis: ut uidebimus in dictione pathicus. hodie uero dicitur labina.

B eliar cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:nomen eſt dæmonis.

B elides cum unico.l.ab aliquibus.A nõnullis uero græcorum & latinorum cũ duplicato.l.&.i.latino ſcribit᷑ fuerunt quinquaginta ex diuerſis uxoribus filiæ Danai filii Beli:unde dictæ ſunt belides.Quas pater Aegiſthus cum parẽ filioꝝ numerũ haberet:filiis ſuis in matrimoniũ collocare uolebat:Sed Danaus oraculi reſponſo exterritus:his prorſus aſſentire nolebat. Nam reſpõderat Apollo Danaũ ipſum manibus unius ex filiis Aegiſthi: quẽ generum haberet occidendum eſſe:ſed pene ad hæc matrimonia cõficienda coactus: filias in hunc modum ſubornauit:ut cũ ad uirorum thalamos accederent:abſconſos gladios ſecum deportarent:& uiros ſuos ea prima nocte interficerent.Quos utiq; oẽs excæpta minore natu Hypermeſtra interfecerũt:quæ Lino uiro ſuo miſerta pepercit.A quo tractu tẽporis Danaus ipſe detrũcat⁹ fuit.de quib⁹ Iuuenalis ĩ ſatyra Credo pudiciciã meminit:quãdo dixit:Occurrẽt multæ tibi belides.& ſic ipaꝫ penultimã corripit

B ellona cum duplicato.l.ſcribitur:dicebatur dea belli:& martis ſoror:quã quidam Palladem fuiſſe aſſerunt Cui ex proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant:ut dixit Lactantius libro primo inſtitutionũ.Quod Lucanus ſimiliter libro primo tetigit cum ait:Tum quos ſectis bellona lacertis Sæua mouet cecinere deos.Et Iuuenalis in ſatyra Criſpini:Sed ut phanaticus œſtro Percuſſus bellona tuo diuinat. Ante huius templum ut dixit Feſtus romæ columella erat:quæ bellica dicebatur:ſuper quã haſtam iaciebant:cum bellum indicebatur.Nam ab illa uocabulum bellum deductum quidam putant.Et dicitur belluꝫ teſte Seruio ſuper octauo æneidos:tempus omne:quo uel præparatur aliquid pugnæ neceſſarium: uel quo pugna geritur. prælium autem dicitur conflictus ipſe bellorum.

B ellerophontes cum duplicato.l.immediate ſubſequente.e. abſq; diphthongo:atq;.t.exili in fine ſcribitur:

hic teſte Homero libro iliados ſexto: fuit Glauci regis ephyræ filius inclyto decore conſpicuꝰ & uirtutis maximæ. Sed adoleſcens Prœto filio Abantis regno ephyræ priuatus. In uictoris regia iuſſu regis degebat. Cuius inclyta forma capta Sthenoboea Prœti regis uxor: (quã Homerus ſolus Anteam uocat) Illum de libidine requiſiuit: pro cuius mercede regnum coniugis promittebat. Quod cum illa impetrare ab eo non poſſet: uerita ne regi eam ille criminaretur: præueniens Bellerophontem marito accuſauit: aſſerens eũ ſibi uim inferre uoluiſſe. At rex cum Bellerophontem diligeret: nec de illo ſuppliciũ ipſe ſumere uellet: ad Heuriem lyciorum regem & Sthenoboeæ patrem illum tranſmiſit cum litteris indicantibus uoluiſſe eum filiæ pudiciciam auferre. Qui cum ſe de illo occulte uindicare uellet: diuerſis eum periculis: ut chimæræ: & aliis uariis bellis obiecit. E quibus ſemper uictor & triumphator euadens. ultimo aduerſum amazones eius regnum infeſtantes illuꝫ miſit. Quas ille ſupatas in ſuos terminos redire coegit. Quamobrem Heuries tantam Bellerophontis uirtutem conſpiciens: nõ ſolũ ipſum miſeratus eſt: ſed Achymenẽ alteram filiã: & Sthenoboeæ ſororem cum parte regni illi uxorem dedit. Quod poſtq̄; Sthenoboea cognouit ſeipſam interemit. Quæ omnia Iuuenalis tetigit in ea ſatyra: quæ incipit Omnibus in terris: cũ ait: Sed caſto quid forma nocet: quid profuit imo Hippolyto graue propoſitum: quid Bellerophonti Erubuit nempe ceu faſtidita repulſa. Nec Sthenoboea minuſq̄; craſſa excanduit. Et ſe concuſſere ambæ. Similiter Horatius in odis: ut prœtũ mulier perfida credulũ falſis impulerit Criminibus nimis caſto bellerophonti.

B erecyntus abſq; aliqua aſpiratione & .y. græco ſecundũ Seruiũ in nonũ æneі. ſcribiť: mons eſt & oppidum phrygiæ iuxta ſangarim fluuiũ. ubi magno cultu uenerabatur deorũ mater: a quo frequenter berecynthia ipſa uocata fuit. Et ut ait Seruius annotauerunt antiqui differentiam inter hunc & montem deli per detractionem aſpirationis ab ultima.

B erecyntia cum .c. exili ſequente .y. græco: & .t. ſimiliter non aſpirato ſequente .i. latino in penultima ſcribiť cuius cauſam in præcedenti dictione uidimus: fuit deuꝫ mater ſic a monte phrygiæ cognominata. Ouidius li. faſtorũ. iiii. Quod bene mutarit ſedem berecyntia dixit. de qua late uidebimꝰ in dictiõe Cybele. At Cynthia cũ .th. aſpirato ſcribiť: quia a monte deli ſic quoq; cognominať: ut in ea dictione uidebimus.

B ergomum cũ .o. in penultima ſcribiť: dictio eſt nec græca nec latina: ſed barbara: oppidũ eſt in gallia ciſalpine a gallis ſenonibus militibus Brenni teſte Polycrato condita: quoꝝ lingua per id uocabulũ mõtana urbs deſignať: unde bergomenſes ciues nuncupantur. Verũ pergamũ cum .p. in initio & .a. in penultima ſcriptũ oppidum fuit nobiliſſimũ in minori aſia regia Attali: & patria Galieni. Vnde pergameni & non pergamenſes dicti ſunt ab hac ciuitate ob penuriam chartæ ab Attalo rege miſſa eſt membranarũ copia: quæ ab oppido pergamenæ dicta ſunt.

B erillus cum .i. latino & duplicato .l. ſcribitur: genus eſt lapidis coloris pallidi & tranſparentis. de quo pocula fieri apud nobiles romanos oſtendit Iuuenalis cum ait in ſatyra Si te propoſiti: Heliadum cruſtas: & inæquales berillos: uel ob cælaturam uel ob impoſitos lapides precioſos. Nam byrrho ut multi gemmas ad pocula tranſfert: ut idem poeta dixit.

B eronice cum .i. latino & .c. exili ſcribiť: fuit una Ptolomæi Philadelphi mater: cui a Philemone pfecto regis teſte Plinio in ultimo naturalis hiſtoriæ topathiuꝫ importatũ fuit: quod illi mire placuit. Ex quo facta deinde fuit ſtatua Arſinoe Philadelphi uxori quattuor cubitorũ: & ſacrata in delubro quod aureum cognominabať. Altera fuit eius Philadelphi filia: & ſoror erat Ptolomæi Euergetis: uxorq; Antiochi filii Seleuci primi. Aliã ſcribit memorandã Ioſephus filiã Herodis alterius Herodis regis iudæoꝝ filii: & ſoror Agrippæ ſimiliter iudæorũ regis: quam Titus Veſpaſiani filius teſte Suetonio iucunde amauit. de qua Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciã tetigit cum ait:

Grandia tolluntur cryſtallina maxima rurſus
Myrrhina: deinde adamas notiſſimus: & beronices
In digito factus precioſior. hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ. i. Ptolemeus Dionyſius Cleopatræ uxori ſuæ: qui deinde ad Agrippam iudæoꝝ regẽ deuolutus: Beronicæ ſorori datus fuit. unde pergit poeta: Dedit hunc agrippa ſorori.
Obſeruant ubi feſta mero pede ſabbata reges:
Et uetus indulget ſenibus clæmentia porcis. At eius rei hiſtoriã omnẽ late explicuit Ioſephus de captiuitate iudaica libro Alia ponitur a Valerio de ultione.

B eſſi cũ duplici .ſ. ſcribiť: populi ſunt thracum teſte Solino dextero latere ſtrymonẽ incolentes uſq; ad meſtũ amnem: qui pangæi radices circumfluit. de quibus Ouidius libro. iiii. de triſtibus ait:

Viuere q̄; miſerum eſt inter beſſoſq; getaſq;
Illum qui populi ſemper in ore fuit.

Hos in quibuſdam græcis codicibus boſſos cum .o. & non cũ .e. ſcriptos comperi.

B eta cũ .t. exili ſcribiť: nomẽ eſt ſecundæ litteræ alphabeti græcoꝝ. unde Iuuenalis in ſatyra Plurima ſunt fuſcine ait: Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ. Verũ & ſi hæc littera apud græcos uoce ipſius .u. noſtri dum conſanans eſt pfertur: tamẽ cum apud nos tranſferť: ſemper fere in .b. noſtrũ cõmutamus. Nõnũq̄;

etiam & in.u.conſonans:ut Βικιόη uitia:& alia pauca. Quin & omnia nomina litterarũ terminata in.a.cũ .t.præcedenti habent ipm.t.exile:hoc eſt ſine aſpiratione ſignificatum:ut beta ita theta iota zita.

Bethys cum.e.abſq; diphthongo &.th.aſpirato atq;.y.græco ſcribitur: regio eſt hiſpaniæ quæ a fluuio per illá decurrente nomen aſſumpſit:dicente Seneca in Medea:
Nomenq; terris qui dedit bethys ſuis.
Heſperia pulſans maria languenti uado. Et fluuius ipſe a Βηθοῦν:quod eſt ꝓfundũ nomé aſſumpſit. in hoc flumine lanas pulchro colore tingi oſtendit Martialis cum dixit:
Bethys oliuifera crimen redimite corona
Aurea:qui nitidis uellera tingis aquis.
Quod Iuuenalis etiam tetigit cum ait in ſatyra Natali coruine die:
Præcipitare uolens etiam pulcherrima ueſtem
Atq; alias:quarum generoſi graminis ipſum
Infecit natura pecus:ſed & egregius fons
Viribus occultis:& bethycus adiuuat aer.

Bethſaida cum.th.aſpirato ſequenti.ſ.&.i.latino ſcribitur:ciuitas fuit in ſyria.

Betulus cum.t.exili & unico.l.ſcribit᷑:hiſpaniæ é fluuiꝰ:cuiꝰ aqua ad ferri téperaméta dicitur q̃aptiſſima.

Bianor cũ.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Homero li.xi.iliados unus ex troianis principibus q cũ Oileo auriga ab Agamemnone in bello interemptus fuit. Alius fuit Tyberini regis tuſci:& Mantonis fatidicæ:quæ mantuá cóſtruxit.de quo Virgiliꝰ in Mœri:Náq; ſepulchrũ incipit apparere bianoris. Et dicit᷑ Bianor q̃ſi Βία.i.uiolentia:ἀνὴρ uir:hic idem dictus fuerat prius Oenus:ut uidebimus in dictione Manto.

Bias cum.i.latino ſcribit᷑:fuit priennenſis philoſophus ex aſia patre Teutamo natus. hũc Satyrus ſepté reliq̃s ſapientibus prætulit. Idem teſte Laertio uir fuit totus regius:& ciuiũ ſuoꝝ princeps:quos diu aduerſus periculis tutatus eſt. Sed tandem capta ſemel patria:cũ fugientibus cunctis onuſtis ſarcinulis precioſaꝝ rerum ſuaꝝ:& ipe interrogaret᷑ cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecũ ferret:reſpondit omnia bona mea mecum porto Poſt hæc uſq; ad interitũ ſuum defendendo amicos aduocauit. Et cum iam decrepitus pro clientulo aduocaſſet:feſſuſq; caput in nepotis filiæ gremium declinaſſet expirauit.

Bybleſia prima cum.y.græco:& penultima cum.i.latino ſcribitur:urbs fuit in aſia.

Bibliotheca cũ.i.latino utrobiq;:&.th.aſpirato ſcribit᷑:atq;.c.exili dici pót a noſtris librorũ repoſitariũ ideſt Βιβλίων:quod eſt librorũ:θήκη repoſitoriũ. Et ut ſcribit Gellius libro noctiũ atticaꝝ.vi.libros athenis diſciplinarum liberaliũ publice ad legendũ præbendos primus poſuiſſe dicit᷑ Piſiſtratus tyrannus. Deinceps ſtudioſius accuratiuſq; ipi athenienſes auxerunt. Sed omnem illá poſtea librorũ copiá Xerxes athenaꝝ potitus urbe ipa præter arcem incenſa abſtulit:aſportauitq; in perſas. Hos porro libros uniuerſos multis poſt temporibus Seleucus rex:q Nicanor appellatus eſt:referendos athenas curauit. Ingens poſt numerus librorũ in ægypto a Ptolemæis regibus uel cóquiſitus uel cófeſſus eſt. Ad milia ferme uolumina ſeptingenta:ſed ea omnia bello priore alexandrino dũ diripitur ea ciuitas nó ſponte neq; opera conſulta :ſed a militibꝰ forte auxiliariis incenſa ſunt. Nec id prætereũdũ uidetur:quod Pliniꝰ circa initiũ.xxxv.libri naturalis hiſtoriæ nouitiũ dixit inuentũ. Siquidé non ea auro argentoue:aut certe ex ære in bibliothecis imagines dicatæ fuerunt illis.ſ.quoꝝ ímortales animæ in locis iiſdem loquunt᷑. Quin ímo etiá & quæ nó ſunt finguntur:ſicut in Homero euenit. Quo maius ut equidé arbitror:nullũ eſt fœlicitatis ſpecimen:q̃ ſemp omnes ſcire & cupere qualis fuerit aliquis. Et ſubdit Aſinii Pollionis romæ inuentum qui primus bibliothecam dicádo ingenia hominũ rei publicæ fecit. An priores cœperint alexandriæ & pergami:q bibliothecas magno certamine inſtituere nó facile dixerim. Imaginũ amore flagraſſe quoſdá teſtes ſunt: & Atticus Ciceronis edito de ea re in ſua ſenectute uolumine. Et.M.Varro benigniſſimo inuento inſerens in uoluminibus nó tantũ ſeptingétoꝝ illuſtrium noia:ſed & aliquoꝝ imagines nó paſſus interire figuras.

Bibliopola cũ.i.latino utrobiq; ſcribit᷑:dicit᷑ a noſtris librariꝰ. Ná cóponit᷑ ex Βίβλος:q́ eſt liber:& πωλῶ uendo:cum ille ſit qui libros uenditat. Martialis in ultimo:Et faciet bibliopola triphon. Veꝝ ut ex antiquorũ dictis annotare ualuimus:liber duo ſignificat:ipm opus totum:& certá operis partem.unde ait Vlpianꝰ Sicui centũ libri ſint ligati:centũ uolumina ei dabimus: nó centum quæ quis ingenio ſuo metitꝰ ſit:quæ ad libri ſcripturá ſufficerét:utputa cũ haberet Homeꝝ totũ í uno uolumíe nó q̃dragintaocto libros cóputamꝰ ſed hoc unũ Homeri uolumen pro libro accipiendum eſt. Sic noſtro iudicio cóſueuere:Cicero: ſic Gellius: & alii fere omnes. Nónulli uero putant melius dici totũ opus codicé:& certam operis partem librum:ita ut Virgilius æneis nó liber ſit:ſed duodecim libri.georgica nó ſit item liber:ſed libri quattuor.bucolica unus liber dicatur:ſitq; idem unũ uolumen. Georgica quattuor uolumina: æneis.xii. Ouidius: Sũt mihi mutatæ ter quinq; uolumina formæ. Alii uero totum opus librum uocant:& operis parté uolumen:ut Plinius de libris ſui auunculi loquens ait libros tres in ſex uolumina propter amplitudiné diuiſit. Volumé uero uel a uolo dictũ eſt:eo quod in libris uoluntas apparet:uel quod magis ſequerer a uoluo:eo quod uolui apud antiquos cóſueuerit:ut duo Cæſaris anticatones. Simili modo hebræi legé ſuá uoluere:& græci miſſam hoc tpe

conſueuerunt. Sic antiqui romani qui in libris arborum.i.corticibus ſcribebant:ut eos libros cõmodius fer
rent conuoluebant.unde forte uolumina appellauerunt. Nanq; adhuc durat uerbum euoluere libros:pro
eo quod eſt aperire libros lectitandi gratia:quaſi rem conuolutam explicare. Quẽadmodum euelare eſt rẽ
uelatam detegere. Niſi dicimus euolui libros propter numerum paginarum. Accipitur autem nunc euolue
re libros ſiue auctores:pro eo quod eſt lectitare.

B io uel ut alii more græco ſcribunt Bion cũ.i.latino ſequente.o.ſcribitur:fuit genere boryſtenites. Quibus
autem fuerit parentibus:& quibus ex rebus ad philoſophiam ſe trãſtulerit:ipſemet enarrauit in epiſtola ad
Antigonum ſic dicens:Pater meus liberatus fuit cubito ſe tergens. Significabat aũt illum ſuccidiam:& lari-
dum uendere:boryſtenites genere habens non faciẽ:ſed in facie ſcripturam indiciũ acerbiſſimi domini. Ma
ter autem quam huiuſmodi ducere potuit. Deinde pater neſcio quid in rem publicanoꝝ cõmittens:cum to
ta domo uenundatus eſt:me adoleſcentulum haud ignauũ uel ingratum:orator quidam emit:Is moriẽs mi
hi omnia reliquit. Ego tabulas ipſius exurens cunctaſq; diſcindens athenas cõceſſi:ibiq; philoſophatus ſum
Fuit hic Bio ingenio uerſatili:ut dixit Laertius:& ſophiſta callidus. Fuit auditor Cratis & Theodori athei:
quin & Theophraſti.& ut dixit Eratoſthenes primus Bio philoſophiam uario orationis flore ueſtiuit. hic al
cibiadẽ culpans dicebat illũ dum eſſet adoleſcens uiros ab uxoribus:dũ eẽt iuuenis uxores a uiris abduxiſ-
ſe. Fuere teſte Laertio Biones decẽ:Primus Pherecydi Syro cõtemporaneus fuit. Secundus rhetor ſyracuſa
nus:qui in arte rhetorica ſcripſit. Tertius hic ipſe. Quartus qui attice multa cõſcripſit & ionice: qui primus
oſtendit regiones quaſdã eſſe:ubi ſex menſiũ eſſet nox:& totidem dies. Quintus ſolenſis qui ſcripſit æthio
pica. Sextus rhetoricus:cui⁹ feruntur nouẽ libri muſaꝝ inſcripti. Septimus lyricus poeta. Octauus mileſius
ſculptor. Nonus poeta tragicus. Decimus ſculptor clazomenius ſiue chius.

B iothanatus prima cum.i.latino:antepenultima cũ.th.aſpirato:& ultima cuꝫ.t. ſimplici ſcribit̃:dicitur ille q
per uiolentiã mortu⁹ eſt: hoc eſt βια.i.uiolentia:θάνατοσ mors. Nã ut antiqui gentiliũ theologi aſſerebãt
Bio thanatorũ animæ in originem ſuã nõ recipiebantur: niſi uagantes legitimũ tempus fati compleuerint:
quod poetæ ad ſepulturam transferunt:ut centum errãt annos. unde occiſura ſe ipſam ante tempus Dido
dicebat ad Aeneam:Omnibus umbra locis adero:dabis improbe pœnas. Scilicet mihi uaganti.

B yria prima cum.y.græco:& penultima cum.i.latino ſcribitur:apud græcos uero addit̃.s.in fine: & dicitur
βυρίασ. Sane ex noſtris nõnulli duplicant.r.quod ſine ratione factum eſt.

B yrrho cum.y.græco & dupicato.r.atq; ſecundo aſpirato ſcribit̃:& dicit̃ quaſi pyrrus hoc eſt ruffus. Quin
& pro nomine proprio a Iuuenale ponitur.

B yrſa cum.y.græco ſcribitur:uocabulũ eſt tyrium:quod apud nos corium uel tergus indicat: a quo cartha-
go eo nomine prius cognominata fuit:quia pro illa ædificanda tantũ loci Dido emerat a rege Hiarba:quã-
tum corio tauri tegi poſſet:dicente Virgilio libro æneidos primo:

Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſam
Taurino quantum poſſent circundare tergo.

B iſaltæ cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:populi ſunt ſcythici. de quibus Virgilius libro georgicoꝝ.iii. memi
nit cum ait:Biſaltæ quo more ſolent acerq; gelonus Cum fugit in rhodopen:aut in deſerta getarum.

B yſſus cum.y.geæco & duplicato.ſ.ſcribitur:genus eſt lini ſubtiliſſimi. Eſt & aliud præcioſius linum: quod
durat in igne:& teſte Plinio libro.xiiii.pondere auri olim permutabatur.

B iſtonium cum.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribitur:ſtagnum eſt in thracia abderæ urbi propinquũ:in quo te
ſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.vii.duo flumina cadunt:ſtranus & compſantus:a quo & ipſa thracia (ut quidã
uolunt) dicta eſt biſtonia:& nõnunq; biſtonis cum.i.latino etiam in ultima:ut Ouidius epiſtolarũ heroiduꝫ:
Et tũta a bello biſtonis ora fuit.i.thracia & thraces Solino teſte biſtones. At uero Lactantius grãmaticus ſu-
per ſecundũ thebaidos:& ſtagnum & prouinciã a Biſtone rege cognominata uoluit.

B itias cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribit̃:nomen eſt uiri: quẽ teſte Seruio Liuius dixit fuiſſe præfectum
claſſis punicæ:quã.ſ.Dido carthaginem uſq; perduxit. de quo Virgilius in primo:Tum bitiæ dedit increpi-
tãs. At in.ix. de alio locutus eſt cũ ait: Pandarus & bitias idæo alcanore creti.

B ithynia prima cum.i.latino:ſequens cum.th.aſpirato:&.y.græco penultima cum.i.latino ſcribit̃:licet Par-
menides latinus quidã grammaticus:& qui nunq; codicem græcum uidit:aliter ſomniet:ꝓuintia eſt mino-
ris aſiæ aduerſa thraciæ & proxima troadi ad introitum ponti:prius bebrytia dicta fuit:poſtea mygdonia:
& ultimo a Bithyno rege bithynia cognominata. hæc teſte Solino diues eſt urbium:& opulenta rerũ a fon-
tibus ſangari fluminis proprios primoſq; fines habet. eadeꝫ teſte Seruio phrygia magna fuit: in cuius agro
ut idem Solinus refert libyſſa locus eſt:nicomediæ proximus ſepulchro Hannibalis inſignitus. Eſt etiam in
eadem hylas fluuius:& pruſa urbs.

B iton cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit frater Cleobis:qui duo matrem Argiam in Iunonis templum cur-
ru traxerunt:ut late oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum.i.& ex noſtris Cicero:Seruius: Valerius de pie-
tate erga parentes:& alii nonnulli.

B ituri cum.i.latino &.t.exili ſcribitur a græcis: popũli ſunt galliæ.

Byzantium prima cum.y.græco ſequente.z.conſonante:penultima cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: urbs eſt thraciæ maritima a Pauſania ſpartanorum rege prius condita:ut teſtatur Iuſtinus libro ſuo epitomatis.ix. Nunc uero conſtantinopolis a Conſtantino imperatore:qui eam adauxit & exornauit uocatur.

Blacterare cum.ct.exilibus ſcribit̃.uocabulũ eſt a græca dictiõe deductũ:quæ dicitur βλάξ hui⁹ βλακός:a noſtris uero iactans ſeu iactator dici poteſt: ideo blacterare eſt ſtulte & præcupide loqui. Nam huiuſmodi homines in uerba proiectos noſtri ueteres teſte Gellio locutuleios & blacterones & linguaces dixerunt:qui etiam a græcis καταγλώσσοι appellant̃.unde Homerus unum ex omnibus Therſitẽ αμετροεπῆ & ακριτομυθον appellabat. Verba illius multa:ἄκοσμα ſtrepentium ſine modo gracchulorum ſimilia eſſe dixit Sane in libello de philomena:qui Ouidii a nonnullis inſcribitur:habetur arietem blacterare cum ait:blacterat hinc aries:& pia balat ouis. Feſtus uero dixit camelos blacterare cum uoces edunt.

Bocchus cum duplicato.c.& ſecundo aſpirato a græcis ſcribitur:fuit mauritaniæ & getuliæ rex. hic generũ ſuum Iugurtham catenis ligatũ.L.Syllæ Marii quæſtori tradidit:ut plene oſtẽdit Saluſtius in Iugurthino.

Bœbeis prima cum.œ.diphthongo:penultima abſq; diphthongo:& ultima cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Porphyrio in ſecundum iliados: Homeri palus theſſaliæ.

Boetia cum.oe.diuiſis ſyllabis &.t.exili:atq;.i.latino ſcribitur.regio eſt europæ in confinio athenienſi a boue:quam indomitam Cadmus Agenoris filius ibi comperiens immolauit:ſic quoq; cognominata fuit. Hãc ſub attica regione compræhendi nonnulli uolunt. Quin & olim ſub macedoniæ nomine nonnulli deueniſſe referunt. hæc eadem ut ex quibuſdam Homeri gloſſulis accæpi:aonia prius ab aoniis ibidem habitantibus uocata fuit. Nouiter uero quoniam ab uuandalis ex aphrica pulſis occupata fuit:uuandalia dicta fuit.

Bootes cum.oo.diuiſis ſyllabis:& duplici.o.&.t.exili ſcribitur:hic eſt qui & arctophylax a plurimis cognominatur:quem Arcadem Caliſtonis filium fuiſſe dicunt. ſed Aratus ideo bootem illum dixit: quia arcton q̃ plauſtrum dicta fuit:agitare uidetur.

Bœotix cum.œ.diphthongo &.i.latino ſequente.x.conſonante ſcribitur: fuit quidẽ cimbrorum rex a Mario debellatus.

Bombyx cum.y.græco ſcribitur:uermis eſt:quo apud æthiopes:indos:& ſeres naſcitur ſericum:quod etiam bombyx uocatur:Intra quod ut ferunt concluſus uermis emoritur:ex quo in terra ſato:iterũ produci bombycem dicunt:a quo panniculus rubedine infectus:& aptus mulierum genas inficere bombycinus uocat̃: penultima ſcilicet correpta. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam inquit: Et panniculus bombycinus urit: ideſt ſericeus. Ponitur etiam bombyx a Theocrito proprium nomen fœminæ.

Bomilchar cum.i.latino:&.ch.aſpirato ſcribitur: fuit Hamilcharis filius: & in medio carthaginis foro patibulo ſuſpenſus.

Bolis cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:dici poteſt latine a ſimilitudine magis q̃ a iaciendo iaculum: ad cuius ſimilitudinem faces quædam igneæ bolides uocabantur. Vnde Plinius libro ſecundo duo genera earum lampades uocant:plane faces alterum bolidas:quale mutinenſibus malum uiſum eſt:diſtãt ꝙ faces ueſtigia longa faciunt priore ardente parte:bolis uero perpetua ardens in longiora trahit limitem.

Boreas cum unico.r.a noſtris &.e. abſq; diphthongo ſcribitur: eo quod prima a latinis poetis ſemper breuis ponitur. Ouidius libro metamorphoſeos primo:Horrifer inuaſit boreas:contraria tellus. Virgilius libro georgicorum primo:At boreæ de parte trucis. Apud græcos uero cõmuniter cũ duplici.r.ſcribitur: ut Βόρρας:quod illorum poetæ non ſemper obſeruauere:ſed more noſtro cum unico.r. ſcribentes breuem protulerunt. Orpheus in argonautica:πόντου ὑπερβορέην μέροπες. Aliquando uero & Βορέιας huius Βορείαδος declinant:ut idem νέρθε δ᾽ὑποθρόσκοισι Βορειάδος ἀντίον ἄρκτου. Et dicit̃ a noſtris aquilo. hunc quidam illum eſſe putant:qui Homero αἰθρηγενέτης:hoc eſt æthere genitus appellatur. Nã ab æthereo axe deſcendere etiam a noſtris poetis dicitur. ut Ouidius libro primo de triſtibus: Quantus ab æthereo perſonat axe fragor. Qua de re a quibuſdam etiam απαρκτιας: hoc eſt ſeptentrionarius appellatur. Nec niſi quattuor principales uentos nominauit Homerus:quos Seneca in Agamemnone tempeſtatẽ deſcribens:quam paſſus fuerat Agamemnon: pulcherrime unico uerſu concluſit dicens:Rapiuntq; pelagus infimo euerſum ſolo. Aduerſus euro zephyrus:& boreæ notus. Ouidius uero libro.i.de triſtibus quattuor uerſibus hos eoſdem uentos cum locis ſuis:unde perflant recolligens ait:

Nam modo purpureo uires capit eurus ab ortu.
Nunc zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt.
Nunc gelidus ſicca boreas bacchatur ab arcto.
Nunc notus aduerſa prælia fronte gerit.

Boryſtenes cum.y.græco &.t.abſq; aſpiratione ſcribitur:ſed ut apud antiquiores noſtros diligentiſſime annotaui:illud.y.græcum in.u.noſtrum conuerti cõſueuerat. Vnde etiam in triumphalibus. Ti. Plautii apud tybur ſcriptum comperi VLTRA BORVSTENEN cum.u.noſtro & non.y.græco:ut pulcherrime litteræ indicant. Et eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto:fluuius ſcytharum magnus: & ab iſtro quartus memoria dignus:ita ut ſecũdus ſit tyres:tertius hypanis:& hic quartus. Et ut idem auctor ſubdit:ſi in ſe cõ-

ſideretur:quia in illum nulli alii defluunt fluuii principaliſſimus omnium fluuiorum excæpto nilo uidetur cum purus & ſimplex abſq; aliorum admixtione deſcendat. Nec illius eodem Herodoto teſte:ut neque nili initium deſignatur. hic cum gentes ſui nominis:& lætiſſima pabula nauigabilis ſemper alluerit:in euxinum deſcendit pontum.

B os cum ſimplici.o.hoc eſt abſq; diphthongo ſcriptum:etiam græcũm uocabulum eſt. Nam ut comperi ab Ariſtarcho grammatico antiquiſſimo in quibuſdam gloſulis in Homeꝝ deſcendit a uerbo βω.quod apud illos ſignificat alo ſeu ueſcor:cuius futurum facit βόσω:a quo bos formari per ablationem.ω.magni dixit Addit & aliud cum in fœminino profertur:boum congregationem deſignare. Sane apud noſtros in nominatiuo ac uocatiuo ſingulari: datiuoq; & ablatiuo plurali primam producit: in reliquis uero caſibus corripit:& a boue reboo uerbum deducitur:quod græcum eſſe dixit Seruius ſuper tertio georgicorum. Nam apud latinos ut ait nullum uerbum eſt:quod ante.o.finalem.o.habeat excæpto inchoo:quod tamen maiores aliter ſcribebant:ſcilicet auferentes aſpirationem a.c.& duabus uocalibus interponentes dicenteſq; incoho:Ita ut tria tantũmodo haberent nomina:in quibus.c.litteram ſequebatur aſpiratio:ſepulchrum:Orchus:& pulcher.ex quibus ut ait pulcher tantum hodie aſpirationem recipit.

B oſphorus cum.ph.aſpirato ſcribi debet:ut Oenophorus:Chriſtophorus:& ſimiles: quæ cũ græcæ dictiones ſint:& a uerbo φόρω:quod nos cum.f.fero dicimus compoſitæ:cum.ph.ſcribi debent. Et dicitur a tráſitu bouis uel anguſtis meatibus boum peruiis:ut uidebimus in dictione oceanus. Et ſunt boſphori duo nominatiſſimi. Vnus qui thracius dicitur prope byzantium:ſiue iam cõſtantinopolim:quem teſte Herodoto facto ex nauibus ponte Darius ad ſcythas proficiſcens:cum exercitu pertranſiuit. Cuius rei erectam columnam litteris annotatam monumentum reliquit. Alter uero boſphorus in introitu paludis mæotidos habetur:qui cimmericus dicitur:& de quo Ouidius libro triſtium tertio:locutus eſt cum ait:

Boſphorus & tanais ſuperant ſcythiæq; paludes
Vixq; ſatis noui nomina pauca loci.

B otrus cum.t.exili ſcribitur:ſed ubi nos.u.illi.y.græcum habent:dici poteſt a noſtris racem⁹. Virgilius libro georgicorum ſecundo:

Et turpes auibus prædam fert uua racemos.

B rabaſthenes cum.th.aſpirato ſcribitur:ponitur ab omnibus mons: quem Liuius libro quarto de bello macedonico: decem milibus paſſuuꝫ a lacedæmonia longinquũ dixit.

B rachæ cum.ch.aſpirato ſcribitur:& a βραχύ:quod eſt breue deducitur:quaſi breuia quædam ſint pudendorum ſubligacula:ut Iuuenalis:Mittentur brachæ. Quidam uero putant geminandum.c.ac ſcribendum bracchæ:cuꝫ prima ultra naturam ſui primitiui apud nos longa ſit. Nam βραχύ apud noſtros primam breuem obtinuit:ut patet in tribracho:cuius penultima breuis ponitur. Sed cũ apud græcos duplex illã ſequatur:neceſſario longa eſt. Ego uero magis puto abſq; geminatione ſcribendum. Nec penultimam primitiui apud approbatos auctores noſtros breuem poni.

B rachycatalecton ſola ſecunda aſpiratur:& cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt a nobis breuis terminatio:uel breuiter terminatum. Nam ex βραχύ:quod eſt breue componitur:& καταλήγω:quod eſt termino:unde catalectum terminatum. Vnde uerſus ille cui deſunt in fine ſyllabæ:brachycatalectos cognominatur.

B rachium cum.ch.aſpirato &.i.latino ab omnibus græcis ſcribitur:quod ſi a βραχύ:quod eſt breue: ut dixit Feſtus deduceretur:eo quod ab humeris breue trahatur: cum.y.græco ſcribendum uideretur:niſi dicamus.y.græcum in.u.noſtrum conuerſum eſſe:& ante ſe.i.latinum ſuſcæpiſſe.

B rachyologia cum.ch.aſpirato ſequente.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris breuiloquium. Nam ex βραχύ quod eſt breue componitur:& λογία locutione:uel λόγοσ locutio.

B rachtea cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribitur tenuis eſt lamina: & ſua ſponte plicabilis. Nam a βραχύ deducitur:quod non minus tenue q̃ breue deſignat. At uero lamina quid craſſius eſt: & ex qua armatura conficitur: qua incenſa olim homines torquebantur : nec compreſſa aut agitata crepitat: ut brachtea præ tenuitate. Virgilius libro æneidos ſexto.

Talis erat ſpecies auri frondentis opaca:
Ilice ſic leni crepitabat brachtea uento.

Nam laminam tam ferream æream plumbeam ſtanneam:q̃ auream argenteam electream orichalceam dicimus. Brachtea uero potius ex his poſterioribus:& inde brachteola diminutiuum deducitur:ut Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunq; malo inquit:

Brachteolam de caſtore ducas.

B rachteola cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribit̃:diminutiuum eſt deductum a brachtea:ut in præcedenti dictione uidimus.

B rachmanæ cum.ch.aſpirato ſcribitur:populi ſunt indorum.

B raſiadas cum.i.latino ſcribitur:fuit uiri athenienſis proprium nomen.

B repium cum.i.latino ſcribitur:promontorium eſt achaiæ teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

B riareus cũ.i.latino ſcribitur:fuit Titani & Terræ filius deorũ cõtemptor: & maxime Iouis: ut noſtri poetæ deſcribũt:quãq; aliter in iliade dicat homerus. Heſiodus uero in theogonia ipſm Cæli & terræ filium dixit: fratrẽq; Cotti & Gygis. Quorꝫ ſingulũ centũ manus habere dixit:& capita quinquaginta:iuxta quod dixit Horatius in odis:Nec ſi reſurgat centimanus gyges. Homerus uero dixit ſolẽ ipſum centimanũ eſſe.

B ryax cũ.y.græco ſcribit̃:dici põt latine ſulcus:& fuit nomẽ optimi ſculptoris.de quo uidebimus in dictiõe mauſolꝰ. Et cũ aliquãdo apud noſtros legerim ĩ genitiuo declinatũ Bryſiadis:puto etiã Bryaſis dici poſſe.

B riſeis prima cum.i.latino ab omnibus græcis ſcribit̃:& ultima ſimiliter. Sed de prima an cũ.y. græco:uel.i. latino ſcribi debeat:dubiuꝫ facit Ouidii auctoritas:q libro ſecũdo de remediis Atridẽ introducit cõſolantẽ ſe de Briſeide:quã poſtq̃ ex reſpõſo Calchantis & ope achillis Chryſeida patri reſtituit:in ſolatiũ rapti amoris ab achille auferri iuſſit.unde apud Ouidiũ Atrides ait:Et ſi prima ſinat littera nõmẽ idẽ: q̃ſi dicere uelit quod ubi eſt.b.ſi ponat̃.c.idem cum Chryſeide nomen erit. Sed cũ Chryſeis omnino cũ.y.græco ſcribat̃. ſequi uidetur quod Briſeis ſimili modo ſcribenda ſit:ſed nõ intellexit Ouidius niſi in litterarũ numero:& ſono uocis.Nam alias cũ in Chryſeide ſit aſpiratio:& in Briſeide eſſet:quod fieri nõ põt.Et fuit Briſeis puella phrygia ex lyrneſſo ciuitate:ut in ea dictione uidebimus.

B ryſea cum.y.græco &.e.abſq; diphthongo ſcribit̃:licet apud græcos ante ultimã ei diphthõgus habeat̃. Ciuitas fuit laconiæ:ut dixit Porphyrius in ſecundũ iliados Homeri librũ.cuius ut ait gentile eſt bryſeates in hac eodẽ teſte Bacchus præcipue colebat̃:unde Bryſeum dictum illum puto.

B ryſeus cum.y.græco &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:unum eſt ex cognominibus Bacchi:dictũ uel a bryſea urbe:in qua præcipue colebatur:ut uidebimus in dictione præcedenti.uel ut quidam uolũt a uoce bacchantium:unde & βρυγμός ſtridorem apud noſtros deſignat.

B ritannia cũ.i.utrobiq; &.t.exili atq; duplicato.n.ſcribit̃:græci uero loco.i.ponẽtes.e.ac duplicãtes.t.brettanniã dicũt:quod in geminatione ipſius.t.nõnulli ex antiquis noſtris in ꝓſa obſeruauere:unde in triũphalibꝰ.Ti.Plautii apud tybur ſcriptũ habet̃.Et comiti Claudii Cæſaris in brittannia cũ duplici.t.& duplicato n.Sed cũ prima breuis a poetis noſtris ponat̃:cũ unico.t.iam ſcribenda uidet̃.inſula eſt teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſtoriæ:inter ſeptentrionẽ & occidentẽ ſita:hoc eſt ab omni continẽte diuiſa. Nã a germania: q̃ ſub ſeptentrione eſt incipiens:iuxta galliã & hiſpaniã uerſus occidentẽ ꝓtendit̃:Ideo ait Solinus:finis erat orbis ora gallici litoris:niſi britannia inſula nomẽ pene orbis alterius mereret̃:unde ait Virgilius:Et penitus toto diuiſos urbe britannos.hæc quoq; albina dicta prius fuit a quibuſdã albis montibus:q ad eam nauigantibꝰ primo apparent.Et ut nõnulli ferunt a Britone quodã rege britannia poſtea appellata fuit. Porrigiturq; in longũ teſte Solino octingentis:& amplius milibus paſſuum.Metiturq; uſq; ad calydonicũ angulũ: ad quẽ appulſum Vlyxem ara:& græcis litteris inſcriptũ uotum manifeſtãt.In hac tẽpore ſolſtitii æſtiui: hoc eſt cuꝫ ſol intrat cancrũ fiunt dies longiores q̃ in italia & noctes breuiores:& hoc tanto magis:q̃to ad ſeptẽtrionẽ ipſa plurimũ porrigit̃.Nam teſte Plinio libro hiſtoriæ naturalis ſecundo:in italia dies longiſſimus continet horas.xv.in britannia uero decẽ & ſeptẽ:ita ut breuiſſima nox noſtra nouẽ reſultat horarũ: & illorꝫ ſeptem quare ait Iuueralis in ſecunda ſatyra:Et minima contentos nocte britannos.

B rixia cũ.i.latino utrobiq; &.x.conſonante ſcribit̃:urbs eſt galliæ ciſalpinæ a germanis tranſeuntibꝰ ad italiã duce Ciconio condita:ut teſtat̃ Liuius li.v.ab urbe:quorꝫ lingua apud nos ſpeculã deſignat.

B romius cũ.i.latino ſcribitur:unum eſt ex nominibus Bacchi:dictũ a βρομω:quod eſt cõſumo: eo quod ut aiunt uinum tẽperate ſumptũ omnes ſuperfluitates cõſumit:& digeſtionẽ adiuuat.Intẽperate uero humiditatẽ bonã deſiccat:& neruorũ hebetat uires:ſicq; tremulẽtos & effœtos ingurgitatores reddit.Alii a βροντῆ:quod eſt tonitruũ dictũ uolunt:quia cum tonitru adueniente Ioue:mater eſt illum aborſa.

B ronchus cum.ch.aſpirato ſcribitur:a noſtris dicitur guttur: & nonnunquam gutturis paſſio: quæ ex reumate deſcendit.

B rongus cum.g.in finali ſcribitur:fluuius eſt de quo uidimus in dictione anger.

B rontes cum.t.exili ſcribitur:fuit unus ex cyclopibus miniſtris Vulcani:qui apud noſtros interpretari poteſt tonitrus.Nam βροντῆ græce idẽ eſt quod latine tonitru dicimꝰ.Alter uero dictus fuit Steropes: qui apud noſtros interpretatur fulgur.Nam græce ἀςραπῆ latine fulgur dicitur. Alius autem Pyracmon uocatur: quaſi ignita incus.Nam pyr quoq; ignis eſt:& ἄκμων incus. unde Virgilius libro æneidos octauo. Bronteſq; ſteropeſq;:& nudus membra pyracmon.

B ruchus cum.ch.aſpirato ſcribitur:& a βρώσσω:quod eſt rodo deducitur.

B ruma cum unico.m.ſcribitur:dicitur quaſi βραχὺ.i.breuis:ἦμαρ dies.

B ruſa cum unico.s.ſcribitur:ſed ubi nos cum.b.græci cum.p.ſcribunt:eſt urbs in bithynia ab Hannibale teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ ſub monte olympo condita.

B ulchar cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit Siphacis numidiæ regis præfectus: qui Maſaniſſam hoſtiliter perſecutus eſt.

B ucentaurus cum.c.&.t.ſimplicibus ſcribitur:dictio eſt compoſita ex uoce bu:quæ magnũ quiddam enunciat:& centaurus:ut late uidebimus in dictione bulima.

Bubulcus cum.c.ſimplici ſcribitur & dicitur quaſi bubus cultor. Nam is teſte Paulo iuriſconſulto de fundo inſtructo dicitur: ſiue qui bobus arat: ſiue qui boues fundi aratorias paſcit.

Bucolicus abſq; aliqua aſpiratione & unico.l.ſequēte.i.latino ſcribiť: diciť a noſtris armētarius: ut Virgilius li.georgi.iii. Armentarius afer Agit. unde teſte Donato ſup Virgiliū: q expoſitores Theocriti ſecutus ē: tria ſūt paſtoꝝ genera: quæ dignitatē aliquā i bucolicis habēt. Minimi ſūt αἰπόλοι: qa a noſtris caprarii dicūť. Paulo honoratiores ſūt ποιμένοι q apud nos ouiliones dicūť. Honeſtiſſimi aūt & maximi βουκολικοί dicunť: q a noſtris armentarii appellāť. A quib⁹ tanq̃ ab excellētiſſimo paſtorū gradu: primū ſuū carmē Virgili⁹ bucolicū appellauit. & teſte Macrobio ex affectu: quē ad linguā græcā habebat Virgilius græco magis uocabulo q̃ latino opa inſcripſit. Quod ſane carmen qualiter copertū fuerit uidebim⁹ in dictiōe Daphnis.

Bucolion cū unico.c.exili &.i.latino ſcribiť: fuit maxim⁹ filioꝝ Laomedōtis dicēte Homero li.vi.ilia. βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ λαομέδοντος πρεσβύτατος. Hic teſte eodē Homero cum oues paſceret: ex nympha noīe Abarbarea furtiꝫ filios, pcreauit Aeſapū & Pædaſum: quos Euryalus in bello troiano occidit.

Buccina cuꝫ duplicato.c.&.i.latino ſcribiť: a græco uocabulo deducitur βουκανιστήριον: quod inſtrumētum eſt: ſic quoq; a ſoni ſimilitudine uocitatū: quod ſane ſignū dať in hoſtes ad ſollicitudinē & pugnā. Virgilius libro.vii.æneidos: Qua buccina ſignū dira dedit. Et libro .xi. Bello dat ſignum rauca cruentum Buccina. Tuba uero ad prælium cōcitabantur: ut At tuba terribilē ſonitū ꝑcul ære canoro Increpuit. huius ſonitus clangor: ut Clangor ue tubarum. buccine uero buccinum.

Bucephalus cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribiť: fuit equi Alexandri magni nomen: ſic quoq; cognominat⁹ ob ſimilitudinē: quā in capite bubali detinebat. Vnde cōponiť ex κεφαλή: quod eſt caput: & βοῦς bos. In cuius honorē Alexander bucephalam cōſtruxit in india: ubi equus mortuus eſt.

Budini cum.i.latino ſcribiť: populi ſunt teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.iiii. ultra ſauromatas: pinguem ſane: & omni ſiluarum genere opimā terram incolentes. At uero budii populi ſunt medorum.

Bulima cum.i.latino ſcribiť: dici pōt quaſi magna fames. Nā cōponiť ex bu uoce: quæ cū admiratione apud antiquos noſtros magnū quid indicabat: & λειμη fames. unde Varro in libris: quos de re ruſtica ſcripſit: A magnitudine inquit boum: qui in italia erāt cōſuetudinē factā fuiſſe: ut præpoſita hac uoce bu magnū quiddam ſemper denuntiareť: inde dici bulimam magnā famē: & bupædes grandes pueros. ſ. cum.æ. diphthōgo in penultima. Nā cum.e.ſine diphthōgo ſignificat magnos pedes: & ſimiliter unā bumaminā: quā græci βούμαστον uocant. Virgilius libro georgicorum.ii. Et tumidis bumaſthe racemis. Et talia his ſimilia: quæ ſemper ad magnitudinis rationē ptinēt: p quē modū: & bucentauꝝ dictā putamus nauem quandā magnā: quæ cētauri ſigno annotabať. Quod Virgi. elegātiſſime illo uerſu expreſſit cū ait: Cētauro inuehiť magna.

Bumaſthos cum.th.aſpirato ſcribitur: dicitur a noſtris bumamma. Nam cōponitur ex uoce bu: quæ magnū quid enuntiat: & μαστός: quod eſt mamma. Nā uua magna eſt quæ puellaꝝ mamma uideť. & a Virgilio bumaſthe græce enuntiať: cum ait li. georgicoꝝ. ii. Et tumidis bumaſthe racemis.

Bura cum unico.r. ſcribitur: oppidum eſt achiuorum.

Buris cum unico.r.&.i.latino ſcribitur: dicitur curuamenmum aratri: dictum quaſi bouis ura.i. cauda: cū ſit in ſimilitudinem caudæ bouis. fuit etiam lacedæmonii cuiuſdam nomen.

Burrhum cum duplici.r.& ſecundo aſpirato ſcribitur: ſed græce cum.p.&.y.græco in prima ſcribitur: hoc ē pyrrhon quod iam ruffum dicimus.

Buſiris cum unico.ſ.&.i.latino utrobique ſcribitur: fuit Neptuni filius ex Libya ſuſcæptus: & ægypti tyrannus: qui cum ſuis diis hoſpites immolaret: & ad eum Hercules diuertiſſet: & ſimili perfidia qua cæteri tentaretur: regem ipſum aris ſuis impoſitum interfecit. Cuius itaque perfidi ritus cauſam poſuit Ouidius libro primo de arte dicens:

Dicitur ægyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus: atq; annos ſicca fuiſſe nouem:
Cum thraſius buſirin adit: monſtratq; piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe iouem:
Illi Buſiris fies iouis hoſtia primus
Inquit: & ægypto tu dabis hoſpes aquas.

Sane teſte Seruio huius laudes Iſocrates orator eximius elegantiſſime ſcripſit. Ob quod Virgilium dixiſſe putant: Quis aut euryſtea durum: Aut illaudati neſcit buſiridis aras. exponentes illaudati pro ualde laudati. Alii uero dicunt participium pro nomine poſituꝫ: ac idē quod illaudabilis deſignare: ita ut ſi ab Iſocrate laudatus fuerit: non fuerit dignus laudari. Virgilius li.ænei.ii.
Diues inacceſſos ubi ſolis filia lucos.
Aſſiduo reſonat cantu ideſt inacceſſibiles lucos: quia periculoſos acceſſu: cum iam ad eos acceſſiſſent Vlyxis ſocii: & alii q̃plures pro uarietate temporum. Fuit etiam in ægypto hoc eodem Buſiridis nomine & litteratura urbs cognominata: in qua teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo: templum fuit Iſidis magnum. hanc & ab eodem buſiride conditam ſcribit Diodorus ſiculus libro hiſtoriarum ſecundo. & ab ægyptus ſolis urbem a græcis thebas appellatam: ut uidebimus in dictione thebæ.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Buſſi cum geminato.ſ.ſcribitur:populi ſunt medorum.

Butes cum.t.exili ſcribitur:fuit filius amici regis bebryciorum:& pater Erycis. Eſt etiam eodē noīe ſcytharū fluuius:cui propinqui ſunt agathyrſi & ſarmatæ.

Butyrum cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:dicitur proprie bouis caſeus. Nam componitur ex Βοῦσ:quod bouem dicit:& Τῦρον caſeum.

Butrotum cum.t.exili utrobiq; ſcribitur:ubi in prima.y.græcum in.u.noſtrum cōuerſum fuit. Nam apud illos bytrotū dicitur:urbs fuit chaoneæ:quæ pars eſt alpeſtris epiri excelſo in loco ſita:dicente Virgilio libro æneidos tertio:Et celſam butroti aſcendimꝰ urbē.licet nōnulli more græco bytroti legere uelint. In qua ut idem poeta oſtendit troianus Helenus poſt troiæ excidiuꝫ regnauit:dicente etiam Ouidio li.metamor.xiii.

Rura petunt epiros ab his regnataq; uati
Bytrotos phrygio ſimulataq; troia teneret.

Buxus cum.x.conſonante apud græcos ſcribitur:noſtri uero plærunq;.x.in duplicatum.ſ. commutare conſueuerunt:ac dicere buſſus. Quin & ubi primam græci cum.p.&.y.græco ſcribunt: Nos cōmutantes.p.in b.&.y.græcum in.u.noſtrum dicimus buſſus. Et eſt arbor ac lignum:ex quo buſſola fiunt. quandoq; uero ex more græco buſſolum a noſtris pyxis huius pyxidis dicitur.ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra: Et condita in pyxide lyde. Sane Seruio teſte ſuper octauo æneidos:dicitur hæc buxus & hoc buxū:unde ut ait ſuperfluo quidam arborem generis fœminini eſſe uolunt:lignum uero inciſum neutri cum eo loco etiā de ligno generis fœminini a Virgilio habeatur exemplum cum ait:Tympana nos buxuſq; uocat berecyntia matris Idææ.

Cabalii cum.c.exili hoc eſt abſq; aſpiratiōe & unico.l.ſcribitur:ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum tertio: populi aſiatici.

Cabrion cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro octauo iliados:frater Archeptolemi aurigæ Hectoris:In cuius mortui locum ſuffectus fuit. Apud nonnullos uero græcos dicitur cabriones.

Chabrias cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit athenienſis: & in ſummis ducibus habitus:reſq; multas memoria dignas geſſit:ut Plutarchus & Aemilius de illo rettulerunt. Nanq; illum inter cætera caſtrametari: & bellicas artes ſumme nouiſſe oſtendunt.

Cacabus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:uocabulum græcum eſt:quod a ſono nomen aſſumpſit:quem ſupra ignem poſitus facit:a noſtris dicitur olla in qua pulmentarium coquitur. paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo:cacabos inquit inter & æneum quod ſupra focum pendet nō multum intereſt.hoc aqua ad potandum caleſit:in illis pulmentarium coquitur.

Cacethos cum.c.exili utrobiq; &.e.abſq; diphthongo atq;.th.aſpirato ſcirbitur:dici poteſt a noſtris malus mos ſeu mala conſuetudo.ut Iuuenalis in ſatyra quæ incipit Et ſpes & ratio inquit:Scribēdi cacethos ægro quē in corde ſeneſcit. Nam componitur ex κακόσ:quod eſt malus:& ἔθοσ cum prima breui:quod eſt communis mos ſeu conſuetudo:ut in dictione ethos uidebimus.

Cacephaton cum.c.utrobiq; &.t.exilibus atq;.ph.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a nobis mala locutio:uel cōſonantia. Nam componitur ex κακή:quod eſt mala:& φάτον locutio:quam figuraꝫ tunc eſſe dixit Seruius ſuper primum æneidos:quando præpoſitionem cum littera.n. conſequitur.ut Virgilius: Numerum cum nauibus æquat. Alii uero etiam addunt cum ſequens dictio duas habet ſyllabas præcedentibus duabus cōſimiles.ut Cicero in epiſtolis:O fortunatam natam me conſule romam:quod ſane inconcinne fieri depræhenſum eſt. Sed ut ait Iuuenalis Si ſic omnia dixiſſet Antoni gladios potuit contemnere.

Cecaria abſq; aliqua aſpiratione aut diphthongo ſcribitur: inſula eſt in ponto: quam quidam græciariam dicunt:ut teſtis eſt Plinius libro ſexto naturalis hiſtoriæ. Eſtq; Marti ſacra. In qua uolucres cum aduenis pēnarum ictu pugnare uidentur.

Cachinnus prima abſq; aſpiratione:ſequens per.ch.aſpiratum ſcribitur:& a uerbo græco quod eſt καυκάζομαι:ideſt ſolute rideo deducitur:itaq; cachinnus ſolutus eſt riſus. Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris Sed facilis cui uis rigidi cenſura cachinni.

Cacoſyntheton cum.c.exili utrobiq; & antepenultima cum.y.græco: penultima uero cum.th.aſpirato: & ultima cum.c.exili ſcribitur:dici poteſt mala compoſitio. Nam componitur ex κακόν: quod eſt malum: & ſyntheton compoſitum.

Cacus cum.c.exili utrobique ſcribitur:dici poteſt a noſtris malus:id enim κακοσ apud græcos deſignat:ſed apud illos habet accentum in fine:quem teſte Seruio apud noſtros mutat in penultimam cum pro proprio uiri nomine aſſumitur. Virgilius libro æneidos octauo eum dixit fuiſſe Vulcani filium:& ab Hercule interfectum. Seruius uero dixit illum fuiſſe Euandri ſeruum ac furem:qui ideo ignem euomere dictus fuit:quia agros populabatur:quem ut ait ſoror ſua eiuſdem nominis prodidit:ex quo ſacellum promeruit:in quo ei per uirgines Veſtæ ſacrificabatur.

C adytis penultima cum.y.græco: & ultima cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo urbs palæſtinorum non multo minor q̃ ſardis.

C adus cum.c.exili & unico.d.a noſtris ſcribitur:cum eius prima breuis ponatur.ut Virgilius libro æneidos primo Vina bonus:quæ deinde cadis onerarat aceſtes.quod nonnulli poetæ græci obſeruant: ſed cómuniter cum duplicato.d.ab illis ſcribitur. Alii uero magis latinum putant: & a cadendo deriuari arbitrantur: ac eſſe uas acuti fundi:ita ut ſine adiutorio ſtare non poſſit.

C æa cum.c.exili &.æ.diphthongo ſcribitur:inſula eſt in ægæo mari ſita:a Cæo Titani filio eius primi incolæ cognominata:qui pater fuit Latonæ & Aſteriæ.Seruius uero ſuper primum æneidos aliud ſentire uidetur uidelicet Ariſteũ filiũ Cyrenes matris iſtinctu thebas reliquiſſe:& hác inſulá primitꝰ habitaſſe:qua relicta cũ Dædalo ad ſardiniam poſtea pertranſiuit.Ex hac teſte Plinio libro ſecundo naturalis hiſto riæ:amplius trecentorum milium paſſuum ſubito abrupto hiatu cum pluribus mortalibus mare rapuit.

C æcias cum.c.exili utrobiq; &.æ.diphthongo in prima:atq;.i.latino in penultima ſcribitur:uentus eſt: quez teſte Gellio Ariſtoteles ita flare dicit:ut nubes non procul propellat:ſed ut ad ſe uocet.

C hære cum.ch.aſpirato &.æ. diphthongo ſcribitur: dicitur apud nos ſalue. Vnde Perſius : Quis expediuit pſitaco ſuũ chære ideſt ei conſuetum & uſitatum diſci.ut Virgilius in Palæmone:Sua ſemper apud me Munera ſunt lauri.uel ſuum dixit:hoc eſt ita expreſſum ut naturale illi uideatur.Quemadmodum Virgilius libro georgicorum ſecundo:Quæq; ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit.

C hærippus cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo atq;.i.latino & duplicato.p.ſcribitur : nomen eſt proprium ſed compoſitum ex chære:quod eſt ſalue:& hippus equus.Iuuenalis in ſatyra Stemmata quid faciunt: Præconem chærippe tuis circumſpice pannis.

C ærete prima cum.c.exili &.æ.diphthongo ultima ſcribitur ſine aſpiratione. Ciuitas fuit in tuſcia:quæ prius agilla dicebatur.Sed ſic quoq; a romanis teſte Seruio ſuper octauo æneidos uocata: quia cũ romani euntes per tuſciam interrogarent agillinos quæ diceretur ciuitas.Illi utpote græci quid audirent ignorantes:& optimum ducentes ſi prius eos ſalutarent:dixerunt chærete:quod cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo ſcribitur:uidelicet chærete:hoc eſt ſaluete.Quam ſalutationem romani nomen ciuitatis eſſe putauerũt: & detracta aſpiratione eam cærete nominauerunt :ut teſtis eſt Iginus in urbibus italicis.Et declinatur ſecundum aliquos hoc cærete huius cæretis.Liuius tamen libro primo ab urbe hoc cære huius cæretis.& nomen patrium hic & hæc cæres huius cæretis. Virgilius libro octauo æneidos : Eſt ingens gelidum lucus prope cæretis amnem:qui teſte Seruio minio dicitᷣ:ut idem libro.x.Qui cærete domo: qui ſunt minionis in aruis. de quo etiam Priſcianus in quarto nonnulla dixit.

C hærea cum.ch.aſpirato &.æ.diphthógo in prima ſcribitᷣ:nomen eſt ꝓpriũ:quod apud græcos habet in fine.s.litteram:quam noſtri abiiciunt.Nam ſcribitᷣ apud illos χαίρεασ:idq; in multis fieri conſueuit.

C ærephon cum.ph.aſpirato &.æ.diphthógo in prima ſcribitur:fuit Socratis diſcipulus: & ab eo libidinoſe amatꝰ:ut illi ĩpinxit Ariſtophanes in comœdia:quam contra Socratem ſcripſit:cuius titulus eſt νεφέλαι.

C æculus cum.æ.diphthongo &.c.exili ſcribitur;nó deſcẽdit a græco:ſed latino:fuitq; Vulcani filius:de quo late uidebimus in dictione præneſte.

C æcuba cum.c.exili utrobiq; &.æ.diphthongo in prima ſcribitur. Quidam latinum putant: & ab eo quod eſt cæcum deriuari contendunt.Ita ut uina ſint antiquiſſima:quæ cæco in loco diu códita fuerint. Ego uero & ſi uini genus eſſe dicam:nomen tamen aſſumpſiſſe a loco græco cæcubum uinum comperi. Nam ait Plinius libro naturalis hiſtoriæ.iiii.cum de campania tractat: Hinc ſetini & cæcubi obtenduntur agri. his iunguntur phalerni calœni:deinde iunguntur maſſici gaurani ſurrhentiniq; montes:de quibus in dictione ſurrhentum late uidebimus.Ideo dixit Horatius libro ſecundo ſermonũ: Cæcuba uina ferens alchon chiũ maris expers.Et Martialis in epigrámatibus:Cæcuba fundanis generoſa coquũtᷣ amicis: Vitis & in media nata palude uiret.Et alibi:Dormiat & tecũ q cum mó cæcuba miſcet:Cóuiuas roſeo torſerat ore puer.

C æyx cũ.c.exili &.æ.diphthógo atq;.y.græco ſcribitᷣ:fuit rex trachynæ Luciferi filiꝰ:& frater Dædalióis:habuitq; uxoré formoſiſſimá Halcyoné Neptuni filiá mutuo ſibi amore deuictiſſimá:hinc cũ ad Apolliné clariũ cóſulturꝰ de ſtatu regni prexiſſet:tẽpeſtate abſorptꝰ ẽ:cuiꝰ cadauer cũ a mari ad litꝰ deiectũ fuiſſet:& illũ uxor cóſpiceret:dolore correpta in pelagꝰ ſe ꝓcipité dedit.Sed Neptuni miſeratióe & Thetidis:ambo ĩ halcyones marinas aues cóuerſi ſũt:ut oſtendit Ouidiꝰ li.xi.metamor.de qbus in dictióe halcyones uidebimꝰ.

C æra cum.æ.diphthógo teſte Apuleio grámatico a noſtris ſcribi cóſueuit. Nam licet a græco:quod ẽ κηνός traducatur:& ſecundũ regulá illud.n.in noſtrum.e.ꝓductum abſq; diphthógo tranſferri cóſueuerit: tamẽ qa apud nos nó eſt ipſius.e.ꝓducti a correpto in figura diſcretio:placuit ipo Apuleio teſte in aliquibꝰ dictionibus ꝑ diphthó.hoc ipm decreuiſſe:ut ſimiliter uidimus in dictióe æthica:& uidebimꝰ in dictione ſcæna. Alii uero cæram latinum putauerunt:ut in dictione diphthon.uidebimus.

C æroma cũ.æ.diphthongo ſimiliter poſſe ſcribi uidetur:quia a cæra deſcendit:illudq; pro unguento accipimus.ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra: Et cæromatico fert niciteria collo.

C æſæna cum.æ.diphthongo in prima & ſecunda a græcis ſcribitur:urbs eſt in gallia ciſalpina.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

C æſtus cum.c.exili &.æ.diphthongo atq;.t.ſimiplici ſcribitur:non eſt dictio græca: ut quidam putauerunt:
ſed latina a cædendo deducta:arma ſunt pugilum.Et huius cæſtus in genitiuo declinatur: ſed nónunq; ſine
diphthongo ceſtus ſecundæ declinationis comperitur:& græcum a nonnullis creditur.ſignificatq; Veneris
cingulum quo uxor cum maritalis illi fides dabatur:a marito cingi cóſueuerat:dicente Phyllide apud Oui
dium in.ii.heroidum epiſtolarum ad Demophoonta.
Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris:
Caſtaq; fallaci zona recincta manu.
Quod ſane cingulum teſte Seruio ſuper.v.æneidos balteus dicitur.Quod uocabulum ut ait nó tantũ quo
cingimur:ſed etiam a quo arma dependent indicat:& numero tantũ ſingulari eſt generis maſculini.Iuuena
lis in ultima ſatyra:Aſt illi quos arma tegunt:& balteus ambit.In numero uero plurali neutri tantum gene-
ris.ut idem Iuuenalis:Quotiens rumoribus ulciſcuntur baltea.
C aicus cum .c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur : fluuius eſt phrygiæ teſte Liuio in.vi. de bello macedonico
ueniens a myſia:ut Plinius ipſe rettulit libro ſexto naturalis hiſtoriæ.unde ait Virgilius in quarto georgico
rum:Myſuſq; caicus.Quin & prouinciam teutraniam irrigat:& antiquũ creditur mutaſſe curſum dicente
Ouidio libro.xv.metamorphoſe.Emiſſum capitiſq; ſui ripæq; prioris Pœnituiſſe ferunt:alios nunc ire cai
cum.fuit etiam nomen uiri troiani ſocii Aeneæ.
C ayſter abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſcribitur: Fluuius eſt aſiæ in cilbianis iugis ortus.ut dixit Plinius
libro quinto naturalis hiſtoriæ:qui multos amnes deferens:& ſtagnum perſagæum:quod pyrirhites amnis
expellit.Et præter aſiam paludem labens:ſub pionio monte epheſum alluit.Vnde Virgilius libro georgi-
corum primo ait:Iam uarias pelagi uolucres:& quæ aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimant' prata cayſtri.
Homerus ſimiliter libro iliados.ii.σπαραγεῖ δε τελειμων ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καΰςριου ἀμφὶ ῥέεθρα.
C alais cum.c.exili & unico.l.ſequéte.a.atq;.i.latino in ultima ſcribit':fuit Zeti frater:& filius Boreæ ex Ori-
thyia:ut uidebimus in dictione Zetus.
C alamus cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:eſt harundo magis minuta habés internodia longa & recta.Ex qua
ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant:quod Virgilius tetigit in Damœta cum ait:Cum daphnidis arcũ Fræ-
giſti:& calamos.i.ſagittas.Nam teſte Plinio libro.xvi.naturalis hiſtoriæ: calamis populi orientis bella confi
ciunt:& ſpicula illis addunt irreuocabili hamo. Et cum fere totum orientem & ſeptentrionem calamis ſu-
peratos oſtenderit ſubdit : præcipuus hic uſus hic in creta bellatores ſuos præcipitauit . Sed in hoc quoq;
(ut in cæteris rebus)uicit italia:quando nullus ſagittis aptior calamus quem in rheno bononienſi amne:cui
plurima ineſt medulla ponduſq; uolucre.Et contra flatus quoq; peruicax.Et ſubdit libris quoq; non eadẽ
gratia.Nam ut ſupra paululum dixerat chartis ſeruiunt calami maxime ægyptii.iuxta cuius ſententiá Mar
tialis ait in epigrammatibus:Dat chartis calamos habiles mẽphitica tellus:Texantur reliqua tecta palude ti
bi.Sed contra hunc pergere uidetur Plinius cum ait:Probatores tamen cnidi:& qui in aſia circa auenticum
lacum naſcuntur:noſtratibus fungoſior ſubeſt natura:cartilagine bibula fiſſilis:& præacuta ſemper acie ge
niculata.Cæterum gracilitas nodiſq; diſtincta leui faſtigio tenuatur in acumina craſſiora.Et infra ſubdit:ca
lamus uero alius totus concauus eſt:quẽ ſyringá uocant utiliſſimus fiſtulis.quoniam nihil eſt ei cartilaginis
atq; carnis:& continuo foramine peruiũ.hæc ille.de quo Virgilius in bucolico locutus uidetur cũ ait : Nec
calamis ſolum æquiparas:ſed uoce magiſtrum.Similiter idem Plinius libro.xii.eiuſdem uoluminis prius di
xerat calamos & iuncos odoratos in arabia naſci indiaq; & ſyria:quibus in unguẽtis uſos fuiſſe ipſe idem in
ſequenti libro oſtendit.& a calamo calamarium ꝑficiſcitur:quod quidam uſurpát pro theca. Calamaria in
qua calami recódunt':ſed quia hoc tempore pleriq; penna ſcribunt:poteſt etiam dici pennarium.
C alendæ cum.c.exili & unico.l.ſcribit': nec illorũ admittenda eſt cóſuetudo uel ratio:quæ per.κ.græcam lit-
teram dictioné illá uel aliam q̃uis ſcribendam contendunt:ut ſupra oſtendimus.Et dicunt' calendæ a βρύω
quod apud nos eſt uoco:quia ſolebat romæ minor pontifex noua conſpecta luna plæbem uocare: ut audi-
ret quot dies a calendis ad nonas ſupereſſent.hinc teſte Macrobio libro ſaturnaliũ.i.Et ipſi curiæ ad quam
uocabant':calabre nomen datũ eſt:& claſſi ꝙ omnis in eá populus uocaret'.Qua de re teſte Gellio li.vii. no
ctiũ atticaꝝ claſſici dicebant' primæ tantũ claſſis hoíes:qui centũ & uigintiquinq; milia æris ampliuſue cen-
ſi erant.Infra claſſem aũt appellabant' ſecundæ claſſis cæterarũq; omniũ claſſiũ:qui minore ſumma æris: q̃
ſupra dixi cenſebant'.unde & claſſicũ deductũ dicitur:quod teſte Seruio ſuper.vii.ænei.& tuba ipſam & ſo
num indicat.Virgi.claſſica iamq; ſonant quæ ſane flexibilis tuba eſt:ut uidebimus in dictione claſſica . Alii
uero dictá uolunt claſſem a cale:hoc eſt a fuſte:quia nauis quæ aliquádo claſſis dicebatur: de fuſtibus fiebat
Nam de cala inquit Lucilius:Scinde calam:ut caleas.i.o puer frange fuſtẽ:& fac focum.De claſſe inquit Ho
ratius:Me uel extremos numidarũ in agros Claſſe relegat:cũ de una loqueret' naui.Et Virgilius li.ænei.vi.
Lyciæ ductoré claſſis Horonté:ubi ait Seruius apertũ exemplũ claſſem etiá dici uná nauẽ:& hoc quia unius
ſolius nauis Horontes ductor fuit.Erantq; calendæ Iunoni ſacræ:dicente Ouidio libro faſtoꝝ primo:Ven-
dicat auſonias iunonis cura calendas.& inde calatores cũ unico.l.&.t.nó aſpirato dicti ſunt ſerui:q ſemper
uocari poſſent:ob neceſſitaté ſeruitutis:ut teſtis eſt Feſtus.Quin & conciliũ a concalando.i.cóuocádo dictũ
quidá

quidam pũtant. Procalare ſimiliter prouocare dicitur ipſo Feſto teſte. Et eodem modo calumniá: & calones ex illo dicta uoluit. Sane teſte Paulo iuriſcóſulto de uerborum ſignificatione ante diem decimũ calendarũ: & poſt diem decimũ calendaꝝ atq; utroq; ſermone undecimus dies ſignificatur. Similiter Petronio grámatico teſte intra calendas id fieri dicit': quod nó ante calédas.i. eoipſo die: quo calendæ ſunt agebat'. At Gellius circa finé li.xii. noctiũ atticarũ poſt longá rei huius diſputationem tandem concludit: & ante calendas & in ipſis calendis iure fieri poſſe.

C alathus cum.c.exili & unico.l.atq;.th.aſpirato ſcribit': dicitur a quibuſdá ex noſtris qualus & diminutiuũ quaſillus. Ab aliquibus fiſcella. iuxta quas ſignificationes ait Virgilius in Alexi: Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. Aliquando uero & pro calicibus ad ſacrificium aptis poſuit idem cum ait in Daphnide Vina nouũ fundam calathis aruiſia nectar.

C alabrya cum.c.exili & unico.l. atq;.y.græco ſcribitur: pars eſt italiæ poſt lucaniam a græcis ſic cognominata: quia bonis omnibus ſcatet. Nam componitur ex καλά: quod dicit bona: & βρύω: quod eſt ſcaturio. Et idem hic calaber & hæc calabra & hoc calabrum deriuatur. Ouidius li.iii. de arte: Ennius emeruit calabrys in montibus hortos Contiguos pene ſcipio magne tibi.

C alchas prima cum.c.exili ſequés cũ.ch.aſpirato ſcribit': fuit Teſtoris troiani filiꝰ: ut teſtis eſt Ditis augur maximus: qui cũ circa initia belli a troianis ad Apollinem delphicũ cum muneribus mitteretur: & reſponſuȝ habuerit: ut dimiſſis troianis græcoꝝ ſequeretur fœlicitaté ab illis gratiſſime recæptus eſt: cuius ſane interitũ in dictione gryneum nemus uidebimus.

C alydnæ cum.c.exili & unico.l.atq;.y.græco ſcribitur: inſulæ ſunt quædam paruæ ex cycladibus: de quibus Homerus libro ſecundo iliados meminit.

C aliſto cum.c.&.t.exilibus & unico.l.atq;.i.latino ſcribit': fuit Lycaonis arcadiæ regis filia: ut dixit Heſiodus quæ poſt pulſum patrem a regno: Dianá ſecuta é. Sed ut narrat Ouidius libro metamor.ii. cũ Iupptter illá cóſpiceret: & amaret: accæpta Dianæ forma: ad illá perrexit: quá cóppreſſit: & grauidauit. Ex qua ortus é Arcas: a quo arcadia prouintia cognominata eſt. Sed a Iunone crinibus cópræhenſa: & in diuerſum diſtracta: in urſam cóuertitur: quá cũ filius Arcas deinde uenator effectus: ſeſe cóſpicienté matré urſam ac fixe intuentem forte cóperiſſet: rei inſcius ſagitta illá impetere ſatagebat. Quibus Iuppiter miſeratus: ambos in cæluȝ traxit: & iuxta borealé polũ locauit. Quod Iuno ægre ferens: Tethym Oceani uxoré ſuamq; nutricé adiens ab illa impetrauit: ne Caliſtoné in Oceano leuare permitteret. Quare cũ cætera ſigna occidant: & in Oceano ſe leuare dicátur: ſolum urſæ ſignum nunq; occidit: dicéte Virgilio li. georgicorum.i. Arctos oceani metuentes æquore tingi. Sed cum in terris urſa eſſet: & mænalum erymanthum arcadiæ montes incoleret: Mænalis ipſa & Erymanthis a poetis dicitur. Ouidiꝰ libro quinto de triſtibus.
Quæ nunc ſuppoſitum ſtellis erymanthidos urſæ
Iuncta tenet crudis ſarmatis ora getis. Et prius libro quarto dixerat: Cunq; ſuo borea mænalis urſa uidet.
Verum hæc ipſa ex græcis nónulli in nonacri arcadiæ monte geſta narrarunt.

C alipolis cũ.c.exili nó geminato.l.atq;.i.latino utrobiq; ſcribit': urbs eſt thraciæ in extremo helleſpóti a.C. Calicula ædificata: a quo nomé aſſumpſit: hoc eſt Caliculæ polis.i. ciuitas. Calicula uero a caligis: quas margaritis refertas primus portauit: nomen aſſumpſiſſe dicitur.

C alinus cũ.c.exili & unico.l.atq;.i.latino ſcribitur: fuit ſtatuarius. de quo Quintilianus meminit.

C alon cum.c.exili & unico.l.ſcribitur: fuit teſte Quintiliano uir ſtatuarius.

C alidonia cũ.c.exili & unico.l.atq;.y.græco in ſecunda ſcribit': ciuitas fuit ætoliæ: & regia Oenei patris Meleagri: a quo locus circũſtans eodem nomine cognominatus fuit: & penultimá corripit.

C alypſo cũ.c.exili & unico.l.atq;.y.græco ſcribit': fuit teſte Heſiodo í theogonia nympha Oceani: & Tethyos filia. Homerus uero ſiue eandé: ſiue aliam dixit libro.vii. odiſſeæ fuiſſe Atlantis filiá cuȝ ait: ἔνθα μὲν ἄτλαντος θυγατὴρ δολόεσσα καλυψώ. hæc inſulá de ſuo noíe cognominatam tenuit in ionico mari ſitá ꝓpinquá lacinio ꝓmontorio: ut ſentire uidetur Plinius libro.iii. naturalis hiſtoriæ. Alii uero dicunt in mari aphrico fere ex oppoſito ad maiores ſyrtes: quá prius dictam ogyam a rege: q in illa regnauerat ferunt. Et in hoc cũ Plinio forte conueniunt: quia mare aphricũ ionio eſt conterminũ. Ad hanc ut dixit Homerus Vlyxes cũ diſceſſiſſet a Circe naufragus peruenit. Et quia alter fuit alterius amore detentus: ſeptem annos cum illa morá traxit. A qua magna cũ difficultate diſcedere ualuit: dicente Ouidio li.ii. de arte: Non formoſus erat: ſed erat facundus ulyxes: Et tamé æquoreas torſit amore deas.

C alix cũ.c.exili & unico.l.atq;.i.latino ſcribit': græce uero dicit' κύλιξ genus eſt poculi: de quo ait Macrobius libro ſaturnaliũ una littera cómutata: uidelicet.υ. græcum in.a. dicitur apud noſtros calix.

C alyx cũ.y.græco in ultima: folliculũ é quo fructus arboꝝ cooperit': deductũ a καλύπτω quod é cooperio

C allicratidas abſq; ulla aſpiratione & duplicato.l.atq;.i.latino ſcribitur: nomé eſt uiri proprium.

C allimachꝰ prima cũ.c.exili ſequéte duplicato.l.&.i.latino atq;.ch.aſpirato in ultía ſcribit': fuit nomé pluriũ ſed ꝑcipuꝰ fuit teſte Solino poeta cyrenéſis. Alter fuit hiſtoricꝰ ægyptiꝰ: de quo uidebimꝰ in dictióe Oſiris.

C alliope cũ.c.exili & duplicato.l. atq;.i.latino ſcribit': fuit una noué muſarum: & aliis excellentior: ut dixit

Heſiodus. Cuius cauſam ac illius interpretationem uidebimus in dictione muſæ. Et dicitur nõnunq̃ Calliopea: ut Ouidius libro faſtorũ.v. Prima ſui cœpit calliopea chori. cuius ratio eſt: quia apud illos καλλιοπη cum.η.in fine: & καλλιοπεία: cũ ei diphthongo in penultima: hoc eſt ſubſequente.a.ſcribit': quã dipht. ſemper (ut ſupra uidimus) in.e.uel in.i.productas transferimus.

C allistratus abſq; aliqua aſpiratione & duplici.l.atq;.i.latino ſcribitur: nomen fuit uiri proprium.

C allisthenes cum.c.exili & duplicato.l.atq;.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur: fuit Ariſtotelis diſcipulus & neceſſitudine quadam ex materna ſtirpe cõiunctus excellentiſſima diſciplina iuuenis. hic ad Alexãdrũ magnũ ab Ariſtotele miſſus: Cum in aſiam illum ſequeretur: quaſi Hermolai cõiurationis auctor: ab Alexandro interfectus eſt. Atqui conſtat falſo obiectum illi coniurationis crimen: de quo late habetur in Iuſtino libro decimoquinto ſui epitomatis.

C alliſphyrus cum.c.exili & duplici.l.ſequente.i.latino: & cum.y.græco in penultima ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia pater Alcini.

C allippidæ cum duplicato.l.atq; duplicato.p.&.i. latino utrobiq; ſcribitur: populi ſunt ſcythiæ hypanum fluuium incolentes: ut teſtatur Herodotus.

C alliroe cũ.c.exili & duplicato.l.atq;.i.latino ſcribit': fuit Achiloi filia & uxor Alemai filii Amphiarei ex Eriphyle coniuge: qui ſane Alemaus in uindictam patris matrem occidit: ut uidebimus in dictione Eriphyle. Quo ſcelere uti Oreſtes furore correptus: ab Amphilocho fratre in ultionẽ matris obtruncat' eſt. Sed Calliroe Alemai uxor Iouẽ toto corde precata eſt: ut filios ſuos impuberes: q̃primũ creſcere ſineret: & infantibus adderet annos: ne necem ſinant ſui genitoris inultam. Iuppiter his annuit. Nam cũ primũ iuuenes effecti ſunt: Amphilochũ patruũ interfecere. de quo Ouidius in.viii.metamorpho.pertractauit.

C alœnum cum.c.exili & unico.l.atq;.œ.diphthongo ſcribit': urbs fuit campaniæ. xiiii.miliũ paſſuum diſtãs a capua: in cuius agro uinũ optimũ naſcitur: a quo ciuitas ipſa nomen aſſumpſit. Nam cõponit' ex καλὸς quod eſt bonum: & ὀινον uinũ. unde ait Iuuenalis in prima ſatyra: Occurrit matrona potens quæ molle calœnum.i.dulce uinũ: porrectura uiro miſcet ſitiente rubetam. De qua matrona ſi quis plene edoceri cupit: legat Liuium in.viii.ab urbe: & uidebit quẽadmodũ Inſtituitq; rudes melior locuſta propinquas Per famã & populum nigros efferre maritos.i. mortuos. uel ut alii dicunt nigros.i.malos: quos ipſæ interficiebant. ſicut per oppoſitum candidus dicitur pulcher: & mitis. Virgilius in Daphni: Candidus inſuetũ mirat' limẽ olympi.ſ.Daphnis: quẽ pulchrũ bonũ: & mitẽ eẽ demõſtrat. Idem in corydone Tibi candida nais.i.pulchra Rubetam uero dixit Plinius li.viii.naturalis hiſtoriæ ranã eſſe: quæ in terra & in humore uiuit: & plurimis referre medicaminibus. Et ſubdit illã deponere aſſidue ac reſumere paſtu uenena ut ſibi tantũ reſeruet.

C halcis prima cum.ch.aſpirato & ultima cu;.c.exili atq;.i.latino ſcribitur: urbs eſt metropolitana in euboia inſula: ut teſtatur Liuius libro octauo de.ii.bello punico. Et eſt iuxta euripum: ut dixit Ptolemæ' in geographia: unde chalcidius dicitur.

C halcidius prima cum.ch.aſpirato ſequens cum.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit': nomẽ eſt gentile: & philoſophi propriũ: qui innumerabiles libros ſcripſit. atq; eodem modo ſcribitur chalcius.

C halcedonia prima cum.ch.aſpirato: ſecunda cũ.c.exili & penultima cum.i.latino ſcribitur: urbs fuit in aſia iuxta boſphorum thracium ex oppoſito ad byzantium.

C halazias cum.ch.aſpirato & unico.l.atq;.z.conſonante ſequẽte.i.latino ſcribitur: lapis eſt teſte Plinio libro ultimo naturalis hiſtoriæ grano grandinis ſimilis: dictus a χαλάζω uerbo: quod eſt grandino.

C haldæa prima cum.ch.aſpirato: & penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur: regio eſt aſiæ arabiæ contermina longe plana: & fontium indiga: in qua babylon ciuitas magna fuit.

C haleſtra cum.ch.aſpirato & unico.l.atq;.t.exili ſcribitur: urbs fuit litoralis theſſaliæ: iuxta quã axius fluui' in mare ægæum deſcendit: ut dixit Herodotus libro hiſtoriarum.vii.

C halybs cũ.ch.aſpirato & unico.l.ſequente.y.græco ante.bs. ſcribit': fluuius eſt hiſpaniæ: iuxta quẽ populi inhabitant dicti chalybes: ut dixit Iuſtinus li.xliiii. apud quos ſunt mineræ ferri optimi: quas nudi illi laborantes effodiunt. quod Virgilius libro georgicorũ.i.tetigiſſe uidet' cũ ait: India mittit ebur: molles ſua tura ſabæi. At chalybes nudi ferrum. ſimiliter & alii eodẽ noĩe cognominati ſunt populi iuxta paphlagoniam in põto: & amazonibus cõtermini: ut oſtendit Orpheus in argonautica. Et capit' plærũq; chalybs ꝓ ipſa ferri maſſa: ut Ouidius libro faſtorũ.iiii. Aes erat in precio chalybis iam maſſa placebat: Heu heu ꝑpetuo debuit illa tegi. Nõnunq̃ uero & ꝓ inſtrumento capit' ex chalybe confecto. ut Virgilius: Vulnificuſq; chalybs Et Lucanus libro.vi. Primũ chalybem: frænoſq; momordit.

C ambyſes cũ.y.græco ſcribit': fuit ex perſia: quem teſte Iuſtino li.i.neq; paterna neq; materna claritas potuit magnũ facere. Cui Aſtyages rex medoꝝ non ſine diuino myſterio filiã Mandanẽ matrimonio copulauit: ex quibus natus eſt Cyrus: qui rex perſarum effectus Cambyſem filiũ hæredẽ in regno habuit.

C amæleon prima cũ.c.exili ſecunda cũ.æ.diphthongo & penultima cũ unico.l.&.e.abſq; diphthongo ſcribit': eſt quadrupes a camælea herba: cui aſſimilari dicit' cognominatus. Quod Plinius libro octauo naturalis hiſtoriæ deſcribens & Solinus ſimiliter: dicũt eſſe facie quaſi lacertæ: habens crura recta: & longa: caudã

in uertigine tortam. Armatos ũngues:inceſſus tardos uelut᷑ teſtudinis: corpus aſperum cū ſquamoſa cute: color eſt uarius:& in momēto mutabilis:adeo quod cuicūq; rei hæſerit colorem tribuat: præter rubrum & candidū.de quo Ouidius libro metamorphoſeō undecimo: Id quoq; quod uentis animal nutritur & aura Protinus aſſimilat tetigit quoſcūq; colores.

C hamæcyſſos prima cū.ch.aſpirato:ſequens cum.æ.diphthongo:penultima uero cū.c.exili:&.y.græco cō-ſequēte duplicato.ſ.ſcribitur:genus eſt hederæ teſte Plinio libro ſedecimo naturalis hiſtoriæ:quæ nūq; niſi humi repit.Nam dictio eſt compoſita ex χαμαί:quod infimū uel humum:& κυσσός hedera.

C amelus cum.c.ſimplici &.e.ſine diphthongo atq; unico.l.ſcribit᷑:eſt animal quadrupes turpe aſpectu: habens caudā aſininam:pedes carnoſos & molles:atq; in geminas partes fiſſos:licet poſteriores ſint parū ſciſſi Caretq; dentibus in ſuperiori mandibula:ut deſcripſit Ariſtoteles libro de animalibꝰ.ii. Et ut refert Solinꝰ bactriani camelos fortiſſimos mittunt:licet arabia plures gignat.Sed hoc ut ait differunt ꝙ arabici bina tu bera in dorſo babent:Singula hactriani.Verū binis tuberibus camelū:cum a longis temporibus italia non uidiſſet:anno ab dominica incarnatione milleſimoquadringenteſimoquadrageſimoquarto mēſe octobris uidit:qui a Iuliano Cæſarino cardinali ſancti Angeli uiro in toto orbe clariſſimo ad Eugeniū quartū ponti ficē maximū ex turcoꝝ ſpoliis miſſus in domū meam:hic bononiæ declinauit:ubi ab ipſo cardinali ꝓ theologiæ ſtudiis relictus fuerā.Et ut deinde noui eum pontifex dono dedit Lodouico patauino cardinali Aquileienſi:& ipſius pontificis quæſtori:ſiue(ut iam dicimus)camerario.Cui etiā ob ſingulare ingeniū ſummam pontificatus crediditſſe fert᷑.Sane a camelo camelaſia deducitur.de quo Martianus iuriſcōſultus de muneribus & honoribus camelaſia inquit perſonale munus eſt.Nā ratione habita & alimētoꝝ & camelorū certa pecunia camelariis dari debet:ut ſolo corporis miniſterio obligentur.

C amera.cum.c.exili & unico.m.ſcribitur:dicitnr a noſtris teſtudo ſeu fornix.Et inde camurus curuatus.Virgilius libro georgicorum.iii.Camurus hircæ ſub cornibus aures.

C amilla cum.c.exili &.i.latino atq; duplici.l.ſcribit᷑:fuit filia Metabi regis priuerni ciuitatis uolſcoꝝ:dicēte Virgilio libro æneí.vii.Volſca de gente camilla.fuitq; tantæ ꝓbitatis:ut in laudes eius Virgilius longa deſcriptiōe ſeptimū æneidos librū terminauerit.Verū cū teſte Statio Tulliano de uocabulis reꝝ libro.i.Tuſci uocabulo Camilli præminiſtrum deoꝝ ſignificēt:unde Mercurium Camillū dicunt:factum eſt teſte Macrobio:ut Virgilius Metabum induxiſſet:appellaſſe filiā Camillā:quaſi Dianæ præminiſtrā. Idem Pacuuiꝰ cū de Medea loqueretur:Cælitum inquit Camilla expectata uenis ſalue hoſpita.Idem Seruius ſuper.xi.æneí. late dixit:ubi rettulit Virgiliū poetice dixiſſe Camillā uolſcam a matre fuiſſe nominatā.Romani etiam teſte eodē Macrobio pueros puellaſq; nobiles & inueſtes Camillos & Camillas appellant.

C aminus cū.c.exili &.i.latino ſcribit᷑:græcum eſt & latine dicit᷑ fornax.Virgilius libro æneidos.iii.Ruptis flā mam expirare caminis.& Horatius Oleum adde camino.Apud nōnullos uero eſt ſtructura:quæ fumū excipit:& cū apud græcos ſit generis fœminini:apud noſtros mutauit genus:& eſt maſculini.

C amiros cum.c.exili &.i.latino ſcribit᷑:urbs fuit in regione dorica:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriaꝝ.i. Alia fuit in rhodo:ut dixit Homerus libro iliados ſecundo.

C anchaſmos prima cū.c.exili:& ſequens cum.ch.aſpirato ſcribit᷑:dicitur riſus ſolutus:& καγχάζομαί:qđ eſt diffuſe rideo deriuatur.unde cachinnus ut in ea dictione uidimus.

C andaules cum.c.exili &.au.diphthongo ante unicū.l.ſcribitur:fuit Myrſi filius:& ſardium tyrannus: quē teſte Herodoto græci Myrſilium uocant.

C aniſtrum abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur: apud græcos uero loco.i. ponitur.a. & dicitur canaſtrum:quod nos in.i.conuertimus.

C antharus cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:uas erat aptum ad Bacchi ſacra:quod habuiſſe anſam oſtendit Virgilius in Sileno cum ait:Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.Sunt etiā canthari teſte Vlpiano de legatis primo per quos aquæ ſaliunt.

C antharida cū.c.exili &.th.aſpirato ſcribit᷑:græce tamen dicit᷑ cantharis genus ē uermis terrei:q(ut quidam ferunt)humano corpore ſtatim ut fuerit applicitus ſui aduſtione uiſicas efficit plenas humore.

C anobus cū.c.exili & unico.n.atq;.b.cōſonāte ſcribit᷑:fuit gubernator nauis Menelai:quo tempore menelaus ipſe ad ægyptū ꝓexit:ubi ille mortuus:& in quadā nili inſula ſepultus:loco nomē dedit: in qua eiuſdem nois Alexander urbē cōdidit.Sed ut ait Seruiꝰ ſup.xi.æneí.canobus cū.b.ſcribebat᷑: nūc mutata littera canopus cum.p.ſcribitur:quod prius notauerat Quintilianus in.i.inſtitutionū a Cicerone dictum canopicarum exercitum cum.p.& non cum.b.ſcriptum.

C anopus cū.c.exili &.p.cōſonante ſcribit᷑:eſt nili inſula:ut in præcedenti dictiōe uidimus: & ciuitas in eadē inſula:quā teſte Seruio ſup.iiii.georgi.Alexander inſtar ciuitatis ſuæ macedonicæ:quæ pella dicebat᷑ cōdidit.Vnde eodē libro dixit Virgi.Nā qua pellæi gens fortunata canopi Accolit effuſo ſtagnātē flumine nilū Et Iuuenalis in prima ſatyra:Cum pars niliacæ plæbis:cum uerna canopi Criſpinus.

C anon cum.c.exili ſcribitur:dicitur a noſtris regula.& inde canonicus.i.regularis.

C haonia cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur.proprie pars eſt alpeſtris epiri.quandoq; uero & ꝓ tota epiro

ſumitur ũt in ea dictione uidebimus.

Chaos cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia confuſa quædã ab initio unitas:quã principium eſſe dixit productionis omniũ rerum.unde Ouidius:Vnus erat toto naturæ uultus in orbe:Quam dixere chaos.Ex quo inchoare deductum putauit Feſtus.

Capaneus cum.c.exili &.eu.diphthongo in fine ſcribitur:fuit Statio teſte libro tertio thebaidos:unus ex ſeptem regibus:qui thebas obſederunt:ſuperbus quoq; & deorũ contemptor:qui non contentus uiciſſe homines mediis capaneus auditur in aſtris.de quo Vegetius libro quarto de re militari dixit:Qui ſcalis in obſidione urbium utuntur:frequenter periculum ſuſtinent exemplo Capanei:a quo primũ ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta:qui tanta mole lapidum fuit obrutus a thebanis:ꝙ fulminibus dicatur extinct⁹
Inde ait Ouidius libro de triſtibus:
Cum cecidit capaneus ſubito temerarius ictu.

Caphareus cum.c.exili &.ph.aſpirato atq;.eu.diphthongo in fine ſcribitur:mons eſt altiſſimus euboiæ inſulæ ad helleſpontum proſpectans:dicente Seneca in Herc.œtheo:Euboica tellus uertice imẽſo tumẽs:Pulſatur omni parte phryxeum mare Scindit caphareus.Et ſubdit paulo poſt:Hic rupe celſa nulla ꝗ̃ nubes ferit Annoſa fulgent templa cenei iouis.Ad cuius radices:uel ira Mineruæ:ut poetæ fingunt:uel fraude Naupli regnantis in euboia:& cupientis ulciſci mortem Palamedis filii:argiuorum claſſis poſt troianũ exidiũ duris caſibus agitata fuit.Nam nocte laborantibus tempeſtate græcis:facem ſuper caphareo monte ſuccendit:qua illi portum proximum exiſtimantes:in aſperrimos ſcopulos delati:naufragium multi dedere:dicẽte Seneca in Medea:Igne fallaci nocturnus argis Nauplus:& reliqua.unde Virgilius libro æneidos.xi.ait:Scit triſte mineruæ Sidus & euboicæ cautes:ultorq; caphareus:quaſi Nauplum nomine montis cognominet.ſimiliter Ouidius libro.ii.de ponto:Non tibi caſandrus pater eſt duruſue caphareus.

Cappadocia cum.c.exili utrobiq; & duplicato.p.atq;.i.latino ſcribitur:regio eſt cõtermina maiori armeniæ quam ab ea euphrates diſiungit:ut teſtis eſt Solinus.Et ab ea eiuſdẽ nominis fluuio cognominata eſt:ut teſtatur Plini⁹ libro ſexto naturalis hiſtoriæ.Ego eni in Ptolemæi geographia proſpexi minorem illam eſſe armeniam.Et in appiano clariſſimo hiſtorico græco legi eam partem eſſe minoris armeniæ.

Capys cum.c.exili &.y.græco ſcribit̃:& in genitiuo huius capyis declinatur:fuit troiani nomen.de quo ſæpe Virgilius meminit.At capis cum.i.latino lingua tuſca teſte Seruio in.x.ænei.falconem indicabat.

Capua cum.c.exili & unico.p.ſcribitur:urbs eſt campaniæ a Capye troiano cognominata:cõuerſione.y.græci in.u.noſtrum:& additione.a.litteræ in fine:dicente Virgilio libro.x.æneidos:Et capys hinc nomen campanæ dicitur urbi.Quare colonos dardanos illam habere dixit Lucanus in ſecũdo cum ait:Interea trepido diſcedens agmine magnus:Mœnia dardanii tenuit capuana coloni.Liuius uero libro.iiii.ab urbe uult eã a locis campeſtribus dictam:in quibus ſita eſt.& in eodem libro ait uulturnum hetruſcorum urbẽ:quæ nũc capua eſt cæpere ſamnites.unde teſte Seruio conſtat eam a tuſcis conditam uiſo falconis augurio:qui tuſca lingua capis dicitur.& ſubdit:Tuſcos autẽ omnem pene italiam ſubiugaſſe manifeſtum eſt.

Carambi cum.c.exili &.i.latino in fine ſcribitur:mons eſt paphlagoniæ in aſia:qui teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ per medium euxinum percurrit:centũ ſeptuaginta milium paſſuum interuallo:quæ maxime ratio ſcythici arcus formam efficit.

Character prima cum.ch.aſpirato:& ultima cum.ct.exilibus ſcribitur:dici poteſt a nobis notamen:uel lineamentum:aut littera.Vnde litteræ characteres ſæpiſſime cognominantur.

Characteriſmos prima cum.ch.aſpirato aliæ ſine aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur:dici poteſt latine deſignatio.ut Iuuenalis in ſatyra Criſpini:Et caluo ſeruiret roma neroni.i.Domitiano.Nam ꝑ caluiciẽ & mores ſimiles Neroni Domitianus ipſe deſcribitur:ut uidebimus in dictione prologus.

Charandæi prima cum.ch.aſpirato & penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:populi ſunt iuxta pontum:ut dixit Orpheus in argonautica.

Charaxes cum.ch.aſpirato &.x.conſonante in penultima ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarũ.ii.mitylenæus patria:& frater Sapphus:qui captus amore Rhodopis fœminæ ex thracia miræ pulchritudinis:& meretricis famoſæ:maxima pecunia illam redemit:quæ cum Aeſopo captiua fuerat:ut late idẽ auctor enarrauit.Quare de illo dicebat Sappho ſoror in epiſtola ad Phaonem:Arſit inops frater uict⁹ meretricis amore:Multaq; cum multo damna pudore tulit.& ſubdit:Gaudet & e noſtro ſurgit mærore charaxes Frater & ante oculos itq; reditq; meos.

Cardamũ cum.c.exili ſcribitur:herba eſt ſuauis odoris:quæ a nõnullis græcis ſcardamus uocitatur.

Cardamyla cum.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribitur:fuit urbs in agro propinqua pylo:& ſub dominio Agamemnonis:ut teſtatur Homerus libro nono iliados.Hanc non multum a Lacedæmonia diſtare oſtendit Ptolemæus in geographia.

Careſius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero circa initium libri.xii.iliados:troianus fluuius.

Caria cũ.c.exili &.i.latino ſcribitur:regio eſt in minori aſia inter lyciam & ioniam:a Cara rege cognominata qui auguria ex auib⁹ primus cõperit:ut dixit Plinius libro.vii.naturalis hiſtoriæ.Vnde populi cares dicũt̃.

Charybdis patria cum.ch.aſpirato penultima cum.y.græco ante.b.ultima.cum.i. latino ſcribitur: locus eſt periculoſus ualde inter calabryam & ſiciliam. Nam a ſeptentrione in aſtrum & e contrario fit fluctuum concurſus:& intercæptorum quorumcunq; colliſio:atq; abſorbitio. Nanq; teſte Ouidio libro ſecũdo de remediis: Vt uomit epotas ſæua charybdis aquas. Et Seneca in Thyeſte: Quod rapax hauſit reuomit charybdis Similia Virgilius libro tertio æneidos: prius dixerat. Et ut græci quidam ferunt: fuit Charybdis uetula uoraciſſima: quæ quia boues Herculis furata fuerat: ab illo in id mare proiecta loco nomẽ dedit: quæ ſane nũc etiam antiquas exercet rapinas. Et deberet declinari huius charybdidis: quod nos minime ſeruamus: ſed in genitiuo huius charybdis: ut in nominatiuo declinamus ne alterna.d.in utraq; ſyllaba cõtinua (ut dixit Priſcianus in quarto) male ſonet: quod etiam græci euitare ſolent. Nã dicunt χαρύβδεωσ: & non χαρύβδιδοσ: ut exigeret regula.

Caryca cum.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribitur: gen⁹ eſt ficuum teſte Iulio Polluce,a loco ſic dictarũ. Apud nos uero cõmuniter pro ſicca ficu accipitur. At carex caricis genus eſt fruticis acuti. Virgilius in georgicorum tertio: frondibus hirſutis & carice paſtus acuta.

Carcinitus abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino utrobique ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto urbs egregia ſcithyæ.

Carcinos cum.c.exili utrobique &.i.latino ſcribitur: apud nos dicitur cancer: quo tamen uocabulo Lucanus utitur in nono cum ait: Par geminis chiron: & idem quod carcinos ardens. ubi penultima corripitur.

Cardiacus cum.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribitur: dicitur ille qui moleſtiam patiꝰ cordis. Nam a καρδία deducitur: quod apud noſtros cor dicitur. Ideo ait Iuuenalis: Cardiaco nunq̃ cyathum miſſurus amico. Et a cardia dictum cardinem quidam putant: ſuper quo ualuæ hoſtii deuoluuntur.

Caryſtos abſq; aliqua aſpiratione & cum.y.græco ſcribitur: Inſula eſt una ex cycladibus in euboico mari ſita immo (ut quidam ferunt) cum euboia coniuncta: quam uarii marmoris feracem dicunt. ut Seneca in troade An ferax uarii lapidis caryſtos. & Lucanus in quinto loquens de euboia inſula inquit: Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa caryſtos. In hac teſte Solino titani regnauerunt. Et inde caryſteus. ut Ouidius libro faſtorum quarto: Quaque caryſteis frangitur unda uadis. & (ut quidam ferunt) eſt etiam urbs in euboia.

Charitas ſi pro amore & dilectione ſumitur: ſemper prima cum.ch.aſpirato ſecundum rectam orthographiam ſcribi uidetur: penultima uero cum.i.latino: & ultima cum.t.ſimplici ſcribitur. Nam a χάρίσ: quod eſt gratia & amor prorſus deſcendit. Vnde charitas amoris eſt ſpecies. & cum amor ad omnia ſpectet: charitas ad homines ſolum: & quidem pro dignitate & qualitate perſonarum. Nam maxima charitas debetur parentibus: proxima filiis: & deinceps reliquis. At uero caritas abſq; aſpiratione latinum eſt: & a careo uerbo deſcendit. ſignificatq; inopiam: ut Liuius libro ſecundo ab urbe: Obſidio inquit erat nihilominus: & frumenti cum ſumma caritate. & libro ſecundo ait: Caritas primum erat annonæ ex incultis per ſeceſſionem plæbis agris. unde & carus in ea ſignificatione abſq; aſpiratione ſcribitur. Quod & ſi gratum & amore deuinctum iudicet: cum aſpiratione rationabiliter ſcribendum puto. Nec ſum ignarus prædictorũ: quodq; ab antiquis noſtris abſq; aliqua aſpiratione ſcribi conſueuiſſe: ut in ſcriptionibus marmoreis quotidie aſpicimus. Sed ut puto magis ex dictionum ſimilitudine: q̃ ex aliqua ratione factum fuit. Cum unum a reliquo prorſus deduci non poſſit: immo & in contraria penitus ſignificatione eius uidentur. Nam caritas pro inopia priuationem & indigentiam indicat. pro amore uero cum ponitur: habitum & adeptionem qualitatis compræhendit. quare rationabilius ea (ut diximus) differenter ſcribi poſſe putamus: ne unum pro reliquo accipi uelit. unde & ſi a nonnullis dictionibus quæ apud græcos aſpirantur: nos aſpirationem ſubtrahimus ut ab Aemilio quod apud illos aſpiratur: nos aſpirationem abiecimus: & ſine aſpiratione in antiquis marmoribus ſemper ſcriptum aſpicimus. hoc tamen nullam confuſionem inducere potuit: cum tam aſpiratum q̃ non aſpiratum: pro eodem ab omnibus compræhendi neceſſe ſit. At ea quæ diximus diſconuenĩetiſſimã ſignificationem habere uidentur: & niſi differentia aliqua efferantꝰ: confuſionem ſignificati magis q̃ ſignificatum exprimunt. Vnde & ſimiliter nos cærete (ut in ea dictione uidebimus) ſine aſpiratione ſcribimus: quia ſic quoq; ciuitatis nomen eſſe romani putauerũt. & ut deinde ab aſpirata dictione differret: quæ ſalutationem indicat: priorem ſcripturam ſeruauerunt: ex quo ſane non confuſio: ſed neceſſaria quodammodo diſtinctio inter ciuitatem & ſalutationem exprimitur: & conſeruatur.

Charites cum.ch.aſpirato &.i.latino atq;.t.ſimplici abſq; dubitatione a nobis etiam ſcribitꝰ: & dici poſſunt gratiæ. Quas Orpheus in hymnis: & Pindarus in odis tres eſſe dixerũt. Aglæam. Thaliam: & Euphroſynã: unde ait Orpheus: ἀγλαΐη τε θαλεία καὶ εὐφροσύνη πολύολβε: quas iouis filias ex Eunomia ille idem eſſe dixit. Pindarus uero matrem ſubticens: ſolum dixit: θεῶν κρατίςου παῖδεσ: hoc eſt maximi dei filias. eas inſuper dixit in cælo iuxta Apollinis thronum degere patremq; totius olymphi ideſt Iouem perpetuo collaudare. Et ſubdunt poetæ alii illas ſe in Acidalio fonte lauare: qui eſt in orchomeno boetiæ ciuitate A quo nudas quia ſine fuco eſſe debent: & ſimul connexas incedere uolunt: quia inſolubiles eſſe gratias decet. Sed unam auerſam incedere. Aliæ duæ nos reſpicere dicuntur: quia profecta a nobis gratia duplex reuerti ſolet. Vnde ferunt alii illam duabus aureum porrigere pomum: & illas recta facie beneficam conſpi

elentes munera reddere duplicata: dicente Virgilio libro æneidos primo:

Nec metus officio: nec te certaſſe priorem.

Pœniteat. & inſuper addunt illas hominibus largiri decorem. Quod Atimetus in clariſſimo epitaphio ſuæ coniugis Homonoeæ tetigit cum ait: Cui formam paphiæ charites tribuere decorem. Nanq; illas pediſſecas Veneris eſſe uolunt quaſi uenus & pulchritudo gratiam porrigant. Quod Virgilius tetigiſſe uidetur: cum ait libro æneidos quinto:

Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus.

Nanq; illas dixit Homerus libro iliados quinto elaboraſſe Veneri ambroſium peplum.

C harientiſmos cum.ch.aſpirato &.i.latino utrobiq; atque.t.exili ſcribitur: dici poteſt a noſtris gratificatio. Nam a χαρίεν: quod eſt gratioſum deriuatur. Et eſt figura cum dura dictu gratius ſiue mitius proferunt.

C hariophilon cum.ch.&.ph.aſpiratis &.i.latino atq; unico.l.ſcribitur: & interpretatur χαρίεν: ideſt gratioſum: & φιλον amicum. Naſcitur teſte Plinio libro duodecimo naturalis hiſtoriæ in india grandius: & fragilius granis piperis. Cuius arbor fert in ſpinis piperis ſimilitudinem foliis paruis denſiſq; ramis trium cubitorum: cortice pallido: radice lata lignoſaq;.

C arithos cum.c.exili &.i.latino atq;.th.aſpirato ſcribitur: inſula eſt una ex Cycladibus.

C harilaus cum.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.l.ſcribitur: fuit frater Mæandri: ut in ea dictione uidebim⁹

C arneades cum.c.exili ſcribitur: fuit philoſophus cyrenæus Epiconii: ut quidam ferunt: ſiue Alexandri teſte Philoconio filius ſtoicorum & Chryſippi diſcipulus modice reluctabatur: & uerecũde: ita ut ſæpe diceret Niſi Chryſippus eſſet: ego non eſſem. Aethicæ ſe magis deuouit: q̃ phyſicæ. Quo circa cæſariem: & ungues nutriebat præcipua intentione ſtudiorum: ad eum quoque audiendum oratores pergebant. mortuus eſt finitis annis octogintaquinq;.

C armenta abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: & non eſt græcum: ut quidam male putant: ſed latinum. Nam teſte Plutarcho in uita Romuli: Nonnulli arcadis Euandri matrem fuiſſe arbitrantur rerum futurarum admonitricem: quæ Phœbo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Vnde dicta eſt Carmenta. Nam Nicoſtratæ ei græce nomen fuit. Quidam uero Carmentæ nomen alio pacto interpretantur: quod quaſi careat mente Carmenta dicta fuerit: ut ſolebat his euenire: quæ Apollinis numine debacchabantur. Vnde carpentum quidam dictum uolunt: ut in ea dictione uidebimus.

C haropes cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit troianus Hippaſi filius: qui teſte Homero libro undecimo iliados ab Vlyxe in bello interemptus fuit. habetq; accentum in prima.

C haropus cum.ch.aſpirato ſcribitur: nomen fuit græci euntis ad troiam: & alterius epirotarum principis: qui Quinto Flammineo romano conſuli uictoriam præbuiſſe dicitur de Philippo.

C haron cum.ch.aſpirato ſcribitur: hunc poetæ dicunt obſeruare tria inferni flumina ſeu paludes: hoc ẽ acherontem ſtygem & cocytum: quin & defunctorum animas ad aliam ripam uehere: quem ſqualloris eſſe terribilem fingunt: oculos habere igneos: amictum ſordidum: magnam caniciem: remo & uelis ad animas tranſportandas uti.

C arpathus cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur: inſula eſt teſte Pompeio libro ſecundo inter ægyptum & rhodum poſita: regnum uatis Protei. quæ teſte Plinio libro naturalis hiſtoriæ quarto & quinto mari charpathio nomen dedit.

C arpophorus prima cum.c.exili penultima cum.ph.aſpirato ſcribitur: dici poteſt latine fructifer. Nam componitur ex καρπός quod eſt fructus: & φορω porto. Ponitur etiam a Iuuenale nomen uiri proprium in ſatyra Credo pudiciciam: Quanq; & carpophoro.

C arpis cum.c.exili &.i.latino ſcribitur fluuius eſt ſcytharum ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum.iiii.

C arta cum.c.&.t.exilibus nomen eſt uiri qui ex Darii ducibus unus fuit: quin & illius filiaꝫ Artozoſtratã duxit uxorem ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarũ quarto. At cũ.ch.aſpirato aliud ſignificat ut uidebim⁹.

C artha cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur: urbs fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſeptimo inter tyron & biriton. unde teſte Seruio Dido carthaginenſis dicta fuit.

C arthago cũ.c.exili &.th.aſpirato poſſe ſcribi uidetur: tum quia teſte Seruio a cartha oppido nomen aſſumpſit: tum quia apud græcos καρχηδων: cum.c.exili in prima &.ch.aſpirato in penultima ſcribitur: ita ut illud.ch.in.th.noſtrum conuerſum fuerit. Vnde teſte Liuio uocabulum punicum eſt: quod apud nos nouam ciuitatem deſignat. Cicero uero de natura deorum libro ſecundo poſtq̃ tres Hercules declarauit: Quart⁹ inquit fuit Iouis filius: & Aſteries ſororis Latonæ qui Carthaginem filiam genuit: a qua byrſa quam Dido condidit carthago dicta eſt. Sed undecunq; carthaginis nomen originem habuerit: urbs tamen fuit celeberrima in aphrica conſtructa primum a Didone Beli regis tyriorum filia annis ſeptuaginta tribus anteq̃ roma ipſa conſtrueretur: ut dixit Iuſtinus libro.xviii. quæ prius a bouis corio byrſa dicta fuit: ut in ea dictione uidimus. hæc eadem teſte Plinio libro.xv.naturalis hiſtoriæ centum uiginti annis romanis æmula fuit.

C harta cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribitur: ponitur apud græcos pro eo quod nos librum dicimus. Quod Ouidius obſeruaſſe uidetur libro tertio de triſtibus cum ait: Nullus in hac charta uerſus amare docet. Sed

communiter pro omni folio ſuper quo ſcribitur: accipi conſueuit: ut pro papyro membrana ſeu pergameno. Alii uero chartam pro ſolo papyro accipiunt: & a membrana diſtinguunt: ut eos liberos non in membranis: ſed in chartis tranſcriptos regi tradidit. Verum ut rettulit Plinius libro decimotertio naturalis hiſtoriæ: chartam Alexandri magni uictoria repertam auctor eſt. M. Varro condita in ægypto alexandria antea non fuiſſe chartarum uſum. Palmarum foliis primo ſcriptitatum. deinde quarundam arborum libris. Poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus. Mox & priuata linteis confici cœpta: aut ſcædis. Et ſubdit: Pugilarium enim uſum fuiſſe etiam ante troiana tempora inuenimus apud Homerum. Et poſt longum progreſſum contra Varronis ſententiam manifeſtiſſima de chartis inducit exempla: quæ longe anteq̃ dixerit Varro fuiſſe comperta demonſtrant: ut libri Númæ in arca comperti: quæ reperta fuerat in agro: M. Terentii ſcribæ: quin & libri ſibyllæ: quos illa ad Tarquiniũ Superbum detulit: & duos combuſſit: quorum tertius uſq; ad Syllæ tempora perdurauit. Præterea Mutianus ter conſul prodidit nuper ſe legiſſe: cũ præſideret lyciæ Sarpedonis a troia ſcriptam in quodam templo epiſtolæ chartam. quod eo magis miror inquit Plinius: ſi etiam tunc Homero condente ægyptia non erat papyrus. hæc ex Plinio. Ex aliis comperi membranas infici conſueuiſſe diuerſis coloribus: ut purpureo uiridi: quod græci euchariſteum uocant: lutheo quo unica tantum in parte crocari ſolebat: ut etiam Perſius tetigit cum ait: Iam liber: & poſitis bicolor membrana capillis. Et Iuuenalis: Croceæ membrana tabellæ. Sane charta cum apud nos generis ſit fœminini: apud græcos uero eſt generis maſculini: ut ὁ χάρτης: ſicut & apud illos dicitur ὁ κοχλίας: apud noſtros dicitur hæc cochlea: & utrunq; apud nos abiicit. s.

C arpentum abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: nec græcum eſt: ut quidam putant: ſed latinum: & genus uehiculi a Carmenta matre Euandri dictum: quo & illa & auſoniæ fœminæ uehibantur: dicente Ouidio libro faſtorum primo:

Nam prius auſonias matres carpenta uehebant:
Hæc quoq; ab euandri dicta parente reor.

C arræ cum. c. exili & duplicato. r. ſcribitur: fuerunt teſte Thucydide libro tertio de bello peloponneſiaco populi inſulani piratica famoſi: uicti a Minoe. de quibus meminit Virgilius circa finem libri octaui cum ait: Hinc lelegas carraſq;.

C aſia cum. c. exili & unico. ſ. atq; i. latino ſcribitur: frutex eſt: qui teſte Plinio libro duodecimo naturalis hiſtoriæ iuxta cynnami campos naſcitur: ſed in omnibus groſſiori ſarmento tenui cute uerius q̃ cortice: amplitudo fruticis trium cubitorum. Colus cum primum emicat candidus: pedali menſura. deinde rubeſcit addito ſemipede: ultra nigrans. Et infra ſubdit: Alia eſt balſamo de ſaba odore ſimili appellata: ſed amara Ideoq; utilior medicis unguentis precia nullis diuerſoria.

C aſiterides abſq; aliqua aſpiratione & cum unico. ſ. atque. i. latino ſcribitur: inſulæ ſunt complures: quas Plinius circa finem libri quarti dixit eſſe ex aduerſo celtiberiæ: ſic quoq; a græcis a fertilitate ſtamni dictas. Nã κασίτερος ab iſtis ſtamnum dicitur. Has (ut idem refert) aliqui fortunatas uocauere.

C aſpium mare cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: mare illud appellatur: quod inter caſpios montes (a quibus nomen accæpit) & hircanos imenſum occupat ſpacium. Nec ullum prorſus detinet exitum: ſed ex maximis in eum confluentibus fluminibus confectum dicitur: ut uidebimus in dictione oceanus.

C aſpii montes eodem modo ſcribuntur: & ſunt in aſia boreales: a quibus mare caſpium cognominatum eſt. ſuntq; maiori armeniæ contermini: ubi portæ ſunt caſpiæ: hoc eſt uia quædam eoſdem interſecans montes. Quæ teſte Solino panduntur: itinere manufacto longo octo milibus paſſuum. Cuius latitudo uix eſt plauſtro permeabilis. In quibus anguſtiis etiam illud aſperum rettulit Solinus: quod precioſorum laterum ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis exudant humorem affluentiſſimum: qui conſtrictus ui caloris uelut in æſtiuam glaciem comparatur: nec niſi hyeme acceſſum præbet. Etiam loca deſerta ſunt præſidiis: & ſerpentibus conferta.

C aſius cum. c. exili & unico. ſ. atq; i. latino ſcribitur: mons eſt in ſyria antiochiæ ſeleuciæ ſupereminens. Cuius teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ excelſa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras Solem aſpicit: breui circumactu temporis diem noctemq; pariter oſtendit. Ambitus ad cacumen octo & decem milium paſſuum eſt. Altitudo per directum quattuor. Alter ab Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo ponitur in finibus ægypti iuxta ſelbonidam paludem: quem Plinius ob propinquitatem dixit eſſe in arabia: non longe a peluſio nili hoſtio: ubi delubrum Iouis Caſii: & tumulus magni Pompeii habentur: de illo Lucanus libro decimo:

Lucifer a caſia proſpexit rupe: diemq;
Miſit in ægyptum primo iam ſole calentem.

C aſſandane cum. c. exili & duplicato. ſ. ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo filia Pharnaſpis: & mater Cambyſæ generi Aſtyagis.

C aſſandra cum. c. exili & duplicato. ſ. ſcribitur: fuit Priami regis filia: quam poſt euerſam troiam ab Agamẽnone mycenas ductam κτεῖνε κλυταιμνήστρη δολομῆτις: hoc eſt doloſa Clytæmneſtra interemit.

ut dixit Homerus in odyſſea.

C aſſiopeia abſq; aſpiratione principii:& duplici.ſ.ſcribit᷑:fuit Cephei regis æthiopum uxor:quæ cũ nereidibus de pulchritudine decertauit:ut late poſuit Sophocles in tragœdia:Cuius titulus eſt ἀδρομήδη.

C aſtanea abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribitur:græcum uocabulum eſt:ſed caſtanum ab illis neutro genere dicitur:quod lopinium ab aliquibus traductum comperi.

C aſtalius abſq; aſpiratione aliqua:& unico.l.atq;.i.latino ſcribit᷑:fons eſt in radicibus montis parnaſi: muſis ſacer.Et a uirgine caſtalia nomen aſſumpſit:cui cum per mõtem uaganti Apollo uim inferre pararet: Ipſaq; fugiens a monte caderet:in ſui nominis fontem conuerſa fuit.

C aſtiamira abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino utrobiq; ſcribitur.apud græcos uero in penultima eſt ei diphthongus:quam nos in.i.noſtrum cõmutamus.fuit teſte Homero libro octauo iliados uxor Priami: quã ex æſymo urbe thraciæ duxit ad troiam deabus ipſis formæ uenuſtate comparanda.

C aſtor cum.c.&.t.exilibus hoc eſt ſine aſpiratione tam pro bruto q̃ pro homine ſcribitur. Vnde ſi pro homine accipimus:fuit gemellus frater Pollucis:qui filii fuerunt Tyndari & Ledæ:ac Helenæ fratres : quos lacedæmoniæ ſepultos dixit Homerus.Et fuit caſtor equorum domitor:Pollux uero pugil:dicente Homero libro tertio iliados:κάςορα ὁ ιπποδαμον καὶ πύξ ἀγαθόν πολυλεύκεα.Idem Ouidius libro faſtorũ quinto Tyndaridæ fratres hic eques:ille pugil. At Virgilius libro georgicorum tertio unum pro reliquo more poetico poſuit:cum ait:Talis amyclæi domitus pollucis habenis Cyllarus:& quorum graii meminere poetæ.Si uero pro bruto caſtor accipitur:eſt etiam dictio græca : quanq; nonnulli latinam contendant: & a caſtrando deriuatam uelint:quod prorſus fieri non poteſt:cum faciat accuſatiuum in a quod lingua latina in maſculinis aut fœmininis penitus abhorret. Vnde Iuuenalis in ſatyra Natali coruine die ait: Imitat⁹ caſtora qui ſe Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno Teſticuli:adeo medicatum intelligit inguem.

C atabathynon prima & ſecunda abſq; aſpiratione:penultima cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:dici poteſt demerſum aut decliue.Saluſtius:Ea fines habet ab occidente fretum noſtri maris & oceani: ab ortu ſolis decliuem latitudinem:quem locuʒ catabathynon incolæ appellant. Nam ex κατά & βαθυνόν:quod eſt profundum componitur.

C atacriſis quod ſine aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris condemnatio uel diiudicatio Nam componitur a κατά:& κρισις:quod ſic quoq; ſcriptum iudicium dicit.

C atachreſis prima & ſecunda abſq; aſpiratione:penultima cum.ch.aſpirato &.e.abſq; diphthongo ſcribit᷑: dici poteſt a nobis abuſio:uel uſurpatio.Nam componitur ex κατα:quod aliquando dicit contra: & χρῆσις uſus:quaſi ſit contra uſum:& dicitur figura cum uſurpatur aliud nomen: quando proprium deeſt: ut patricida ille dicitur qui patrem occidit. Virgilius libro georgicorum ſecundo: Faciemq; ſimillima lauro : dixit de arbore:cum ſoli homini facies competat.Piſcina etiam per hanc figuram dicitur:quæ piſces nõ habet. Vnde opportune ait Quintilianus:Multa ſunt græce & latine nõ denominata.Nam & qui iaculũ emittit iaculari dicitur:qui pilam aut ſudem appellatiõe priuatim ſibi aſſignata caret.Et ut lapidare quid ſit manifeſtum eſt:ita glebarum teſtarumq; iactus non habet nomen.unde abuſio: quæ κατάχρησις dicitur neceſſaria eſt.Et ſic ad hanc Quintiliani formulam non aliter nauem uelociter euntem:& auem uelociter uolantem currere dicimus:q̃ iaculari ſudem. Vnde inepte iudicio meo expoſuiſſe Virgilium uidetur Nonius quando ait:Curſuſq; per auras Dirigite in lucum:ideſt uolatus.Nam tot ſignificata eidem dat nomini Nonius:ut ſi ad illum modum exponere uelimus infinita pene exempla erunt. Vnde non eſt credendum auctores uni dictioni tot ſignificata: & quidem pro ſe quenq; noua dicere uoluiſſe: tanquã linguam ipſam confundere cuperent.

C atachreſticos ſola antepenultima cũ.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine abuſiue. Virgili⁹.libro æneí .x.
An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat:pro feriat abuſiue dixit.

C ataclyſmos abſq; aliqua aſpiratione & cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt apud nos diluuiũ uel inundatio.

C atarytus abſque aliqua aſpiratione & unico.r.atque.y.græco ſcribitur:dici poteſt latine irriguus.Nam ut ait Plinius libro quinto naturalis hiſtoriæ Hipponem oppidum aphricæ catarytum a græcis dictum propter aquarum irrigua.Nam componitur ex κατά:quod eſt ſecundum:& ῥύαξ riuus:quaſi ſecundum uel iuxta riuos eſſe dicatur.

C ataracta abſq; aliqua aſpiratione & cum.c.ante.t.ſcribitur:quidam cæli feneſtras:aliqui nubes: & alii ſubterraneas ſpecus uocant. Nonnunq̃ uero ſecundum uim uocabuli:quod a deſcendendo deducitur pro pẽdulis portis ponuntur.Liuiũs:pendulas & recidentes portas cataractas.

C atarrus abſq; aliqua aſpiratione & cum duplicato.r.ſcribitur:dici poteſt a noſtris diſtillatio. Nam deſcendit a uerbo καταρέω: quod eſt diſtillo:quod ſane cõponitur ex κατά præpoſitione:& ῥέω: quod eſt defluo.Itaq; dum humores a capite indigeſti ad inferiora deſcendũt:ſi ad nares per ueniunt: uocari conſueuerunt reuma:ſi ad fauces bronchon:ad thoracem uero uel pulmonem ptyſis dicitur.

C atalogus abſq; aliqua aſpiratione & unico.l.ſcribitur:dicitur a noſtris ſermo ille aut ſcriptura:quæ ordinẽ

& numerum monſtrat.

C atharticà ſola antepenultima cum.th.aſpirato ſcribiť:nec ante penultimam.c.ponitur: dicuntur noſtris purgatoria deducta ſcilicet a καθαρω:quod eſt purgo.

C ataphrattus ſola penultima cum aſpiratione ipſius.ph.ſcribitur:atq; in fine ipſum.t.duplicat:Interpretari poteſt undiq; munitus.Nam κάτα præpoſitio:quum augmentum indicat pro undiq; ſumi poteſt:& phrattus munitus dicitur.Vnde a φραττω uerbo græco:quod eſt munio deſcendit. Ideo dixit Seruius in undecimo æneidos:Cataphratti equites dicuntur: qui & ferro muniti ſunt: & equos ſimiliter munitos habent. Saluſtius:Et ſequebantur inquit equites cataphratti.

C atatypoſis abſq; aliqua aſpiratione:& in antepenultima cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt ſecundum figuram.Et dicitur tropus cum aliquid iuxta alterius formam deſcribitur:ut Virgilius libro quarto æneidos:
Omnia mercurio ſimilis uocemq; coloremq;
Et crines flauos:& membra decora iuuentam.

C ataſcopium abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:genus eſt nauiculæ.

C athedra cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:dicitur latine ſedile:cuius ſane compoſitionem omnẽ:in præceptis quibuſdam explicauimus.

C athegoria cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur: dicitur a noſtris prædicamentum: & deriuať a κατηγορω quod eſt prædico.

C atexochen prima & ſecunda ſine aſpiratione: ultima cum.th.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine per excellentiam:ut Virgilius libro georgicorum primo:boues per excellentiam nominauit: cum dixit : Quæ cura boum:quis cultus habendo Sit pecori. Et in eodem libro: Victum dodona negaret : ut in dictione dodona uidebimus.

C atholicus cum.th.aſpirato ſcribitur: interpretari ualet uniuerſalis:cuius compoſitionem ſupra in quibuſdam præceptis oſtendimus.

C aucaſus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:mons eſt indiæ:ex eo latere quo ad ſeptentrionem eſt conterminа ſcythiæ:ut teſtis eſt Plinius libro.vi.naturalis hiſtoriæ. Ob quod dixit Seruius montem eſſe ſcytharũ:qa ſcythis eſt ex latere ſeptentrionali conterminus.hunc dixit Herodotus libro hiſtoriarum primo:eſſe omnium montium altiſſimum.

C aula cum.c.exili ac unico.l.ſcribitur:dicitur latine ſtabulum.Sane apud græcos abſq;.c.ſcribitur:uidelicet αὐλὴ quod non ſolum atrium uel aulam:ſed etiam ſtabulum:& ouium ſepta deſignat.& in numero ſingulari & plurali pro eodem ponitur.

C aulon cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:mons eſt teſte Seruio ſuper tertio æneidos calabryæ. unde dixit Virgilius:Caulonіſq; arces.In quo teſte Igino de ſitu urbium italicarum:olim oppidũ fuit. Et id idem eſſe putant:quod ab Horatio in odis ratione metri aulon dicitur:cum dixit: Et amicus aulon fertili Baccho minimum phalernis Inuidet uuis.nam non ſtaret uerſus caulon.eſt enim ſapphicus.

C aunii cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:populi fuerunt ex creta.

C eadus cũ.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo iliados uir thrax:& Trœzeni pater:ex his ſcilicet:qui auxilia troianis miſerunt.

C ebes cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit Thebanus philoſophus:& Socratis diſcipul9: &(ut refert Laertius)dialogos tres ſcripſit.quorum unus pulcherrimus:& eloquentiſſimus apud me eſt. In quo per modum tabulæ:& cuiuſdam picturæ uniuerſam hominũ uitam depinxit.

C ebriones cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados.xi.Priami filius.

C ecrops cum.c.exili utrobiq; ſcribitur:hic teſte Euſebio de temporibus: primus athenienſium rex regnauit in attica:a quo uſq; ad troiæ captiuitatem fluxiſſe dixit annos trecentos ſeptuagintaquinq; . Et inde cecropius:quaſi atticus dicitur.Virgilius libro georgicorum quarto:Cecropias innatas apes amor urget habẽdi ideſt atticas.ut Ouidius libro de ponto:O mihi dulcior illo Melle:quod in cæris attica ponit apis. Inde etiam Cecropis patronymicum fœmininum.Vt Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam:De ſulmonenſi mera cecropis.Inde etiam cecropidæ athenienſes dicti ſunt.Virgilius in ſexto: Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Sic theſidæ iidem a Theſeo dicuntur.ut idem tertio georgicorũ:Et compita circum Theſidæ poſuere.ut ſimili modo romani æneadæ:& romulidæ ab Aenea & Romulo ſunt uocitati.Virgilius libro æneidos primo:Defeſſi æneadæ:quæ proxima litora curſu Contendunt petere.Et libro octauo:Subitoq; nouũ conſurgere bellum Romulidis.

C edrus cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:lignum eſt quod Homerus non eo nomine: ſed thyon appellat.Quod ſane in delitiis Circes odoratum eẽ demonſtrat.Ob quod Neuius de bello punico ait teſte Macrobio:cedroſam ueſtem. Vnde & ex cedro teſte Vitruuio libro ſecundo de architectura oleum naſcitur quod cedreum dicitur:quo reliquæ res cum ſint unctæ:uti etiam libri a tineis & carie non læduntur.iuxta quẽ ſenſũ dixiſſe uideť Perſi9:Et cedro digna locut9 Linquere.Et alibi i eadẽ ſatyra: Quicqd deniq; lectis Scribiť i cedris.Sane nõnulli p id capſulá cedriná itelligere uoluerũt:i q̃ pcioſiores li.cõſueuiſſe recõdi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

fabulāť. Alii coopercula cedrina: induciuntq; Martialem dicentē in quīto: Nunq; grādia nec moleſta poſcit:
Quæ cedro decorata purpuraq; Nigris pagina creuit umbelicis. Nōnulli uero cedrinas tabellas in morem
membranarū intelligi uolunt. ex quibus (ut aiunt) nobiliores cōficiebanť libri. iuxta quod forte locutus ui-
deť Iuuenalis dū ait: Atq; ideo croceæ membrana tabellæ Impletur. Nam ut ait Plinius li. xiii. naturalis hi-
ſtoriæ: materiæ ipſius cedri eſt æternitas. Itaq; & ſimulachra deoꝝ ex ea factitauerūt. Cedrin⁹ eſt romæ in de-
lubro Apollo Soſianus ſeleucia aductus. Macrobius aūt in li. ſaturnaliū dixit Virgiliū de cedro itellexiſſe
cū ait: Media fert triſtes ſuccos tardūq; saporē Fœlicis mali: quo nō præſtantius ullū. & reliqua.

C hela cū. ch. aſpirato & unico. l. ſcribiť: idem etiam a græcis dicitur quod brachium: ſed ꝓprie cancroꝝ aut
ſcorpionū. Virgilius in georgicis: Qua locus erigonem inter chelaſq; ſequentes.

C elenæ abſq; aliqua aſpiratione: uel diphthongo in prima aut ſecunda: & cū unico. l. ſcribiť: ac in plurali nu-
mero effertur: urbs fuit teſte Liuio li. vii. de bello macedonico: hactenus phrygiæ caput: quæ (quia lydiæ cō-
termina eſt) dixerunt aliqui oppidū eē lydiæ. in hac Marſya ortus: & ſepultus fuit. Vnde iuxta illā fluuius
marſya cognominatus oriť: ubi a Phœbo uictus marſya & decoriat⁹ extitit. dicente Lucano li. iii. Quæ tua
munera pallas Lugent damnatæ phœbo uictore celenæ. huic urbi ꝓpinquus eſt fluuius gallus: de quo qui
bibit inſanit: dicente Ouidio libro faſtorum quarto:

Inter ait uiridem cybelen altaſq; celenas:
Amnis it inſana nomine gallus aqua:
Qui bibit inde furit. & reliqua: ut uidimus in dictione Atys.

C eleno cum. c. exili & unico. l. ac ſine diphthongo ſcribiť: una fuit ex harpyis: ut Virgilius: quas dira celeno.
Significatq; apud nos atrum & tenebroſum.

C eltæ abſq; aliqua aſpiratione uel diphthongo primæ ſcribitur: fuerunt teſte Liuio libro. v. ab urbe tertia ps
galliæ: qui uenientes ad iberum fluuiū hiſpaniarū: ibiq; cōſidentes retēta primi nominis parte: & aſſumpta
parte fluminis (iuxta quod conſiderant) celtiberi dicti ſunt. quod Lucanus libro tertio tetigit cū ait: Profu-
giq; a gente uetuſta Galloꝝ celtæ miſcentes nomē ibris.

C helidonia cum. ch. aſpirato & unico. l. atq; . i. latino ſcribiť: herba eſt: quā teſte Plinio libro. xxv. naturalis hi-
ſtoriæ uiſui ſaluberrimā hirundines monſtrauere: dum uexatis pullorum oculis illa medentur. Vnde quod
a græcis χελιδὼν a noſtris hirundo dicitur.

C helonophogi cum. ch. aſpirato: & unico. l. ſcribitur: dicuntur latine teſtudinū comeſtores. Nam χελώνη a
noſtris teſtudo dicitur: φάγοι comeſtores. hos eſſe dixit Plinius libro ſexto naturalis hiſtoriæ populos in ſi-
nu Perſico iuxta litus carnaniæ.

C eltiberi abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: quod indicat (ſecundū ea quæ ſupra diximus) iberum fluuiū neu-
tiq; aſpirari debere: ut in ea dictione uidebimus.

C hemmis cum. ch. & duplicato. m. ſcribiť atq; . i. latino: fuit ægypti rex: qui pyramidē admirabilē ſtruxit: lon-
ge a memphi uerſus libyam ſtadiis centū uiginti: a nilo aūt quinq; & quadraginta: quæ teſte Diodoro ſicu-
lo libro hiſtoriaꝝ. ii. & artificio & operis magnitudine mirabilē ſtuporē præbet aſpicientibus: ad quā ædifi-
candā (ut idē auctor refert) trecenta & ſexaginta hominū milia deputata fuerūt: quā uiginti ferme annis ab-
ſoluerunt. Pecunia uero omnis ad opus impenſa in olera tantū herbaſq; (is enim cibus opificum fuit) ad mil-
le & ſexcenta talenta exceſſiſſe ſcribit.

C enchris prima cū. c. exili & ultima cū. ch. aſpirato: atq; . i. latino ſcribiť: genus eſt ſerpentis inflexuoſi: & ſem-
per in rectum iter facientis: quē latine traductū tituiunculum cōperi. ſed græco uocabulo uſus fuit Lucan⁹
libro. ix. cum ait: Et ſemper recto lapſurus limitte cenchris.

C enodoxia cum. c. exili ſemp ſcribiť: ſed ratione ſequentis litteræ ſignificatū mutat. Nam ſi per. e. abſq; diph-
thongo ſcribiť: inanē gloriā deſignat. & tūc quoq; cōponitur ex κερόν: quod eſt uanum: & δόξα gloria. ſi-
mili modo cenotaphium uacuum dicitur ſepulchrum. At ſi cū. æ. diphthongo ſcibantur: nouam gloriam
unum: & alterum nouum ſepulchrum dicit. Nam καινον græce: nouū latine dicitur. Si uero cum. œ. com-
munem gloriam unum: & alterum commune ſepulchrum indicat: cum κοινον cum quo tunc componunť
commune apud nos ſignificet.

C enataphium cum. c. & . t. exilibus & . e. abſq; diphthongo ſcribitur: ſignificat uacuum ſepulchrum: ut in ꝓ-
cedenti dictione uidimus.

C æneus cum. c. exili & . æ. diphthongo ultimā cum. eu. diphthongo ſcribitur: fuit uir quandoq; & fœmina.
Immo ut dicit Virgilius libro æneidos. vi. Et iuuenis quondam nunc fœmina cæneus. Rurſus & in ueterem
fato reuoluta figuram. Vltimo teſte Ouidio libro duodecimo metamorphoſeon in phœnicem auem con-
uerſus eſt. Vnde concludens ait: Maxime uir quondam: ſed auis nunc unica cæneus. Similia dicūt poetæ de
Iphi: & Tireſia: quod ſcilicet quandoq; uiri: quandoq; fœminæ uiſi fuerint.

C entaurus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur. Et fuerunt centauri theſſaliæ populi ſecus montem peliū habi-
tantes: qui media parte uiri & media equi dicti ſūt. hos a laphithis ſiue lapithis originē traxiſſe dicūt poetæ
hoc eſt ex Ixione filio Phlegyæ regis pelectronii: & nube q̄dā detinēte formā Iunonis progenitos. Nam cū

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ixion Iouis & Iunonis ſecretarius eſſet: elatus officio auſus eſt Iunonẽ de concubitu attentare. Cui Iuno ex
conſilio Iouis nubem in forma ſua obiecit: cum qua cõcumbens Ixion centauros ꝓgenuit. Sed cum ob id a
Ioue e cælo pulſus in terras iaceret᷑: Iactaretq; ſe cõcubuiſſe cũ Iunone a Ioue itidẽ fulminat᷑ & ad inferos tru
ditur. Vbi ſuper rota ſerpentibus circũfuſa ligatus: perpetua uolutione deuoluit᷑: dicente Tibullo:
Illic iunonem tentare ixionis auſi
Verſant᷑ celeri noxia membra rota. Sane ut teſtis eſt Plinius li.vii.naturalis hiſtoriæ: centauri primi cũ equis
pugnare docuerunt. Et fræna ac ſtrata Pelectronius cõperit. Quod Virgilius libro georgicoꝝ.iiii. prius te
tigiſſe uidet᷑ cũ ait: Fræna pelectronii laphitæ gyroſq; dedere. ubi ait Seruius pelectroniũ oppidũ eſt theſſa
liæ: ubi primo domandoꝝ equoꝝ uſus cõpertus ẽ. Idem ſup.xii.æneí.dixit cũ Pirithous rex laphitarũ uxo
rem duceret: centauros ſibi uicinos populos: & deos omnes excæpto Marte uocauit ad nuptias. Quare nu-
men iratũ imiſſo in illos furore paſſum eſt laphitaꝝ gentẽ fugari: cædi atq; deleri. Vnde dixit Virgiliꝰ Mars
perdere gentẽ Immanẽ laphitũ ualuit. Et niſi exponamus laphitũ.i.centauroꝝ: q originẽ duxerũt a laphitis
diſcordaret Ouidiꝰ li.xii.metamor. q dixit cẽtauros ipſos die nuptiaꝝ Pirithoi a Theſeo fuiſſe deuictos.

Centrũ abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑: id proprie eſt: quod nos ſtimulũ: uel aculeum dicimus. ſed cõmuniter
pro puncto alicuius corporis medio: & maxime circulari ſumitur.

Cheops cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo ægyptii rex poſt Rampſi-
nitum: qui pyramidem egregiam ſtruxit.

Cephalus cũ.c.exili &.e.abſq; diphthongo: atq; unico.l.ſcribit᷑ a κεφαλῆ: quod eſt caput deducitur. Et q̃a
in caput excreſcit cephalus græce uocatur: latine uero mugil ſeu mugilis dicitur. Iuuenalis in ſatyra Omni
bus in terris: Necat hic ferro. ſecat ille cruentis Verberibus quoſdã mœchos & mugilis intrat.i.capitoſa mẽ
tula in formã mugilis ignominioſe podicẽ mœchi formoſi penetrat. fuit etiam hoc nomine uir athenienſis
uenator maximus: qui Procrim Erithei athenarum regis filiam uxorem duxit: ut omnia plene monſtrauit
Ouidius libro metamorphoſe.ſexto.

Cephalonia cũ.c.exili &.e.abſq; diphthõgo ſcribit᷑: inſula eſt ionio in mari: quæ teſte Plinio li.iiii. naturalis
hiſtoriæ menela quondã dicebat᷑: fuitq; ſub Vlyxis imperio: ut per totã odyſſeã oſtendit Homerus. & Sene
ca in troade de Vlyxe locutus inquit: Greſſus nephandos dux cephalonũ admonet.

Cepheus prima cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo: ultima cũ.eu. diphthongo ſcribitur: fuit teſte Euripide
rex æthiopũ Phœnicis filius: & pater Andromedæ ex Caſſiopeia: ſocerq; Perſei. ut etiam omnia monſtrauit
Ouidius libro quarto metamorphoſeos.

Cephiſus prima cũ.c.exili &.e.abſq; diphthongo: penultima cũ.i.latino ſcribit᷑. fluuius eſt boetiæ dicẽte Lu
cano libro.iii. Boeti coiere duces: quos impiger ambit Fatidica cephiſus aqua. hunc iuxta lilæã urbẽ naſci di
xit Homerus libro.ii.iliados. & Plinius libro naturalis hiſtoriæ.iiii. Quin & delphos præterfluere dicit᷑. In
cuius ripis fuit templũ fatidicæ deæ Themidos: a qua Deucalion reſpõſa ſuſcæpit de reparãdo humano ge-
nere. Vnde & teſte Homero phocenſiũ fluuius ponit᷑. Ita ut utrũq; ueꝝ eſſe habeatur.

Chephren cũ.ch.aſpirato ſcribit᷑: fuit teſte Herodoto li.hiſto.ii. Cheopis frater: q poſt illũ ĩ ægypto regnauit

Ceramiũ cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo atq;.i.latino ſcribit᷑: dici poteſt latine tegulariũ uel figuiariũ:
Nã deriuat᷑ a κεραμις: quod eſt tegula: erat locus athenis: de quo Plinius libro.xxxvi.naturalis hiſtoriæ: ſic
inquit: Opera Praxitelis ſunt athenis in ceramico: de quo etiam uidebimus in dictione plaſtice.

Ceraſtes ſine aſpiratione aliqua &.e.abſq; diphthongo ſcribitur: genus eſt ſerpentis: quod teſte Plinio libro
octauo naturalis hiſtoriæ quadrigemina cornicula præfert ſimillima arietum. Nam κέρας græce: dicitur la
tine cornu. de quo Statius libro undecimo thebaidos inquit: Crinalem attollit longo ſtridore ceraſtem. Et
a κέρας ſimili modo ceruus deducitur.

Ceraſus cum.c.exili & unico.ſ.ſcribitur: fuit teſte Seruio ſuper ſecundo georgicorum urbs ponti: quam cũ
deleſſet Lucullus: genus pomi inde aduexit: quod a ciuitate ceraſium appellauit. Nam arbor quidem cera-
ſus: pomum uero ceraſium appellatur. Ego uero uocabula eſſe græca magis q̃ ex inſtitutione Luculli com-
peri: ut ex Aeſchylo: qui longe ante Lucullum fuit in ſequenti dictione monſtrabimus. Quare & pomum
cum ſuo nomine deductum a Lucullo putamus. ut & Plinius innuere uidetur.

Ceraſium cum.c.exili &.i.latino ſcribitur uocabulum eſt græcum: ut oſtendit Aeſchylus tragicus: cum ait:
Τάχα λάντις καί κεράσια φάγη fructus eſt arboris: quæ teſte Plinio libro decimoquinto naturalis hiſto-
riæ: ante uictoriam mithridaticam. L. Luculli non fuit in italia: ſed urbis anno ſexcenteſimo octogeſimo is
primum uexit e ponto.

Ceraunus cũ.c.exili &.au.diphthõgo ſcribitur: dicit᷑ apud nos fulmẽ: & Ptolemæi cuiuſdã cognomẽ extitit.

Ceraunia cum.c.exili &.au.diphthongo atq;.i. latino ſcribitur: ſunt altiſſimi montes epiri. ſic quoq; a cre-
bris fulminibꝰ dicti. Nam κέραυνος græce: a noſtris fulmen nuncupatur. diuiduntq; mare ionium ab adri
atico: a quibus ex epiro ſumitur nauigatio uerſus italiã. ut Virgilius libro æneidos tertio: Prouehitur pe-
lago uicina ceraunia iuxta: Vnde iter italiam curſuſq; breuiſſimus undis. de quibus Lucanus libro quarto
Scopuloſa ceraunia nautæ Summa timent.

Cerberus abſq; aſpiratione ſcribit̃: hũnc canẽ eẽ tricipitẽ inauditæ feritatis cuncta uorantẽ: & regni Plutonis cuſtodẽ poetæ oẽs aſſeruerunt. Quẽ maxime Seneca in Hercule furente deſcripſit. Et dictus eſt cerberus: quaſi creoborus: hoc eſt carnẽ uorans. Nam κρέας caro eſt: & βόρος uorans. Alterũ epiroticũ canem fuiſſe Alexandri: q leonibus cõgrediebat̃ atteſtatur Iulius Pollux de uocabulis reꝝ ad Cõmodũ imperatorẽ.

Cercaſorus abſq; aliqua aſpiratione: & unico .s. ſcribit̃: urbs eſt teſte Herodoto: iuxta quam diuiditur nilus in peluſium fluens & canobum.

Cerceis cum .c. exili utrobiq;: & abſq; diphthongo atq; .i. latino in fine ſcribit̃: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia.

Cercyra cum .c. exili utrobiq; & .y. græco ſcribit̃: fuit olim corinthi nomẽ: quo ſæpe utit̃ Homerus.

Cercyon cum .c. exili utrobiq; & .y. græco ſcribitur: fuit rex in parte theſſaliæ: qui filiam habuit Alopẽ a qua ciuitatem cognominauit.

Cercopythecus cũ .c. exili utrobiq;: & prima cũ .e. abſq; diphthongo ſecundũ orthographiam: licet nõnulli ex noſtris .i. latinũ apponant antepenultima cũ .y. græco & penultima cũ .th. & .e. abſq; diphthongo ſcribit̃ nomẽ eſt cõpoſitũ ex κερκόσ: quæ apud poetas græcos dicit̃ cauda: πίθηκοσ ſimia: quaſi ſimia caudata. & id eſſe puto: quod maimonẽ uulgo dicimus. Vnde Plini⁹ li. viii. hiſtoriæ naturalis de ſimiis loquẽs cercopythecos inquit nigris capitib⁹ pilo aſinino: & diſſimiles cæteris uoce ſunt. Martialis in epigrãmate ad Simiũ ait: Callidus enixas elidere ſimius haſtas. Si mihi cauda foret cercopythecus erã. Idẽ in alio epigrãmate: Publius eximiæ ſi flagrat amore catellæ: Sicromius ſimile cercopythecon amat. Hunc ægyptii: ut alia portenta complura inter deos poſuerunt: dicente Iuuenale in ſatyra Quis neſcit uoluſi: quæ ultima eſſe debet: Effigies ſacri inter aurea cercopytheci.

Cerinthus cũ .c. exili & .i. latino atq; .th. aſpirato ſcribit̃: fuit teſte Homero li. ii. iliados oppidum in euboia.

Cerinthe cũ .c. exili & .i. latino atq; .th. aſprato ſcribit̃: herba eſt: quã Plinius li. xxi. naturalis hiſtoriæ cerintheam uocauit. Virgilius uero ait libro georgicorũ .iiii. Cerinthæ ignobile gramen. Et eſt teſte Plinio herba cubitalis: folio candido incuruo: capite concauo: mellis ſuccũ habens.

Cerrus cum .c. exili & duplicato .r. ſcribitur: genus eſt arboris.

Cherroneſus cum .ch. aſpirato & .e. abſq; diphthõgo atq; duplicato .r. & unico .s. ſcribit̃: terra eſt fere undiq; mari cincta: quæ niſi paruo cõtineret̃: inſula dici potuiſſet. Nam cõponit̃ ex χέρρόσ: quod apud antiquos terrã dicit: & νῆσος inſulam: & ob excellentiã nõnunq; pro peloponneſo ponitur.

Cherſoneſus cũ .ch. aſpicato & unico .r. ſequẽte .ſ. quod nullibi duplicat̃ etiã ſcribit̃: & idẽ ſignificat: quod in præcedenti dictione uidimus: ſed cõponit̃ ex χερσος: quod ſimiliter terram dicit: & νῆσος inſulam.

Cherſidamas cum .ch. aſpirato & .i. latino ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados .xi. uir troianus: quẽ Vlyxes in bello interemit.

Chreſydros cum .ch. aſpirato: & .y. græco ſcribit̃: genus eſt ſerpentis terram & aquã incolentis. & cõponit̃ ex χερσος: quod apud nos terrã dicit: & hydros aquã. qbus ſane ſerpentibus teſte Solino calabrya abundat. de quibus intellexiſſe uidet̃ Virgilius libro georgicoꝝ .iii. Eſt etiã ille malus calabrys in ſaltib⁹ anguis: Squamea cõuoluens ſublato pectore terga. Et hoc quia paulũ ſupra dixerat ad paſtorẽ: Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros: ubi expoſuit Seruius quaſi cherſydros.

Cherſius cum .ch. aſpirato & .i. latino ſcribitur: nomen fuit uiri proprium.

Cetus abſq; aliqua aſpiratione: uel diphthongo ſcribitur: uidelicet cum pro piſce ponitur. at ſi pro conuẽtu ponatur cum .œ. diphthongo ſcribi debet: hoc eſt cœtus.

Cethegus cum .c. exili & .th. aſpirato ſcribitur: uir fuit romanus: de quo late ꝑ Saluſtium habetur.

Cyamos cũ .c. exili & .y. græco ſcribitur: dicitur a noſtris faba: ſed ſic quoq; græce a nõnullis latinis prolatum fuit. Et a faba fabata dedectũ fuit. Plinius libro .xviii. naturalis hiſtoriæ: Fabata ſuæ religionis diis in ſacro ẽ præualens pulmentari cibo: & hebetare ſenſus exiſtimata: inſomnia quoq; facere: ob hoc pythagorica ſententia damnata. Vel (ut alii tradidere) quoniã mortuoꝝ animæ ſunt in ea: qua de cauſa parentãdo utiq; abſumit̃. Varro & ob hoc flaminẽ ea nõ ueſci tradidit. & quoniã in flore eius litteræ lugubres reperiant̃.

Cyane cum .c. exili & .y. græco ſcribitur: fuit nympha ſicula Proſerpinæ ſocia: quæ cum rapinæ Plutonis de Proſerpina factæ obſiſtere non poſſet: flens in fontem ſui nominis mutata fuit: ut rettulit Ouidius libro metamorphoſeon quinto: qui deinde fons anapo fluuio non longe a ſyracuſis commixto: iuxta ortygiam inſulam in mare concidit: dicente Ouidio libro ſecundo de ponto: Quamq; ſuis cyanem miſcet anapus aquis. Et ſubdit: Nec procul hinc nymphæ: quæ dum fugit helidis amnem: Tecta ſub æquorea nunc quoq; currit aqua. Altera eiuſdem nominis fuit mæandri fluuii filia: quæ Caunũ & Biblidẽ Mileto filio Solis peperit.

Cyaneæ cum .c. exili & .y. græco atque .e. ſine diphthongo in penultima ſcribitur: inſulæ ſunt in ponto: ſeu magis ſcopuli contra Thracium Boſphorum: mille quingentis paſſibus ab Europa diſtantes: Vt teſtis eſt Pomponius. de quibus Lucanus circa finem libri ſecundi ait: Vt pagaſea ratis peteret cum phaſidos undas: Cyaneus tellus emiſit in æquora cautes. Similiter Orpheus in argonautica ἀγχὸυ κυάνειασ πετρας. quas olim fuiſſe inſtabiles dicunt. quod Ouidius libro primo triſtium tetigit cum ait:

Tranſeat

Trãſeat inſtabiles ſtrenua cyaneas.hæ a nõnullis auctoribus græcis & noſtris ſymplegades:hoc eſt concurrẽtes etiã noiant':ut in ea dictione uidebimꝰ.Et declinat' etiã in ſubſtantiuo ꝓ oibꝰhis cautibus hæc cyane huiꝰ cyanes.ut Iuue.in ſatyra Quis neſcit uoluſi oſtendit cum ait: Nam citiꝰ ſcyllam:uel cõcurrentia ſaxa Cyanes plenos:& tẽpeſtatibꝰutres crediderim:hoc ẽ potius crederẽ hæc oia quæ Vlyxes in cõuiuio Alcinoi de cyaneis inſulis:quæ inuicẽ cõcurrebãt enarrabat.deq; ſcylla mõſtro marino & Elpenore Vlyxis ſocio aliiſq; remigibus:uerbere Cyrces cõuerſos in porcos:q; Polyphemũ hoiem:alium hoiem comediſſe.Quod autẽ dixit plenos tẽpeſtatibus utres:rettulit aliud miraculũ quod narrabat Vlyxes ſe ab Aeolo utrem plenũ uentis accæpiſſe quoꝝ beneficio ꝓſpere nauigaret:ſed cũ iam ꝓpinquus patriæ eẽt:caſuq; dormiret: ſocii theſaurum eẽ credentes utrem diſſoluerũt.Vnde efflantes uenti nauẽ cum oibus uſq; in æoliam reduxerũt: ut late narrauit Homerus li.xii.odyſſeæ:& Ouidius tetigit li.xiiii.metamor.

C yaraxes cũ.c.exili &.y.græco:atq;.x.cõſonante in ultima ſcribit':fuit Phraortis regis medoꝝ & perſaꝝ filiꝰ cui ſucceſſit ĩ regno:& habuit filiũ Aſtyagẽ:q poſt illum regnauit:ut late monſtrauit Herodotꝰli.hiſto.i.

C yathus prima cũ.c.exili &.y.græco ultima cũ.th.aſpirato ſcribit':eſt puum poculũ:ut Iuue.in ſatyra Si te ꝓpoſiti inquit:Cardiaco nunq; cyathum miſſurus amico.Martialis in ultimo:Nõ habilis cyathis:& ĩutilis uua lyæo.Horatius in.iii.car.q muſas amat ĩpares ternos tibi cyathos attonitꝰbibet uates: ubi notat' recte dici cyathum uini bibi ſicut modium ſalis comedi.

C ybele cum.c.exili &.y.græco atq;.e.in penultima ſequente unico.l.ab oibus græcis ſcribit': q penultimam illius corripiunt.Quod noſtri fere oẽs poetæ obſeruauerũt.ut Virgilius li.ænei.iii.Hinc mater cultrix Cybele corybantiaq; æra.Ouidius li.faſtoꝝ.iiii.Da dea quã ſcite doctas Cybeleia neptes.Iuue.ĩ ſatyra.ii. Hic turbis Cybele.Sane Propertius & Lucanus quũ illam ꝓduxerunt neceſſario p duplex.l.ſcribere habuerũt Vnde ait Propertius li.ultimo:Vel tu quæ tardo mouiſti fune Cybelen.Lucanus ſimiliter ipſe qum dixit Et lotam paruo reuocant Almone Cybelen.Hãc Seruiꝰ ſuper.iii.ænei.dixit Saturni fuiſſe uxorẽ:& priꝰ dictã opem Sed a Cybele monte phrygiæ Cybelen cognominatã.Nam in eo monte illius ſacra primitus fuerunt inſtituta: & ſucceſſiue plurimũ honorata.De quo meminit Ouidius li.faſtoꝝ.iiii.qum ait:

Inter ait uiridem Cybelen altaſq; celenas.

Amnis it inſana nomine Gallus aqua.

Et ĩ eodem li. Dyndimon & Cybelen & amœnam fontibꝰIden Semper & iliacas mater amauit opes.Alii dicunt Cybelen ſacerdotẽ primũ eiuſcemodi ſacrorũ inuẽtorem fuiſſe:a quo Cybelen ipſam cognominatam Alii a κυλιω quod eſt roto dictã uolunt:qa ſacerdotum eiꝰ ꝓprium eſt caput rotare.Vnde Iuue.Crinemq; rotãt ululãte priapo:& a Cybele dicta ẽ Cybeleia:ut Ouidiꝰ præallegato li.faſtoꝝ.iiii.Da dea quã ſcite doctas cybeleia neptes.Fuit & teſte eodẽ Seruio pluribꝰaliis nominibꝰcognomiata ut Berecynthia:Rhea:bona dea.huius ſimulachrũ quẽadmodũ & peſſimunte Ciuitate phrygiæ Romã delatũ fuerit: oſtendit plane Liuius de.ii.bello punico.Ouidiꝰuero li.iiii.faſtoꝝ.Quãdo uero illi romæ ædes cõſtructa fuit.Idem Liuiꝰ de bello macedonico libro.v.monſtrauit.

C icones cũ.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribit':populi ſunt Thracũ iuxta Ebrum fluuiũ inhabitantes:ut teſtes ſunt Solinus & Pomponiꝰ.A quoꝝ ſpretis fœminis Orpheus uates cãtatiſſimus mẽbratim cæſus atque laniatus ẽ: &(ut rettulit Ouidius li. xv.metamorpho.)Flumẽ habent Cicones quod potum ſaxea reddit uiſcera:quod tactis inducit marmora rebus.

C icheſus prima cum.c.exili &.i.latino:ſecunda cum.ch. aſpirato ſcribitur:ponitur fluuius ab Homero in hymno Apollinis.

C yclades cũ.c.utrobiq; &.y.græco ſcribunt':inſulæ ſunt in mari ægæo ſic quoq; dictæ qa in morẽ cycli hoc ẽ rotundi diſponunt'ut dixit Solinus.Seruius uero ſup.iii.æneidos:cõtradicere uidet' cũ dixit:cyclades non iõ dicunt'qa in rotunditate ſunt:ſed ꝙ longo ordine circuiri eas neceſſe eſt:uel ꝓpter ꝓmontoria:uel qa naturale ẽ ut cõcitatiõra ſint maria uicinitate terraꝝ.Quod ſi uerũ diceret nõ cũ.y.græco ſed cũ.i.latino ſcriberetur.Cuius oppoſitũ græci oẽs obſeruant.Inter has ſunt breuiores quædã:ut mycone:gyarꝰ:& aliæ nõnullæ ad q̃s ſceleſti hoies relegari cõſueuerãt.Iuue.i.i.ſatyra Aude aliqd breuibꝰ gyaris & carcere dignum Si uis eſſe aliquid.Et in ſatyra Credo pudiciciã:Sed q pene perit:cui uix in cyclada mitti Contigit.

C yclas cũ.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribit'.Et ſi idem cũ ſupiori ſignificet:ẽ etiã genus ueſtis a rotunditate dictæ:de qua meminit Iuue.in ſatyra Credo pudiciciã cum ait:Hæ ſunt quæ tenui ſudãt in cyclade.

C yceon cũ.c.exili utrobiq; &.y.græco atq;.e.ſine diphthongo ſcribit':habetq; apud illos accentũ in ultima genus fuit potionis:quo in bello troiano heroes illi utebant':ut oſtendit Homerus li.xi.iliados.

C yclius prima cũ.c.exili &.y.græco:ſecũda ſimiliter ſine aſpiratiõe &.i.latino ſcribit':fuit pictor eximius tpe Euphranoris hoc ẽ.li.Olympiade huius tabulã in qua picti erant argonautæ talẽtis.cxliiii.Hortenſius orator teſte Plinio li.xxxv.naturalis hiſto.mercatus ẽ:eiq; ædem fecit in tuſculano ſuo.

C yclops cũ.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribit':põt interpretari circularis oculus.Nã componit' ex κύκλοσ quod latine circulum & rotũdum dicit:& ωψ quod oculum denotat.Et dicti ſunt cyclopes uiri gigantes q in ſicilia iuxta ætnam degentes:unicũ tãtũmodo oculũ in medio frontis habebant. Vnde ait Heſiodus in

theogonia μοῦνοσ δ᾽ὀφθαλμοσ μέσω ἐπέκειτο μετώπω.hoc eſt unicus autem oculus mediæ iniect⁹ eſt fronti.Et inde cyclopes:ut Virgilius in.i.æneí.Vos & cyclopeia ſaxa:habetq; cyclops ĩ genitiuo plurali accẽtũ in penultima more græco:ut Virgilius li.iii.æneí.Ignariq; uiæ cyclopũ allabimur oris.In accuſatiuo uero plurali ſi terminatio ſit latina uidelicet in es ut cyclopes:habet accentũ in prima.Si uero more græco terminet̃ in as ſeruat græcũ accentum in penultima ut cyclopas.Virgilius li.xi.æneí.Exulat ætneos uidit cyclopas ulyxes.Nam aliter uerſus minime ſtare poſſet.

C ycnus prima cũ.c.exili &.y.græco:ſequẽs cũ.c.ſimiliter exili ſequente.n.in eadem ſyllaba ſcribitur:quam litteraturam in antiquis codicibus ſemper a noſtris obſeruari cõſpeximus:licet iam cygnus cum.g.ſcribant ut in ea dictione uidebimus.

C ydarum cum.y.græco & ſine aſpiratione ſcribit̃:genus eſt nauiculæ.

C ydnus cũ.c.exili &.y.græco ſcribit̃ fluui⁹ ẽ ciliciæ:q teſte Solino originẽ certã nõ habet.Alii uero dicũt ipm oriri a monte tauro.Alii ex alueo coaſpidis qa dulcedĩe ac ſuauitate ſaporis illi ſit oĩo ſimilis.Et ut refert Iuſtinus li.xi.tarſuʒ inſignẽ urbẽ ciliciæ curſu diuidit:ubi amœnitate capt⁹ Alexander magnus morbũ lœtaleʒ traxit.Cuius fluminis aquã dixit Plinius li.xxxi.naturalis hiſto.cõtra podagras conferre.

C ydippe prima cũ.c.exili &.y.græco:ſequẽs cum.i.latino & duplicato.p.ſcribit̃:fuit nympharũ una dicẽte Virgilio li.georg.iiii.Cydippe & flaua licorias altera uirgo.Altera tum primũ lucinæ experta labores.De alia uero & cũ eadem ſcriptura loquit̃ Ouidius li.de arte cum ait:Littera cydippẽ pomo ꝓlata fefellit:Inſciaq; eſt uerbis capta puella ſuis.

C hidnæi cum.ch.aſpirato &.i.latino:penultima cũ.æ.diphthongo ſcribit̃:populi ſunt iuxta pontuʒ:ut ſcripſit Orpheus in argonautica.

C ydon cum.c.exili &.y.græco ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſto.iii.& Plinio li.iiii.naturalis hiſto.ciuitas ĩ creta famoſiſſima quã a ſamiis ædificatam dixit Herodotus.In cuius agro arũdineta ſpicula increſcebant: dicente Virgilio in ultima ægloga:Libet partho torquere cydonia cornu Spicula.Et etiam nomen ꝓprium uiri ut Virgilius li.æneí.x.Dum ſequeris clytiũ infœlix noua gaudia cydon.Sed cum ꝓprium ẽ uel hõis uel ciuitatis:habet primã longam:cũ uero appellatiuũ hʒ eam breuẽ:ut dixit Seruius.Sane Statius licentia abutens ꝑ noĩe ꝓprio aliquãdo corripuit:ut hæc regi ꝓmiſſa cydon:& ab urbe cydonia mala dixerũt græci teſte Plinio li.xv.naturalis hiſto.quæ nos ut ait cothonia uocamus.

C ydonia mala litteraturã præcedentis dictionis:& denominationẽ ab urbe habere oſtendimus:quæ teſte Plinio a noſtris cothonia dicuntur.

C hidorus cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:fluui⁹ ẽ q teſte Herodoto li.hiſto.vii.a creſtonæa regione macedoniæ incipiens:& ꝑ mygdoniã fluens in axium mygdoniæ fluuiũ intrat.

C ygnus cũ.c.exili &.i.græco ſequẽs.g.a noſtris iam ſcribit̃:licet antiqui more græco non.g.ſed loco eius.c.ponerent ac ſcriberent cycnus.Quod ob litterarũ affinitatem iã fieri exiſtimo:ut ſimiliter κωβιοσ græce latine gobius dicit̃:ſed in antiquis inſcriptionibus & codicibus cycnus cũ.c.ſequente.n.ĩ eadeʒ ſyllaba ſcriptum aſpexi:quod etiã noſtri tẽporis accuratiſſimi obſeruant:& dicit̃ latine holor.Nam ẽ auis undiq; plumis albis cõferta:& dulce canẽs:de qua gratiſſima quædam Cicero li.i.de quæſtiõibus tuſculanis ſcripſit.
Virgi.ĩ bucolicis:Inter ſtrepere anſer holores.Ouidius ĩ heroidibus:Ad uada meandri cõcinit albus holor
In hãc auẽ Cienus qdem Phaethõtis amator ſiue pie ut putat Seruius:ſiue libidinoſe ut alii uolũt:poſt illi⁹ interitum ex longo ploratu cõuerſus fuit ut oſtendit Virgi.li.x.æneidos.

C ilicia cũ.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit̃:regio ẽ teſte Plinio li.v.naturalis hiſto.ĩ minori aſia ſyriæ ꝓxima plurima iacens cãpo:tauro monti ſubiecta:quæ a Cilice Agenoris filio nomen ſortita eſt.

C hiliarchus cũ.ch.aſpirato utrobiq; &.i.latino ſcribit̃:dicit̃ ille q mille hominibus ĩ exercitu præeſt.Nam χείλια græce a noſtris mille dicit̃:& ἄρχοσ princeps.

C ylicranes prima cũ.c.exili &.y.græco:ſequens cũ.i.latino:& penultima ſimiliter ſine aſpiratiõe ſcribitur: fuerũt teſte Macrobio li.ſaturnaliorum.ii.populi ꝓpe heracleã ab Hercule cõſtituti:cõpoſito.ſ.nomine a κύλικοσ:quod eſt poculi genus:nos eodem teſte una littera cõmutata calicem dicimus:argumentãs Herculẽ dictum fuiſſe multibolum heroa.

C ylydrus cũ.c.exili &.y.græco tam ĩ pria q̃ in ſecũda ſcribit̃:ſerpentem eſſe in codicib⁹ græcis legim⁹.Vnde cõpoſitionẽ habere uidet̃ ex κυλίω:quod eſt uoluo:& ὕδροσ ſerpens:quaſi uolubilis ſit ſerpens & ambulãdo ſæpiſſime ſe cõuoluat.Quod tetigiſſe uidet̃ Virgi.li.georgi.iii.cũ ait:Squamea cõuoluens ſublato pectore terga.Et hoc qa paꝝ ſupra dixerat ad paſtorem galbaneoq; agitare graues nidore cylydros:qđ Seruius legit chelydros cũ.ch.aſpirato:&.e.uocali ĩ pria & ĩ ſecũda cũ.y.græco:& exponit q̃ſi cherſydros:ut ĩ ea dictiõe uidimus.Sed nos putamus differentes ſpẽs ẽẽ:quod Lucanus li.ix.monſtrare uidet̃ cum ait:
Natus & ambiguæ coleret q ſyrtidos arua
Cherſydros:tractuq; uia fumante cylydri.

C ylindrus pria cũ.c.exili &.y.græco:ſecũda cũ.i.latino ſequẽte.n.ante.d.ſcribit̃:lapis ẽ ꝓcioſus tereſque & oblongus atq; coloris uarii:de quo meminit Iuue.in.ii.ſatyra cũ ait:Donant arcana cylindros:& a κυλίω

quod eſt uoluo nomen aſſumpſit. Vnde & modo conſimili eã columna quæ ad coæquãdam aream ab agricolis aſſumitur cylindrus uocat̃: ſed differentiaꝫ ãnotauit Virgilius cum dixit li. georgi. i. Area tum primũ eſt ingenti æquãda cylindro: quaſi precioſus ille paruus ſit: hic ingens.

C illa cum. c. exili & .i. latino atq; duplicato. l. ſcribit̃: fuit urbs in ætolia.

C yllarus cum. c. exili & .y. græco atq; duplicato. l. ſcribit̃: nomẽ ẽ equi quẽ fuiſſe Pollucis: hoc ẽ Caſtoris fratris eius: qui equoꝝ fuit domitor oſtendit Virgilius li. georgi. iii. Et nos ſupra in dictõe caſtor mõſtrauimus

C yllene cum. y. græco & duplicato. l. ſcribit̃: mons ẽ ĩ arcadia: ut mõſtrauit Homerus li. iliados. ii.

C yllenius cum. c. exili & .y. græco ſequẽte duplicato. l. atq; .i. latino in penultima ſcribit̃: nomen ẽ Mercurii a cyllene monte arcadiæ cognominati: in quo Maiam peperiſſe illum dicunt poetæ: ut Virgilius li. æneĩ. viii. Vobis mercurius pater ẽ quẽ candida maia Cyllene gelido cõcæptuꝫ uertice fudit. Et Ouidius li. faſtoꝝ. v. loquẽs de Maia ait: Hæc enixa iugo cupreſſiferæ cyllenes Aethereum uolucri q̃ pede carpit iter. Et ĩde cyllenis patronymicum græcum: & in genitiuo cyllenidos: atq; in accuſatiuo cyllenida. Lucanus in. viii. Et ſubitus præpes cyllenida ſuſtulit harpen.

C ymba cum. c. exili & .y. ſcribit̃. Apud antiquos noſtros ſcribebat̃ cum. u. & dicebatur cumba: ut de Sylla diximus: & eſt nauiculæ genus.

C ymbala cũ. c. exili & .y. græco ſcribit̃: inſtrumẽta ſunt quæ in ſacris matris deũ cum tympanis haberi cõſueuerant: q̃a cum ſonitu clypeoꝝ & inanium galeaꝝ fuiſſet Iuppiter ĩ creta tutatus. Quare loco illoꝝ in illius ſacris cymbalis & tympanis poſtea utebant̃: ut oſtendit Ouidius li. faſtoꝝ. iiii. cum ait: Cymbala ꝓ galeis: ꝓ ſcutis tympana pulſant: & a cymbalo cymbaliſtria dicit̃ quæ cymbalum pulſat.

C ymbium pr̃ia cũ. c. exili & .y. græco: penult̃ia cum. i. latino ſcribit̃: ẽ poculi genus ad ſimilitudinẽ cymbæ: a qua ſic quoq; denominat̃: de quo Virgilius li. æneĩ. iii. Inferimus tepido ſpumãtia cymbia lacte.

C imbri cũ. c. exili & .i. latino ſcribit̃: populi ſunt germanoꝝ q̃ lingua gallica teſte Feſto latrones dicunt̃. Hodie flãmingos dicimus: hos olim ĩundans oceanus fugauit: & cum romanoꝝ fines ĩuaderẽt: ac magna clade primum romanos affeciſſent: tandẽ ĩcredibili cæde a Mario ĩ Italia cãpo ĩ raudio deleti ſunt: ut Florus libꝛo ſuarum hiſto. iii. & Plinius de uiris illuſtribus monſtrauerunt.

C himæra prima cũ. ch. aſpirato & .i. latino: penultima cũ. æ. diphthongo ſcribit̃: mons eſt ĩ lycia q̃ fumum & flãmam ad modũ ætnæ in ſicilia: & ueſuuii ĩ cãpania eructare uidet̃: quod utiq; cãm dedit fabulæ: quæ illuꝫ dixit monſtrum eẽ chimæræ: quã Heſiodus ĩ theogonia deſignãs tria habere capita dixit: unuꝫ leonis: aliud ipſi⁹ chimæræ: & aliud draconis: q̃n & anterius q̃dem leonẽ: poſterius uero draconẽ: medio aũt capram eſſe idem Homerus: atq; eundẽ uerſum li. vi. iliados: & ꝑ eadem uerba expreſſit cuꝫ ait ϖρόσθε λέων ὄπισθε δράκων μέσσο δὲ χιμαίρα. Et Ouidius li. metamorpho. x. inquit: Quoq; chimæra iugo mediis in ꝑtibus hircum: Pectus & ora leæ caudã ſerpentis habebat. Addit ulteri⁹ Heſiodus illã ꝑ ſingula capita ignẽ efflare. quod Virgilius li. vi. æneĩ. tetigit cũ ait: Flãmiſq; armata chimæra. Immo dixit Homerus terribiles illã flammarum globos cum ſpiritu eructare.

C himerinos pr̃ia cum. ch. aſpirato & .i. latino: in quod. ei. diphthongus cõuerſa fuit: & .e. abſq; diphthongo ſcribit̃: dici põt latine hyemalis. Nam circulus unus eſt cæli q̃ capricornum contingit: ĩ quo cum ſol eſt: breuiſſimos dies habemus.

C yminũ pr̃ia cũ. c. exili & .y. græco: ſequens cũ. i. latino ſcribit̃: & corripit primã atq; ꝓducit penultimam: ut Perſius: Et pallẽtis grana cymini. a nõnullis uero cũ. u. ſcribit̃ cuminum.

C yminus prima cũ. c. exili & .y. græco: ſequẽs cum. i. latino ſcribit̃: lacus ẽ hetruriæ cymino monti ſuppoſit⁹: ut Appianus clariſſimus hiſtoric⁹ græc⁹ oſtendit: quẽ q̃dam eſſe putant: q̃ nunc uici lacus dicit̃: de quo teſte Seruio ſup. vii. æneĩ. talis habet̃ fabula. Aliquãdo Hercules ad circũiacentes populos uenit: q̃ cuꝫ a ſingulis ꝓbaretur: ad oſtendẽdam uirtutem deiæciſſe dicit̃ uectem ferreũ: quo illi exercebant̃: q̃ cũ terræ eẽt affixus & a nullo potuiſſꝫ auferri: eum rogat⁹ ille ſuſtulit. Vnde ĩmenſa uis aquæ ſecuta eſt: quæ cyminũ lacum fecit unde a κυμαίνομαι: q̃d eſt fluctuo & exæſtuo dictum puto: & corripit tam primã q̃ꝫ penultimã: Virgilius li. vii. Hi ſocratis habẽt arces flãminiaq; arua: Et cymini cum monte lacum.

C immerii cum. c. exili & .i. latino atq; duplicato. m. ſcribit̃: populi ſunt teſte Herodoto li. hiſto. iiii. ĩ aſia amazonibus ꝓximi: quos ex ultimo occidentali oceano adueniſſe dixit Homerus circa initium libri. x. odyſſeæ & alia q̃ꝫplura de illis loquitur.

C ymolia cũ. c. exili & .y. græco & unico. m. atq; unico. l. & .i. latĩo poſt. l. ſcribit̃: genus ẽ cretæ: quæ & ueſtib⁹ & medicamẽtis ẽ apta: ut uidebimus ĩ dictione creta: & a κύμη. i. cumæ nomẽ aſſumpſit.

C ymodoce cũ. c. exili utrobiq; & .y. græco ſcribit̃: fuit teſte Heſiodo nymphaꝝ una filia Oceani & Tethyos: de qua etiã Virgilius libro georgicorum. iiii. meminit.

C imon cũ. c. exili & .i. latino ſcribit̃: fuit athenienſis filius Miltiadis: de quo Herodotus li. hiſto. vi. & Iuſtinus li. ii. plura ſcripſerunt: habuitq; duos filios Steſagoram & Miltiadem.

C ymothoe prima cũ. c. exili & .y. græco: penultima cũ. th. aſpirato ſcribit̃: põt interpretari curſus fluctuum. Nam componit̃ ex κῦμα: quod ẽ fluctus: & θέω curro: dicitur a poetis filia Nerei & uxor Neptuni. Vnde

Virgilius li.æneí.i.Cymothoe ſimul & triton adnixus acuto Detrudunt naues ſcopulo.

C inabari apud græcos:apud noſtros uero cinabaris & cinaber:ut ſimili mó quo illi pipari nos piper dicimus licet non græca ea ſed barbara uocabula putem:cum.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit':dicitur ab aliquib⁹ minium tãtum in ſingulari.Quod teſte Plinio li.xxxiii.naturalis hiſto.reperit' in argentariis metallis.Vnde ait minium quoq; & nũc inter pigmenta magnæ auctoritatis & quõdam apud romanos fuit: & ut ſacri auctores tradunt: qbus ut ait idem auctor uerius credi neceſſe eſt Iouis ipſius ſimulachri faciem diebus feſtis minio illiniri ſolitam:triumphantiũq; corpora:& ſic Camillum triumphaſſe:Cuius rei cãm magis admirat' Plinius q̃; reddat.Iuxta quod ait Virgi.in ægloga quæ inſcribit' gallus:Pan deus arcadiæ uenit:quem uidimus ipſi Sanguineis ebuli baccis minioq; rubẽtem.Quod ꝓpter ætheris ſimilitudinez qui Iuppiter eſt:fieri dixit Seruius.Vnde ut ait triumphantes qui oĩa Iouis ferebant inſignia minio tingebãtur.Plinius etiam ad ea quæ diximus ſubdit cõſtare æthiopum proceres totos illo tingi:& hũc ibi deorum ſimulachris colorem eſſe.Sed aliud uult eſſe cinabaris:aliud minium . Nãq; ut ait li.xxxv.ſunt autem colores auſteri aut floridi. Vtrumq; natura aut mixtura euenit.Floridi ſunt quos dominus fingendi præſtat:ut minium:armenium:cinabaris:chryſocolla:inclytum purpuriſſuz.Cæteri auſteri:& ex omnibus his aliis: de quibus uidebimus in dictione ſinopis.

C inædus cũ.c.exili &.i.latino atq;.æ.diphthongo ſcribit':puer eſt qui & ætate & forma ad patiẽdum ẽ apt⁹. Nam componit' ex κινεω uerbo:quod mouere indicat atq; experiri:& αιδοια uerenda:ut Martialis in.xii. Addixti labiane tres agellos:emiſti,labiane tres cinædos:pædicas ſabiane tres agellos.Iuue.i ſatyra Neuoli Dat eiſdem ferre cinædis.Et in.ii.ſatyra:Inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos.Quod ideo dixit quia cũ apud Socratem elegantis formæ adoleſcentes bonis moribus litteriſq; & philoſophia inſtituerẽtur.Eo mõ pædicones & ſceleſtos uiros uitare inſtructi erant:quo uiatores intercidentes foſſas uitare ꝓcurent: & quãto notius eſt præcipitium:tãto magis illud deuitant:quare inuehens Iuue.cõtra pædiconem illum q triſtib⁹ abũdabat obſcœnis:& merito notus a modeſtis adoleſcẽtibus:ut illum euitarent ait:Caſtigas turpia cuz ſis inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos.

C ynægirus pría cum.c.exili &.y.græco:ſecũda cũ.æ.diphthongo:penultima cum.i.latino ſcribit': fuit teſte Herodoto li.hiſto.vi.uir athenienſis Euphorionis filius.

C ymætha prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cũ.æ.diphthongo:& ultĩa cũ.th.aſpirato ſcribit'. Ponit' a Theocrito nomen capræ & aliquando buculæ.

C inyras prima cum.c.exili &.i.latino:ſequens cũ.y.græco ſcribit':fuit Paphi fili⁹ & rex cypri:ut oſtẽdit Ouidius:habuitq; filiam Myrrham ex qua Adonem genuit:ut uidimus in dictione adonis:de quo Clemens in ſtromatiis.Nunq̃; enim cypri⁹ ille Cinyras mihi pſuadere potuerit auſus luxurioſas cærimonias Veneris ex nocte diei tradere:ciui ſuæ meretrici diuinum honorem deferre cõtendens.Alter fuit aſſyriorum rex in lapidem uerſus ob filiorum infortunia.

C yneas cũ.c.exili &.i.latino atq; unico.n.ſcribit':licet a nõnullis græcis etiam cũ duplicato.n.ſcriptum compererim:fuit teſte Plutarcho in uita Pyrrhi uir theſſalus:& Pyrrhi amiciſſimus.Quez admirãdæ memoriæ fuiſſe oſtendit Solinus.

C inyps prima cũ.c.exili &.i.latino:ultima cum.y.græco ſequente.ps.ſcribit':fluui⁹ ẽ garamãtum:ut teſtis eſt Herodotus li.hiſto.iiii.Nam ut ait a Charitone colle,ꝓfluit:& in libycũ mare iter duas ſyrtes cadit:paſcitq; ut ſcribit hircos maximos:q ab illo cinyphei dicũtur:dicente etiã Virgilio li.georgi.iii.

Nec minus interea barbas incanaq; menta.
Cinyphei tondent hirci ſetaſq; comantes
Vſum in caſtrorum & miſeris uelamina nautis. Quin,& iuxta illuz largas inſurgere ſegetes mõſtrare uidet' Ouidius libro.ii.de ponto cum ait:
Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas:Quam tibi noſtroꝝ ſtatuatur ſumma laborum.

C inyphei prima cũ.c.exili &.i.latino:ſequens cũ.y.græco ſcribit':cognomen eſt hircorum in aphrica:ut i ſuperiori dictione uidimus.

C innamomũ cũ.c.exili &.i.latino atq; duplicato.n.ſcribit':frutetum eſt in æthiopia.Quod teſte Solino ſitu breui naſcitur:ramo humili & depreſſo cum nunq̃; ultra duas ulnas aſcendat.Et quod gracilius ꝓuenit eximium magis dicitur.Eius radicem ait Plinius li.xii.naturalis hiſto.magni ponderis uidimus in palatii templo:quod fecerat Diuo Auguſto coniunx Auguſta aureæ pateræ impoſitam ãnis oĩbus in grana durabatur donec id delubrum incendio cõſumptum eſt.Nec eodẽ teſte cinamomũ & caſia ſunt arabum:ſed cinnamomum ideq; cinamum naſcit' i æthiopia trogodytis cõnubio permixta.

C innamum cũ.c.exili &.i.latino atq; duplicato.n.ſcribitur:ſimilis ẽ arbuſcula cũ cinnamomo: de qua Oui. li.faſtoꝝ.iii.dum Baccho loqueret' meminit cum ait:Cinnama tu primus captiuaq; tura dediſti.

C ynomyia prima cũ.c.exili &.y.græco:penultima cũ diphthongo cõpacta ex.y.græco &.i.latino ſcribit': ut ſupra cum de ea diphthongo loqueremur oſtendimus.Et interpretari põt canina muſca. Naz componitur ex κυνοσ quod eſt canis & μυια muſca.

C ynocephali cum.c.exili utrobiq; &.y.græco in prima ſcribitur:beſtiæ quædam ſunt ex ſimiarum genere in omnibus præterq̄ in capite quod caninum habent:humanam ſpeciem deſerentes. Nāq; dictio eſt compoſitio ex κυνοσ quod ut diximus canem indicat & κεφαλη caput:quaſi caninum caput habentes. Suntque teſte Solino in partibus æthiopiæ frequentiſſimi:uiolenti ad ſaltum feri morſu:nunq̄ ita māſueti ut nō ſint magis rabidi:& de his ſenſiſſe Ouidium in prima metamor.arbitror potius q̄ de ſimiis:cū dicit ex ſanguine fulminatorum gigantum nata eſſe animalia his uerſibus:Perfuſam multo natorum ſanguine terrā. Immaduiſſe ferunt calidumq; animaſſe cruorem:Et ne nulla ſuæ ſtirpis monumēta manerent:In faciē uertiſſe hominum ſcæuæq; auidiſſima cædis.

C ynocephalea cū.c.exili utrobiq; &.y.græco in prima:atq;.æ.diphthongo in penultima ſcribit᷑: herba ē caput canis repræſentās:hāc dixit Apion grāmaticꝰ teſte Plinio li.xxx.naturalis hiſto.ab ægyptiis Oſiritē uocari:diuinamq; eſſe cōtra oīa ueneficia:ſed tota erueret᷑:ſtatim eum q eruiſſet mori.

C ynogloſſa cum.c.exili &.y.græco ſcribit᷑:herba eſt ſimilitudinem habēs linguæ canis:uidelicet cynos.i. canis γλωσσα lingua.

C ynorhodos prima cum.c.exili &.y.græco:penultima cū.rh.aſpirato ſcribit᷑:dicit᷑a noſtris teſte Plinio lib. xxv.naturalis hiſto.roſa ſilueſtris:ſed ꝓpria dictionis litteratura interpretat᷑ canis roſa. Nam cynos quod eſt canis cōponit᷑ cum ροδοσ:quod eſt roſa:quæ ſane ſic quoq; uocata eſt:qa ut ait Plinius li.viii.naturalis hiſtoriæ:eius radix ad morſum canis rabidi unicū remedium oraculo quodam cōpertum fuit. Idem totiꝰ herbæ ſuccum cum lacte exhibitum afficere dixit.

C ynoſura cum.c.exili &.y.græco:atq; unico.s.ſcribit᷑:dici pōt canis ura.i.cauda. Nam teſte Agloſthene qui naxica ſcripſit:fuit una ex Iouis nutricibus de nymphis idæis:a cuius nomine urbs in arcadia:& portus qui ibidem eſt:& agri maior ps cynoſura appellata fuit quā Iuppiter ob ſuſcæpta beneficia in cælum locauit. Et ob ſimilitudinem cū arcto Caliſtonis:& ipſa arctos licet minor dicta fuit:ut in ea dictione uidimus. Eſt ergo cynoſura minor urſa:de qua Lucanus libro.ix.ait:

Te ſegnis cynoſura ſubit:tu ſicca ꝓfundo Mergi plauſtra putas.

C ynicus cū.c.exili utrobiq; &.y.græco in prima:atq;.i.latino in penultima ſcribit᷑: fuit philoſophorū quorūdam agnomen:cuius ſectæ princeps Antiſthenes atheniēſis fuit:qui teſte Laertio cū diſſereret in gymnaſio quod κυνόσαργεσ appellabat᷑:non longe a ianuis cynicum cognomē ſuæ ſectæ dedit. Alii uero ex noſtris q̄dam cognomen id canibus accæptum fuiſſe dicūt. Quia ſicut canes natura mordaces ſunt: ſic philoſophi illi in ſectādis uitiis mordaces eē dicerent᷑. Nam ut refert Laertius ī uita Diogenis cynici: interrogatꝰ Diogenes quare canis diceret᷑:reſpondit qa in eos qui dant blādior:in eos q non dant oblatro: malos autē mordeo. Quin & cū ſepultus eēt apud corinthū iuxta portā:quæ in Aeſchinum fert:ſuper illiꝰ tumulo erecta fuit colūna ſuper qua canem ex pario lapide exculpſere. Alii uero cynicos ex eo dictos fuiſſe arbitrātur: quia eorū nōnulli uelut canes abſq; uerecūdia pudenda exercere uiſi fuerint:ut Crates thebanus cū uxore Hipparchia:& alii nōnulli. Ego uero gymnaſii cognomen illis primitꝰ cynicorum nomen dediſſe exiſtimo: & cauſas alias ex cōſequentibus etiā illis ſuccæſſiſſe:hi Diocle teſte philoſophiam naturalem & rationalem tollebāt:ſoliq; morali īnitebantur. Repudiabāt liberales artes maxime geometriā & muſicā:placebat eis finem eē ſecundū uirtutē uiuere. Stoici hoc idem dixerūt.plærūq; herbis & aqua tantūmodo utebātur. Cynici nobilitatē & diuitias abiiciebāt:quā ſane ſectam plures putauere non eſſe uitæ cōſentaneam.

C ynthos cū.c.exili &.y.græco atq;.th.aſpirato ſcribit᷑:mons eſt in delo inſula decorꝰ natiuitate Apollinis & Dianæ:tantæq; celſitudinis teſte Seruio:q̄ umbra ſua totius inſulæ ambitū tegat:a quo & Apollo cynthiꝰ & Diana cynthia nominantur.

C ynthius prima cū.c.exili &.y.græco:penultima cuꝫ.th.aſpirato ſcribit᷑ &.i.latino:cognomen ē Apollinis a cyntho monte accæptum:unde ait Ouidius li.i.de arte:Cynthius admoti uaccas pauiſſe phareas Fertur:& in pua delituiſſe caſa. Quin & figurate a Virgilio ꝓ Octauiano ponit᷑ ī ſileno cū ait:Cum canerem reges & prælia cynthius aurem Vellit.i.Octauianus.

C ynthia prima cū.c.exili &.y.græco penultima cū.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:& pro Diana a poetis poni conſueuit:ut Horatius in.iii.carminum:Tu curua recines lyra latonā & celeris ſpicula cynthiæ. Ad cuius ſimilitudinem & Propertius amatam ſuam cynthiam uocauit:quæ Hoſtilia proprio nomine dicebatur:cuꝫ in primo ſui operis carmine ait:

Cynthia prima ſuis miſerum me cæpit ocellis:

Contactum nullis ante cupidinibus. Cuius meminit Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam cum ait:Haud ſimilis tibi cynthia:nec tibi cuius Turbauit nitidos extictus paſſer ocellos:hoc eſt tunc credo pudiciciā moratam in terris:cum montana uxor ſternebat torum frondibus:& culmo ideſt paleis:uicinarumq; ferarum pellibꝰ:quæ ſane tibi o cynthia Propertii amica haudquaq̄ ſimilis erat. Nec tibi o Leſbia amica Catulli: q̄ ita delicata fuiſti:ut cum paſſerem haberes quo delectabaris:& is moreret᷑ tātum fleuiſti:quod tumore tibi oculi deturbati fuerint. Ipſo dicente Catullo in libro primo:

Lugete o ueneres cupidineſq;.

Et quantum eſt hominum uenuſtiorum
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ:
Quem plus illa oculis ſuis amabat.
Nam mellitus erat ſuamq; norat: Ipſam tam bene q̃ puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius mouebat: Sed circum ſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam uſq; pipillabat. Et in fine ſubdit:
Tua nunc opera meæ puellæ:
Flendo turgiduli tument ocelli.

C yparíſſus prima cum.c.exili &.y.græco:reliqua uero cum.i.latino & duplicato.s.ſcribitur. Sed quandoq; ſic:quãdoq; uero.y.græcum in.u.noſtrum cõuertimus:ac dicit̃ cupreſſus. Nam Cypariſſus primũ:ut Virgilius libro æneidos.iii. Aeriæ quercus:aut coniferi cypariſſi: Ouidius libro metamorph.x. Sed tamẽ ante alios ceæ pulcherrime gentis: Gratus erat cypariſſe tibi. Cupreſſus uero etiam ſcribit̃:ut Virgilius li.georgicorum primo: Et teneram a radice ferens ſiluane cupreſſum. Namq; fuit Cupreſſus ſiue Cypariſſus puer formoſus a Siluano amatus:de quo Ouidius in.x.omnem fabulam explicauit. Et quia lachrymis diſſolutꝰ puer ob dolorem interfectæ ceruæ in eam arborem cõuerſus fuit:dicunt illam inferis conſecratam: hoc ẽ lachrymis & luctibus. Seruius uero dixit illam inferis conſecratam:quia cæſa nunq̃; reuireſcit:unde moris eẽ romani rettulit:ramum cupreſſi ante domum funeſtam poni funere:hoc eſt cadauere pollutam: Ne quiſq; per ignorantiam ingrediens pollueretur. Quare ab Horatio inuiſa cupreſſus eſt:& a Virgilio atra: hoc eſt funeſta nuncupatur. Verum de qualitate ligni locutus Plinius libro.xvi.naturalis hiſtoriæ inquit: Cariẽ uetuſtatemq; non ſentiunt cupreſſus:cedrus:hebenus:lotus:buxus:taxus:iuniperus:oleaſter & olea tardiſſime larix:robur:ſuber:caſtanea:iuglans rimã fixuramq; non capit ſpõte cedrus cupreſſus olea & buxus:maxime æternam putant hebenum & cupreſſum cedrumq; claro de omnibus indicio. Nam ĩ templo epheſiano Dianæ utpote tota aſia extruẽte cum quadringentis annis peractum ſit:conuenit tectum eius eſſe cedrinis trabibus:de ĩpo ſimulachro deæ ambigit̃. Cæteri ex hebeno eſſe tradunt. Mutianus ter conſul ex his q̃ proxime uiſo eo ſcripſere uitigineum & nunq̃; mutatum ſepties reſtituto templo:ualuas eſſe e cupreſſo:& iam quadringentis prope annis durare. Materiem omnem nouæ ſimilem. Et ſubdit nõne ſimulachrum Iouis in arce e cupreſſo durat conditum ſexcenteſimoſexageſimoprimo anno dicatum. Memorabile etiam uticæ tẽplum Apollinis ubi cedrorum trabes durant: Ita ut poſita fuere prima urbis eiꝰ origine ãnis ſexcentis ſeptuagintaocto. Et in hiſpaniis aiunt tẽplum Dianæ a Zacyntho aduectæ cũ cõditoribus ãno ducẽteſimo ante excidiũ troiæ ut auctor eſt Bochus. Fuit etiam cypariſſus teſte eodẽ Plinio li.iiii.naturalis hiſto.urbs in achaia:& ſinus circuitus qnq; & ſeptuaginta miliariũ. Idem oſtendit Homerus li.ii.iliados.

C yprus cũ.c.exili &.y.græco ſcribit̃:inſula ẽ in carpathio mari ſita:porrectaq; inter ciliciã & ſyriã:inter alias orbis inſulas famoſiſſima:ueterũ diuitiis abũdans:luxui plurimũ dedita. Ob quod Veneri ſacrã dixit Florus li.iii. Eſt cyprus teſte Plinio circa finẽ libri.xii.naturalis hiſto.arbor odorata ĩ ægypto foliis & ſemine ſimilis coriãdro. Quã ut ait qdam eẽ dicũt arborem quæ in Italia liguſtrum uocatur.

C yprianus pría cũ.c.exili &.y.græco:ſequẽs cũ.i.latino ſcribit̃:nomen ẽ patrium:ac etiã uiri ꝓprium.

C yphus cũ.c.exili &.y.græco ſcribit̃. Genus erat poculi:quo ut plurimũ utebant̃ antiqui ĩ ſacris:ut Virgi.li.ænei.vii. Hoc pater anchiſes cypho libabat ad aras. & dicit̃ etiã ſcyphus cũ.s.ante.c.ut ĩ ea dictiõe uidebimꝰ

C ypſelus cum.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſto.i.pater Periãdri corinthiorum tyranni.

C iranus cum.c.exili &.i.latino atq; unico.n.ſcribit̃:fuit lycius & Sarpedonis comes: quẽ teſte Homero lib.iliados.v. Vlyxes in bello troiano interfecit.

C irces cum.c.exili utrobiq; &.i.latino ſcribit̃:fuit Solis & Perſæ nymphæ filia:ut poetæ atteſtant̃:quã habitaſſe haud longe a caieta urbe cãpaniæ ferũt:ĩ monte quodam olĩ inſula:q ab eo uſq; ĩ hũc diẽ circæus ẽ appelatus:ut teſtis ẽ Homerus ĩ odyſſea:& Virgi.circa initiũ libri.vii.ænei. Nec mõs ille teſte Seruio freto maris:ſed paludibꝰ a cõtinenti ſeparatꝰ erat. Quas limus ex albanis mõtibꝰ defluens tandẽ cõpleuit:& terræ cõtinuũ fecit:ſup quo grande olĩ:ut aſſerit oppidũ fuit:ut circæi ut gabii uulſinii:& aliæ q̃plures urbes ĩ plurali dicebant̃. Quod Iuue.ĩpe in ſatyra Criſpini oſtendere uidet̃ qũ ait de Nerone:q circæis nata forent an lucrinũ ad ſaxũ rutupinoue edita fundo oſtrea callebat:& Horatius. Oſtrea circæis:miſeno oriũtur echini. Nec de mõte ſane ĩtelligere potuerũt:q circæus ĩ ſingulari dictꝰ erat:ſ; de oppido magis quod ſic quoq; uocabatur:& in ſingulari circæum:ut utrũq; oſtendit Liuius & Horatius in epodo. Non ut ſuperni uilla candens tuſculi Circæia tangat mœnia.

C ircus cũ.c.abſq; aſpiratione utrobiq; &.i.latino ſcribit̃. Quidã uero cũ.y.græco ſcribendũ & græcum uocabulum putauerũt:eo quod κυκλοσ apud græcos p.y.græcũ ſcribit̃:a quo cyrcum ſimili mõ cũ.y.græco deduci exiſtimarũt. Quod nobis minime uideri põt. Nã cyclus qdẽ ſi apud nos ſcriberet̃:fatemur græcũ eſſe. Non aũt circus:qa aliam litteraturam & uocẽ ſequit̃. Nam dictio ẽ latina:& a circũeo nomen traxit. Vnde ſi cũ.y.græco ſcriberet̃:& ab eo quoq; deſcẽdẽtia oĩa p.y.græcũ ſcribẽda eẽnt:ut eiꝰ diminutiuũ cyr-

culus:qn & cyrcuitꝰ:& uerbũ ipſum cyrcumeo. Item & præpoſitio circuʒ & ſimilia quod nemo unq; uidit. Itaq; licet recte cyclus cum.y.græco ſcribatur:quod apud nos non niſi in compoſitione aut deriuatióe cóperitur:ut hemycyclus:cyclades:cyclops:non tamen circus cum.y.græco ſcribi poteſt:aut ex illis cópoſita ut ſemicircus:aut ſemicirculus:cũ dictiones ſint latinæ: & a uerbo circumeo deducatur teſte Seruio:a quo circenſes eodem teſte ſuper.iii.georgi.quaſi circum enſes dicti ſunt ludi: ꝓpterea quod apud antiquitateʒ rudem:quæ nondum ſpectacula in fabricarum ornatum deduxerat:inter enſes & gladios locis uirentibus agebantur. Et medio in loco munera collocabant:ut Virgilius libro æneí.v. Munera principio ante oculos circoq; locantur In medio:Erat ludricũ ut equi uictis curribus a circi carceribus deſcendentes ex uno latere circi decurrerent:& cum ad ſummum aduentaſſent:ſe inde diuerterent:& ex alio latere recurrentes ad primam uſq; circi mætam reducerentur:ut late & pulcherrime deſcripſit Sophocles i ἠλέκτρα. Quare a græcis ἱπποδρόμοσ:hoc eſt equoꝝ curſus circus ipſe ἱπποδρομίαι circenſes ludi uocitati ſunt: dicéte Iuue. i ſatyra Stémata quid faciunt:Sic laudamꝰ equuʒ:facili cuʒ plurima palma Feruet:& exultat rauco uictoria circo:ob clamoré.ſ.& applauſum circũſpectátiũ. Nam diſponebatur circus in formam ſpatii oblongi: ita ut in ſummitate ſpatii:hoc eſt i loco ubi equi reuoluebantur ſpecies hemicycli conſtituta uidebatur. In circuitu uero gradus inſurgebát:in quibus ſpectantes ſedere conſueuerant. Vnde naturalem circũ deſcribés Virgilius libro æneidos.v.inquit:

Hoc pius æneas miſſo certamine tendit
Gramineum in cápum:qué collibus undiq; curuis
Cingebát ſiluæ:mediaq; in ualle theatri.

Circus erat. Habebant ergo prius curuos colles pro ſeſſilibus gradibus:qui quidem populi conſeſſus teſte Seruio in eũdem librum cauea uocabatur:dicente Virgilio in eodem libro:Hic totum caueæ cóſeſſum ingentis. Et ora prima patrum magnis clamoribus implet. Et libro.viii. Cóſeſſu caueæ magnis circenſibꝰ actis Quin & id eſſe dixit Seruius quod Iuuenalis ait:Omnibus ad podium ſpectantibus:quaſi podium cũ cauea:ideʒ eſſe uelit. Mihi uero uidetur ex iiſdem auctoritatibus podium & caueam magis totum circum:q̃ tantũmodo conceſſum deſignare:ita ut recte poſſe dicere uideamur gradus ſeſſiles in podio & cauea: hoc eſt in circo degere. Quin & in ipſo circi medio ut apud conſtátinopolim:& romæ conſpeximus: atq; ex approbatis auctoritatibus accæpimus:locabantur obeliſci:ut in ea dictione uidebimus: ſepulchra nobilium uirorum:& res aliæ ſpectatione dignæ:circum quas hoc eſt inter eas res ſic per ordinem í medio diſpoſitas equi decurrebant. Dicebatur etiam circus ſtadium:& locus ubi curſus erat equorum:curriculum ſtadii ut ex multis auctoribus conſtare poteſt:& Gelli præcipue circa initium noctium atticarum. At locus ille unde equi ipſi primo mittebantur: oppidum teſte Varrone de lingua latina:Neuiꝰ appellauit. Poſtea ut ait dicti ſunt carceres:eo quod coerceantur equi: ne inde exeant:anteq; magiſtratus ſignum miſit: iuxta quem ſenſum Virgilius in fine primi georgicorum ait:

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ
Addunt in ſpatia:& fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga:nec audit currus habenas. Et libro.iii.

Ruuntq; effuſi carcere currus. Sane Octauianus teſte Suetonio in illius uita: in circo aurigas curſoreſq; & confectores belluarum ex nobiliſſima iuuentute produxit. Sed & troiæ ludum edidit frequétiſſimum. Maiorum minorumq; puerorum priſci decoriſq; moris exiſtimans claræ ſtirpis indoleʒ ſic noteſcere. Similiter C. Calicula:ut idem in eius uita rettulit:edidit circenſes plurimos a mane uſq; ad ueſperam iteriecta modo aphricanorum uenatione:modo troiæ decurſione. Nec ullis niſi ex ſenatorio ordine aurigantibus. Ludus uero troiæ qualis erat:& unde originem habuit:late & eloquétiſſime monſtrauit Virgiliꝰ libro ænei.v. Verum circos in urbe fuiſſe tres:& non plures diuerſis in locis legimus. Et primum circum maximum cognominatum fuiſſe. Secũdum flamineum:qui & apollinaris eſt dictus. Tertium Neronis circum in uaticano. De maximo loquitur Liuius libro primo ab urbe:cuius locum a Tarquinio deſignatum oſtendit cum ait: Primum circo qui nunc maximus dicitur:deſignatus eſt locus:diuiſa loca patribus:equitibuſq; urbis: ſpectacula ſibi ut quiſq; facerent fori appellati. Nam eos foros uocauere:quod opus erat maximum. Vnde romanus populus ſpectabat quæ in circo munera edebantur. hæc ille. Seruius uero ſuper.iiii.æneidos:in euʒ Virgilii locum Impleſſemq; foros flammis inquit foros eſſe tabulata nauium:ab eo quod incessus ferát: & eſt generis maſculini numero tantum plurali. Nec aliud q̃ tabulata intelligere uoluit Liuius:nam ut proſequitur ſpectauere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. Ludricum fuit equi pugileſq; ex hetruria maxime acciti ſolennes. Sed ut oſtédit Plinius libro trigeſimoſexto naturalis hiſtoriæ:fuit poſtea circus maximus a Cæſare dictatore extructus:longitudine ſtadiorum trium:latitudine unius: ſed cũ ædificiis iugerum quattuor. Cornelius uero Tacitus incendium id deſcribés quo Neronis tépore romana urbs pene conflagrauit. Initiuʒ inquit in ea pte circi ortũ:quæ palatino cælioq; montibꝰ cótigua eſt. hæc ille oſtendens eum circũ fuiſſe:cuius ueſtigia inter palatinum & auétinũ:etiá nunc cóſpiciunt:habuit circus maximus præclariſſima quædá circa ſe ædificia. In primis ædé Veneris:quam teſte Liuio lib.ab urbe.x. Fabius

Gurges conſulis filius:aliquot matronis ſtupro damnatis ex eo mulctaticio ære conſtruxit. Fuit etiam teſte Plinio li.xxxv.apud circum maximũ ædes Cereris.Liuius item de bello macedonico dixit.Cn.Liciniuꝫ duumuirum ædem Iuuentutis in circo maximo dedicaſſe.Ouidiuis etiã li.faſtoꝝ ſcribit tẽplum Mercurii circum maximũ ſpectaſſe:ubi ad illum dixit:Templa tibi poſuere patres ſpectantia circũ Idibus ex illis eſt tibi feſta dies.Idem li.vi.oſtendit colũnam breuem marmoreã poſt ſummã circũ fuiſſe:ad quã romani ꝓfecturi ad bella haſtã eam ꝑtem uerſus in quã ituri erant:ꝓiicere cõſueuerãt.ait enim:

Proſpicit a tergo ſummum breuis area circum
Eſt ibi non puæ parua colũna rotæ:
Hinc ſolet haſta manu belli prænuncia mirti
In regem & gentẽ cum placet arma capi.Erat etiã in ꝑte circii Herculis quoddam tẽplum:quod Sylla iuſſu Sibyllæ conſtruxit.Vnde ait Ouidius:
Altera pars circi cuſtode ſub hercule tuta eſt:
Quod deus euboico carmine munꝰhabet.& ſubdit:Si titulos quæris ſylla probauit opus. Nam aliud erat Herculis tẽplũ i foro boario:in quod teſte Plinio li.x.naturalis hiſto.nec canes nec muſcæ intrare poterant:eo quod poſt primas tẽpli ualuas Herculis claua locata fuit:cum qua eo in templi loco Cacũ occiderat:cuiꝰ odore & non imerito abſterrerentur canes.Circus flamineus ideo dictus eſt:quod in pratis flamineis coſtructus fuit.Vnde Liuius itaq; inde cõſules:ne criminationi locus eſſet:in prata flaminea ubi nunc ædes Apollinis eſt:iam tum apollinarẽ appellabant:aduocauere ſenatum.Et in eodem li.ea iquit oĩa i pratis flamineis concilio plæbis acta:quæ nunc circum flamineum appellãt:ex quibꝰ nõnulli certiſſime affirmare uolunt eũ flamineum circũ fuiſſe:qui nunc quoq; agon uocitatur:iuxta quem teſte Pandulpho lateranẽſis eccleſiæ hoſtiario Hadrianus primus romanus ponti. in æde Apollinis eccleſiã cõſecrauit Apollinaris martyris & præſulis Rauẽnatis:ut nominis ſimilitudine memoriam idolorũ cõfunderet.Nãq; in eo circo apollinaria i honorem Apollinis celebrari cõſueuerant:dicente Macrobio de ſaturnalibꝰ:bello punico apollinaris ludi ex ſibyllinis libris primũ ſunt inſtituti ſuadente Cornelio Ruffo decemuiro:& infra ſubdit.Inq; eaꝫ rem duodecim milia æris prætori:& duas hoſtias maiores dari decẽuiris præcæptuꝫ ut græco ritu hiſce hoſtiis ſacrũ facerent Apollini boue aurato:& capris duabus albis auratis.Latonæ boue fœmina aurata:ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus.Cornelius etiã nepos teſte Priſciano in.ix.dixit ædes Martis ẽ i circo flamineo architectata ab Hermodoro ſalaminio.Circũ aũt Neronis in uaticano fuiſſe oſtendit Pliniꝰ li.xxxvi.naturalis hiſto.de quo in dictione obeliſcus uidebimus.

C hiragra cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:dici põt manuũ dolor.Nam cõponitur ex χειρ quod ẽ manus & ἄγρα dolor atrocitas uel aſpera ifirmitas:& ſimili modo cõponit̃ podagra:uidelicet a podos.i.pedis & agra dolor:quã incurabilẽ dixit Ouidius li.i.de ponto cum ait:
Soluere nodoſam neſcit medicina podagram:
Nec formidatis auxiliatur aquis.Ideſt rabidis hominibus q more rabidoꝝ canum licet acriter ſitiant aquã abhorrent & timent:unde Lucanus li.vi.Non ſpuma canum qbus unda timori eſt.

C yrene abſq; aliqua aſpiratione uel diphthongo:& cum.y.græco ſcribit̃:fuit uirgo miræ pulchritudinis filia Penei regis arcadiæ:ſiue ut poetæ dicunt Penei fluuii.Virgilius li.georgicoꝝ.iiii.ad Cyrenem locutꝰ ait Triſtis ariſteus penei genitoris ad undam Stat lachrymans.hanc Apollo e monte pelio theſſaliæ rapuit:Et illam in finibus libyæ ad iuga montium ægypto adiacẽtium deduxit:quæ teſte Iuſtino li.xiii.quattuor illi filios peperit Ariſteum Nomium Antæum & Argeum:quo in loco Batus Cyrni filius ex ſolutis linguæ nodis Apollinis reſponſo ciuitatem cyrenem cõſtruxit:regnãte romæ Anco Martio:a qua tractu tẽporis libya ipſa cyrenæa uocata fuit:& ſcribit̃ cyrenæus cũ diphthongo in penultima.

C yrnus cũ.c.exili &.y.græco ſcribit̃:fuit rex therapnes.i.corſicæ:a quo iſula cognomẽ cyrne anteq̃ corſica uocaret̃ accæpit:& fuit pater Bati q cyrenem urbẽ libyæ cõſtruxit:ut in ea dictione uidimus.

C yrne cũ.c.exili &.y.græco ſcribit̃:iſula eſt i liguſtico mari:quã hodie corſicã uocamꝰ:dicta primũ therapne Deinde a Cyrno rege cyrne cognominata.Vnde cyrnæus cũ.æ.diphthõgo.Virgilius i Mœri:Sic tua cyrnæas fugiant examina taxos.

C yrinus prima cũ.c.exili &.y.græco:ſequẽs cũ.i.latino ſcribit̃:nomen eſt uiri ꝓprium.

C hirographum prima cũ.ch.aſpirato &.i.latino:q̃q̃ apud græcos ſit.ei.diphthongus:& ultĩa cũ.ph.aſpirato ſcribitur:dici põt manus inſcriptio.

C hiromantia prima cũ.ch.aſpirato &.i.latino:ultima cũ.t.ſimplici &.i.latĩo ſcribit̃:dici põt manibus diuinatio.Nam cõponit̃ ex χειρος:quod eſt manus:μαντία diuinatio.

C hironomos per.ch.aſpiratum &.i.latinuꝫ ſcribitur:eſt communis generis:& dicitur ille uel illa:qui quæue manibus geſticulatur & ludit.Nam componitur ex χειρός:quod eſt manus:& νομος lex.Vnde Iuuena. in ſatyra Credo pudiciciam:Chironomon lædam molli ſaltãte bacillo:& inde chironomans tis.Vt idem in ſatyra Si te propoſiti inquit:
Structorem interea ne qua indignatio deſit

Saltantem ſpectas:& chironomanta uolanti Cultello.

C hironomia modo conſimili ſcribitur & componitur:quæ ut ait Quintilianus ĩ nomine ipſo declaratur lex
geſtus:quæ ab tẽporibus heroicis orta fuit. Ea ſummis græciæ uiris:& ab ipſo etiã Socrate ꝓbata. A Platõe
quoq; in pte ciuilium poſita uirtutum:& Chryſippo in præceptis de liberoꝝ educatione compoſitis non
omiſſa. Nam ut ſubdit Quintilianus lacedæmonios qdem etiam ſaltationẽ quẽdam tanq̃ ad bella quoque
utilem habuiſſe inter exercitationes accæpimus. Neq; ut ait id ueteribus romanis dedecori fuit.

C hirodita eodem modo ſcribitur:tunica eſt teſte Gellio li.vii.noctium atticarum:ꝓlixa ultra brachia:manꝰ
totas ac ꝓpe digitos operiens:unde nomen aſſumpſit:quam ferre romæ atq; in omni latio indecorum fuit.
Vnde.P.Aphricanus uerba hæc in.P.Sulpitium Gallũ hoĩem delicatum obiectauit. Nã q quotidie unguẽ-
tatus aduerſus ſpeculũ ornetur:cuius ſupercilia radũtur: q barba uulſa fœminibuſque ſubuulſis ambulet
qui in cõuiuiis adoleſcentulus cũ amatore cũ chirodita tunica inferior accubuerit:q nõ mõ uinoſus:ſed ui-
roſus quoq; ſit:eum ne quiſq̃ dubitet qn idem fecerit: quod cinædi facere ſolẽt. Simile Virgiliꝰ:Et tunicæ
inquit manicas:& habẽt redimicula mitræ.

C hiron cum.ch.aſpirato &.i.latino licet apud græcos ſit ei diphthongus ſcribitur:fuit Saturni filius ex Phil
lyra Oceani filia:cũ qua Saturnus cum concũberet:& Ops eius uxor adueniret:in equũ cõuerſus Chironẽ
centaurum genuit:ꝑ dimidio hoĩem:& reliquo dimidio equũ. Vnde ait Virgilius li.georgi.iii. Talis & ipſe
iubam ceruice effudit equina:Cõiugis aduentu pernix ſaturnus:& altum Pelion hinnitu fugiens impleuit
acuto. Aratus uero nil de aduentu uxoris cõmemorans dixit Saturnum quærentẽ ꝑ thraciam filium Iouem
in equũ cõuerſum cum Phillyre cõcubuiſſe:& Chironem ut diximus ꝓgenuiſſe:q ab ipſa phillyre phillyri-
des cognoĩatꝰ ẽ. Vt Virgiliꝰ li.georgi.iii. Phillyrides chiron amithaoniuſq; melãpus. At ipſe Chiron nõ
modo centauros:ſed cunctos hoĩes ſui temporis bonitate & iuſticia ſuperauit:dicente Germanico ĩ arateo:
Hic erit ille pius chiron iuſtiſſimꝰ oẽs Inter nubigenas & magni doctor achillis. Nauigauitq; teſte Orpheo
cum argonautis:dicente ἐνθάδε χείρων δικαιότατος κενταύρων. Quem & iudicẽ illoꝝ & medicum
fuiſſe dixit. Nam ut uidebimus in dictione Hippocrates:medicinã & herbarum bonitates etiã adinuenit:
quam poſtea docuit Aeſculapiũ & Achillẽ. Idem cũ argonautis teſte Orpheo ἄλλοτε δ᾽αὖ φοίβῳ κιθά-
ρην μετὰ χερσὶν ἀράσσων:hoc eſt nõnunq̃ Phœbo citharam manibus perſonabat:quam Achillem ſimi-
liter pulſare docuit. Ad hũc in pelio monte cum ſemel diuerteret Hercules:& ſagittas ipſius Herculis ĩ ſan-
guine hydræ intinctas Chiron manibus cõtrectaret:admirareturq; quẽadmodum ĩmania centauroꝝ cor-
p ra illis interfeciſſet:una e manibus dilapſa pedẽ feriit:& illũ in maximas anguſtias coegit. Sed deoꝝ mi-
ſeratione poſt.ix.dies ad aſtra ſublimatus ẽ:dicente Ouidio li.faſtoꝝ.v.

Nona dies aderat cum tu iuſtiſſime chiron
Bis ſeptem ſtellis corpore cinctus eris.

C hirurgia cum.ch.aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribit᷑:ſed apud græcos in prima eſt.ei.diphthõgus:quæ ut
ſupra uidimus in.i.noſtrum cõmutata fuit. Nam cõponitur ex χείρ:quod ẽ manus:& ἐργία operatio:ſed ĩ
compoſitione mutatur.r.antepenultima in.ου.diph.& dicitur χειρουργία. Sane ex.ei.diphth.quæ eſt in
prima quidã abiiciunt.e.& detinẽt.i.ac dicunt chirurgia. Quidã uero ecõtratrio abiiciunt.i.& detinent.e.
ac dicunt cherurgia. Item nonnulli ſimiliter ex diphthon.antepenultimæ abiiciunt.o.ac retinent.r.& in.u.
noſtrũ cõuertunt:& dicũt chirurgia. Alii uero ecõtrario abiiciunt.r.& retinẽt.o.ac dicunt chirogia:quæ in
oĩbus manuum operationem indicat.

C irtiſcus abſq; aliqua aſpiratone &.i.latĩo utrobiq; ſcribit᷑:fluuiꝰ ẽ teſte Herodoto memorãdus in ſcythia.

C yrus cũ.c.exili &.y græco atq; unico.r.ſcribit᷑:fuit rex perſaꝝ potẽtiſſimꝰ:& primo ab Aſtyage auo mater-
no expoſitus:q a paſtore regii pecoris cõpertus & enutritus:cũ puer effectus inter paſtores ĩperio uteretur
Cyri:hoc ẽ domini nomen accæpit:ut dixit Iuſtinus li.ſui epitomatis.i. Nam κύριος græce latine dominus
dicitur:ipſe deinde apud maſſagetas in prælio occidit᷑.

C irrha cũ.i.latino & duplicato.r.atq; ſecũdo aſpirato ſcribit᷑ ẽ mons ſeu collis pnaſi alio nomine helicon uo
citatus. Fuitq; Apollini ſacer: unde Martialis:Quid tibi cũ cirrha:quid cũ pmeſſidos unda. Et ĩde cirrhæꝰ
ut Iuue.in ſatyra Exẽplo quodcũq; malo inquit:Et cirrhæi ſpicula uatis.

C yrillus prĩa cũ.c.exili &.y.græco:ſequens cũ.i.latino & duplicato.l.ſcribit᷑:nomen ẽ uiri ꝓprium.

C hilo cũ.ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.l. ſcribitur:fuit philoſophus lacedæmoniꝰ:patre Demageto unꝰ
ex ſeptem ſapientibus græciæ. hũc Plinius li.vii.naturalis hiſto.eius ſententiæ auctorem fuiſſe dixit: quæ in
templo Apollinis litteris aureis ſcripta fuit γνῶθι σε αὐτόν.i.cognoſce teipſum. Idem teſte Laertio elegi-
am ſcripſit ad uerſus ferme ducentos in qua dicebat futurorum ꝓuidentiam ratione poſſe compræhendi ꝑ
uirtute uiri. Hũc eundem Herodo.li.hiſto.i.cũ Hippocrate in olympia cõueniſſe oſtendit. Fuit idem in lo-
quendo breuis:ob quod Ariſtagoras meleſius eum breuiter loquendi modũ chilonium appellauit. Senuit
circa primã & qnquageſimã Olympiadẽ:quo tpe uiguit Aeſopus. obiit piſæ amplexus & oſculatus filium
q fuerat in olympia coronatus. Defunctũ aiunt ex ĩmodico lætitia & imbecilli ſenio.

C ius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fluuiꝰ eſt thraciæ:q teſte Herodoto li.hiſto.iiii.ex pæonibꝰ & rhodope

monte ꝓfluens:medium ſcindit æmum:& in iſtrum defluit.

C hius cum.ch.aſpiraco &.i.latino ſcribitur:inſula eſt in mari ægæo:habens aruiſium promontorium:a quo aruiſia uina deducebantur. Virgi.in daphni: Vina nouũ fundã calathis aruiſia nectar. Et habet chius ĩ primitiuo penultimã breuẽ:ut Lucanus in.viii. Quas aſine cautes.& quas chius aſperat undas. At ĩ deriuatiuo ꝓducit ut Horatiꝰ li.ii.ſermonum: Cæcuba uina ferens alchon chium maris expers.

C iſſeus cũ.c.exili &.i.latino atq; duplicato.s.&.eu.diphth.ſcribitᷣ:fuit teſte Virgi.li.æneı.v.rex thraciæ: dicente Aenea:cratera ĩpreſſum ſignis:quẽ thracius olim Anchiſæ genitori in magno murmure ciſſeus Ferre ſui dederat monumẽtũ & pignus amoris. Fuit & pater Hecubæ uxoris Priami:ut oſtẽdit Euripides ἑκάβη cum ait πολύδοροσ ἑκάβησ παῖσ γεγόσ τησ κισσεωσ. Ex quo patronymicũ fœmininũ ꝓficiſcitur ciſſeis. Vt Virgi.li.æneı.vii. Ciſſeis pregnans ignes enixa iugales.

C yſſus cum.c.exili &.y.græco atq; duplicato.s.ſcribitᷣ:genus eſt hederæ:quæ teſte Pli.li.xvi.naturalis hiſto. ſola omnium generꝫ ſine adminiculo ſtat.

C ithara cum.c.exili &.i.latino atq;.th.aſpirato ſequente.a.uocali ſcribitᷣ:inſtrumentum eſt muſicum: quod etiam lyra dicitur.

C itharœdus pria cũ.c.exili &.i.latino ſequẽs cum.th.aſpirato:& penultima cũ.œ.diphthongo ſcribitᷣ. Naꝫ componitᷣ ex cithara:& ὠιδόσ cantor:ubi diphthongus ex.ω.mega &.i.puo cõuertitᷣ i.œ.diphthongum noſtrum queadmodũ ſupra uidimus:cum de illa tractauimus. Mulier uero dicitᷣ apud Terentium cithariſtria:ſicut a cymbalo cymbaliſtria:at cantrix ſeu cantatrix dicitur apud eundem pſaltria a pſallo uerbo græco:quod apud nos eſt canto.

C ythera prima cũ.c.exili &.y.græco:penultima cum.th.aſpirato ſequẽte.e.abſq; diphthõgo ſcribitᷣ:fuit teſte Heſiodo in theogonia ciuitas cypri:a qua Venus ipſa cognominatᷣ. Eadem litteratura ſcribitᷣ inſula quæ ultima ex cycladibus ponitᷣ. Laertiꝰ uero laconiæ inſulã dixit:quæ priꝰ porphyris dicta fuit:ut in ea dictione uidebimus:ſed ob celebratũ Cythereæ tẽplum:quod in illa erat cythera neutri generis & tantũmodo ĩ plurali cognominata fuit. Virgi.in.i.ænei. Hũc ego ſopitũ ſomno ſup alta cythera Recõdã: & li.x. Eſt paphos idaliumq; tibi ſunt alta cythera:ſicut hæc ſolẽnia & hæc artaxata ĩ plurali ſimili mõ tãtummodo declinantᷣ: ut Iuue. Sic pretextatos referũt artaxata mores. de qbꝰ in ſuis dictionibꝰ uidimus uidebimuſq;.

C ytherea pria cũ.c.exili &.y.græco ſequẽs cũ.th.aſpirato &.e.uocali tã ĩ penultia q̃ ãtepenultia abſq; diph. ſcribitᷣ:ſane apud græcos in penultima ẽ.ei.diphthongꝰ:ob quod dixit Seruiꝰ ſup.vi.ænei.dici cytheream ꝑ cytheriã:hoc eſt uoce græca ubi illa diphthõgus ſic ſonat. Et ẽ cytherea Veneris cognomẽ a cythera urbe cypri:ut in precedenti dictiõe uidimus. Vnde uocabulum cythereia & cythereiꝰ p diuiſionẽ.ei. diphthõgi deducitᷣ:ut Oui.li.metamorpho.xiii. Fert humeris uenerabile onus cythereius heros.

C ythereis ut ſupior dictio & cũ.i.latino in fine ſcribitᷣ:nomẽ fuit libertæ Volũnii. Quã Gallus amauit:& Licorim in ultima æglogа:quæ gallus inſcribitᷣ Virgi.nominauit.

C ithæron prima cũ.c.exili &.i.latiõ:ſequẽs cum.th.aſpirato &.æ.diphthõgo ſcribitᷣ. Vnus ẽ ex iugis pnaſi montis boetiæ:nõ longe a thebis:quẽ Lactantiꝰ dixit li.i.diuinarũ inſtitutionũ:ſic quoq; dici:qa frequenter ſup ipo cantu cytharæ Orpheus pſonaret. Quod Oui.li.metamorpho.iii.prius cõfirmaſſe uidetᷣ cum ait: Vadit ubi electus facienda ad ſacra cithæron:Cantibꝰ & clara bacchantũ uoce ſonabat. Nam ĩ eo perſancte colebatᷣ Bacchus. Quin & in illo Pentheus atq; Orpheus dilaniati fuerunt.

C ytorus pria cũ.c.exili &.y.græco:penultia cũ.t.exili &.o.uocali ſcribitᷣ:mons ẽ teſte Solino minoris aſiæ in paphlagonia porrectꝰ ĩ ſpatiũ trium & ſexaginta miliũ buxo fertilis: quæ ut ait uento mota æſtus imitatur undaꝝ:dicente etiã Virgi.li.georgi.ii. Et iuuat undantẽ buxo ſpectare cytoron.

C ytiſus pria cũ.c.exili &.y.græco:ſecũda cũ.t.ſimplici &.i.latino:qn & unico.s.ſcribitᷣ:frutex ẽ teſte Plinio circa finẽ li.xiii.naruralis hiſto.ab Antilomacho athenienſi miris laudibꝰ predicatꝰ pabulo ouium:quo modico pingueſcũt & quadrupedia aut iumẽta hordeum ſpernũt. hæc ille. Quare dixit Theocritus.

α αιξτον κύτισον ὁ λυχοσ τὰν αιγα διωκει

α γέρανοσ τωροτρον ἐγω δ'ἐπὶ τιν μεμάνημαι.

Ex qbꝰ ea trãſtulit Virg.quãdo dixit ĩ corydone: Torua leæna lupũ ſeqtᷣ:lupus ipe capellã: Florentẽ cytiſuꝫ ſeqtᷣ laſciua capella. Et ſubdit Pli.ad ea quæ ſupra dixit. Nõ ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Et ĩfra ſubſeqtᷣ iuentꝰ hic frutex in cytiſo ĩſula:ĩde trãſlatꝰ in oẽs cyclades:mox in urbes græcas caſei ꝓuẽtu. hæc ille. iõ dixit Seruiꝰ ſup.ii.georgi.ab ea ĩſula:ĩ qua abũdat nomen aſſumpſiſſe. Et pgit Pli. ꝓpterea qđ maxĩe miror rarũ eẽ ĩ Italia nõ æſtuũ:nõ frigoꝝ:nõ grandinũ:aut niuiꝫ iniuriã expaueſcit. Adiicit Iginus:ne hoſtiũ qdem ꝓpter nullã gratiã ligni:nec formam eius fruticis faciẽue declarat:ut reliquoꝝ fecit.

C hytrapos pria cũ.ch.aſpirato &.y.græco:ſequẽs cũ.t.exili ſcribitᷣ:dicitur ille tripos q chytram.i.ollã ſupra ignem detinet. Et ſeqtur ultime dictiõis declinationẽ quæ eſt pos podis ut Oedipos:& ſimilia.

C yzicus prima cum.c.exili &.y.græco:ſecunda cum.z.conſonante &.i.latino:ultima cum.c.exili ſcribitur: ciuitas fuit aſiæ nobiliſſima ſita in cherroneſo maris propontidis mœnibus arce & turribus marmoreis: q̃ſi altera roma:ut ſcripſit Florus libro.iiii. Vnde ait Ouidius li.i.de triſtibus:

Hincq; propontiacis hærentem cyzicon oris:
Cyzicon æmoniæ nobile gentis opus.

C lanius cum.c.exili &.i.latino ſcribit̃:fluuius eſt cãpaniæ ꝓpe neapolim fluens:& acerras dictus a κλανιον: quod eſt uiola qua illius ripæ abundare dicuntur.

C larium cũ. c.exili &.i.latio ſcribit̃:oppidũ ẽ teſte Seruio ſup.iii.æneí.i cõfinio colophonioꝝ.Vnde Apollo Clari⁹ dictus ẽ:quod nõ lõge ab epheſo qdã eẽ referũt.Vbi Iuppiter Neptun⁹ & Pluto mũdi ĩpia ſibi iuicẽ ſunt ſortiti.Vnde Pli.li.v.naturalis hiſto.cum de epheſo loq̃ret̃ iqt:inde Apollinis clarii phanũ lebetos fuit

C laros cum.c.exili ſcribit̃:inſula ẽ una ex cycladibus:a qua ut nõnulli putant Apollo clarius dictus ẽ: quod Homerus in hymno Apollinis aſſerere uidetur.

C larius cũ.c.exili &.i.latio ſcribit̃:cognomẽ eſt Apollinis:uel ab oppido in cõfinio colophonioꝝ.Vel ab inſula claros:in qua ut dicũt claria ẽ urbs:ĩ qua religioſiſſime colebat̃ clarius deus dictus ẽ.Ouidius lib.ii.de arte:Et clario delos amata deo:Idem circa initium libri faſtoꝝ:Et clario miſſa legenda deo.

C laſſica cum.c.exili & duplicato.s.ſcribit̃:ſunt teſte Petronio grãmatico cornua tubæ quæ cõuocandi cã facta erant.& ut ait a calando claſſica dicta ſunt:de quo ĩ dictione calẽdæ uidimus.

C lazomene cum.c.exili in pria &.z.cõſonante in ſecunda ſcribit̃:urbs ẽ in cõfinio æoliæ & ioniæ:quam ſub lydia nõnulli hiſtorici quãdoq; poſuere.

C learchus prima cum.c.exili & ultima cum.ch.aſpirato ſcribit̃:quaſi cleos.i.gloriæ:& archos princeps: fuit philoſophus ſolenſis

C leantes cũ.c.&.t.exilibus ſcribit̃:fuit Aſius philoſophus & Phanii filius:& teſte Antiſthene pugil primum deĩde ꝓfect⁹ athenas cũ q̃ttuor drachmis diſcipulis factus ẽ Zenõis.Fama ẽ ipm laborioſiſſimũ fuiſſe:adeo ut iopia cogente ſe mercenariũ faceret:ac noctu qdẽ ĩ hortis hauriret aquas.Interdiu operã ſtudiis liberalibus daret.Piſebat etiã ſæpe farinas.Ingeniũ obtuſum diligẽtia uicit.Cõpoſuit libros pulcherrimos de tpe: de ſenſu:de arte:de appetitiõe:de antiq̃tate:de diis:de hymenæo:de gigantibus:de arte amatoria:de politicis:de legibus:& alios q̃plures.Tumuit illi gigiua ac putruit.medicoꝝ ſentẽtia biduo ſe a cibo abſtinuit: cõualeſcente ipo & medicis ſibi cõſueta ꝓmittẽtibus:iteꝝ ſponte ſua fecit abſtinẽtiã q̃ cõſumpt⁹ ẽ:& extict⁹ Alii dicũt amore alterius uitæ manũ ſibi iniæciſſe:audito a ſe Zenonis ãnis.xix.Cuius ãnos: hoc ẽ nonageſimũ æquaſſe dicit̃.Et ille idem ẽ q Cloãtes cum.o.poſt.l.a Iuue.dicit̃ cum ait in.ii.ſatyra:Et iubet archetypos pluteum ſeruare cloantas.At Cloanthus cũ.th.aſpirato:alius fuit ut ĩ ea dictiõe uidebimus.

C leobolus cũ.c.exili & unico.l.ĩ ultima ſcribit̃:fuit lindius Euagore fili⁹ unus ex ſeptẽ ſapiẽtib⁹ græcie.Cui⁹ genus plæriq; ad Herculẽ referũt: dicũtq; illum petiſſe ægyptum ꝑcipiẽdæ philoſophiæ gratia. Natamq; illi filiolam Cleobolinã:quam exametroꝝ ænigmatum uatem aiũt.Fuit hic tpe Solonis ad quem epiſtolam direxit:obiit annoruꝫ.lxx.

C leombrotus cũ.c.&.t.exilibus ſcribit̃:fuit teſte Plutarcho uir lacedæmonius:& Pauſaniæ filius.

C leoſtratus abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribit̃:fuit nomen cuiuſdam uiri athenienſis.

C leomenes cũ.c.exili & abſq; aliq̃ diphthõgo ſcribit̃:fuit teſte Herodo.li.hiſto.iii.uir ſua ætate iuſtiſſimus:

C leone cum.c.exili ſcribit̃:urbs eſt arcadiæ in nemæa regiuncula.

C leonymus cum.c.exili &.y.græco ſcribit̃:nomen fuit uiri ꝓprium.

C lericus abſq; aliq̃ aſpiratiõe & cũ.i.latio ſcribit̃:dici põt q̃ſi ſortitus.Nã a κληροσ:quod ẽ ſors deducitur.

C lepſydria pria cũ.c.exili ſecunda cũ.y.græco & penultia cũ.i.latio ſcribit̃.Vas ẽ quoddam ĩ fundo crebris & minutis foraminibus ꝑforatũ:qn & e latere ſupiori latiori quodã foramine aptũ:quod ſane uas cũ aqua ĩplet̃:& ide ſupius foramen digito claudit̃:ne uacuũ det̃:cõtinet̃ aq̃ iterius nec effundi põt.Sꝫ cũ apit̃ qa aer uices eius qd̃ euacuat̃ ſupplere põt ꝑ rimas ipi⁹ fundi ſparſiꝫ diffundit̃.Sane nõnũq; ſimili uaſe deſignabãt apd̃ ãtiquos horæ.Et a κλεπτω quod eſt furor:& υδρια:quod ẽ uas aqueũ cõponit̃ q̃ſi aquã furetur.

C limax cũ.c.exili &.i.latio ſcribit̃:dicit̃ latine ſcala:qd̃ tã ĩ plurali q̃ ĩ ſingulari idẽ ſignificat:& in utroq; numero cõperit̃.Eſt etiã climax figura cũ de uerbo ad uerbũ fit gradatio:ut Virgi.ĩ Alexi:Torua leæna lupuꝫ ſeq̃t lupus ipſe capellam:Florentẽ cytiſum ſequit̃ laſciua capella.Et illud Mars uidet hãc:uiſamq; cupit:potiturq; cupita.Vnde Aphricanus mõ cõſimili aiebat:ex inocẽtia naſcit̃ dignitas:ex dignitate honor:ex honore imperium:ex imperio libertas.

C lymene cũ.c.exili &.y.græco & abſq; aliq̃ diph.ſcribit̃:fuit teſte Heſiodo ĩ theogonia nymphaꝝ una oceani & Tethyos filia:de qua Virgi.li.georgi.iiii.Inter q̃s curã clymene narrabat inanẽ.Fuitq; mater Phaethõtis:de qua Ouidius li.metamorph.i.Et tulit ad clymenen epaphi cõuicia mater.Altera fuit miniſtra Helenæ decoris oculis redimita:ut dixit Homerus li.iliados.iii.quam unam & Aethram alterã comites in patria habuerat.Vnde ait Ouidius in epiſtola Helenæ ad Paridem:
Cætera ꝑ ſotias clymenen æthramq; loquamur.
Quæ mihi ſunt comites conſiliumq; duæ.

C lio cum.c.exili &.i.latino ſcribit̃:fuit muſaꝝ una a cleos quod eſt gloria cognominata:ut uidebimus in dictione muſæ:de qua Ouidi us li.faſtoꝝ.v.Clioq; & curuæ ſcita thalia liræ.

C lytæmneſtra prima cum.c.exili &.y.græco:ſecũda cum.t.exili &.æ.diphth.penultima cuꝫ.m.ante.n. in eadem ſyllaba &.e.abſq; diphth.ultima cum.t.exili ſcribit᷑.Quáq̃ inſcii ꝗdam moderniores ſcripturam eius dictionis prorſus corruperũt: fuit Tyndari filia ex Leda uxorq; Agamẽnonis:& mater Horeſtis:quæ cũ adulteraſſet cum Aegyſtho Thyeſtis filio:Agamẽnonem a bello troiano redeuntem teſte Iuuenale media inter pocula interfecit.

C litomachus pria cũ.c.exili &.i.latino:ſequẽs cũ.t.ſimiliter exili:ultima cũ.ch.aſpirato ſcribit᷑:fuit philoſophus carthaginẽſis:& lingua patria Haſtrubal uocabat᷑:in q̃ etiá philoſophari cœpat. Venit athenas quadraginta ánnos natꝰ:adiuitq; Carneadẽ:q hominis induſtriá admiratꝰ:eũ curauit ſtudioſe doceri:euaſitque ita clarus ut Carneadi ſucceſſerit.uerſatꝰ ẽ in tribus ſectis academica:peripatetica:& ſtoica.

C linias cũ.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit᷑:& nõnunq̃ ſine.s.finali:apud græcos uero in pria ẽ.ei.diphthõgus:fuit teſte Plutarcho pater Alcibiadis.Alius fuit cretẽſis:de quo Plato ĩ legibus meminit.

C lypeus cũ.c.exili &.y.græco ſcribẽdũ eẽ oſtendit Plini.li.xxxv.naturalis hiſto.oſtendens a γλυφω:quod ẽ ſculpo deriuari:quaſi γλυπτοσ:hoc eſt ſculptus.Ita ut.γ.mutet᷑in.c.noſtrum ſicut cõtra ob uicinitatem litteraꝝ:ut in antehabitis oſtendimus. Vnde ait ſic Plinius:ſcutis eni qualibus apud troiá pugnatum ẽ:continebant᷑imagines.Vnde & nomẽ habuerũt clypeorũ.Non ut perverſa grãmaticoꝝ ſubtilitas uoluit a duendo deduci.hæc ille.cluere eni ãtiq pugnare dicebãt.Et ſubdit pœni ex auro factitauere clypeos ſcultis imaginibus:& ſecũ in caſtris tulere.Quare nomẽ clypeoꝝ a γλυφω quod ẽ ſculpo habere uoluit.

C lyſtriũ prima cũ.c.exili &.y.græco ſcribit᷑.Inſtrumẽtum ẽ ad expurgandũ uentrem.

C lytius pria cũ.c.exili &.y.græco:penultima cum.t.ſimpliciter non aſpirato:&.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Homero filius Laomedontis:& frater Priami.Alterum poſuit Virgilius libro.ix.æneidos cuꝫ ait:Et clytium & lydem & amicum cretea muſis.

C litor abſq; aliqua aſpiratione & cũ.i.latino ſcribit᷑:dici põt inuitator:& inde clitorius.

C litoriꝰ cũ.c.&.t.exilibꝰ atq;.i.latino ſcribit᷑:ẽ arcadiæ fons q ſemel potꝰ odiũ facit uini:ut uidebimꝰ ĩ dictõe Prœtus.De eodẽ Ouidius metamorpho.xv.Clitorio ꝗcũq; ſitim de fonte leuauit Vina fugit: & reliqua.

C litumnus pria cũ.c.exili &.i.latino:penultima cũ.t.exili:& ultima cum.m.ante.n.ſcribit᷑.Et ut græci ꝗdam ferũt dicit᷑quaſi clitor:hoc eſt iuitator amnis. Sic eni in hiſtoriis Dionis de.ii.bello punico ꝓ fonte umbriæ poſitum cõperi.Noſtri uero dicũt eẽ in ualle ſpoletana apud radices montis:cui treuiũ oppidum iminet:& fluuium ex ſe effundere apud ueuaniá & ſpoletum:q tãdem topino fluuio iunctus in thybri cadit.Ex huiꝰ aqua ſi bos biberit:& cõcæperit:nõ ſolum grãdes tauros:ſed penitus albos ꝓducit. Quod Virgilius libro georgicoꝝ.ii.tetigit cum ait:

Hinc albi clitumne greges:& maxima tauri
Victima:ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro:
Romanos ad templa deũ duxere triumphos:

C loanthꝰ prima cum.c.exili:ultima cum.th.aſpirato ſcribitur:nomen fuit troiani cuiuſdam Aeneæ comitis:compoſitum ex cleos quod eſt gloria:& ανθοσ flos:quaſi gloria ſit floris: & propter altiorem ſonum magis.o.q̃.e.in prima retinuit.

C lonus cũ.c.exili ſcribit᷑:nomen fuit uiri ꝓpriũ aurifabri:deductũ a κλω quod eſt frango:& inde κλωνοσ ramus:de quo Virgilius li.ænei.x. Quæ clonus euritydes multo cælauerat auro.

C lonius cũ.c.exili ſcribit᷑&.i.latino:fuit unus ex ꝗnq; ducibus bœtioꝝ:q cũ ꝗnquaginta nauibus ad troiam nauigarũt:ut oſtendit Homerus li.iliados.ii.

C lotho cũ.c.exili &.th.aſpirato ſcribit᷑: habetq; apud græcos accentũ ĩ fine:una ẽ ex parcis: ut uidimus ĩ dictione atropos.Alter eodẽ nomie fuit nympha marina:una ex filiis Nerei:de q̃ Virgi.li.ænei.ix.ait:

Magniq; iubebo Aequoris eſſe deas:quales nereia clotho
Et galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.

C loaca abſq; aliqua aſpiratione a noſtris ſcribit᷑:atq; græcá dictionẽ eẽ nõnulli affirmant.Ita ut a cochlea cõmutatis ꝗbuſdam litteris deriuet᷑:qa eos ſubtextus cõmeatuſq; habere uideat᷑:quos habet cochlea.Alii latinam dicũt & a colando deductá eẽ uolunt:dicente Vlpiano de cloacis:cloaca eſt locus cauꝰ:ꝑ quẽ colluuies quædá fluit.Feſtus uero dixit cloacá a cloacare:quod ẽ ingnare deduci.Sed ſubdit Vlpianus cloacæ aũt appellatione & tubus & fiſtulæ cõtinent᷑.Et inde ſeqtur ad ſalubritatẽ ciuitatum & ad tutelá ꝑtinet:ut cloacæ purgent᷑& reficiant᷑.Nam & cælũ peſtilẽs & ruinam minant᷑imũdiciæ cloacarũ. Sane Liuio teſte li.ii.ab urbe:Tarquinius foros ĩ circo faciendos & cloacá quæ maxima recæptaculuꝫ oĩm purgamẽtoꝝ ſub terra agẽdam:ꝗbus ut ſubdit opibus uix noua hæc magnificẽtia ꝗcq̃ adæquare potuit.Et Pli.li.xxxvi.natu.hiſto.cũ romána quædam ædificia cõnumeraſſet.ſubdit preterea cloacas opum oium dictu maximũ ſuffoſſis montibus atq; urbe penſili ſubtuſq; nauigata.Et ſubſequit᷑id.M.Agrippa fecit in ædilitate poſt cõſulatum:cornicatis ſeptẽ amnibus curſu præcipiti torrentũ mõ rapere:atq; auferre oia coactis.Et plura admiranda quæ de huiuſcemodi rebus idem auctor ꝓſequitur.

C hlamys prima cum.ch.aſpirato:& ultima cum.y.græco ſcribitur:indumentum eſt militare & comicum:ut

dixit Iulius

dixit Iulius Polluxi

Chlæna prima cum.ch.aſpirato ſequente.l.&.æ.diphthongo ſcribitur.Genus eſt ueſtimenti quod deſuper alia portabatur:ut Lucilius libro.xx.a Parthenio inducitur qui ait chlænam deſuper indutam fœdauit.Sic Homerus li.iliados.ii.Vlyxem inducit dicẽtem cõtra Therſitem: ſi offendero te iterũ talia facientẽ præhẽdam:& denudatum oĩbus ueſtibus non modo tibi auferã χλαῖναν τήδε χιτῶνα:hoc eſt chlænã & tunicã ſed ut ſubdit etiã ea quæ pudenda tegũt.Ideꝫ li.x.ἀμφὶ ἄρα χλαῖναν περονήσατο.At Virgilius libro æneí.iiii.ſine.ch.tantũmodo lænã dixit cũ ait:Ardebat murice læna:ut ĩ ea dictione uidebimus.

Chloris cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:fuit una Amphionis Orchomeni regis filia:uxorq; Nelei & mater Neſtoris atq; aliorum.xi.filioꝝ.Altera ab Ouidio dea florum ponit̃:quæ cũ nympha eẽt non ignobilis: & Zephyro nuberet:quaſi dotis loco id muneris a marito accæpit:ut florum oĩm poteſtatẽ haberet: unde inquit ipſa ad Oui.libro faſtorũ.v.Chloris erã quæ flora uocor corrupta latino:Nominis ẽ noſtri littera græca ſono.Huius ſacra floralia dicebant̃ inſtituta:teſte Pli.libro.xviii.naturalis hiſto.urbis ãno qngenteſimoſextodecimo ex oraculis ſibyllæ:ut omnia bene defloreſcerent.Nam ut idem auctor rettulit: tria tempora fructus metuebãt:ꝓpter quos inſtituerũt ferias dieſq; feſtos rubiginalia:floralia:uinalia. Rubiginalia Numa conſtituit ãno regni ſui.xi.quæ nũc agunt̃ ad.vii.calendas maii:quoniam tũc fere ſegetes rubigo occupat.Diem uero floralium Varro determinat.Sole tauri ꝑtem.xiiii.obtinẽte.Ita ut ſi in eo quatriduo ĩciderit plenilunium fruges & oĩa quæ florebunt lædi neceſſe erit.Vinalia nono calẽdas martii deguſtãdis uinis inſtituta:quæ nihil ad fructus attinent.

Chloelia cũ.ch.aſpirato &.o.atq;.e.ſeꝑatis apud græcos atq; unico.l.ſequente:&.i.latino ſcribit̃.Virgilius tamen.o.&.e.cõiunxit in uerſu ut infra uidebimus:fuit uirgo romana:de qua late Liuius li.ii.ab urbe ſcripſit:hæc Porſenæ hetruſcoruꝫ regi cum pluribus aliis romanis utriuſq; ſexus obſes data fuit:ut ſi Porſena hoſtes a ianiculo remoueret:romani agros dudum uenientibus ablatos reſtituerent.Sed illa cũ liberatuꝫ ab hoſtibus ianiculum cõſpexiſſet:dux cateruæ uirginũ effecta inter hoſtium tela cum illis aufugiens natando thybrim ꝑtranſiuit:Et uirgines oẽs ꝓpinquis ſuis reſtituit.De quo Virgi.li.æneí.viii.Et fluuiuꝫ uinclis ĩnatet chloelia ruptis.Quam ſolam cuꝫ Porſena reſtitui ſibi omnino expoſceret:admiratꝰ uirginis uirtutẽ partem aliam obſidum quos impuberes illi elegit ei largitꝰ eſt:& honoratã remiſit.Vnde Iuue.Quod miraret̃ cum coclite mutius.Et quæ imperii fines thyberinum uirgo natauit.

Cnidos cum.c.exili ſequente.n.in eadem ſyllaba &.i.latino ſcribitur:una eſt ex quĩq; ciuitatibꝰ doricæ græciæ:ut oſtendit Herodotus libro hiſto.i.in hac teſte Plinio li.naturalis hiſto.vii.templum fuit Veneris & ſimulachrum ſculptum a Praxitele neutiq̃ a libidinoſo complexu tutum.Vnde cõterraneus meus Carolus aretinus in elegia ad Poggium.

Praxitelesq; cnidi rurſus te marmore ſignet
Pulchra uenus:quo ſit nobilis ipſa cnidos:
Deniq; lyſippus fingat ſpirantia ſigna:
Omnia mercurio cedere uiſa meo.

De qua Venere late uidebimꝰ ĩ dictione Praxiteles.Sꝫ ut ait Pli.li.xxxvi.naturalis hiſto.ſunt in cnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificuꝫ Liber pater Bryaſidis:& alter Scopæ & Minerua.

Cnoſus cum.c.exili ſequẽte.n.ĩ eadem ſyllaba ſcribit̃:urbs fuit ĩ creta Minois regia:unde cnoſius cnoſia cnoſium deriuat̃:quæ ob uicinitatẽ litterarum moderniores cum.g.ſcribunt.Virgi.lib.geor.primo:Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ:quam a Vulcano fabricatam Ariadne filia Minois a Venere dono accæpit:ut in dictione Ariadne uidimus.

Coaſpis cũ.c.exili &.i.latino ſcribit̃:fluuius eſt medoꝝ:q apud ꝑſas ĩ tigrĩ decurrit.huiꝰ aq̃ teſte Solino adeo dulcis ẽ:ꝙ q̃diu reges ꝑſaꝝ ĩ regno erãt:ex eo ſibi pocula ſemꝑ uolebãt:& ſi ꝑegre graderet̃ ſecũ deferebãt

Cocytus abſq; aliqua aſpiratione & cũ.y.græco ſcribit̃:habetq; apud noſtros accẽtum ĩ penultima:fluuiꝰ dicitur ĩfernalis:q ex ſtyge palude naſcit̃:& a poetis ſæpius decantatur.

Cochlea prima cum.c.exili & ſequẽs cuꝫ.ch.aſpirato ſcribit̃:teſta eſt limacæ:quæ & nõnunq̃ pro ipſa limaca ponitur:ut Plinius libro.xviii.limacæ inquit naſcunt̃ in uitia:& aliquando e terra cochleæ minutæ mirum in modum erodentes eam.

Cochliarium prima cũ.c.exili:ſequens cum.ch.aſpirato ſcribit̃:ſequẽte.l.&.i.latĩo utrobiq; ſcribit̃:& a cochlea ob eius ſimilitudinem deriuatum eſt.

Cocche ut ĩ antiquiſſimis & emẽdatiſſimis codicibꝰ noſtris cõperi:prĩa cũ.c.exili utrobiq; & ultima cum.ch.aſpirato ſcribit̃.Nam apud græcos nuſq̃ dictionẽ hãc legi:quã tamen qdam græcam eẽ cõtendũt: nec illiꝰ deriuationẽ exquirere ualui:& ut qdam putãt uinum corruptũ deſignat:quod indicare uidet̃ Iuue.cũ ait ĩ ſatyra Vmbritii:Cuius aceto:Cuiꝰ cocche tumes.nec ſtare põt cõcha ut qdam ſyllabarũ ignari male legunt Sed ſtare tamen põt cõche ꝓ piſce quod inueniri nõnulli affirmant in Martiale.

Cocles cũ.c.exili utrobiq; ſcribit̃:fuit teſte Herodiano grãmatico tractatu de noĩe apꝰ antiquiſſimos cognomen habẽtium unũ oculũ:unde oculũ a latinis primo tractũ qdã uolũt.fuit itaq; apud romanos cognomen

Horatii cuiuſdam inclyti & fortiſſimi ciuis dicente Plinio de uiris illuſtribus cum Porſena primo ĩpetu cæ-
piſſet ianiculum. Horatius cocles illo cognomine quod in alio prælio oculum amiſerat: ꝓ põte ſublicio ſte-
tit: quem fuiſſe ligneum dixit Seruius ſuper. viii. æneí. Et tãdiu hoſtium impetuꝫ ſolus ille ſuſtinuit: quãdiu
pontem poſt ſe cõfractũ fuiſſe a ſuis pſenſit. Et inde ꝓut erat armatus in thyberim ſe cõiæcit: atque ad ſuos
enatans magna cum gloria euaſit: dicente Virgi. libro. viii. ænei. Illum indignanti ſimilem ſimileq; minanti
Aſpiceres pontem: qa auderet uellere cocles.

C odrus cum. c. exili ſcribitˀ: fuit teſte Seruio in Dalphnim dux atheniẽſiũ: qui orto bello iter laconas & athe-
nienſes. Cum reſpondiſſet oraculum illos poſſe uincere: quoruꝫ dux periſſet: habitu humili profectus ẽ ad
hoſtium uicina tentoria: & illic iurgio eos in cædem ſuã inſtigauit. Quare a nullo cognitis & interfectꝰ fecit
locũ oraculo. Vnde teſte Iuſtio li. ii. hoſtes cognito Codri corpe ꝑ ãnulũ quẽ geſtabat: ſine ꝓlio diſceſſerũt.

C œmiterium abſq; aliqua aſpiratione & cũ. œ. diphth. ĩ prima atq; . i. latino utrobiq; ſcribitˀ. Et a græco uer-
bo deducitur: quod ẽ κοιμομαι. i. dormio: cum mortui eo in loco dormire dicantur.

C œnobium prima cũ. c. exili &. œ. diphth. penultima cum. i. latino ſcribitˀ: locus dicitˀ in quo communis uita
ducitur. Nam cõponitˀ: a κοινοσ quod eſt cõmunis: & βιοσ uita.

C œna cum. c. exili &. œ. diphthongo ſcribitˀ. Nam a κοίνη quo eſt cõmunis tranſfertur: qa plures ſemper in
cõmune cœnare cõſueuerant. Vnde reprælendit eos Iuue. in. i. ſatyra qui cõtra maiorum cõſuetudinẽ ſe-
creto cœnabãt: & ut ita dicam cõtra uocabuli inſtitutionem agerent. Quũ dixit: Quis fercula ſeptẽ Secreto
cœnauit auus. Et in eadem ſatyra: Optima ſiluarum interea pelagiq; uorabit Rex horum: uacuiſq; toris tã-
tum ipſe iacebit. Nam ut ait Feſtus id olim erat cœna quod dicitur prandium: ab ea hoim cõitate cœna dici
potuerit: & ſic quoq; a poetis noſtris ꝓ utroq; obſeruatum uidetˀ.

C œnaculum cum. c. exili utrobiq; &. œ. diphth. ſcribitˀ. Et a cœnando nomen aſſumpſit: locus eſt ſupior do
mus ad cœnandũ aptꝰ: hoc ẽ ſine inferiore taberna & officina. Vnde non tam ꝓ loco cœnandi q̃ ꝓ parte do
mus ſupiore dicitur: accipitur dicente Varrone Vbi cœnabant cœnaculum uocitabant: poſtq̃ in ſuperiori
pte cœnitare cœperunt: Supior domus uniuerſa cœnaculum dicta. accipitˀ etiaꝫ a poetis noſtris nõnunq̃ ſi-
gnificatiõe diminutiua ꝓ loco ubi pauperes & iopes cœnare cõſueuerũt. Iuue. ĩ ſatyra Oibus in terris ĩquit
Temporibꝰ diris igitˀ iuſſuq; neronis Longinũ & magnos ſenecæ prædiuitis hortos Clauſit: & egregias la-
teranorum obſidet ædes Tota cohors: rarus uenit in cœnacula miles.

C œnatio cũ. œ. diphth. ſimiliter ſcribitˀ: & a cœnãdo deducitˀ. Ponitˀ a noſtris poetis ꝓ loco ad cœnandum: ſꝫ
in imo domus. Iuue. in ſatyra Et ſpes & ratio inqt: Et algentem rapiat cœnatio ſolem.

C œlum ut qdam uolũt cũ. œ. diphth. ſcribitˀ. Et deducũt a cœlo uerbo quod ẽ ſculpo: uerbũ uero a κοιλον
quod ẽ cõcauũ: qa ĩ ſcultura id neceſſario exigi dicũt. Et inde cœlebs: oĩa cũ. œ. diphth. ſcribunt. Alñs uero
magis placet cũ. æ. diphth. ſcribẽda hæc eſſe: ſecundũ quod latius uidebimꝰ ĩ dictione diphthongus.

C œleſyria prima cum. c. exili &. œ. diphth. antepenultima cum. y. græco & penultima cuꝫ. i. latino ſcribitur
uocabulum eſt quo qdam ex noſtris antiquis uſi ſunt: indicantes per illud cauam ſyriaꝫ. Nam ex κοιλη qdˀ
eſt caua: & σύρια componitur.

C œus cum. c. exili &. œ. diphth. ſcribitˀ: fuit gigas filius Titani & Terræ: qui in cœa ĩſula ſuperbiſſime regnũ
tenuit: a quo inſula traxiſſe nomen dicitur: de quo meminit Virgilius libro georgico. primo cũ ait: Cœũq;
iapetumq; creat: ſcæuũq; typhœa.

C olaphizo cũ. c. exili & unico. l. atq; . i. latino &. z. conſonãte ſcribitˀ: idem ẽ quod apud nos alapã incutio.

C olaphus cum. c. exili & unico. l. ſcribitˀ: a noſtris quibuſdam alapa dicitur: & deſcẽdit a κολαφιζω: quod
eſt alapam incutio. Iuue. in ſatyra: Scire uelim ait: Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. Terẽ-
tius plus qngentos colaphos infrægit mihi.

C olyma cũ. c. exili & unico. l. atq; . y. græco ſcribitˀ: dici põt a noſtris uetatio: quo uocabulo uſum Afraniũ di-
cunt in menæchinis cũ ait: colyma a lenone ſancitum ẽ. Naꝫ deriuatˀ a κολυω quod ẽ ueto: quod in ꝑterito
facit uetui & ſupino uetitum: inde uetatio & non uetitio. Nam nomina quæ ueniunt a uerbis primæ cõiu-
gationis poſitionẽ ſupini habẽtibus in itum uel in ctum: præter cæterorum uerborũ legem exeũt in atio nõ
in itio nec in ctio: ut præſto præſtiti præſtitum: præſtatio nõ præſtitio: cubo cubui cubitum: cubatio non cu-
bitio: domitum domatio: nõ domitio: ſonitum ſonatio non ſonitio: crepitum crepatio: nõ crepitio: tonitũ
tonatio nõ tonitio: licet dicamus ſonitus crepitus tonitus: non ſonatus crepatus tonatus. Frictuꝫ fricatio nõ
frictio: & ita in cæteris. Sectio tamen crebrius reperitˀ q̃ ſecatio. Lauo & poto non habent ſupina neq; ĩ atũ
neq; in itum neq; in ctum: ſed in otum. Idem formant nomina ſua lotio & potio. Vnde ſunt lotor & potor
nomina uerbalia: & lotium pro urina: prima tamen breui non longa. Aliquando reperitur lauatum & po-
tatum: unde ſunt lauatio & potatio: lauatorq; & potator. Iuuo uero alio modo format deriuatiuũ uidelicꝫ
iutum. Cæterum ex alio ſupino iuuatum facit iuuatio: ab illo fit iutor: ſeu potiꝰ adiutor. Ex cæteris aũt pau
ca ſunt nomina uerbalia in or. ut domitor & nõ domator. Et ſector q ſignificat uenditorẽ bonoꝝ exulis: &
ut aliqui uolunt emptorem. Et ſectio ipſa hæc actio.

C olyphium prima cũ. c. exili: ſequẽs cuꝫ. y. græco: & penultima cum. ph. aſpirato &. i. latino ſcribitˀ. Et apud

quoſdam poetas græcos:uti apud noſtros ꝓ cibo:quo luctatores utebant̃.ut Iuue.in ſatyra Vltra ſauromatas:Luctantur paucæ comedũt colyphia paucæ.

C olica cũ.c.exili utrobiq;:& unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:paſſio ẽ iteſtini:quod græce colon dicitur:Vnde nomen aſſumpſit.

C oboliũ cũ.c.exili & unico.l.atq;.i.latio ſcribit̃:Veſtis erat ſine manicis:& deſcẽdit a κολόβω qđ ẽ breuio.

C olocaſia cũ.c.exili utrobiq; & unico.l.atq; unico.s.&.i.latino ſcribit̃.Eſt teſte Pli.li.xxi.natu.hiſto.nobiliſſima herba in ægypto:quam cyamon aliqui uocant:ſpectabilis foliis & latiſſimis etiam ſi ad arbores comparentur:quæ cũ aqua in uaſis ſæpe implexa gratiſſimam potationem reddũt ꝓducitq; fabã in arenoſo ſolo decoctam:quæ gratum etiam ad nos traducta ſaporem reddit.hæc ille.Vnde eam eſſe puto:quam fabaʒ ægyptiam uulgo uocamus.

C olocynta abſq; aſpiratione:& cũ.y.græco ſcribit̃:quam noſtri tranſcribere in penultima cum.q.conſonãte conſueuerunt:ac conuertẽtes.y.græcum in.u.& ſuperaddentes.i.latinum dicũt coloquinta:& ẽ teſte Diaſcoride agreſtis cucurbita.

C olchos prima cum.c.exili:& ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:regio eſt iuxta põtum ex parte aſiæ:quæ regnum fuit Oetæ regis.

C olla cũ.c.exili & duplicato.l.ſcribit̃:a noſtris dicitur gluten.

C ollyriũ pria cũ.c.exili:ſequẽs cũ.y.græco:& penultima cũ.i.latino ſcribit̃:medicamẽ ẽ oculoꝝ.Vnde Iuue.in ſatyra Credo pudiciciã ait:Et prurit frictꝰ ocelli angulus inſpecta geneſi collyria poſcit.

C olophon cũ.c.exili & unico.l.ſcribit̃:urbs in lydia:quã quidã nobilẽ ferũt ex oraculo clarii Apollinis.

C olon cum.c.exili & unico.l. ſcribitur:dici poteſt a nobis artus membrum & internodium.Eſtq; etiam nomen inteſtini.

C oloſſus cum.c.exili & unico.l.atq; duplicato.s.ſcribit̃:græcum uocabulum eſt:& a κόλον:quod eſt membrum deducit̃.Itaq; ꝑ membroſa & alta ſtatua ponit̃.Vnde ait Pli.li.xxxiiii.natu.hiſto.moles quippe excogitatas uidemus ſtatuarum:quas coloſſos uocãt turribꝰ pares:talis eſt in capitolio Apollo tranſlatus a Lucullo ex apollonia ponti urbe.xxx. cubitorũ qngentis de talẽtis factꝰ.Talis in cãpo martio Iuppiter a Claudio Cæſare dicatus:qui decorat̃ pompeiani theatri uicinitate:talis & Tarenti factꝰ a Lyſippo.xl.cubitorum Refert etiam Apion græcus hiſtoricus q Pliſtonices cognominat̃:& paulo ante Plinium fuit adhuc tunc in labyrintho ægypti coloſſum eẽ Serapis:e ſmaragdo cubitorũ.ix.Sed ante oẽs teſte Pli.in admiratione fuit Solis coloſſus rhodi:quem fecerat Clares lyndius Lyſippi ſupradicti diſcipulus:qui.lxx.cubitorum altitudinis fuit.Qui poſt qnquageſimum ſextũ ãnum terræmotu ꝓſtratus:iacens quoq; miraculo ẽ.Pauci pollicẽ eiꝰ amplectunt̃.Maiores ſunt digiti q̃ꝫ plæræq; ſtatuæ:uaſti ſpecus hiant defractis mẽbris.Spectant̃ intꝰ magnæ molis ſaxa:quorũ pondere ſtabiliuerat illud cõſtituens.xii.ãnis tradunt effectum trecẽtis talentis : quæ cõtulerant ex apparatu regis Demetrii relicto.Sunt alii cẽtum minores i eadẽ urbe ubicũq; ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum.Fuit & in galliæ ciuitate aluernis Mercurius oẽm amplitudinem eiꝰ generis ſtatuarũ ea ætate uincens:quæ Xenodorus fecit.Is poſtq̃ꝫ ſatis artem ibi approbauerat:romaʒ accitus eſt a Nerone:ubi deſtiantum illius principis coloſſum fecit cẽtum.xx.pedũ.De quo uidebimus in dictiõe Roma.Nam ab eo amphitheatrũ ꝓpinquũ coloſſeum uocatum ẽ.De quo Martialis li.i.epigrãmatum inquit: Hic ubi ſidereꝰ ꝓpius uidet aſtra coloſſus : Et creſcunt media pægmata cælſa uia:hoc ẽ amphitheatrũ ubi pægmata.i.ludi exercebantur.Et pergit:Inuidioſa feri radiabant atria regis ideſt Neronis.Nam ibi domus eiꝰ aurea fuerat Vnaq; iam tota ſtabat in urbe domus.

C ollyiuſta cũ.c.exili & duplicato.l.ſequẽte.y.græco:& cũ.i.latio i penultima ſcribit̃:dicit̃ a noſtris nũmularius:& minutꝰ mẽſarius:q & idem forte ab illis trapezita uocat̃:cũ & collyiuſta trapezas habeat.

C olpus cũ.c.exili &.p.nõnunq̃ꝫ qdem exili:nõnunq̃ꝫ uero aſpirato ſcribit̃:dicit̃ a noſtris ſinus.

C oma cum.c.exili & unico.m.ſcribitur.Et ſi habeat primã breuem capillorum ornatum indicat.Nam tunc quoq; a græcis cum.o.ꝑuo ſcribit̃.Si uero habeat illã longam uillã deſignat:& cuʒ.o.magno apud græcos deſcribit̃.Et differt ſecũdum aliquos coma a cæſarie.Quia a cædendo cæſaries dicta fert̃.Et coma capillos non cæſos indicat ἀπό τοῦ κόπτω κατὰ τὴν ἀντίφρασιν.

C omma generis neutri cũ duplicato.m.ſcribit̃:& dicit apud nos ꝑtem:nam deriuat̃ ἀπὸ τοῦ κόπτω.

C omarus cum.c.exili & unico.m.ſcribitur:dicitur teſte Plinio libro.xv.naturalis hiſtoriæ:a noſtris arbutus eſt etiam genus mori.

C omata abſq; aliqua aſpiratione:& cũ unico.m.ſcribit̃:nomẽ ẽ paſtoris:de quo ſæpe Theocritus:qn & gallorum regionis cognomẽ:ubi grandem illi deferũt comam.

C ometes abſq; aliqua aſpiratione ſcribit̃:& deriuatur a coma quam habere uidetur:ob quod teſte Plinio li.ii.naturalis hiſto.crinita latine dicitur:& infra ſubdit cometes in uno totius orbis loco colitur.In templo romæ admodum fauſtus diuo Auguſto indicatus ab ipſo qui inſpiciente eo apparuit i ludis quos faciebat Veneri genitrici:non multo poſt obitum patris Cæſaris in collegio ab eo iſtituto. De quo Virgiliuʒ itellexiſſe puto cum ait:Ecce dionei præceſſit cæſaris aſtrum.Maxime cũ nõ multo poſt dicat Pli.eo ſidere ſignificari

uulgo creditur Cæſaris aīam inter deorū imortalium numina recæptā. Quo nomine id inſigni ſimulachro
capiti eius:quod mox in foro cōſecrauimus adiectum eſt.
C omœdia cum.c.exili &.œ.diphth.in antepenultima atq;.i.latino in penultima ſcribitur : componiturq; ꝑ
modum quo ſupra in generalibus ꝑcæptis late oſtendimus. Sane fuit comœdia apud græcos duplicis gene
ris:antiqua.ſ.& noua. Antiqua qdem teſte Quintiliano cum ſincæram illam ſermonis attici gratiam prope
ſola retinet:tum facūdiſſime libertatis in uitiis inſectandis ē præcipua. Qua quidē & pro noſtra ſatyra græ-
cos uſos fuiſſe demonſtrat. Fuerūtq; in ea præcipui Ariſtophanes Eupolis & Cratinus:ut in dictōne Prolo-
gus late demonſtrabimus. Noua uero comœdia eadē uia qua & noſtra incedit:ī qua nos claudicaſſe Qui-
tilianus dicit:& ut ait uix leuem umbram græcorū ſeqmur:adeo ut ſermo ipſe romanus nō recipere uideať
illam ſolam conceſſam atticis Venerem:in quo genere eodem teſte ꝑcipuus & admirandus fuit Menander
ut in ea dictione uidebimus:apud nos uero plures fuerūt:ſed ſoli iam reſtant Terentius & Plautus. De quo
Varro Epiſtilonis ſentētia muſas plautino dixit ſermone locuturas fuiſſe:ſi latine loqui uellēt. Sȝ habuimꝰ
olim Cæciliū:Neuium:Licinium:Attiliū:Turpilium:Trabeā:Lucetium: Ennium. De qbus Iulianus ſedicꝰ
teſte Aulo Gellio hos uerſus edidit:
Multos incertos certare hanc rem uidemus:
Palmam poetæ comico cui deferant.
Cum meo iudicio errorem diſſoluam tibi:
Vt contra ſiquis ſentiat:nil ſentiat:
Cæcilio palmam ſtatuo de comico.
Plautus ſecūdus facile exuperat cæteros.
Deinde neuius:qui ſeruet pretio in tertio:
Si erit quod quarto detur dabitur licino.
Poſt inſequi licinium facio attilium.
In ſexto ſequitur hos terentius.
Turpilius ſeptimum:trabea octauū obtinet.
In nono loco eſſe facile facio lucetium.
Decimum addo antiqtatis cā ennium. Quam ſane ſentētiam cōfirmare uideť Gellius:ſed non plane Cicero
& Quintilianus. Vnde ait ille ad Atticū li.viii.epiſtola.iii.ſecutuſq; ſum non dico Cæciliū inane ut ex portu
in pyræo malus eni auctor latinitatis eſt. Sed Terentium:cuiꝰ fabellæ ꝓpter elegātiam ſermonis putabanťa
C.Lelio ſcribi.heri aliquot adoleſcētuli coimus in pyreū. Quintilianus in.x.in comœdia maxime claudica-
uimus:ſic Cæcilium ueteres laudibꝰ ferant:licet Terentii ſcripta ad Scipionē aphricanum referantur. Quæ
tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima:& plus adhuc habitura gratiæ ſi intra uerſus trimetros ſtetiſſent.
Sane a comœdia comicꝰ deduciť. Et is diciť q comœdiam cōpoſuit.ut Cæcilius Plautus & reliqui. Comœdi
uero ſunt repræſentatores actoreſq; comœdiaꝝ:ſicut tragicus q tragœdiam cōficit:& tragœdus repræſen
tator actorq; tragœdiarum.
C oncha prima cū.c.exili:& altera cū.ch.aſpirato ſcribiť:genus ē piſcis ex cancroꝝ genere carentis oculis: ut
dixit Pli.li.ix.natu.hiſto.quæ teſte Solino potiſſime ſunt ī mari indico:in qbus ut ait repiť margarita genus
lapidis ꝑcioſi. Quin & ī eadem orthographia uolūt ꝓ uaſi capi & tuba. Alii uero ꝓ his latinā dictionem uo
lunt:& ſine aſpiratiōe ultimæ ſcribēdam dicūt:ita ut dicatur quaſi cōcaua.
C onchylia prima cū.c.exili:ſequens cū.ch.aſpirato &.y.græco penultīa cū unico.l.&.i.latino ſcribiť:genus
eſt piſcium in mari aſſyrico & indico.ex quoꝝ inciſis conchis lachrymæ emanant:qbꝰ purpura tingiť. Idem
murices dicunť & ſarræ:ut Virgi.ī.iiii.æneī. Ardebat murice læna:& li.georgi.ii. Vt gēma bibat & ſarrano
dormiat oſtro. Quare Iuue.ī.iii.ſatyra de adulatoribꝰ græcis loquens īquit:Horū ego nō fugiā cōchylia.ī.
purpuras adulationes uel uenena:ut Virgi.li.georgi.ii. Alba neq; aſſyrio fucaťlana ueneno.
C onon cū.c.exili hoc ē ſine aſpiratione ſcribiť:fuit uir athenienſis q tpe pelopōneſiaci belli ad rempublicā
ſe contulit:in qua magna qdem peregit. Nam teſte Aemilio ꝓbo ꝑtor pedeſtribus exercitibus ꝑfuit. Et ꝑfe
ctus deinde claſſis creatus res magnas mari gæſſit:in qua poteſtate phæras cæpit lacedæmoniorū coloniam
Idem in extremo pelopōneſiaco bello ꝑtor erat:cū apud ægos flumē copiæ athenienſium a Lyſandro ſunt
deuictæ:ſed tūc quoq; affuiſſe Cononē conſtat:ex quo peius res adminiſtratæ in eam calamitatē deuenerūt
Verum cū rebus afflictis patriam obſideri audiſſet:non quæſiuit ubi tuto uiueret:ſed unde ciuibꝰ ſuis pſi-
dio eſſe poſſit:quod tantis laboribus & periculis confecit:ut ultio a Tyriabazo qui ſardis præerat:ſub ami
ciciæ ſpecie conuocatus in uincula cōiectus eēt:in quibus aliquādiu fuit ſed ut nōnulli ſcribunt inde ad pſa-
rum regem deductꝰ apud eum periit. At Dion hiſtoricus q fideliter pſica ſcripſiſſe diciť: effugiſſe eū ſcribit
& dubitat an Tyriabazo id ſciente uel īprudente factum fuerit.
C onopeum cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribiť:genus eſt tentorii ex filo contexti: quod ad euitādos
culices ſupra lectum explicari conſueuit. Nam κωνώψ græce latine culex dicitur. De quo Iuue.ī ſatyra.vi.
Vt teſtudineo tibi lentule conopeo.

C ontus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:& dicitur apud nos ptica ſiue ſudes.

C holera cum.ch.aſpirato ſcribit’:dicitur a noſtris bilis.Iuue.in ſatyra Credo pudicicia; ait:Nauſeat atq; oculis bilem ſubſtringit opertis.

C octona prima cũ.c.exili:ſeq̃ués cum.ct.ſimiliter non aſpiratis ſcribit’.Et ẽ neutri generis ac pluralis numeri apud græcos ficoꝶ genus eẽ comperi:quæ quidem ab urbe ſyriæ:quæ cocton dicebatur nomen aſſumpſerunt.Idem Pli.li.xiii.natu.hiſto.confirmaſſe uidetur:dicens ficorũ caritas minor ẽ eiꝰ generis:quæ coctona uocant.Et imediate ſubdit item pruna in damaſco ſyriæ nata:& miſſa:utraq; iam familiaria.Idem Iuue.ſenſiſſe uidet’in ſatyra Vmbritii:cũ dixit de adulatore græculo: Aduectus romá quo pruna & coctona uento.hoc ẽ eodem modo uenalis.Quin & ꝑuas eſſe ficus oſtendere uidetur Martialis in.vii.Paruaq; cũ canis uenerunt coctona prunis.Et circa ultimum operis inqut:

Hæc tibi quæ cocta uenerunt coctona menſa.
Si maiora forent coctona ficus erat.

C oons cum.c.exili & duplicato.o.ſcribitur:fuit teſte Homero li.xi.iliados:primogenitus filiorũ Antenoris q’cum Iphidamantis fratris mortem ab Agaménone illatam uindicare uellet: & Agaménonem ſolus uulneraſſet:ab eodem & ip̃e interfectus eſt.

C ophinus cũ.c.exili &.i.latino ſcribit’:dicitur latine corbis.

C orax cũ.c.exili ſcribit’:fuit unus frater Tyburti:ut uidebimꝰ ĩ dictiõe tybur:& oppidũ uulſcorum ab eo cognominatũ.Alter fuit orator ſiculus:q & Tiſias primi artificioſe dicẽdi præcæpta litteris mandaſſe dicunt’.

C orybátes abſq; aliqua aſpiratione & cum.y.græco ſcribit’:populi fuiſſe dicunt’ in creta: qui una & curetes Iouem infanté aluerunt.Nam ut dixit Ouidius li.iiii.faſtorum:

Pars clypeos manibus:galeas ꝑs tundit inanes:
Hoc curetes agunt:hoc corybantes opus.

C orydalus cũ.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribit’:genus ẽ auiculæ.

C orycus cũ.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribit’:fuit ciliciæ urbs:& eiuſdem nominis portus:ac ſimiliter mons optimum crocũ deferens:in quo antrum illud eodem nomine famoſum a poetis & hiſtoricis eſſe celebrat’.Nam ut ait Solinus ẽ ibidẽ ſpecus:q monté impoſitum mari a ſummo cauat uertice:patulus hiatu ampliſſimo:ut etiam Pomponius cõfirmauit q de huiuſcemodi ſpecu plura & admiranda cõſcribũt: imo & tribus ſpecubus diſtinctũ illũ eẽ exponunt.Quoꝶ ultimũ typhoneum uocant.de quo Lucanꝰ:Antraq; lætiferi rabiem typhonis anhelát.Simili mõ & oĩa a coryco deſcendentia ſcribũt’:ut corycius:ut Virgi.li.georgi.iiii.Namq; ſub œbaliæ memini me turribꝰ altis Coryciũ uidiſſe ſenẽ.Eſt etiá corycus collis aliꝰ apud delphos cũ ſimili ſpecu:ut Homerus in hymnis Herodotuſq;:& alii q̃; plures oſtendũt.

C ortina abſq; aliqua aſpiratione & cũ.i.latino ſcribit’:ab aliquibꝰ græcũ dicit’ uocabulum.Ego uero illud latinum potius puto: & a coriis tractum ex qbꝰ prio cõficiebant’:qbus & nõnunq̃; loca magis abdita ab aliis in tẽplis ſepari cõſueuerant.Quare & ꝑ eiuſmodi loco poſitum cõperit’.Virgi.li.æneí.iii. Et mugire adytis cortina recluſis.ubi ait Seruius:cortina locus eſt unde oraculi ꝓcæptũ datur.Pli.uero li.xxxiiii.na.hiſto.ſentire uidet’cortinam etiá tripodẽ eẽ Apollinis cum ait:ex ære factitauere & cortinas tripodu; nomie delphicas:quoniá ludis maxime Apollinis delphici dicabãtur.hæc ille.iuxta quod Virgi.li.vi.ænei.dixiſſe uidetur:Neq; te phœbi cortina feſellit.Verũ ut inqt Seruius ĩ.iii.ænei.dicit’cortía:uel quod Apollinis tripos corio phytonis tectꝰ ẽ:uel quia certa illic reſponſa tradũtur:quaſi certina.Vel quod eſt uerius qa cor illic uatis tẽditur.Nam cauerna quædam in tẽplo Apollinis fuit:ad quam phœbas rapta uaticinabatur:ut oſtẽdit Lucanus in.v.hæc Seruius.

C ortyna uero cũ.y.græco &.c.ĩ initio ꝓ urbe cretæ a modernis qbuſdá ſcribit’:ſed qa apud græcos cũ.g.littera habet’:& id ab antiqs noſtris obſeruatum legimꝰ:de ea uidebimus in dictiõe gortyna.

C orydon cũ.c.exili &.y.græco ſcribit’:nomen ẽ paſtoris.De quo ſæpe Theocritus & Virgilius.

C orcyra cũ.c.exili utrobiq; &.y.græco ſcribit’:inſula ẽ ĩ mari ionio olim phæacũ patria & Alcinoi regnu;:& a corcyra corcyretus corcyreta corcyretum deducit’.Martialis in ultĩo:Aut corcyreti ſunt hæc de frondibꝰ horti:Aut hæc maſſyli poma draconis erant.De hac etiá Pli.li.iiii.natu.hiſto.

C orylus cũ.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribit’:ut etiá teſtis eſt Priſcianus li.i.ubi tractat de mutis circa finem capituli:ubi ex huiuſmõi ſcriptura cũ.y.græco arguit:corylu; & nymphá a græcis eẽ accæpta:habetq; accentũ in prima:& eſt arbor ac fructus:quæ a noſtris dicit’auellana a loco.ſ.ubi primũ compta fuit:de qbꝰ Virgi.in bucoli. Phyllis amat corylos.Et li.georgi.ii.Neue inter uites corylum ſere.

C orymbꝰ cũ.c.exili &.y.græco ſcribit’:ꝓprie fructꝰ ẽ hederæ:unde Virgi.in Palæmone:Diffuſos hedera ueſtit pallẽtem corymbos:& inde corymbiferus.ut Oui.li.faſto.i.Feſta corymbiferi celebrabat græcia bacchi

C orinthus cum.c.exili &.i.latino:atq;.th.aſpirato ſcribit’:urbs fuit achaiæ:quæ primũ teſte Euſebio lib. de tẽporibus a Siſypho latrone Aeoli filio ſuper iſthmon in medio maris ionii & ægæi cõſtructa fuit:& ut ĩ quibuſdam Homeri gloſulis comperi: Cercyra cognominata fuit. Deinde aucta Ephyra uocata:ſed poſt hæc euerſa:& ab Corintho Oreſtis filio inſtaurata:corinthus teſte Euſebio de temporibus cognominata fuit.

Vltimo a romanis fuit incenſa:ut oſtendit Florus de bello achaico:& Iuſtin⁹li.xxxiii.Fuitq; teſte Apulegio li.x.de magia regionis caput:& a corintho corinthiacus.i.corinthius deducit᷑.Oui.li.i.triſtium:
Illa corinthiacis primum mihi cognita cenchris.

C oritus abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribit᷑:oppidum ē hetruriæ ſup ꝑuo colle eiuſdem nominis poſitum:& tyrrheno mari ad tria milia paſſuū ꝓpinquū cōditumq; a Corito rege:dicēte Virgilio li.æneí.vii.
His ortus in agris Dardanus idæas phrygiæ penetrauit ad urbes.Et ſubdit:Huic illū coriti tyrrhena a ſede ꝑfectū.Vnde ipi⁹Coriti filius putat᷑ Dardanus:q̄q̄ a poetis ex eis uxore & Ioue ꝓcreatus dicatur.

C orobius cum.c.exili &.i.latino ſcribit᷑:nomen eſt uiri ꝓprium.

C orone cum.c.exili ſcribitur:urbs eſt achaiæ:teſte Pli.libro.iiii.naturalis hiſto.a qua coronæus ſinus cuȝ.æ.diphthongo cognominatus eſt.

C horus cū.ch.aſpirato ſcribit᷑.Et fuit in diuerſis tēporib⁹diuerſus ac ī diuerſis actibus uarius. Et teſte Feſto deriuatur a corona quæ ſine aſpiratiōe ſcribit᷑:ſed ut ait in deriuatiuo aſpirationē aſſumit.Sane teſte Quitiliano a nōnullis uetuſtioribus corona aſpirabat᷑:quod ex qbuſdam inſcriptionib⁹ei⁹ tēporis apparere dixit:eodē modo chenturiones & præchones cū.ch.aſpirato ſcribebāt. Quod ſi ueram Feſtus deriuationem a corona poſuit:latinum eſſet chorus & non græcum.Cuius contrarium apud græcos habetur. Ideo Platoni magis credendū ē:q ait:nō longe ab initio ſecūdi libri de legib⁹chorus a χάρα:quæ ē lætícia nūcupat᷑

C horaules cum.ch.aſpirato ſcribit᷑:nomen ē tam muſici inſtrumēti quo pulſabat᷑ad chorum:q̄ uiri cognomen pulſantis.Iuue.in ſatyra Credo pudiciciā ait:Ambroſiuſq; choraules.

C horaſmi cū.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:populi ſunt aſiatici teſte Hero.li.hiſto.iii.

C horda cū.ch.aſpirato ſcribitur:& dictio græca ponit᷑a Iulio Polluce.

C horea pria cū.ch.aſpirato:& penultima cū.e.abſq; diphth.ſcribit᷑:licet apud græcos ſit.ei. diphthongus:quæ in.e.longam cōuerſa ē:ut iuuat īdulgere choreis.Sane a Virgilio metri cā corripit᷑ ī.vii.æneí.cū ait:
Pars pedibus plaudūt choreas:& carmina dicunt.

C horebus cum.ch.aſpirato ſcribit᷑:nomen eſt uiri ꝓprium.

C horineus cū.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:nomen ē uiri ꝓprium.

C horiambus cū.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:pes eſt choris q̄aptiſſimū carmen reddens.Cōſtat ex ſyllabis quattuor:pria longa:duab⁹ſequentib⁹breuibus:& ultia longa.Horatius in primo carminū:Lydia dic per oēs.qui uerſiculus cōſtat ex choriābo & bacchio:ubi lydia ipm.a.correptum habet.

C os cū.c.exili ſcribit᷑:urbs ē dorica:& ut puto a cote q apud nos lapis dicit᷑nomen aſſumpſit.Horatius ī carminibus:Ardentes acuens ſagittas cote cruenta.

C oſmus cū.c.exili ſcribit᷑:dici pōt latine ornatus uel ornamētum.Nam deriuatur a κοσμω : quod eſt orno & decoro.Nōnunq̄ uero & ꝓ ipo unguento quod ornat poſitum legim⁹.ut Iuue.in ſatyra Stēmata quid faciunt ait:Et coſmi toto merſat᷑ aheno.Martialis in.xi.Quod coſmi redolent alabaſtra fociq; deorum. Et inde coſmianus:ut idem Martialis:Qui uino madeat:nec erubeſcat:Pingui ſordib⁹ eē coſmiano:Ludet cū pueris amet puellas.Nōnulli uero putāt nomen illud Coſmi hoīs cuiuſdam unguentarii ꝓprium magis a poetis fuiſſe poſitum:q̄ꝓ unguento ipo:ita ut dicatur ahenum Coſmi.i.optimi illius unguentarii: alabaſtrum coſmi:quod.ſ.ille cum unguento uenditare ſolebat:ut ſimiliter balnea Criſpini:balnea Stephani. Martialis eodem li. Scis q̄ ſint ſtephani balnea iuncta mihi.Ita ut q huiuſcemodi delicias: quæ ad ornatū faciebāt uenditabant coſmus diceret᷑.ut idem poeta circa finem operis:Delicias coſmi uos redolete nurus. Et ab eo unguentum ꝙ ille compoſuerat:coſmianus uocaret᷑.idem Martialis ī.xii.clare mōſtrat cū ait:Aut librā petit illa coſmiani: ubi uenalis rei pondus expreſſit:itaq; cū diuerſis ornamentis decoratus ſit mūdus coſmus a græcis dicitur.Vnde coſmographia deducitur.

C oſmographia cū.c.exili &.i.latino ſcribit᷑:eſt deſcriptio mundi:eiuſq; poſitione ſcriptura & pictura.Nam componit᷑ex κόσμοσ quod eſt mundus:& γραφία quod cum ſcripturam:tum etiam picturam deſignat. Vnde fuit etiam apud romanos conſuetudo pingendi mundum:dicenta Propertio:Cogor & in tabula pictos ediſcere mundos.

C oſmeta cū.c.&.t.exilibus ſcribit᷑:dici pōt a noſtris ornator uel ornatrix. Vnde ſerui q nobiles mulieres exornare cōſueuerāt:coſmetæ uocati ſunt:dicente Iuue.ī ſatyra Credo pudiciciā:Ponūt coſmetæ tunicas.Nā a κοσμω:quod eſt orno deducitur.

C oſtus cum.c.&.t.exilibus ſcribit᷑:arbuſcula eſt aromatica.

C otys cū.c.&.t.exilibus atq;.y.græco ſcribit᷑:nomen ē uiri ꝓprium.De quo ſæpe Plutarchus meminit.

C otula abſq; aliqua aſpiratiōe ſcribit᷑:genus eſt ꝑuæ menſuræ:quæ græce κοτύλη dicit᷑:ubi illud.y.græcuȝ in.u.noſtrum cōuerſum fuit.

C othurnus cum.c.exili &.th.aſpirato ſequente a græcis:ſed a noſtris ſequēte.u.ſcribit᷑: genus eſt calciamēti teſte Seruio utriq; pedi aptum. Virgi.in buco.Suras euincta cothurno:& primo æneí.Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno.Verum nōnunq̄ ꝓ calciamento ſubleuato ſubere:quo mulieres ipſæ grādiores apparerent:a Iuue.poſitum uidetur in ſatyra Credo pudiciciam ubi ait: Si breue parui ſortita ē lateris ſpatium

breuiorq; uidetur Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis. Ponitur etiam aliquando cothurnꝰ ꝑ alto dicendi genere apud poetas. Virgi. in buco. Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno. Et a cothurno cothurnatus deducit'. Martialis i. v. epigrámatum: Grande cothurnati pone maronis opus.

Cous cũ. c. exili ſcribit': inſula ẽ in mari ægæo ſic quoq; teſte Igino a Coo filiæ Meropis cuiuſdã fœminæ: quæ in ea regnauit cognominata. Ex hac teſte Varrone li. ii. de agricultura uindemias romam deportabãt. Naꝫ duobꝰ fertiliſſimis optio uino montibꝰ referta erat: fuitq; Hippocratis & Apellis patria. Vnde ẽã adiectiuũ cous coa coum ſimili ſcriptura deducit'. Iuue. in ſatyra Stẽmata quid faciunt inqt: Sptana chlamys cõchylia coa. Nam teſte Varrone prima in arte lanificii fœminarum ornamẽtis claruit: dicẽte Oui. li. ii. de arte loquens de puella quã amas: Siue erit in tyriis: tyrios laudabis amictꝰ: Siue erit ĩ cois coa decere puta. In eadẽ dixit Solinus Homeri ſepulchrum eẽ quod in Naxo uoluit Martialis.

Crãtor cũ. c. & t. exilibꝰ ſcribit': fuit ſoleſis philoſophus: q athenas cõcedens auditor fuit Xenocratis: ſotiꝰ Palæmonis: reliquit cõmẽtaria ad. xxx. milia uerſuũ Arceſilao petenti ubi naꝫ uellet ſepeliri: reſpondit teſte Laertio in uiſceribꝰ terræ. obiit ante Cratem & Palæmonẽ morbo intercutis.

Crater abſq; aliqua aſpiratione ſcribit': ẽ cuppa grandis: dicente Virgi. circa finẽ li. i. æneí. Crateres magnos ſtatuũt & uina coronãt: & li. iii. Tũ pater anchiſes magnũ cratera corona Induit: ĩpleuitq; mero diuoſq; uocauit. Et dicit' etiam hic cratera: ut Statius li. thebaidos. x. Et bacchus in altos crateras pateraſq; redit. Et ſic ab oĩbus poetis uas magnum ad bibendũ aptũ deſignat': dicente Iuue. in ſatyra quæ incipit Natali coruine die. Vrnæ cratera capacem: & dignũ ſitiente pholo uel coniuge fuſci Bibit.

Crates abſq; aliqua aſpiratione ſcribit': fuit athenienſis philoſophus: filiꝰ Antigenis: & pago triaſius fuit academicus Polemonis auditor: illiuſq; ſucceſſor ſcholæ: q adeo ſe uiuentes ĩuicem amarũt: ut teſte Laertio eadem ſemper ſtudia ſint cõſecuti: & mortui eodem ſepulchro diſpoſiti: quos Antagoras in hanc ſententiam uerſibus exornauit. Hoc tumulo Cratẽ ac Polemonem cõditos fatere q tranſis o hoſpes: uiros cõſenſu animorum præcipuos: quorum diuino ex ore doctrina manauit ſacra: uitæq; mũdicies ſapientiæ adiuncta. Habuit Crates diſcipulos memorabiles: Inter quos fuit Arceſilaꝰ Bion Theodorꝰ. Alter fuit Crates patria thebanus & ſecta cynicus Diogeniſq; diſcipulus: quẽ Hieronymus noſter ſcripſit iæciſſe in mare magnum auri pondus dicens: abi a me uenenum. Nam uos potius mergam: q̃ ipſe a uobis mergar. Nam teſte Laertio fuit uir diues atneq; fieret cynicus. Quoſdam ex ſuis conantes illum a ꝓpoſito auertere: baculo pſequebatur. habuit uxorem Hipparchiam Metrodis ſororem: ut in ea dictione uidebimus. Demetrius uero magneſius refert eum depoſuiſſe pecuniam apud trapezitam hac cõditione: ut ſi filii ſui Idiotæ eẽnt: eam illis traderet Sin autem philoſophi eam plæbi diſtribueret. Irritans ſemel Nicodromum cæſus eſt ab eo in faciem: quare chartulam ſupraponẽs uulneri ſcripſit: Necodromus fecit. Obiit ſenex & incuruatus. Alius fuit Crates orator de Iſocratis familia. Alius uallorum effoſſor: q cum Alexandro militauit. Alius philoſophus peripateticus. Aliꝰ geometra. Alius poeta epigrãmatum. Alius etiã academicus.

Cratinus abſq; aliqua aſpiratione & i. latino ſcribit': fuit athenienſis poeta comicus clarus apud græcos in ea antiqua comœdia: quæ quaſi ſatyræ noſtræ aſſimilabat'. In qua præcipuꝰ ipſe fuit Ariſtotphãeſq; & Eupolis dicẽte Perſio: Audaci qcũq; afflante cratino Iratum eupolidẽ præ grãdi cũ ſenes palles. Similiter Horatius Eupolis atq; cratinꝰ ariſtophaneſq; poetæ. Atq; alii quoꝝ comœdia priſca uiroꝝ ẽ: & reliqua: ut uidebimꝰ ĩ dictione Prologus. Hic idem teſte Pli. li. xxxv. natu. hiſto. Pompeium athenis pinxit.

Crathis cum. c. exili & th. aſpirato atq; i. latino ſcribit': fluuius ẽ achiuorum teſte Herodoto li. hiſto. i. a quo ut ait q in Italia fluuius ſic cognominatꝰ ẽ nomen accæpit. Eſtq; fluuius calabryæ: de quo Oui. li. metamor. xv. ait: Crathis & hinc ſybaris noſtris cõterminus oris Helectro ſimiles faciũt auroq; capillos. & Theocritus ĩ æglogla quæ ĩcipit ἁιγεσ ἔμαι de illo ait καί Τύ Δέ κράθι όι ρωπον φύροισ: & reliqua. hũc dixit Oui. li. faſtorum. iii. lapidoſum eẽ cum ait:

Eſt ꝓpe piſcoſos lapidoſi crathidis amnes Paruus ager.

Craſis cũ. c. exili & i. latino ſcribit': dici põt a nobis temperamentum. & inde dyſcraſia cum. y. græco in pría diſtempamentum interpretari ualet.

Crapula cum. c. exili ſcribit': græce dicitur κρεπάλη.

Cratylus abſq; aliqua aſpiratione & y. græco atq; unico. l. ſcribit'. Nomen fuit philoſophi: cui Plato librum illum de ſignificatiõe nominũ inſcripſit.

Cratippus abſq; aliqua aſpiratione & i. latino atq; duplicato. p. ſcribit': fuit teſte Plutarcho ĩ uita Ciceronis philoſophus pipateticus. De quo Cicero li. iii. de officiis: plura locutus eſt.

Creontes abſq; aliqua aſpiratione ſcribit': fuit unus corinthiorum rex: & latrõis Siſyphi filiꝰ: q Creuſam filiã Iaſoni deſponſauit: & Medeã abdicare coegit. De quo Seneca in Medea. Alter fuit thebanꝰ pater Iocaſtæ uxoris Oedipi regis thebaꝝ: q poſt cæſos ſimul Polynicẽ & Eteoclẽ thebanos regnũ aſſumpſit: ut monſtrat Statiꝰ li. xi. & xii. ſuæ thebai. Aliꝰ fuit huiꝰ filiꝰ. Aliꝰ etiã fuit rex thebanus: & ultima Cadmi ꝓgenies: q filiam ſuam Megæram matrimonio cõiunxit Herculi. & tandẽ a Lyco cum duobus filiis regno & uita priuatꝰ fuit

Crepida cum. c. exili & i. latino ſcribitur: fuerunt teſte Seruio tuſca calciamenta: quæ corigiis ad pedes liga-

bantur. Virgi.li.æneí.viii.Et tyrrhena pedũ circũdat uincula plantis. Et ut exponit Seruius crepidas dixit:
quas primo habuere ſenatores:poſt equites romani.nunc milites. Vnde ait Horatius in ſermonib⁹ : Chry-
ſippus dicat ſapiens crepidas ſibi nunq̃:Nec ſoleas fecit. Similiter Iuue.in ſatyra Perſius uero uidet᷑ uelle cal
ciamenta fuiſſe græcorum:cum ait in.ii.ſatyra:Non hic qui in crepidas graiorum ludere geſtit . Sed ut ait
Gellius li.xiii.noctium atticarum:Crepidas & crepidulas prima ſyllaba correpta:Id genus calciamenti ap-
pellarunt:quod græci κρεπίδασ uocant:& paulum ſupra:omnia enim,inquit ferme id genus quib⁹ plan-
tarum calces tantum in fine tegunt᷑:cætera prope nuda:& teretibus habenis iuncta ſunt Soleas dixerũt nõ-
nunq̃ græca uoce crepidulas. At crepido teſte Seruio eſt abrupti ſaxi altitudo. Virgilius lib.x.ænei. Forte
ratis cælſi coniuncta crepidine ſaxi.

C riſis cũ.c.exili &.ſ.nõ duplicato atq̃.i.latino ſcribit᷑:dicitur apud nos iudicium. Vnde criticus deriuatur.

C riticus abſq̃ aſpiratione &.i.latino ſcribitur:dicitur quaſi iudicans & arguẽs. Vnde Serui⁹ ſuper.xi.ænei.
ubi ait Virgilius:Pilumno quos ipſa decus dedit orithyia inquit:Critici:culpant hoc loco Virgilium. Et Iu
uenalis Critice pelluces:

C reſſa cum.c.exili &.e.abſq̃ diphthon.atq̃ duplicato.ſ.ſcribitur:& a κρήσ quod eſt cretenſis deriuatur.
Iuue.in ſatyra:Omnibus in terris:Nec ſthenoboea minus:Quam creſſa excãduit.i.cretenſis Phœdra. Vn-
de nec creiſſam quẽadmodũ threiſſam dicere poſſum⁹. Nam creſſa ut diximus a κρήσ deſcendit: ubi apud
græcos eſt.η. abſq̃ diphthon.quod eſt.e. purum traducitur. At threiſſa cum.ei.diphth.apud græcos ſcri-
bitur uidelicet θρεῖσσα:quæ ut ſupra oſtendimus nõnunq̃ a poetis noſtris diſſoluitur. Virgi.libro æneidos
primo:Vel qualis equos threiſſa fatigat Harpalice.

C reta abſq̃ aliqua aſpiratione:&.e.abſq̃ diphth.ſcribit᷑. Et teſte Virgi.li.iii.ænei. Creta iouis magni medio
iacet inſula ponto.hãc dixit Pli.libro.iiii.natu.hiſto. Doſiades a Cretæ nympha heſperidis filia cognomina
tam uoluit. Anaximander uero a Cretæ rege curetum. Nõnulli autem alii a temperie cæli:aeream primũ di
ctam exiſtimauere. deinde macaroneſon.i.beatam inſulam.poſtea cretam a rege cognominataꝫ dixere. De
qua Ariſtoteles li.politicorum.ii.ſic ait: Videtur hæc inſula ad principatuꝫ græciæ eẽ nata. ac ꝑclare ſita cũ-
cto namq̃ iminet mari. Cum fere græci omnẽs circum mare ſint poſiti. Abeſt eni hinc modicum a pelopon-
neſo:Illic uero ab aſia circa triopium:& rhodum. Quare imperium maris obtinuit Minos:ac inſulaꝶ alias
ſubægit. Alias uero dudũ ĩcultas habitare fecit. Tandẽ ſiciliam aggreſſus:circa camerinam defunctus eſt.
Et a creta cretæus cum.æ.diphthongo in penultima deriuatur. Virgilius libro æneidos.iii. Tertia lux claſ-
ſem cretæis ſiſtet in oris.

C reta ꝑ terra quadam tenaci græcum uocabulum eſt:& ab creta inſula in qua melior cõperit᷑:nomen aſſum
pſit.& eodem modo ſcribit᷑:nõnulli uero latinum putant:& a creſco uerbo deduci dicunt:quaſi concreta.
Sane ut in Pli.& in diuerſis ãnotaui:uniuerſaliter oĩs terra tenax creta nominat᷑. Vnde diuerſa illi⁹ genera
Pli.ipſe circa finem.xxxv.li.enumerauit: Vt cymoliam quæ cãdida eſt:& quam alii a κύμη urbe Italiæ: quæ
litteris noſtris cumæ dicitur uocitatam ferunt. Cuius uſum & medicamentis & ueſtibus poſuit Pli.eſt etiam
ſarda cymolia:quam ex ſardinia afferri dixit:ſed non niſi candidis ueſtibus commoda : uerſicoloribus non
inutilis. Eſt ſimiliter & umbrica:quam non niſi poliendis ueſtibus aptam dixit. Et hinc non longe ad uer-
bum ſubdit. Alia creta argentaria appellatur:nitorem argenteum reddens. Eſtque uiliſſima:& qua pedes
uænalium ſeruorum trans mare aducctorum denotare inſtituerũt maiores.hæc ille. Iuxta cuius ſententiam
ait Tibullus libro ſecundo:

Nota loquor regnum ipſe tenet:quẽm ſæpe coegit.
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Et Iuue.in prima ſatyra:Sacro nec cedat honori Nuper in hãc urbeꝫ
pedibus qui uenerat albis.i.argentea creta:illocreatis. Nam libertinus poſtea effectus opibus patricios om
nes ſuperabat:quem Lucinium nomine fuiſſe: & primo tonſoreꝫ quidam ferunt. Vnde potentiſſimos ĩ ur-
be romana nõnullos fuiſſe libertos:idem rettulit Iuue.ut Criſpinum:quem nominanter exprimẽs mõſtruꝫ
eẽ dixit nulla uirtute redemptum. Qui ps fuit niliacæ plæbis:& uerna canopi:hoc eſt ſeruus ĩ domo domi-
ni ex ancilla natus:q a græcis οἰκογενήσ.i.domi natus dicitur. Et inde uernaculus uernacula uernaculum:
quod eſt domi noſtræ uel in noſtra patria natum. Vnde lingua uernacula:quod uulgo dicit᷑ lingua mater-
na. Fuerat ergo Criſpinus apud canopum in domo ſui domini ex quadam ancilla natus: & romam uenalis
aduect⁹ qui uenditus:& libertinus deinde effectus:principatu Domitiani tãtum excreuerat:ut Tyrias hu-
mero reuocante lacernas Ventilet æſtiuum digitis ſudantib⁹ aurum. Eratq̃ lacerna genus ueſtimenti nodo
ſupra humerum alligati. Vnde tali ueſte indutus lacernatus dicit᷑:ut idem auctor Ipſe lacernatæ cum ſe ia-
ctaret amicæ. Alium rettulit idem poeta libertum Claudii principis nomine Narciſſum. Quẽ in fine ſatyræ
Plurima ſunt fuſcine:ditiſſimum fuiſſe oſtendit:ut in dictiõe Narciſſus uidebimus. Et apud eũdem princi-
pem potentiſſimum:ut ĩ dictione Meſſallina monſtrabimus. Quare ſubdit Plinins ad ea quæ ſupra rettu-
limus. Iam non eſt enumerare libertos e ſanguine quiritum:& proſcriptionum licentia ditatos:hoc eſt inſi-
gne uænalitiis gregibus opprobriumque inſolentis fortunæ: quos adeo potiri rerum uidimus : ut præto-
ria quoque ornamenta decerni ſenatu iubente Agrippinæ : & Claudii Cæſaris libertis uiderimus.

Tantumq; de laureatis faſcibus non remittit his qui illocreatis pedibus aduenifſent.hæc ille. Sane īter uæ-
nalitios & uenalitiarios differentia ē.Nam uenalitiarii apud Varronem & Pli.dicunt' negotiatores ſeruoꝝ
nouitiorum:& uænalitia ipſa corpora:ut apud Paulum Iuriſconſultum de ædilitio edicto. Quicūq; ex uæ-
nalitio nouitioꝝ emptus:alicui miſterio ꝓpoſitus ſit:ſtatim eū ueteratorum numero eē. Vænalitiꝰ quoquē
adiectiuū:ut Pomponius iuriſcōſultꝰ de donationibus īter uirū & uxorē li.xxiiii.digeſtoruꝫ īquit:Quod ſi
familiam domeſticā uxoris aut uænalitiam parauit.& reliqua.

C reſton abſq; aliqua aſpiratione ſcribit':fuit tyſenorum ciuitas.

C reſſæa cum.c.exili & duplicato.s.atq;.æ.diphth.in penultia ſcribit':regio ē macedoniæ littoralis:ut teſtis ē
Herodo.li.hiſto.vii.& ei adiacet mari:quod themopontū dicit':habēs ab oriente pallenem cōterminaꝫ:ab
occidente uero uerſus græciæ partes mygdoniam.

C reſtona abſque aliqua aſpiratione ſcribitur:regio eſt macedoniæ contermina mygdoniæ:ut Herodotus li-
bro hiſtoriarum.vii.

C rethon cū.c.exili &.th.aſpirato ſcribit': fuit teſte Homero Dioclei filius:ab Aenea ī bello troiano īterfectꝰ
ut uidebimus in dictione Orſilochus.

C rines cū.c.exili &.i.latino ſcribit':a græca dictione diriuat':quæ apud illos dicitur κριvίλεσ.

C rypta pria cū.c.exili &.y.græco:ultima cū.p.&.t.abſq; aſpiratiōe ſcribit':dici pōt a noſtris occulta ſeu ab-
ſconſa.Nā a κρύπτο uerbo græco:quod apud nos ē cælo:ſeu abſcondo deducit'.Vnde ait Iuue.in ſatyra
Si te ꝓpoſiti:Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburæ.

C ryſtallus prima cum.c.exili &.y.græco:ſecūda cum.t.exili ac duplicato.l.ſcribit'.Vt nōnulli putant lapis ē
ex ſola aqua ui frigoris in glaciem induratus:Quibus Solinus non cōſentit:eo quod in cypro & alabanda
regione aſiæ locis ualde calidis generet'.Et a cryſtallo cryſtallinus deducit'.Vbi apud nos more noſtro accē-
tus eſt in antepenultima qa longa eſt:& penultima breuis:ut uidebimus in dictione Proſodia.Iuue.ī ſatyra
Credo pudiciciam:Grandia tollunt' cryſtallina maxima rurſus Myrrhina:quæ ſimiliter in antepenultia ac-
centum detinet.Vnde Pli.li.xxxiii.natu.hiſto.Myrrhina inquit & chryſtallina ex eadem tellure effodimus:
qbus ꝑcium faceret ipſa fragilitas:hoc argumētum opum:hæc uera luxuria æſtimata ē: habere quod poſſit
ſtatim perire. Nec hoc fuit ſatis: turbam gēmarum portamus ex ſmaragdis:teximus calices: ac temulentiæ
cā temeramus diem.hæc ille.Iuxta quem Iuue.ait in.iiii.ſatyra:Byrrho ut multi gēmas ad pocula transfert
A digitis.Sane cryſtallum librarū circiter qnquaginta dicaſſe Diuū Auguſtum ī capitolio teſtis ē ideꝫ Pli.li.
xxxvii.Quin & Xenocrates auctor ē uas amphorale ex cryſtallo uiſum ſextariorū quattuor.Quid ꝙ idem
Pli.ueluti furorē refert quādam matrēfamilias:nec diuiteꝫ mercatam trullam unam cryſtallinam centūqn-
quaginta milibus.Refert etiā Neronem accæpto amiſſaꝝ rerum nuntio duos calices cryſtallinos: neq; aliᵃ
ex eis biberet:cōfrægiſſe.Et hæc de cryſtallinis:at de myrrhinis ī ſua dictiōe uidebimus.

C hriſtus cum.ch.aſpirato &.i.latino atq;.t.exili ſcribitur:dici poteſt apud nos unctus. Nam a χρίω: quod ē
ungo deriuatur.

C hriſma cum.ch.aſpirato &.i.latīo ſcribit':dici pōt a noſtris unctio:& ſimilimodo ut ſuperior dictio a χρίω
uerbo græco:quod eſt ungo deriuatur.

C hryſippus prima cum.ch.aſpirato &.y.græco:ſequens cum.i.latino ſequente duplici.p.ſcribitur.Nam ex
χρυσόσ uerbo græco:quod eſt aurum:& ἵππος:quod eſt equus componitur: quaſi aureꝰ equus:fuit ꝑhi
loſophus Apollonii ſolenſis filius ſiue tarſenſis teſte Alexandro & Cleantis diſcipulus : fuit uir ingenioſus
& acutus in omni genere orationis.In plæriſq; a Zenone diſſenſit & Cleante:quotiens aduerſus Cleantem
diſſerendo ægiſſet:tanta ducebatur pœnitentia ut crebro diceret:equidem alias fortunatus ſum: præterꝗ̄
in Cleantem: in hoc ſum infœlix:& ut dixit Cicero de natura deorum:Natus eſt homo Cryſippus ad mun-
dum contemplandum atq; miranduꝫ.Nam teſte Laertio ſeptingenta uolumina edidit: & quicquid incide-
bat mandabat litteris.Sæpe emendabat & magna teſtimoniorum nube utebatur. Quod adeo in cōſuetu-
dine habuit:ut in quibuſdam ſuis opuſculis totam Euripidis Medeam inſereret:petentiq; cuidaꝫ ab altero
legente quidnam id eſſet quod legeret:illi inquit Chryſippi Medea ē.Quare de illo ait Apollodorus athe
nienſis ſiquis tollat de'Chryſippi libris quæ aliena ſunt:charta illi uacua relinquetur . Eius tamen libri cla-
riſſimi ſunt:& in dialectica præcipue.In qua fuit adeo inſignis:ut dicerent ſi apud deos in uſu eēt dialectica
non futuram aliam ꝗ̄ chryſippeam. Refert noſter Valerius de ſtudio & induſtria illum octogeſimo anno
uolumen cœptum quadrageſimo exactiſſimæ ſubtilitatis abſoluiſſe:unde dicere uidetur auarus apud Per
ſium in fine ſui libelli neſciens ſuæ auariciæ terminum imponere:O chryſippe finitor tui acerui:hoc eſt tui
libri:in quo tanta coaceruaſti:depinge ſiue oſtende & deſigna mihi ubi ideſt in quo diuitiarum loco inuē-
tus ſiſtam: hoc eſt pedem figam : quaſi dicat quia ex me reperire non poſſum. Erat hic teſte Laertio imbe-
cilli tenuique corpuſculo:ut ex eius dicit imagine apparere.In potationibus ut refert agebat quietem:cru-
ra autē ſola mouebat:ut ancilla eiꝰ diceret Chryſippi tātū crura īebriari.Vnde teſte Hermippo a diſcipulis
ad ſacrificiū ductꝰ:dulce meꝝ adeo bibit:ut fatigatꝰ anguſtiis ſpūs eū qnta die poſt reliqrit cū eēt octogita-
triū ānoꝝ.Sunt qui dicant eū nimio riſu cōpræhenſum interiſſe.Ita ut cū aſinus manducaſſet ficus aniculæ

dixiſſet ut uinū aſino daret:nimioq; dehinc riſu expiraſſe. Neminē regū laudauit. Sola anicula contētꝰ fuit.
Aliꝰ fuit Chryſippus cnidius medicꝰ:a quo Heraſiſtratꝰ teſtať multa didiciſſe. Alius fuit huiꝰ filiꝰ Ptholemæi medicus:q calūniam paſſus ſupplicio ē affectus. Alius Heraſiſtrati diſcipulus. Alius poeta georgi. ſcriptor.

C hryſeis prima cū.ch.aſpirato &.y.græco:ultima cū.i.latino ſcribiť:fuit Chryſæ ſacerdotis Apollinis filia. Nam cū ante captam troiam diuerſæ ex uariis troianoꝝ locis raptarenť puellæ:duæ īter alias formoſiſſimæ captæ ſunt Chryſeis.ſ.& Bryſeis. Quarum Bryſeis in prædæ diſtributione contigit Achilli: Chryſeis uero Agamēnoni:& quiſq; ſuam ardenter amabat. Sed cū Chryſes Chryſeidos pater ꝓ filia redimēda:ut ſcribit Homerus in initio iliados:ueniret ad græcos:non ſolū multa deferens munera:ſed ornatꝰ inſulis & aliis ſacerdotalibus ornamētis orabat eos:ut Apollinis reuerentia:cuius ſacerdos in chryſa inſula erat: filiam ſibi reſtituerent:& ꝑcioſa acciperent munera. Cui cū cæteri græci aſſentirent:ſolus Agamēnon q illam amabat: eum iniurioſis & minacibꝰ uerbis reppulit. Quare Apollini cōqueſtus ſacerdos. hæc ille referebat uerba:

Quid coluiſſe mihi tua delphice numina prodeſt?
Aut caſtam uitam multos duxiſſe per annos?
Quidue iuuat ſacros poſuiſſe altaribus ignes?
Si tuus externo iam pellor ab hoſte ſacerdos.

Quibus ſane cōmotus Apollo peſtiferam luem in danaorum miſit exercitum:& conſultus Calchas reſpondit nō ceſſaturam donec Chryſæ patri reſtitueretť Chryſeis:qua demū reſtituta Agamēnon in amoris amiſſi ſolatium Bryſeida ab Achille iuſſit auferri. Ex quo ira inflāmatꝰ Achilles:ab exercitu cum ſuis diſcedens in idam montem ut qdam dicūt ſeceſſit:& cū pugnare nollet græci interim a troianis præliis qbuſdam ſupati intra caſtrorum munimēta cōpelluntť atq; obſidenť. Qui mittentes ad Achilleꝫ tris legatos maxima illi munera obtulerūt ſi arma caperet:& præcipue Bryſeida:quā ſe nunq̄ tetigiſſe Agamemnon ꝑſancte iurabat. Fuerāt aūt legati Vlyxes:Aiax:& Phœnix:q ab Achille benigniſſime ſucæpti:re deinde infecta diſceſſerūt. Vnde Ouidius libro.ii.triſtium ait:

Quid prius ē illic flāma chryſeidos:aut quæ Fecerit iratos rapta puella dūces?

C hryſothemis prima cū.ch.aſpirato &.y.græco:penultima cū.ch.aſpirato ſcribiť:habetq; accentum in antepenultima:fuit teſte Homero li.ix.iliados:filia Agamēnonis ex Clytæmneſtra:& uocabulum eſt compoſitum ex χρῦσὸσ:quod eſt aurum:& θεμισ nomen deæ:ut in dictione Themis uidebitur q̄ſi aurea Themis

C hryſoſtomus cū.ch.aſpirato &.y.græco atq;.t.exili ſcribiť:dici pōt a nobis aureum os. Nam chryſos aurū & ςόμα os apud noſtros deſignat.

C hryſolithus prima cum.ch.aſpirato &.y.græco penultima unico.l.&.i.latino:ultima cum.th.aſpirato ſcribitur:lapis eſt ꝑcioſus coloris aurei:unde componiť dictio ex chryſos quo ē auruꝫ:& λιθοσ lapis quaſi aureus ſit lapis:ob quod nōnunq̄ & ꝓ ſuccino qa ſimilis coloris eſt:cū ab antiquis poetis tum a noſtri tēporis poeta elegātiſſimo Maffeo Vegio in quodā epigrāmate ponitur cum ait:

Aurea quæ quōdam defleuit muſa maronis:
Nunc hoc chryſolithi claudor in orbe culex.
Aurea muſa fuit:tumulus ſimul aureus ipſe eſt.
Quem miſerans etiam ſtruxit apollo mihi.

C hryſopaſſus pria cū.ch.aſpirato &.y.græco ſcribiť:qn & iuxta finē.s.duplicať:& cōponiť id uocabulū ex chryſos qđ ē aurū:& πάσσω uerbo græco:quod apud nos diciť ꝓſpgo:quaſi lapis ſit auro aſperſus.

C hryſocolla pria cū.ch.aſpirato &.y.græco:penultia cū.c.exili:qn & cū gemino.l.ſcribiť:& ē teſte Pli.libro xxxiii.natu.hiſto.humor q ī aurifodicinis ꝑ uenas auri defluit:& craſſeſcēte humore rigoribꝰ hybernis uſq; ī duriciā pumicis indurať:q̄ ſubtiliſſime cōtuſa(ut ille refert)auri pictura præbet:& īfra ſubdit chryſocollā aurifices ſibi uendicāt ad glutinandū aurum:unde & ipſa appellata ē.i.auri colla & glutem. De hac locutus Pli.præfato libro:uiſum eſt inqt Neroni principi ſpectaculis arenam circi chryſocolla ſterni cū ipſe aurigaturus eſſet inducta opificum turba.

C hryſogonus cū.ch.aſpirato &.y.græco ſcribiť. Nomen ē uiri ꝓprium:& componiť a chryſos quod ē aurū & γονυ genu uel angulus:quaſi ſit aureū genu uel aureus angulus. Iuue.i ſatyra Credo pudiciciam īquit:
Sunt quæ chryſogonum cantare uetant.

C rito cū.c.&.t.exilibꝰ:hoc ē abſq; aſpiratiōe ſcribiť: fuit athēienſis philoſophus:unꝰ oīm(ut dixit Laertius) maxio & eximio quodā amori Socrati affectꝰ. Cuiꝰ ita diligentē curā ægit ut nūq̄ aliqd ex his q̄ ſunt ad uitā neceſſaria ſibi deeſſe patereť. huiꝰ Socratis filii auditores fuere:hoc ē Critobolus: Hermogenes cū aſpiratione principii:Cteſipus cū.ct.exilibꝰ in eadē ſyllaba:Epigenes cū.i.latino:qui oēs fuere Socratis filii.

C ritobolus abſq; aliqua aſpiratōe & unico.l.ſcribiť:fuit medicus. De quo Pli.li.vii.natu.hiſto.īquit:magna & Critobolo fama ē extracta Philippi regis oculo ſagitta:& citra deformitatē oris curata orbitate luminis hunc ego Socratis filium fuiſſe puto.

C ritheis prima cū.c.exili &.i.latino:ultima cū.th.aſpirato &.i.latīo ſimiliter ſcribiť:fuit matris Homeri nomen:ut ſcripſerunt Herodo.& Plutarchus aliiq; nōnulli.

Crocyllus cum.c.exili &.y.græco atque duplicato.l.ſcribitur:fuit uiri athenienſis nomen.De quo nõnunq̃ Plutarchus meminit.

Crœſus cum.c.exili &.œ.diphthongo atq; ſimplo.s.ſcribitur:fuit Alyattis filius ultimus lydorum rex:prio quidem fœliciſſimus:ſed poſtremo ĩ infœlicitatẽ tractus:& a Cyro ſuperatus:cũ miſerabiliter regnum perdidiſſet ad miſerabiliorem uitam coactus fuit.De quo Herodot⁹ li.hiſto.i.Et ſimiliter Iuſtinus li.i.ꝓſecuti ſunt oĩa.unde ait Ouidius li.iiii.de ponto:

Diuitis audita eſt:cui non opulentia crœſi.

Nempe tamen uitam captus ab hoſte tulit.

Crocus abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑: fuit teſte Plinio li.xvi.naturalis hiſto.adoleſcens:ob cuius amorẽ Similax uirgo in᷑ei⁹nominis fruticem cõuerſa eſt:ut in ea dictione uidebimus.Et ipe ſimiliter in florem ſui nominis ab Ouidio cõuerſus ponitur li.xiiii.metamorpho.Alii uero crocum dictum putãt a coryco ciliciæ oppido:q a Solino ſumme laudatur:& melior cæteris in uſu medicinæ teſte Diaſcoride cõpitur. Quare ut de excellẽtiori ait Martialis ĩ epigrãmatib⁹:Quod de corycio quæ uenit aura croco.& ide croce⁹:ut Virg. li.georgi.i.Nõne uides croceos ut tmolus odores:India mittit ebur.De quo ĩ dictiõe tmolus habebit᷑.

Crocodilus cum.c.exili utrobiq; &.i.latino atq; unico.l.ſcribit᷑:animal eſt quadrupes:quod nilus gignit:ſic dictus quia crocei eſt coloris:cuius forma fere per omnia dracõtea uidetur. Et noctem totam agit in aquis: diei uero maioreꝫ partem quieſcit in humo.oua quaſi anſerina edit:quæ uiciſſim mas & fœmina in terra fouent.Et ut ait Herodo.li.hiſto.ii.hic omnium quas nouimus beſtiarum ex minimo maximus fit. Nã pullus iuxta oui quãtitatem naſcitur:qui cum ad cremẽtum peruenerit:fit ſeptem & decem cubitorum: & adhuc maior:imo ut ſcribunt Plinius & Solinus reperiunt᷑ frequenter.xx.cubitorum.Et aliquos refert Plinius ratos eſſe:quãdiu uixerint ſuſcipere ĩcrementa:cum longo tempore uiuat.Eſtq; armatus dentib⁹ & unguib⁹ Tantaq; ſuperioris ptis cutis duricie:ut quãuis tergo percutiatur ictu fortium tormẽtoruꝫ nõ lædatur: Inferioris uero ut dixit Seneca li.iii.de quæſtiobus naturalibus mollis eſt:habet oculos ſuis.Et obtuſe in aqua ſed in terra acutiſſime uidet.Detinetq; dentes magnos ad corporis ꝓportionem:quos ut ait Apulegius li.i. de Magia inoxio hiatu ad purgandũ ꝓbet.Et ut etiã teſtat᷑ Herodo.mẽſes.iiii.q magis hyemales ſunt:nihil comedit.& ſola beſtiarum linguam non habet.

Crocyla abſq; aſpiratione &.y.græco ſcribit᷑:inſula nõnunq̃ ab Homero ponit᷑:quæ ab aliis cõmuniter corcyra dicitur:ut in ea dictione uidebimus.

Crocylus cũ.c.exili utrobiq; &.y.græco:atq; unico.l.ſcribit᷑:nomẽ ponit᷑ paſtoris a Theocrito.

Crotalũ abſq; aliq̃ aſpiratiõe:& unico.l.ſcribit᷑:inſtrumẽtũ eſt muſicũ: quo utebant᷑ ægyptii ĩ celebritatibus deoꝝ:ut oſtendit Herodotus li.hiſto.ii.de quo Virgilius in copa inquit:

Copa ſyriſca caput graia redimita mitella:

Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.i.ad ſonum eius inſtrumenti docta q̃; moliter ſaltare:& ut puto a κρόυω quod eſt pulſo deducit᷑:& cum etiam apud græcos quoſdam ꝓ plauſtro poſitum cõpererim: ab ea ſoni uoce cognomẽ accæpiſſe exiſtimo.

Croton abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribit᷑:ciuitas ẽ calabryæ:de qua Oui.plene li.xv.metamorpho.ſcripſit:ubi ait:Nec ĩ hoſpita tecta Crotonis.Et inde crotonita ille dicit᷑:q ex ea originem traxit.

Chromaticus prima cum.ch.aſpirato:& reliquæ ſine aſpiratione ſcribuntur:ille ſane dici conſueuit:qui nulla uerecundia colorem mutat. Nam χρωμα apud nos colorem indicat: & magis ad uerbum coloratus dici poteſt.

Chromius cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:uir fuit argiuus:ut oſtendit Herodotus li.hiſto.i. ſimilis ſcribit᷑ ab Homero li.iliados.ii.&.xi.odyſſeæ:filius Nelei & frater Neſtoris.Alius fuit Priami filius: quẽ teſte Homero li.v.iliados:Diomedes interemit in bello.

Cromna cum.c.exili &.m.ante.n.ſcribit᷑:eſt urbis nomen.

Chronus cum.ch.aſpirato ſcribitur:& tempus atque Saturnum apud antiquos græcos indicat.Moderniores uero quidam illorum grammatici:ut differentiam inter illos deſignent:cum denotare tempus uolũt cũ ch.aſpirato ſcribunt:cum uero Saturnum per.c.exile:hoc eſt ſine aſpiratione deſcribunt. Sed antiquos ex his quæ dicemus imitandos cenſemus.Saturnus igitur ut teſtis eſt ſacra Euemeri hiſtoria:quam ille ex titulis & ſacris inſcriptionibus contexuit:Cæli fuit filius ex Veſta & frater Titani:Opemq; ſororem duxit uxorem. Titan uero qui maior natu erat:poſtulat ut ipſe regnaret.Quod ubi Veſta eorum mater: & ſorores Ceres atque Ops perſenſerunt:ſuadent Saturno uti de regno ne concedat fratri: eo quod Titan facie deterior eſſet q̃; Saturnus. Quod ubi Titan perpendit:conceſſit ei ut regnaret. Sed hoc cum Saturno firmato fœdere:ut ſiquis liberorum uirilis ſexus ei natus eſſet necaretur. Id eius rei cauſa fecit:ut ad ſuos natos regnum rediret. Itaque qui primo Saturno natus eſt filius necatus eſt. Deinde poſterius nati ſunt gemini Iuppiter atque Iuno.Sed Iunonem ſolam Saturno in conſpectum dedere.Iouem uero clam abſcondentes:Saturno inſcio educandum dederunt.Item Neptunũ clam Saturno Ops parit:eũq; clãculũ abſcõdit.& cũ deinde pareret Plutonẽ & Glaucam:illa patri oſtenſa clã Pluto ſeruat⁹ ẽ.Glauca deĩde pũa emorit᷑

Quod cum Titan poſtea reſciuiſſ;:nouiſſetq; Saturno iã uirilis ſexus filios ſupeſſe ductis ſecũ filiis q Titani uocabant᷑:Saturnũ & Opem cõpræhendit:& muro illos circũægit:cuſtodiãq; appoſuit. Hoc cum eorũ filius Iuppiter cognouiſſet:ueniens cũ magna cretẽſium copia Titanũ atq; filios expugnauit:parentes uinculis exemit:& patri regnum reſtituit:ipſeq; in cretam remeauit. Sed cũ deĩde Saturnus ſorte admonit⁹ eẽt: ut a Ioue caueret ne eũ regno expelleret:effugiendi periculi gratia:Ioui filio inſidias tendebat. Quod cum Iuppiter ꝑſenſiſſet:patrem fugauit & regnum ſibi uindicauit:miſitq; armatos q illum ꝑ oẽs terras ꝑſequẽtes aut cõpræhenderent aut necarẽt. Saturnus uero cũ diu errasſet:uix ĩ Italia locũ quo lateret ĩuenit. hæc ex ſacra hiſtoria dicta ſunt:quam teſte Lactantio interpretat⁹:& ſecutus eſt Ennius noſter. Sed exceptus Saturnus a Iano:ut dixit Virgilius li. æneí. viii:

Is genus indocile & diſperſum montibus altis
Compoſuit:legeſq; dedit latiũq; uocari
Maluit:his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Et ut dixit Ouidius libro faſtorum primo:

At bona poſteritas puppem formauit in ære:
Hoſpitis aduentum teſtificata dei.

Verũ qa Italia ipſa inferior eſt q̃ græcia:in qua mõs eſt olympus finxerũt poetæ illum ab æthereo olympo ad Italiam deueniſſe:dicente Virgilio præfato loco:

Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo:
Arma iouis fugiens:& regnis exul ademptis.

Sed ut in eodem libro dixit Oui. Ante ꝑrato falcifer orbe deus. Nam falcifer dicebat᷑ qa italis prim⁹ uitẽ putare oſtendit:dicente Virgi. li. æneí. vii. Vitiſator curuam ſeruãs ſub imagine falcẽ. Et cũ ea loca ubi regnabat Ianus:& ſuſcæptus fuerat Saturnus iuxta mare:quod dicit᷑ inferũ ſint diſpoſita:dixerũt poetæ illũ apud inferos relegatũ fuiſſe:dicente Oui. libro metamorpho. primo:

Poſtq; ſaturno tenebroſa in tartara miſſo
Sub ioue mũdus erat. ſubiit argentea ꝓles.

Nam ut in eodẽ loco ait. Aureaq; ut ꝓhibẽt illo ſub rege fuere Sæcula. Verum ſi ſubtilius rem ipſam cõtemplemur:Saturnus ut græco uocabulo ſignificat᷑. tempus ẽ quod ꝑfecto a cælo ortum ducit:cũ nihil aliud tẽpus ipſm q̃ cæleſtis motus mẽſura a philoſophis diffiniri ſoleat. Itaq; cũ oĩa tp̃e intereant:quæ aliquando orta ſunt:ſatis prudenter finxerũt poetæ illum etiam natos ſuos oẽs deuorare ſolitũ:cũ oĩa tp̃e cõſumerentur:ut uidebimus in dictione deus. Quãobrem dicebat Balbus apud Ciceronẽ li. ii. de natura deorum Saturnum ideo dici:qa ſaturatur annis.

**C** hronica p̃ria cũ. ch. aſpirato:penultima cũ. i. latino:& ultima cũ. c. exili ſcribit᷑:ꝓprie ã noſtris dici poſſunt tp̃alia:cũ deriuet᷑ a χρόνοσ:quod eſt tp̃s. Quare ãnales latine traduci cõſueuit: & ĩde chroniſmos: quod ẽ tẽporalitas ſiue mora:ut dixit Hieronymus ĩ Oſeæ:q etiã utitur uocabulo ſynchronii. i. contẽporanei.

**C** rumena abſq; aſpiratiõe ſcribit᷑:ſignificatq; loculum. Nam deducit᷑ a κρεμάω uerbo græco:qđ ẽ ſuſpẽdo qa plærũq; ſuſpenſa geſtatur. Alii uero ꝑ. ch. aſpiratum ſcribũt:& trahi uolũt ἀπό του χρήματος:quæ ẽ pecunia. Iuue. in ſatyra Atticus eximie:Quis enim te deficiẽte crumena. Et creſcẽte gula manet exitus? Crumenam poſuit ꝓ pecunia:hoc eſt cõtinens ꝓ cõtento:metonymia eſt.

**C** teatus cũ. c. ſequente. t. ĩ eadẽ ſyllaba:& abſq; aliqua aſpiratõne ſcribit᷑:fuit teſte Homero li. iliados. ii. uir pelopõnẽſius:pater Amphimachi:unus ex græcorũ ducibus:q uenerũt ad troiam.

**C** teſias cũ. c. ſequẽte. t. in eadem ſyllaba:& abſq; aſpiratiõe atq;. i. latino ſcribit᷑:fuit orator ſiculus q & Corax ſæpe referunt᷑ a Cicerone:& putant᷑ primi q præcæpta dicendi ſcripſere.

**C** teſippus cũ. ct. exilibus ĩ eadem ſyllaba atq;. i. latino & duplicato. p. ſcribit᷑:fuit Socratis fili⁹:de quo ſupra uidimus in dictione Crito.

**C** theſiphon cum. ct. exilibus:& unico. s. atque. i. latino ſcribitur:fuit athenienſis pro quo Demoſthenes orationem ſcripſit.

**C** teticon abſq; aliqua aſpiratiõe &. i. latino ſcribit᷑:dicitur a noſtris poſſeſſiuum.

**C** umæ cũ. c. exili & unico. m. ſcribit᷑:ubi. y. græcum quod apud græcos erat:in. u. noſtrũ cõuerſum fuit:urbs eſt cãpaniæ ꝓpe baias ad tyrrhenum mare humili colle ſita:quã teſte Liuio li. viii. ab urbe:ueniẽtes a chalcide urbe euboiæ ad nouas quærendas ſedes primit⁹ cõdiderunt:dicente Virgi. li. æneí. vi. ubi de Dædalo loquitur:Chalcidicaq; leuis tãdem ſuꝑaſtitit arce. Iuxta quã ꝓpinquus ẽ ſubterraneus thalamus Sibyllæ uaticinatricis:quæ cum Erythrea eẽt ut Ariſtoteles dixit:ab italis cumana dicta fuit.

**C** uretes abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑:populi fuerũt cretæ:q una & corybãtes infantem Iouẽ aluere. Sed cũ tẽporis ſucceſſu religionẽ ꝓphanarent:ab ipſo ioue ĩbrib⁹ deleti ſunt. Quoꝝ tẽpla cũ deĩde Iuppiter uacua & ſine honore cõſpiceret: ex fungis pluuia natis illos reſtituit:dicente Oui. li. metamor. iiii. Largoque ſatos curetas ab imbri. Sunt & alii eiuſdẽ nominis populi ætolis cõuicini:q teſte Homero lib. ix. iliados:in oratiõe Phœnicis cũ ipſis ætolis bellũ geſſere. Alios dixit Lucanus li. iii. feroces populos in dalmatia. Quos alit adriaco tellus circũflua põto. Apud quos. M. Antoni⁹ fuit a põpeianis clauſus cũ magno ipſi⁹ diſcrimĩe.

Acia cum

Acia cũ.c.exili & nõ.t.apud græcos & latinos antiquos:atq;.i.latino ſcribit̃.Vnde & i triũphalibꝰ.T.Plautii apud Tybur ſcriptũ eſt filios dacoꝝ remiſit. Regio eſt ſcythiæ & portio thratiæ:ut quidã aſſerũt. Alii uero illi cõterminã eſſe uolũt.

Dactylus cũ.ct.exilibus &.y.græco atq; unico.l.ſcribit̃ ꝓprie a noſtris digitꝰ traducit̃:ad cuius ſimilitudinẽ metri pes dicitur: qui ex prima longa & duabus breuibus conſtat:ut Tityre.Sed digitoꝝ apud latinos groſſior dicitur pollex: alius index:ſequens medius:alius annullarius:alius minimus.Quod ideo diximus:ut id declaremus: quod ſi medio digito quaſi per indicem quiſq; olim monſtratus fuiſſet:inſania in demõſtrato arguebat̃.Quare Diogenes teſte Laertio plurimos aiebat inſanire per digitum:qui etiam peregrinis aliquando Demoſthenẽ uidere cupientibus:mediũ intendens digitũ:hic ait:hic eſt athenienſiũ orator. Quod Perſius & Iuuenalis certiſſime expreſſerũt digitũ illuʒ infamem uocitantes:hoc eſt infamiã irrogantēʒ. Qua de re non aliud ipſe Iuuenalis intellexit:dum de Democrito loqueretur in ſatyra:Omnibus in terris. Cum fortunæ ipſe minaci mãdaret laqueũ:mediũq; oſtenderet unguem:hoc eſt mediũ & infamem digitũ accipiens:quod ſæpe fit:partẽ loco totius:ut ſimiliter Plinius circa fineʒ libri.ix.hiſtoriæ naturalis.Concharũ inquit e genere ſunt dactyli ob humanorũ unguiũ ſimilitudinẽ appellati: Vnguiũ dixit.i.digitorũ. Alii uero diuerſam ab ea quã diximus infamiam eſſe ſomniant:& de medio ungue aliud genus eſſe contumeliæ publica uulgi iactat opinio: quæ ſane nullo alio in loco legimus.Et a dactylo dactylotheca cõponitur:quo ſane uocabulo Vlpianꝰ non nunq̃; uſus eſt:& Martialis in.xi.inquit:Nec cũ lauat̃ cauſa quæ ſit quæritis.Dactylothecã nõ habet.

D adicæ cũ.i.latino &.c.exili ſcribit̃:populi ſũt ſcyrharũ ex parte aſiæ:ut dixit Herodotꝰ libro hiſtoriaꝝ.iiii.

D æmon cum æ diphthongo ſcribitur:dici poteſt apud nos ſciens. Inde eudemon.i.bonus uel fœlix demon: & cacodæmon malus uel infœlix dicitur.

D ædalus cum.æ.diphthongo & unico.l.ſcribitur:fuit athenienſis Eupalami filius artis fabricæ peritiſſimus teſte Plinio libro.vii.naturalis hiſtoriæ:lignariã fabricã primus adinuenit:ut ſerram:aſciam:perpendiculũ terebellũ:& nauibus primus malum & antennam impoſuit:qui cuʒ accuſaretur peremiſſe Perdica magnæ indolis iuuenem:& ſororis filium:metuens futurum iudicium:fugit ad Chretam. Reliqua uero eius oĩa tractauit Ouidius libro metamorphoſeos.viii.

D ætor cum.æ.diphthongo &.t.exili ſcribitur:fuit uir troianus.

D ai cum.i.latino ſcribitur:ſunt perſarum populi:qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo: omnes ſunt paſtores:& ſimiliter mardi dropici & ſaratii.

D almatia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: regio eſt.

D amyndas cum.y.græco ſequente.n.ſcribitur:fuit teſte Plutarcho uir macedonius.

D ama per unicũ.m.ſcribitur.nam apud græcos Δάμη dicitur:uel Δόρκασ:genus eſt capræ ſilueſtris.Et põt tam maſculini eſſe q̃; fœminini. Virgilius in bucolicis:Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.Horatius in primo carminum:Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ.

D amaſcus cum.c.exili ſcribitur:fuit teſte Curtio libro.ii.de geſtis Alexandri: urbs nobiliſſima caput Syriæ. Vnde teſte Plinio libro.xv.damaſcena pruna dicta creduntur.

D amaſithynus antepenultima cum.i.latino:penultima cuʒ.th.aſpirato:&.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.Candaulis filius:& unus ex ducibus Xerxis perſarum regis.

D amœtas cum.œ.diphthongo &.t.exili ſcribitur:nomẽ fuit paſtoris. de quo ſæpe Theocritus & Virgilius.

D amon cum unico.m.ſcribitur:hic & phitias fuere pythagorici:& arctiſſimo amicitiarum uinculo conſtricti ut oſtendit Cicero libro.ii.de officiis:& libro.v.de quæſtionibus tuſculanis.

D amocles cum.c.exili ſcribitur:nomen fuit uiri unius ex aſſentatoribus Dioniſii.

D anæ cum unico.n.&.æ.diphthongo in fine ſcribitur:quæ ſane diphthongus nonnunq̃; a poetis diuiditur. ut Horatius in.iii.carminum:Incluſam danæ turris ænea robuſtæq; fores. Et uigilum canum. Ouidius de triſtibus libro.ii.Quid danaen danaeſq; nurus matremq; lyæi.fuit Acriſii filia:ut uidimꝰ in dictiõe Acriſiꝰ.

D anaides cum.i.latino poſt.a.ſcribitur.patronymicũ eſt fœmininũ a Danao ægiſthi fratre deductum.Cuius filiæ fuerunt:ut uidimus:in dictione belides: hæ uiros ſuos:ut in ea dictione oſtendimus: una nocte interfecerunt:pro quo facinore dixere poetæ illas apud inferos hoc ſupplicio detorqueri: ut uaſis fundo carentibus haurire aquam cogantur:dicente Seneca in Medea.

Voſq; urnis: quas foratis irritus ludit labor.

Danaides coite:ueſtras hic dies quærit manꝰ.Et in Hercule furẽte: Vrnaſq; fruſtra danaides plenas ferunt.

D aphnis cũ.ph.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:& latine laurꝰ nuncupat̃. Sed fuit teſte Seruio filius Mercurii formoſiſſimus:per cuius cognitiõeʒ ſcribit Diodorus ſiculus libro hiſtoriæ.vi.ſunt mõtes in ſicilia quos ærios uocant:hos loci natura tanq̃; cõtinua æſtate amœnos atq; uberes reddit:fontes ſunt in eis denſis undiq; arboribus:aquæ præter cæteras dulcis:frequẽtes quoq; in eis quercus croſſiorẽ q̃; quæ apud alios naſcuntur fructũ reddunt.domeſticæ etiã arbores:& uineæ permulte:adeoq; fructiferi montes exiſtunt: ut aliquãdo

carthaginenſiu; exercitum permagnum fame ſuperueniente abunde nutriuerint. In huius regionis ſyluæ admodum amœna: in qua diuertebantur nymphæ: ex nympha Daphnide natum tradunt: qui a laurorum quoq; multitudine quæ in ea frequentes ſunt appellatus eſt Daphnis: fuitq; educatus a nymphis: ac boum permulta poſſedit armenta: a quorum cura bucolicus dictꝰ eſt. Et ut pergit idem auctor cum eſſet ingenio acri ſtudiumq; plurimum gubernandis bobus impenderet: carmem bucolicum quod etia; nuncuſq; a ſiculis in precio habetur adinuenit: quo & Dianam nónunq̃ oblectaſſe idẽ auctor rettulit. Nunc ſcribit Theocritus in ſuo carmine bucolico amore deperiſſe: quin ad eum deos fere omnes confluxiſſe: quemadmodu; ad Gallum deſcripſit deinde Virgilius in bucolicis.

D ardanus cum unico .n. ſcribitur: fuit teſte Virgilio in .viii. æneidos Iouis filius ex electra: quæ deinde uxor fuit Corithi regis in Italia: a quo Corithum oppidum conſtruitur & cognominatur: huic Electra Iaſiu; peperit. dicente Virgilio in .iiii. æneidos: Hinc Dardanus ortus Iaſiuſq; pater. Hunc deinde Dardanus poſt mortem Corithi cum illo de regno diſſentiens interemit. Sed uidens contra ſe iratum populu; naues quæ forte in portu paratæ aderant: aſcendit: ac inde fugiẽs ſamothraciam aduentauit. dicente Virgilio in .vii. æneidos: Fama eſt obſcurior annis.
Aruncos ita ferreſenes: his ortus in agris.
Dardanus: idæas phrygiæ penetrauit ad urbes.
Threiciáq; ſamon: quæ nunc ſamothracia fertur: & reliqua quæ ibidem habentur. & ab ipſo Dardano dardania uocitata fuit regio in phrygia: quæ poſtea troia cognominata eſt: ut uidebimus in dictione phrygia & in dictione Priamus: ac dictione Troia.

D aridæus cum .i. latino & .æ. diphthongo ſcribitur: rex erat perſarum tempore Appollonii Tyanæi: hoc eſt tempore Tiberii Caii & Claudii imperatorum: ut oſtendit Philoſtratus in eius uita.

D arius cum .i. latino ſcribitur: fuit primo nobilis perſa filius Hyſtaſpis. hic teſte Herodoto libro hiſtoriarum .iiii. cũ cognouiſſet Smerdim fratrem Patizitis magi regnũ perſarum dolo occupaſſe: ut in dictione Smerdis & in dictione Praxaſpes late uidebimus: facta coniuratione cum ſex aliis nobilibus Smerdim iam regẽ & fratrem eius Patizitem magum trucidarunt: atq; ita inter eos de perſarum regno conuenerunt: ut cuius eorum equus ſequẽti die prius in ortu ſolis hinnitum ante regiam emitteret: ille perſarum rex eſſet: quod dario Oebaris ſtabularii ſui ſolertia contigit. Nam dimiſſam manum in genitiuam partem equæ: cum ad determinatũ locum uentum eſſet: naribus equi admouit: quo odore ad uoluptatem irritatus: ante omnes hinnitum dedit: atq; ita Darius perſarum rex creatus eſt. Nomina uero eoꝝ qui cum Dario in magum coniurauerunt: & quæ ſolum in Herodoto libro .iiii. hiſtoriarum legi: hæc ſunt: Oaues: Intaphernes: Gobrya: Megabizus: Aſpitiries: Hydarnes: quorum orthographiam in ſuis locis cóperies. Et regnauit Darius trigintaſex annos: ut idẽ oſtẽdit Herodotus circa iniciũ li. vii. cu Xerſes filiꝰ ex Atoſa filia Ciri ſucceſſit in regno.

D aſtylus cũ .t. exili & .y. græco atq; unico .l. ſcribit': fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo Gygis pater.

D ates cum .t. exili ſcribitur: fuit unus ex ducibus Darii: qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum .vi. duro bello apud marathona deuincitur.

D auriſes cũ .i. latino ſcribit': fuit teſte Herodoto circa finẽ li. vi. unꝰ ex ducibus Darii qui in cariis ceciderunt.

D eiphobus per .i. latinum: & per .o. purum ante .b. & non deiphœbus per .œ. diphthongum uel cum .e. ante .b. ſcribitur. Nam ſic quoq; a græcis Δηιφοβοσ cum prima longa & penultima breui annotatur: quod Virgilius obſeruauit cum ait in .vi. Filius ex Hecuba uxore. hic poſt obitum Paridis Helenã duxit uxorem: de quo Virgilius præfato libro ſcripſit.

D eiphobe eodem modo cum .o. puro ante .b. ſcribitur: ſic enim apud græcos: uidelicet Δηιφοβη notat': fuit nympha quædam filia Glauci. Virgilius: Deiphobe glauci.

D emetrius cum .t. exili & .i. ſcribit': fuit unus filius Seleuci filii Antiochi magni: de quo uidebimꝰ in dictione Seleucus. Alius fuit Phalerius cũ unico .l. cognominatus. Et teſte Laertio fuit Phanoſtrati filiꝰ genere nó fatis illuſtris. Hoc teſte Cicerone circa iniciũ libri primi de officiis: diſputator fuit ſubtilis: orator paru; uehemens: dulcis tamẽ: ut Thephraſti diſcipulũ poſſis agnoſcere. Fauorinꝰ uero dixit illu; fuiſſe ex Zenonis familia: & Lamiæ amicæ cõgredi. Idem ob uirtutes eximias apud athenienſes præfuit annis decem: æreiſq; ſtatuis trecentis ſexaginta honoratus eſt. quarum plures erant equeſtres: & in curribus ſeu bigis ſtabant. Summoq; ſtudio intra quadringentos dies fuerũt conſumate. Ciuitatẽ auxit redditibus & edificiis: deinde abſens ſententiã de morte a quibuſdã inuidis paſſus eſt: quin & illius imagines dirutæ: partim uenditæ ſunt: partim ſubmerſæ: & partim in fruſta confractæ. Vna tantũmodo in arce ſeruata eſt. Et in ea accuſatiõe parũ abfuit: quin Alexander comicus capitis ſententia; exciperet: non ob aliud niſi ꝙ erat illius amicus. Quem Theleſphorus eius gener purgauit. Demetrius uero ubi compertũ habuit athenienſes ſuas imagines euertiſſe. ait: uirtutẽ nó euerterunt: cuius gratia illas erexerant: nec ulli plures unq̃ ſtatuæ teſte Plinio li. xxxiiii. naturalis hiſtoriæ dicatæ fuere q̃ ipſi Demetrio phalereo. Dicebatq; tantũ in republica ualere eloquentiã: quantũ in bello ferrũ. Circa huius tempora teſte Quintiliano libro .ii. de inſtitutiõe oratoria: inſtitutũ fere conſtat fictas ad imitationẽ fori cõſiliorũq; materias apud græcos dicere. An uero ab ipſo ipm genꝰ exerci-

tationis ſit inuentum parum compertũ eſſe dixit. Sed ne hi quidem: ut ait qui hoc fortiſſime affirmant illo
ſatis idoneo auctore nitunť. latinos uero dicendi præceptores extremis. L. Craſſi temporibus recepiſſe Ci
cero auctor eſt. Quorum inſignis maxime Plocius fuit idem Gieronymus de uiris illuſtribus ait Plocius.
Gallus primus romæ latinam rhetoricam docuit: de quo Cicero memoria teneo pueris nobis primũ latinã
docere cœpiſſe Plocium quendaʒ. Sed ut ex diuerſis collegi atq; Laertio plures fuere Demetrii. Vnus fuit
ex Alexandri magni ducibus: qui occiſo Alexandro filio Caſſandri: qui omnem magni Alexandri ſtirpẽ de
leuerat: & græciam ac macedoniaʒ occupauerat: fuit Macedo rex creatus. Alius fuit eius Philippi macedo-
niæ regis filius: qui cum romanis plurima bella geſſit. de quo Liuius libro. x. de bello macedonico: & Iuſti
nus libro. xxxii. ſcripſerunt. Alius fuit Seleuci filius: & frater Antiochi Epiphanis. Alius chalcedonius fuit
orator. Alius bizantius philoſophus peripateticus. Alius ſtatuarius: qui teſte Quintiliano libro. xii. de inſti
tutione oratoria: tanq̃ nimius in ueritate ſeu proprietate reprehendiť. Nam ut pergit fuit ſimilitudinis q̃
pulchritudinis amantior. Alius fuit Aſpendius Appollonii diſcipulus. Alius calantianus: qui de aſia & eu-
ropa libros ſcripſit uiginti. Alius bizantius: qui gallorum aduentum ex europa in aſiam ſcripſit. Aliꝰ ſophi
ſta moratus alexandriæ: qui artes oratorias ſcripſit. Alius atramitenus grammaticus appellatus Ixion: quia
Iunoneʒ iiuriis aliquo affeciſſe uideť. Alius cyrenæꝰ grãmaticus uir magni precii. Alius ſepſius uir diues &
ſtudioſus. Alius erithræus grammaticus. Alius bithynius filiꝰ Panætii rhodii. Alius orator ſmyrnæus: & hi
omnes proſam ſcripſere. Alii etiam poetica ſcriptitauere. Vnus ueterem comœdiam ſcripſit. Aliusfuit epi
curus: qui contra inuidos ſcripſit. Alius ex tarſa ſatyricus. Quartus iambicus amarus uir. Quintꝰ erithræꝰ
uarius ſcriptor. Vnde etiam hiſtoricos & oratorios conſcripſit libros.

D emaratus cum unico. t. & illo exili ſcribitur: fuit teſte Liuio libro primo ab urbe condita corinthius nego-
ciator diues: & pater Tarquini priſci romanorũ regis. hic cũ ob ſeditionẽ corintho profugus eſſet: & forte
Tarquiniis conſediſſet uxore ibi ducta duos genuit filios: Luconem ſcilicet: qui deinde fuit romanorũ rex
& dictus Tarquinius: & Arunta. Aliter uero Demaratus fuit rex ſpartanus: qui ob indignationem a patria
diſcedens: ad regem perſarum diffugit: de quo Iuſtinus nonnulla & Herodotus plura ſcripſere.

D eiphyle antepenultima cum. i. latino: & penultima cum. y. græco ſcribitur: fuit Adraſti regis filia: & Tidei
uxor: cui Diomedem peperit.

D eiphylus eodẽ modo uti ſuperior ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados. v. Stheneli filii Capanei in bel-
lo troiano amicus obſequentiſſimus.

D eipites cũ. i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribiť: fuit teſte Homero uir troianus quẽ Vlixes in bello interemit.

D eiopeia cum. i. latino in antepenultima. Verum penultima apud græcos habet ei diphthongum: quaʒ nos
in. e. aliquando longam commutamus: quandoq; uero diuidimus: & ſecundam uocalem in conſonantẽ cõ
mutamus: ac dicimus Diopeia Virgilius libro primo æneidos: Quarum quæ forma pulcherrima Deipeiã:
Connubio iungam ſtabili. Nam græce Δηιοπεια ſcribitur.

D eipyræs cuʒ. y. græco in penultima ſequente. r. in ultima ſcribitur: fuit teſte Homero libro. viii. iliados: unꝰ
ex principibus iuuentutis græcorum.

D eioces cum. i. latino &. c. exili ſcribitur: fuit teſte Herodoto Phraorcæ filius: & medorum rex.

D elphinus cum. ph. aſpirato &. i. latino ſcribitur: piſcis eſt: de quo Plinius & Solinus plurima retulerunt.
Quin & delphin nis. dici poteſt: ut Titan titanis uel titanos: & Titanus titani: Elephas elephãtis uel elephã-
tos: & elephantus elephanti. arabs arabis uel arabos: & arabus arabi.

D elphi cum. ph. aſpirato &. i. latino in fine ſcribitur: quo ſane uocabulo non ſolum oppidani ſed etiam op-
pidum ſic in plurali deſignatur. Idq; non ſolum græci: ſed etiaʒ noſtri obſeruauerunt: ut apud Thucydidẽ
& Liuium ſæpe comperimus ſimiliter leontini pariter pro oppido & oppidanis accipitur.

D elos cum. e. abſq; diphthongo & unico. l. ſcribitur: inſula eſt in mari ægæo cantatiſſima a poetis ob Apolli
nis & Dianæ natiuitatem: & a δηλῶ quod eſt manifeſto nomen aſſumpſit. Nam teſte Plinio libro. iiii. natu
ralis hiſtoriæ Ariſtoteles ita appellatam tradidit: quoniam repente apparuit enata. Macrobius uero libro
ſaturnalium primo dixit eam ſic uocitatam: quia ortus & quaſi partus luminum omnia facit δηλα. ideſt
aperta clareſcere. eandem Agloſtenes teſte eodem Plinio: cynthiam prius dictam fuiſſe rettulit. Alii orthi-
giam de qua in dictione ortygia uidebimus.

D emocedes cum. e. exili & abſq; aliquo diphthongo ſcribiť: fuit teſte Herodoto li. hiſtoriaꝝ. iiii. crotoniata
medicus illuſtris: qui cũ inter Darii captiuos eſſet: & Darius ipſe ob inuerſum pedẽ grauiter ægrotaret: ita
ut iam ſeptẽ dies in ſomnis egiſſet: nec a medicis ſuis uel paꝝ iuuareť: ductꝰ in mediũ Democedes: uinctus
compedibus Dariũ penitꝰ liberauit. Et deinde maximo in honore apud regẽ habitꝰ eſt & omnes perſas.

D emocritus abſq; aliqua aſpiratiõe & cum. i. latino ſcribitur: fuit abderites philoſophus Aegiſtrati filiꝰ: ſeu
ſecunduʒ alios Athenocriti: uel ſecundum alios Damaſippi. hic teſte Herodoto libro hiſtoriarũ. vi. magos
quoſdã & chaldæos primo audiuit Xerxe rege patriæ illius quando apud illũ hoſpitatꝰ eſt: præceptores re
linquẽte: a quibꝰ theologiã & aſtrologiã didicit: cuʒ adhuc puer eſſet. Is deinde Demetrio & Antiſthene te-
ſtibus in ægiptũ iuit: ut geometriã perciperet: & in perſidem ad rubrũq; mare & caldeos diuinarum reruʒ

cognitione auidus perrexit. Diuiſitq; duobus fratribus ſuis ſubſtantiá minoréq; partem pro ſe tenuit: quæ ſcilicet illi peregrinanti ſufficeret. Venit Athenas & in deſpectũ gloriæ noluit agnoſci. Et cũ cognouiſſet ipſe Socratem ignoratus eſt ab ipſo. Tandem in patriam a peregrinatõne reuerſus: a fratre ſumma inopia nutritus eſt. Nam relicto omni patrimonio in hortulis quibuſdá iuxta ſuæ urbis muros ſe ad ſolas rerũ naturas contemplandas contraxit. Et ut ex epiſtolis Hippocratis habetur: quocunq; fortunæ caſu & mutabilium rerum audito in riſum ſoluebatur dicente etiam Iuuenale in ſatyra: Omnibus in terris perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus. Et ſubdit: Tum quoq; naturam riſus inuenit ad omnes Occurſus hominum. Et ſubdit: Ridebat curas: nec non & gaudia uulgi. Interdũ & lachrymas. Quare creditus in inſania uerſus: ab abderitis conciuibus ſuis conuocatus fuit Hippocrates pro illius cura. Qui cum hominis altiſſimam ſapientiá cognouiſſet: eruditiorem ſe ab illo receſſiſſe faſſus eſt: ut in Hippocratis epiſtolis ſcriptum comperi. tandem teſte Cicerone libro quinto tuſchulanarũ quæſtionũ: & Gellio libro. x. noctiũ acticarum: quod nullibi apud græcos legi ſeipſum occæcauit: quod ideo feciſſe dicunt ut naturæ ſecreta ſubtilius rimaretur: ratus uarias imagines per corporeos oculos in animam irruentes: frequenter acumen cogitationũ obtundere. Eius mors uarie ab auctoribus fertur. Agebatq; centum & nouem annos cũ mortuus eſt teſte Hipparcho: dixit omnia ex atomis fieri: & plures eſſe mũdos ac corruptibiles. Multa uolumina reliquit: utputa de medicina: de naturalib⁹: de carmine: de uerſibus Homeri: de poeſi: de uenuſtate carminis de agricultura: de moralibus: & alia complura. Vnde Timon prætulit eum cæteris & monuit legendum. Fuere Democriti ſex. Primus hic. Secundus chius qui fuit muſicus & illi contéporaneus. Tertius ſculptor. Quartus qui de templo epheſiæ Dianæ ſcripſit. Quuintus epigrammatũ poeta clarus. Sextus pergameus orator clarus.

D ercyllus cum. c. exili &. y. græco atq; duplici. l. ſcribitur. fuit teſte Plutarcho unus ex præfectis Pirrhi: & inde dercillidas deducitur.

D erſæi cum. æ. diphthongo in penultima ſcribitur: populi ſunt græcorum in littoribus thraciæ: ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum ſeptimo.

D eruſiæi cũ. i. latino in antepenultima: &. æ. diphthõgo in penultima ſcribitur: fuerũt teſte Herodoto libro hiſtoriarũ primo: oratores perſici. ſimiliter apud eoſdẽ germanii & panthialei cũ. th. aſpirato &. i. latino.

D eucalion cũ eu diphthongo &. c. exili atq; unico. l. &. i. latino ſcribitur: fuit Promethei filius ex matre Clymene: ut græcorũ plurimi atteſtantur. Heſiodus uero dixit Perynoe cum. y. græco. Nonnulli auté alii Heſione. cui adulto Epimeus patruus Pyrrham filiam dedit uxorem. Quorum tempore ſæuum diluuium in theſſalia factum eſt: ita ut neminem præter illos duos poetæ euaſiſſe canant: ut uidebimus in dictione pyrrha: Fuitq; teſte Iuſtino octingenteſimodecimo anno ante urbem conditam: quo tempore regnabat Amphion apud thebas: apud athenas uero Granao: uel ut alii putant Cecrops. Ante hoc itaq; diluuium aliud fuiſſe ſcribunt hiſtorici ſub Ogygio in achaia & boecia uaſtatione pene totius prouinciæ. ſed cum particulares hæ fuerint inundationes aquarũ: illa uniuerſalis fuit ſub Noe: quam ſacræ litteræ atteſtantur.

D emoſthenes cum. th. aſpirato ſcribitur: cuius uocabuli compoſitioné in ante habitis explicauimus. Nã ex ex δῆμος qui eſt populis: & σθένος robur componitur quaſi robur populi. fuit omnium græciæ oratorũ princeps: cuius uitam Leonardus Aretinus cõterraneus meus ex græcis ad latinos tranſtulit. Et auctoritate Hermippi oſtendit patré in officina gladiorũ fuiſſe. Vnde teſte Iuuenale in ſatyra Omnibus in terris: Pater Demoſthenen ardentis maſſæ fuligine lippus A carbone & forcipibus gladioſq; parante Incude: & Luteo Vulcano ad rethora miſit: quid ultimũ non plene cum his quæ Leonardus noſter ſcripſit concordare uidetur: cum longe poſt mortem patris hoc ſibi aſſumpſiſſe officiũ referat. Sed q̄ id ſit teſte Iuuenale Sæuus & illum exitus eripuit. Nã fractis patriæ rebus: ne ueniret in manus ſtulti populi ſæuientis: ſe ueneno affecit inter ſatellites. Nequibat enim patriæ ferre ſalutem ut ſolebat.

D emodocus cũ. c. exili ſcribitur: fuit citharœd⁹: qué Homerus libro odiſſæ. viii. inducit in conuiuio Alcinoi regis phæacum: in quo Vlixem excepit citharam pulſare & una canere. Vt ſimiliter apud Virgiliũ in conuiuio Didonis: Cithara crinitus iopas perſonat aurata. Vnde inquit Alcinous in eo conuiuio apud Homerũ καλέσσασθε θεῖον ἀοιδὸν Δημόδοκον: hoc eſt uocate diuinum cantorem Demodocum. Cecinitq; ut late proſequitur idem Homerus Veneris Martiſq; dolos: & dulcia furta. Et componit᷑ Demodocus ex δῆμος qui eſt populus & δοκίσις æſtimatio: quaſi populi æſtimatio diceret᷑.

D emocoon cum. c. exili ſequẽte duplicato. o. in pleno nomine: hoc eſt abſq; ſynæreſi ſcribitur: fuit teſte Homero libro quarto iliados: nothus Priami filius: qui uelociſſimos patris equos apud abydum cuſtodiebat hunc Vlixes in bello interemit.

D emophoon ſequẽte. o. duplicato in pleno: hoc eſt abſq; ſynæreſi nomine ſcribit᷑: habetq; accentũ acutũ in penultima: quia naturá græcá in declinatione græca etiá apud noſtros conſeruat: ut late uidebim⁹ in dictione proſedia. Sane per ſynæreſim illa duo. o. quorũ primũ eſt breue ultimũ uero longũ in unũ. o. longum: tam apud græcos q̄ noſtros conuertunt᷑ ut dicit᷑ Demophon: ubi habet accentũ circũflexum. In ultima fuit teſte Iuſtino libro. ii. Theſei ex Phædra cõiuge filius: qui cũ Antigono fratre auxilia græcis cõtra troianos

tulit. Tandem ilio deruto dum ad patriam rediret: tempeſtate furente in thraciam delatus eſt: ubi a Phylli
de Lycurgi regis filia: non tantū regno: ſed hoſpitio & lecto receptus eſt. Et cum aliquādiu cum ea ſtetiſſet
audito de fratre Meneſtheo athenarum rege ꝙ agitatus procellis ad melos inſulam deueniſſet: ibiq; diem
clauſiſſet extremū: impetrata ad breue tempus licentia a Phyllide: & ab eadē inſtauratis nauibus athenas
rediit. Vbi rex effectus: cum teſte Ouidio ultra promiſſum tempus tardaret: Phyllis amoris furentis impa-
tiens laqueo ſe ſuſpendit: & in ſiccam amigdalū conuerſa fuit: quæ cum poſt Demophontis reditū ab illo
amplexaret᷑ folia emiſit: quæ deinde ab illa cognominata ſunt Phylla: cū teſte Seruio petalia prius dicerent᷑.
Deus cum. e. abſq; diphthongo ſcribitur: ut omnes aſſerunt a uerbo græco deſcendit. Sed quidam dicunt a
θεῦ quod eſt uideo & ſpeculor deriuari. Alii uero a λεόμαι quod eſt timeo: & inde λέοσ timor: eo ꝙ om
nibus ſit timendus. Vnde ait Statius: Primus in orbe deos fecit timor. Itaq; Saturnus cum potentiſſim⁹ rex
eſſet ad retinendam parentum ſuorum memoriam: eorū nomina cælo terræq; indidit. Quare patrē dixit
ὀυρανὸν: quod cælum latine indicat: Matrem uero γάιαν: quæ terram dicit: & Veſta interpretatur eo ꝙ
rebus omnibus ueſtiatur ut quibuſdam placet: ſeu quia ui ſua ſtat ut dixit Ouidius libro faſtorum. vi. ubi
ait: Stat ui terra ſua: ui ſtando Veſta uocatur. Fuit etiam alia Veſta uirgo perpetua: cui ueſtales uirgines ſa
crificabant: & Veſtæ præfatæ neptis: hoc eſt Saturni filia ex Ope: ut late oſtendit Ouidius eodem libro fa
ſtorum. vi. ubi tandem de hac ipſa concludens dixit:

Nec tu aliud ueſtam: q̄ uiuam intellige flammam.
Nataq; de flamma corpora nulla uides.
Iure ergo uirgo eſt quæ ſemina nulla remittit.
Nec capit: & comites uirginitatis habet.

Saturnus uero a nobis eſt appellatus: quia ſaturet᷑ annis. ut refert Balbus apud Ciceronem li. ii. de natura
deoꝝ. A græcis uero cronus dicitur quod apud nos tempus deſignat: ut ſupra in ea dictione uidimus. Nā
cum Celi fili⁹ dictus fuerit: fingebant poetæ natos ſuos omnes deuoraſſe ſolitum qua fictōne oſtendere uo
luerunt omnia ipſo tempore conſumi: & annis inſaturabiliter expleri. Omnia ergo uertūtur: ut dixit Pro
pertius: Et thebæ ſteterant altaq; troia fuit: Nec ſemper barbara memphys pyramidum miraculis gloria-
bat᷑. Sed aliquando annoꝝ ſerie peribunt: Quam ſententiam Ouidius elegantiſſime expreſſit cum ait.

Tempus edax rerum: tuq; inuidioſa uetuſtas.
Omnia deſtruitis uitiataq; dentibus æui.
Paulatim nigra conſumitis omnia morte.

Saturni uxor dicta fuit a græcis Rhea a ῥέω: quod eſt fluo. cum deorum multitudo ab ipſa fluxerit. A lati-
nis uero dicitur Ops: ut in ea dictione uidimus. Ex hac filius natus Iuppiter a nobis dicitur: quaſi iuuās pa-
ter: a græcis uero ζευσ: a uerbo ζῶ: quod eſt deductum: quia ut aiebant uitæ dator erat: & inde Zenobius
quaſi ζῆνοσ βιοσ. i. Iouis uita: uel etiam beatitudo: nam utrunq; βιοσ deſignat. ſed teſte Balbo ī præfato
libro conuerſis caſibus Iouem a iuuando appellamus. A poetis uero pater diuū atq; hominū dicitur: a ma
ioribus autem noſtris optimus maximuſq;: hunc etiā antiqui græci nōnunq̄ æthera dixerunt: ut Euripides
cuius. i. latine ad poetæ ſententiā traduci uerſiculi poſſunt.

Vides ſublime īmoderatum æthera.
Qui terram teneto circūuentu amplectitur.
Hunc ſummum habeo diuum: hunc perhibeto Iouem.

Eius ſoror & coniunx fuit: quæ ut refert Cicero etiam a iuuando noīata creditur. Nam græce ἥρα dicitur.
Vnde nos heram dicimus: hoc eſt dominam. hanc ſtoici ꝓ aere ſumunt: eo ꝙ ſimilitudinem habeat cū æthe
re: & coniunctōem magnā cum eo quod Virgilius georgicoꝝ li. ii. cum ait.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther.
Coniugis in gremium lætæ deſcendit: & omnes.
Magnus ait magno cōmixto corpore fœtus.

Ex Iouis uero fratribus unus fuit Neptunus. quē idem Balbus apud Ciceronem præfato li. a nādo paulu-
lū primis litteris īmutatis dictum aſſerit: is græce ποσιδῶν noīatur: quē a ποσισ: quod eſt potus cogno
minatum dicunt: eo ꝙ oībus potum exhibeat. Alter fuit Iouis frater dictus ab illis Pluto: a nobis uero hic
dis: & hic Ditis: quia ut ait Balbus terræna quæq; uis aut natura diti patri dedicata ē: eo ꝙ diuitie omnes e
terris oriunt᷑: & in terras recidunt. Nam πλουτοσ græce latine diuitiæ dicitur. Quintilianus uero in pri-
mo de inſtitutione oratoria a contrario interpretat᷑: qa minime diues ē. At plutoni ꝓſerpinā poete coniun-
gūt: quod uocabulū ex græco περσεφονη trāſlatū ē: quā ut ait Balbus: frugū ſemē eſſe uolūt abſcōditāq;
queri a matre fingunt. quæ latine dicta ē ceres: quaſi gerēs hoc ē a gerēdis frugib⁹ appellata: prima. ſ. litte-
ra īmutata: ut idē rettulit Balb⁹. Vnde a græcis dicit᷑ δημητρα: quaſi γημητρα: hoc ē terræ mater. At uero
Serui⁹ ſup primo georgicoꝝ. Cererē a creādo dictā uoluit. Vnde alma Ceres dicit᷑: qa nos alit. hæc fuit Io-
uis ſoror. quæ cū illi placeret ꝓſerpinā ex eo pepit. Ex Ioue uero & Iunone: ut qdā uolunt natus eſt Mars.
Alii uero ex ſola Iunone: ut Ouidi⁹ li. faſtoꝝ. v. At Mars ꝑ epētheſiꝫ Mauors dicit᷑: ſic quoq; teſte Balbo la

tine dictus:quia magna ſit uertens.nam is græce ἄρησ noiat̃ ab ἄίρω:quod ē occido deductū.Ex Iouis uero capite Minerua naſcit̃:quæ ſic quoq; latine appellat̃:q̄ſi uim minet̃:uel a minuendo:ut in ea dictiōe latte uidebimꝰ.Nā græce αθηνα uocat̃.Sane Iouis & Latona filii fuerunt Apollo & Diana. Apollo quidem græcū eſt uocabulū:quē illi etiā φοῖβον:hoc eſt ſolē appellant.Et Diana ſimiliter:q̄ſi Iouis filia nuncupat̃ quæ etiā alio noīe ab illis ἄρτεμις dicit̃ quā & luuā putant:eo ꝙ noctu luceat.Nā ut ait Balbus Sol dictꝰ ē ꝙ ſolus ex oībus ſyderibus ē tantꝰ.Vel quia cū eſt ortus obſcuritis oībus aliis ſolus appeat diciturq; græce ἥλιοσ.Lunam uero a lucēdo dictā uoluit:quæ græce σελήνη nūcupat̃.Eadem eſſe Lucinā dicūt.Itaq; ut quæ apud græcos Diana a nobis lucifera:& Iuno Lucina dicat̃:quā ſane in pariēdo inuocant.Vnde Virgilius in Pollione:Caſta faue lucina:tuus iā regnat apollo:& Cicero Timæū quendā refert q̄ cum in hiſtoria dixiſſet:qua nocte natus Alexander eſſet:eadem Epheſiæ Dianæ tēplum deflagrauiſſe:adiunxit id minime eſſe mirandū quod Diana cū in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet abfuiſſet domo.Nāq; ob hoc teſte Seruio ſup.iii.æneidos tunc quoq; a parturiētibꝰ inuocabat̃:qa primū nata parturienti matri apollonē obſtetricis officiū exercuiſſe dicebat̃. Alia fuit dea Iouis filia latine Venus teſte Balbo appellata:qa ad res oēs ueniret.At ex ea potius uenuſtas q̄ uenus ex uenuſtate dici uoluit.Et cum deus deaq; & deabus ab auctoribꝰ noſtris dicat̃:diuus diua diuabꝰ non dicit̃.Quod in quibuſdā aliis contingit.Nā dicit̃ filius filia filiabus:& nō priuignus priuigna priuignabꝰ:natus nata natabꝰ:& non genitꝰ genita genitabꝰ:ꝓut Valla dixit:licet Priſcianus dubitet utrū natabus a bonis auctoribꝰ comperiat̃:equus equa equabus:mulus mula mulabus:& nō aſinus aſina aſinabꝰ:nec iuuēcus iuuenca iuuēcabus:nō ceruabus nec lupabus:nō libertabus:nō patronabus:nō cōcubinabus:nō pediſſequabꝰ:non ſeruabus:nō famulabus:nō dominabus:nō etiā aīabus:Tam & ſi ex poſterioribus quidā his duobꝰ ultimis utuntur.Cicero tamē ad uxorē & filiaꝫ ſcribens:duabus aīs ſuis dixit non aīabus.Et Curtius de matre & uxore Alexandri dominia & nō dominabus dixit.Quare dominabus & aīabus magis ꝑ licentiā q̄ recto modo loquendi quoſdaꝫ uſos fuiſſe Laurentiꝰ meus Vallenſis putat in elegantiis ad me miſſis:quēadmoduꝫ & nonnulli ueteres dextrabus dixerunt pro dextris:& eabus ꝓ eis.Sed de recte loquendi uſu magis q̄ ab uſu tetigimus.

Dexithea cum.i.latino &.th.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Plutarcho in uita Romuli Phorbantis filia.

Diabolus cuꝫ.i.latino & unico.l.ſcribit̃:q̄q̄ a uerbo cū duplici.l.ſcripto deriuetur:uidelicet a διαβάλλω quod eſt criminor:unde diabolus græce criminator dicitur:& componitur διαβάλλω ex διὰ præpoſitione quæ pro dicit.& βάλλω iacio.

Diadema cum.i.latino ſcribitur:habetq; apud noſtros accentum in penultima.apud græcos uero in antepenultima:ut in diuerſis aliis contingit.

Diæreſis prima cum.i.latino:& ſequens cum.æ.diphthongo ſcribitur:dici poteſt a noſtris diuiſio:unde figura tunc quædam dicitur:cum una ſyllaba in duas diuiditur.Ouidius libro metamorphoſeos primo. Tertia poſt illam ſucceſſit ænea proles:ubi &.a.&.e.diphthongus diuiditur:Horatius:Diueſq; deducunt Iouem nunc mare:nunc ſiluæ:ubi ſiluæ teſte Priſciano triſyllabum eſt in ſcanſione.Virgilius ſimiliter li.æneidos.iii.Aulai in medio libabant pocula bacchi:ubi.a.&.i.diphthongus græca diuiditur.

Diæta cum.i.latino &.æ.diphthongo atq;.t.exili ſcribitur.

Diagoras cum.i.latino ſcribitur:fuit philoſophus cognominatus atheos.i.negans deos:ut in ea dictione uidimus.Nam teſte Cicerone libro.iii.de natura deoꝝ cum ſamothraciam ueniſſet atq; ei quidam amicꝰ dixiſſet:tu qui deos putas humana negligere:nōne aduertis ex tot tabulis pictis q̄ multi uotis uim tēpeſtatis effugerint:in portūq; ſalui peruenerint:ita ſit inquit.illi enim nunq̄ picti ſunt:qui naufragia fecerunt:in mariq; perierunt.

Dialectica cum.c.ante.t.abſq; aliqua aſpiratione atq;.i.latino ſcribitur:dici pōt a nobis diſputatrix. Nam a διαλέγομαι deriuatur:quod eſt diſputo:unde etiam dialogus.dialegome uero a διὰ præpoſitiōe:quæ dicit p:& λέγομαι:quod eſt ſermocinor:quia per ſermocinatōem diſputatio ipſa ꝓſequitur.

Dialogus cum.i.latino:& unico.l.ſcribitur:dici poteſt a nobis diſputatio:unde a διὰ quod eſt per:λογοσ ſermocinatio:quæ & ſermonem & rationem comprehēdit:cum per ſermocinatōem diſputatio conficiat̃. Sane differt oratio cū ꝓprie accipit̃ a ſermone quod hic ſedatior remiſſior preſſior ac tenuior:qualis philoſophorum.oratio uero in qua ornamenta affectuſq; inſunt popularibus accomodata auribus.Ideoq; oratores uocantur:quod hoc genere utuntur:philoſophi uero magis ſermociocinatores.

Dialyton prima cum.i.latino:penultima cum.y.græco:ultima cuꝫ.t.exili ſcribit̃:dici poteſt latine diſſolutū nam deſcendit a uerbo διαλύω.quod eſt diſſoluo.Et eſt figura cum ſine coniunctionibus punctatim dictiones ꝓferuntur.Vt Ite ferte citi ferrum.date uella:impellite remos.Similiter iuſticia prudentia fortitudine me ſuperaſti.Et eſt eadem figura cum illa:quam aſyntheton diximus.

Diana cum.i.latino & unico.n.ſcribit̃:dictio eſt ab διοσ.i.Ioue deducta quaſi Iouiniana.Vnde licet plures fuiſſe Dianas.Cicero de natura deorum referat.illa tamē noiatiſſima eſt:& cui omnia attribuunt̃ quæ Iouis filia ex Latona eodem partu cum Appolline nata dicitur:hæc ob uirginitatis amorem hominuꝫ fertur conſortium auffugiſſe:& ut a ſe libidinis pruritum abdecaret uenando incolebat ſiluas ac montium saltꝰ

Quare cuȝ arcu & pharetra illá inceſſiſſe ferunt: quá uirgines plures ſimili ꝓpoſitó ſequebantur: dicente
Virgilio libro æneidos primo.
Qualis in eurotæ ripis: aut per iuga cynthi.
Exercet diana choros: quam mille ſecutæ.
Hinc atq; hinc glomerantur oreades: illa pharetram.
Fert humero: gradienſq; deas ſupereminet omnes.
Idem longo & inſigni uerſu Claudianus poeta cum de laudibus Stilichonis agere explicauit: cuius primá
Virgilius produxit cum ait: Exercet diana choros: Quaȝ reliqui poetæ corripere conſueuerunt. Ouidius
libro.iii.metamorphoſeos: nomine gargaphyæ ſuccinctæ ſacra dianæ: & alio libro. Vidi ſine ueſte dianaȝ:
Iuuenalis in.iii.ſatyra. Me quoq; ad eluinam cererem: ueſtramq; dianaȝ. Item in ſatyra: Omnibus in terris
Pulchra gaudet latona diana: hanc actæonem in ceruum mutaſſe ferũt poetæ: qa ipſam lauanté ſe nudá ui-
derat. Eandem Orionem occidiſſe ſcribitur: quia uim ſibi inferre uoluit. Eidem in taurica regione ex hu-
mana hoſtia ſacra fiebant: ut in dictione ephigenia uidebimus. Illa eadem templum habuit apud epheſuȝ
admirandum: & magna cum religione a ſegeſtanis in ſicilia colebatur: a cretenſibus ſimiliter quam Brito-
martem eorum lingua cognominatam dixit Solinus: quod uocabulum ut ait ſermone noſtro uirginé dul-
cem ſonat: ab eiſdem græce Dictynna dicta fuit: ut in ea dictione monſtrabimus: hanc eádem refert Home
rus in iliade iratam fuiſſe: quod ſibi thaleſia pro frugibus Oeneus Rex Calidoniæ non feciſſet: cum cæteri
omnes dii ſacrificii ſuſcepiſſent honorem: & illa ſola inhonorata remanſiſſet: uel quia oblitus fuerat: uel
quia illi non putarat agendum: quare terribilem ſetis ac dentibus immiſit aprum: qui regionem Oenei to
tam uaſtaret: ut uidebimus in dictione Meleager: ſed cur diana a parturientibus inuocaretur: uidimus in
dictione deus.

D ianœa cum.i.latino in prima: & in penultima cum.œ.diphthongo ſcribitur: dicitur a noſtris mens intelle-
ctus: unde etiam ab oratore pro quadam figura ponitur: quæ ſenſum magis q̃ uerba deſignat: dicente
Quintiliano in primo de inſtitutione oratoria figuras quæq; lexeos quæq; dianœas uocantur.

D iaſyrmos penultima cum.y.græco ſcribitur: dici poteſt diſtractio: nam a διασυρω: quod eſt diſtraho de-
ducitur. Vnde & figura ponitur quando una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur. Virgilius in bu
colicis: Interſtrepere anſer olores.i.malus poeta inter bonos. Ob quod eam etiam tunc figuraȝ eſſe dicunt
quando quis magna uerbis cõminuit: & minima extollit.

D iaſtaſis cum.i.latino utrobiq;: &.t.exili ſcribitur: dici poteſt latine diſtantia. Naȝ ex διὰ componitur: quod
nonnunq̃ ob & longe deſignat: & ſtaſis quod eſt diſtantia.

D iaſtole cum.i.latino &.t.exili atq; unico.l.ſcribitur: dici poteſt a nobis diſtinctio uel dilatio. Quod quidem
fit cum una dictio uel ſententia ab alia diſtinguitur: uel cum breuis ſyllaba producitur: ut Virgilius ænei-
dos libro primo. Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Idem lib.ii. Luctus ubiq; pauor & plurima mortis
imago.

D icæarchus prima cum.i.latino: ſequens cum.c.exili: &.æ.diphthongo: ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:
quaſi iuſtus iudex. Nam δικαιος iuſtus dicitur: & archus princeps: eſt uiri nomen ꝓprium.

D ictamus & dictamum utrunq; comperitur: & utrunq; cum.i.latino: &.ct.exilibus ſcribitur herba eſt medi-
cinalis: de qua Virgilius libro.xii.meminit: quum hæc herba ab Venere in medelam uulneris in Aeneam il
lati deportatur: ait enim Dictamum genitrix cretæa carpit ab ida Puberibus caulem foliis & flore coman-
tem Purpureo.

D ictynna prima cum.i.latino: ſequens cum.ct.exilibus: &.y.græco: quin & cum duplicato.n.ſcribitur: dicta
fuit a cretenſibus lingua græca Diana: quia cum uirgo quædam cretenſis quá britonem Lactantius gráma
ticus uocauit. Solinus Britomartem uirginitatem ſuam Dianæ dicaſſet: & a Minoe tunc rege opprimi ad
uirginitatem perdendam cogeretur: ſemelq; uideretur aſtringi: cum non alia illi fuga dari poſſet: in mare
ſe præcipitem dedit: cuius cadauer cum retibus a piſcatoribus forte comperatũ eſſet: dyctinna deinde ab
ipſis retibus cognominata fuit. nam δίκτυον græce latine rete dicitur: ſed cum grandis peſtis ob id in cre
ta ſequeretur habito reſponſo ut ædem Dianæ conſtruerent: Dianam ipſam a cognomine uirginis Dictyn
nam uocauere: dicente Tibullo in elegia ad Priapum: Perq; ſuas impune ſinit dictynna ſagittas. Quare &
mons ubi fuit ædes dictynnus modo conſimili dictus fuit. Quæ ſane ædes teſte Solino manus Dædali oſten
dit: & quá nemo nudus ingredi licite poterat.

D ictæus prima cum.i.latino: ſequens cum.ct.&.æ.diphthongo ſcribitur: cognomen eſt montis cuiuſdam in
creta: & a Dicte nympha: quæ teſte Seruio ſuper.iii.æneidos illic colebatur cognominatus. Virgilius libro
georgicorum. Dicteo cæli regem pauere ſub antro.

D idyme prima cum.i.latino: & penultima cum.y.græco ſcribitur inſula eſt una ex æolis in freto ſiculo.

D idymus prima cum.i.latino: ſequens cum.y.græco ſcribitur: dici poteſt a nobis gemellus. Eſtq; uiri nomen
proprium.

**D** idymaon prima cum.i.latino:ſequens cum.y.græco ſcribitur:fuit armoruꝫ artifex eximius: de quo Virgi. libro.v.æneidos meminit cum ait. Et clipeum efferri iuſſit didymaonis artes.

**D** idrachma cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:diciq; poteſt apud nos hiſdrachma.nam ex Διοσ apud nos eſt bis:& Δραχμη componitur.

**D** ies cum.i.latino ſcribitur:& a Διοσ hoc eſt Ioue græca dictione deducitur. Naꝫ eodem modo ut noſtri Iouem adiutorem ita græci Διαβοηθον & nos diem adiutorem accipimus. Et inde Dieſpiter quaſi iuuãs pater:qui lingua oſca teſte Seruio lucetiꝰ dicitur. Virgilius libro.viii.æneidos. Aliqui uero diẽ proprie ſignificare deum contendunt:quod ſi ſic eſſet a Δέοσ : quod eſt timor:ut ſupra uidimus deduceretur. Et teſte Priſciano in.v.tam maſculini q̃ fœminini generis in ſingulari numero inuenitur: ex quo diminitiuum fit diecula. Terentius in andria: Eo impudens non ſatis eſt:quod tibi dieculam addo pro dilatõne aliqua temporis. In plurali uero ſemper maſculinum inuenitur:& dicitur dies ferialium teſte Varrone a ferendis in ſe pulchra epulis.

**D** ieſpiter cum.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribitur:de quo uidimus in præcedenti dictione: quo ſane uocabulo cum alii plures ſint uſi:tum Horatius in primo carminum: Nanq; dieſpiter igni coruſco Nubila diuidens:plerũq; per purum tonantes egit equos uolucreq; currum.

**D** igamma cum.i.latino & duplicato.m.ſcribitur:& ſignificat bis aut duplex gamma:quæ tertia eſt alphabeti græcorum littera:unde.f.noſtrum digamma uocabatur:quia figuram duplicis gamme detinebat.

**D** ynaſtæ cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:dici poteſt latine potentes:quo uocabulo utitur nonnunq̃ Cicero & a Δύναμι quæ eſt potentia deducitur.

**D** indyma cum.i.latino ſequente.n.penultima cum.y.græco:& ultima cuꝫ.m.littera ſcribitur: mons ẽ phrigiæ matri deum ſacer:declinaturque tantummodo in plurali. Virgi.libro æneidos.ix. Ite ꝑ alta dindyma.

**D** inocrates cum.i.latino:& abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit Alexandri magni architectus:de cuius forma corpore & ingenio Vitrubius in proemio libri ſecundi de architectura plura ſcribit: hic teſte eodeꝫ Vitrubio Alexandro in ægypto alexandriam metatus eſt:& inſtaurationi templi epheſiæ Dianæ præfuit:ideꝫ teſte Plinio libro.vii.naturalis hiſtoriæ imperatori Alexandro dixit. Nequis ipſum alius q̃ appelles pingeret:q̃ Pyrgoteles ſculperet:q̃ Lyſippus ex ære duceret:quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

**D** iocles cum.i.latino &.c.exili:hoc eſt abſq; aſpiratione ſcribitur:nomen eſt uiri proprium:quod interpretari ualet Iouis gloria:hoc eſt Διοσ quod eſt Iouis:& κλέοσ gloria:hic teſte Plutarcho in uita Romuli Peparethius cognominatur & laudatur hiſtoricus.

**D** iocleus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:habetq; accentum in penultima: hoc eſt ſuper.e. & fuit Orſilochi filius:ut in ea dictione uidebimus:hic teſte Homero libro.v.iliados habitabat in phæra loco ſane inſigni: uir rebus omnibus ad uitam idoneis circũfluus:& genus ducens ab alpheo fluuio:quod libro.xv.odyſſeæ idem poeta confirmauit Διοκλῆοσ ποτὶ δῶμα νόσ ὀρσιλοχοιο τονάλφειοσ τέκε παῖδα. Et interpretari ualet:Διοσκλέοσ:hoc eſt Iouis gloria.

**D** ion cum.i.latino ſcribitur:fuit ſyracuſanus nobilis Hippatini filius:& utraq; dionyſiorum tyrannide complicatus: Nanq; ſuperior ille Dionyſius Ariſtomachem dionis ſororem in matrimonio habuit. Ex qua duos filios Hipparium & Niſæum procreauit: Totidemque filias:unam nomine Sophroſynem:alteram Aretem. Quarum priorem teſte Aemilio probo Dionyſio filio eidem cui regnum reliquit nuptum dedit: Alteram ipſi dioni. Hic præter nobilem propinquitatem & generoſam maiorum famam multa alia ab natura bona recepit:ut ingenium docile come: & ad optimas artes aptum: magnam corporis dignitatem: magnas item diuitias a patre relictas:quas ipſi tyranni muneribus auxerat. Ideo adeo Platonem amauit:ut ſe eidem totum traderet. Nec minus eo Plato delectaretur. Is deinde a dionyſio filio ſyracuſis eiectus:corinthum confugiens:fretus,non tam ſuis copiis:q̃ odio tyranni maximo animo duabus onerariis nauibꝰ quinquaginta annorum imperium munitum quingentis longis nauibus decem equitum centumq; edituꝫ milibus profectus:poſt diem tertium q̃ ſiciliam attigerit:ſyracuſas introiuit:& demum fraude Callicratis cuiuſdam athenienſis:qui cum eo ex peloponneſo uenerat interfectus eſt. Alter fuit dion Pruſæus orator eximius:cui ob eloquentiam Chryſoſtomo cognomen fuit.

**D** iogenes cum.i.latino ſcribitur:& dicitur quaſi Διοσ: hoc eſt Iouis genus: fuit teſte diocle ſinopæus Iceſii menſarii filius:quem fugiſſe aiunt:cum pater eius publice menſam haberet:ac falſo pecuniam ſignaret. Eubolides uero in libro de diogene dicit ipſum hoc feciſſe.ſ.monetæ falſam ſignationem. Alii putant euꝫ ſponte patriam reliquiſſe.hic ueniens athenas: ibi Antiſthenem comperit:a quo cum non reciperetur in diſciplinam.nam ſtatuerat neminem recipere:perſeuerantia illum uicit. Pallium primus duplex habuit ſecũdum aliquos:& peram in qua cibos ferebat. Omniq; utebatur ad omnia loco:& prandens:& dormiens & loquens. Cum ſcripſiſſet cuidam ut ſibi cellam pararet:faciente id illo tardius:dolium pro domo habuit. Aeſtate in feruida harena ſe uolutabat.hyeme coopertas niue ſtatuas amplectabatur: parans ſe his modis ad laborum tolerantiam. Idem cum uidiſſet puerum concaua manu bibentem abiecit uile uas:quod ha

bebat:dicens puer me uilitate ſuperauit. Idem cum alium uidiſſet puerum perfracto uaſe pane concauo
lenticulam ſuſcipientem:abiecit catinum. Dicebat omnia eſſe deorum:& ſapientes deorum amicos:huius
diſceptationes cum Ariſtippo deſcripſit Horatius epiſtola decimaſeptima. Inerat illi teſte Laertio ſuauiſſi-
mus ſermo:acerq; in deſpiciendis aliis. Nam ſcholam Euclidis dicebat eſſe bilem Platonis auditorum con
ſumptionem dionyſia certamina magna miracula ſtultorum: Oratores etiaꝫ urbe miniſtros grammaticos
admirari ſe dicebat:qui cum Vlyxis mala requirerent:ſua ignorarent:muſicos mordebat: quod cum lyræ
chordas aptarent:animi inconcinnos motus haberent. Mathematicos carpebat:ꝙ ſolem:lunam: & ſyde-
ra intuerentur:quæ uero erant ante pedes non curarent oratorem itidem:ꝙ ſtuderent iuſte dicere:non au
tem facere. Et alia complura:quæ longum eſſet referre:huic ad ſolem ſedenti:cum diceret Alexander:pete
quid uis:ait noli mihi umbram facere. Et fama fuit referente Laertio Alexandrum dixiſſe ſe uelle eſſe Dio-
genem niſi eſſet Alexander. hic deinde cum in æginam nauigaret:a piratis comprehenſus fuit:quorũ prin
ceps fuit Cerpalus:& cretam deductus eſt:ut uenderetur. Cum autem interrogaretur quid ſciret agere:di
xit ſe ſcire uiris imperare. Atq; ad præconem inquit prædica quiſnam dominum ſibi uult emere. Sedere ꝓ
hibitus:inquit nil refert. nam piſces quomodocunq; iaceant emuntur. Et cum uideret corinthium quendã
præclara effigie:& habitu ingenuo Xenidem nomine:inquit huic me uende:hic domino indiget:eum di-
gito denotans. Quem Xenides audito & inſpecto uiro libentiſſime emit. Et eum corinthum ſecum addu-
cens:filiis ſuis præceptorem dedit:& omni præfecit domui:ille autem Xenidi eum ſibi parere oportere: ꝗ
uis eſſet ſeruus. Cum & medico & gubernatori quanuis ſeruis ſæpius pareatur:cuius clariſſima præcepta
ita comprobauit Xenides ut ſæpe diceret bonus dæmom domum meam intrauit. At ipſius Xenides filios
teſte Eubolo in libro qui inſcribitur Diogenis uenditio:poſt reliquas diſciplinas:docuit equitare:arcus in
tendere:fundas rotare:atq; iaculari in pallæſtra:tum eos exercebat:gratia tantum roboris comparandi:&
bonæ ualitudinis. Tenebant pueri multa ex poetis & aliis. Tum ex ipſo memoriter omnem illis Diogenes
rationem doctrinæ:ut facile memoria teneret breuiter collectam inſimulabat: domi eos miniſtrare doce-
bat:leui contentos cibo:ac uili pane & aqua:ad cutem illos tondere faciebat: deducebatq; incompoſitos:
ad uenationes aliquando exercebat. Et cum teſte Cleomene in libro de pedagogis neceſſarii illum redime
re uoluiſſent fatuos appellauit dicens leones nutrientiũ non eſſe ſeruos:ſꝫ illos magis leonum. Senuit apd'
Xenidem:ut Eubolus rettulit:obiitq; annoruꝫ nonaginta: & a filiis Xenide ſepultus fuit:cum multi alii eiꝰ
corpus poſtulaſſent. Sed de illius morte uariæ fuerunt ſententiæ. illa tamen magis approbatur:ꝙ deſide-
rio migrandi uita continendo ſpiritum animam exhalarit. De illius ſepulchro in dictione cynicus uidimꝰ.
Illius ciues æreis eum ſtatuis honorauere:ita ſubſcribentes:ſeneſcet tempore quidem hoc æs: ſed tua ſane
Diogenes gloria obſoleſcet ſæculis. Nam uitæ gloria mortales illuſtrati per te ſunt facileq; uiuendi gloriã
prætuliſti. ferunt quidam dialogos illum feciſſe nonnullos: Tragœdias ſeptem:& alia pauca. At ſatyrus q-
dem affirmat non eſſe eas Diogenis. Fuerunt diogenes quinq;. Primus apolloniates phyſicꝰ eloquens ſapi
ens & Anaximenis auditor:fuitq; temporibus Anaxagoræ. Secundus ſicyonius:qui pelopõneſica ſcripſit.
Tertius hic. Quartus ſtoicus ex ſeleutia:qui babylonius ob uicinitatem dictus fuit. Quintus tarſenſis quæ
ſtionum poeticarum ſcriptor:ſed de quo intellexit Iuuenalis in ſatyra quæ incipit. Omnibus in terris quuꝫ
dixit diogenem hominum errores ſemper deflere conſueuiſſe:cum Democritus contra ſoleret ſemper ri-
dere:id dubium facere poteſt:quod apud auctores græcos de cynico nuſq̄ꝫ comperi:& forte ſtoicus fuit.

D iomedes cum. i. latino ſcribitur fuit rex ætoliæ: Tidei & deiphiles filius:a quo cum apud troiam uictus fuiſ
ſet Aeneas:uocauit illum apud Virgilium libro æneidos primo fortiſſimum danaum. Nam ut dicunt poe
tæ. Aeneam peremiſſet:ni Venus mater ſe illius ictibus oppoſuiſſet:quæ ab illo uulnerata dicitur: ut late
rettulit Homerus libro. v. iliados:quod apud Virgilium libro. xi. æneidos: Diomedes ipſe faſſus eſt:cũ ait.

Hæc adeo ex illo mihi iam ſperanda fuerunt.
Tempore:cum ferro cæleſtia corpora demens.
Appetii:& Veneris uiolaui uulnere dextram.

Veꝝ cuꝫ poſt captã troiaꝫ ad ꝓpria rediret:compiſſetq; Aegialẽ uxorem hortatu Naupli patris Palamedis
Cylleboro filio Stheneli heſiſſe:uel uerecũdia cõcitus:ut quidã ferũt. Vel qa ab ea receptꝰ nõ fuerit:ut alii
aſſerũt nauigio ductꝰ ſeceſſit in apuliã:ubi teſte Feſto cũ dauno regni partẽ ſortitꝰ eſt:dicẽte etiã Oui. li. fa
ſtoꝝ. iiii. Et genꝰ œneidũ appule daune tuũ. Nã oeneꝰ Tidei pater fuit. Tãdẽ excedẽs Italia diomedes in in
ſula ꝓpinq̄:quæ ab illo diomedea dicta fuit ſepultus ẽ. Alter fuit diomedes truculentꝰ rex thracũ:q equos
ſuos aduenaꝝ carne i tyrida oppido depaſcebat. Sꝫ tandẽ ab Hercule mactatis iumẽtis ſuis in pabulũ datꝰ
eſt:dicente hæc Seneca in Hercule furẽte:Suiſq; regẽ pabulũ armentis datum. Ouidius uero libro. ix. me-
tamorphoſeon dixit Herculem diomedem mactaſſe & equos. Vnde apud eum dicebat Hercules.

Quid ꝙ Thraces equos humano ſanguine pingues:
Plenaq; corporibꝰ laceris præſepia uidi: Viſaq; deieci:dominũq; ipſoſq; peremi.

Sane id quoq; ultra rerum hiſtoriã aduertendum eſt:omnia nomina græca in es terminata:que genitiuum

per plenam elocutionem . hoc eſt abſq; ſynæreſi in eos mittunt:cum in illo fit ſynæreſis:In us genitiuum
terminant : ut Diomedes huius diomedeos:& per ſynæreſim huius Diomedus: ſimiliter huius Demoſthe
nes:& per ſynæreſim demoſthenus faciunt:datiuum deinde in ei diuiſas ſyllabas:& per ſynæreſim in diph
thongum coniunctas:ut diomedei : & per ſynæreſim diomedæi cum diphthongo ſimiliter demoſthenei
diuiſis ſyllabis:& per ſynæreſim demoſthenæi cum diphthongo.Accuſatiuum plena elocutione in ea mit
tunt:ut diomedea demoſthenea:quæ duæ uocales per ſynæreſim in unam.e.conuertuntur.Naʒ apud græ
cos transferuntur in.η.ſane litteram nos in.e.transferimus:ut demoſthenea:& per ſynæreſiʒ apud græcos
ΔΗΜΟΣΘΕΝΗ. Nos demoſthene dicimus.ſimiliter diomedea:nos per ſynæreſim diomede dicimus: quod
Virgilius teſte Seruio obſeruauit:cum ait libro.xi. Vidimus o ciues diomede argiuaq; caſtra . Nam ſi dio
medem cum terminatione in.n.dixiſſet:nec latinum protuliſſet:nec græcum:nec uerſus ſtaret: cum nunq̃
ecthlipſis per.n.litteram fiat.Sin uero cum.m.dicat diomedem:latinus accuſatiuus eſt:& ſtat uerſus:qa fit
ecthlipſis:ut multum ille & terris.Sed obſtant teſte Seruio antiqui textus:qui diomede cum ſolo.e.habẽt:
quod rectiſſime ſtare poteſt ſeruata declinatione græca:cuius Virgilius ſæpiſſime obſeruantiſſimus fuit.

D iomeda cũ.i.latino:& abſq; aliquo diphthõgo ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ix.iliados Phorbãtis fi
lia:quã leſbo Achiles dum eſſet in bello troiano abduxerat.hæc eodem teſte poſt ablatam ab Agamemno
ne Briſeida cum illo dormire conſueuerat.

D yomeropus cum.y.græco &.o.ante.p.ſcribitur:fuit teſte Homero libro.ii.Iliados: Adraſti pater & Am
phii.

D ione cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theologonia una ex nymphis filia Oceani & Thethyos:
quæ teſte Seruio cum puella eſſet formoſiſſima a Ioue dilecta & compreſſa fuit. Illiq; Venerem peperit.
Idem Homerus libro.v.Iliados confirmare uidetur.cum illo referente Venus eam matrem ſemper appel
let:atq; itidem illam Venerem filiam.Sed id confundentes poetæ pro Venere ſæpe eam poſuerunt dicen
te Ouidio libro faſtorum.v.

Hyppollite infœlix uelles coluiſſe dionem.
Cum conſternatis diripereris equis.

Et a Dione dionæus cum.æ.diphthongo deducitur.Virgilius in bucolicis.Ecce dionæi proceſſerit Cæſa
ris aſtrum:& li.iii.æneidos.Sacra dionææ matri.i.Veneri.

D ionyſius prima & ultima cum.i.latino:antepenultima uero cum.y.græco ſcribit' fuit bacchi propriuʒ no
men:& compoſitum ex dios & nyſa urbe inter arabiam & ægyptum:quaſi Iouis nyſius.Nam ut ait Diodo
rus ſiculus libro hiſtoriarum quinto:Barbari quidem huius ſibi dei genus uendicauere:ut ægyptii:qui il
lum Oſiridem deum ſuum fuiſſe aſſerunt:quem & omnem circuiſſe orbem : & docuiſſe plantare uites: &
uini repertorem fuiſſe dicunt:atq; deinde a græcis dionyſium uocitatum.Indi ſimiliter apud ſenatum fuiſ
ſe contendunt.Sed græci ex Semele filia Cadminatuʒ dicunt:quæ cum ex Ioue pregnans eſſe:rogauit illuʒ
ut ſecum ꝓut cum Iunone aſſueuerat coiret:Iuppiter maieſtate dei aſſumpta cuʒ tonitribus ac fulgure ad
eam deſcendit illa uero pregnans:Cum neq; tonitruus neq; fulguris uim ferre poſſet filiuʒ aborſa igne ex
pirauit.Infantem Iuppiter Mercurio dedit ad antrum nyſe urbis ut dixit Homerus in hymnis quod inter
arabiam & nilumq; eſt deferendum:a nymphiſq; omni ſtudio curaq; educandũ:unde a Ioue nyſaq; diony
ſium dixerunt.Itaq; nutritum a nymphis aiunt:uini uineæq; extitiſſe auctorem. Orbem quoq; ferme per
ambulanteʒ:multas regiones addidiſſe domæſticas:ac præterea maximis apud omnes honoribus celebra
tum.nam quorum regio uites ferre non poſſet potum ex ordeo docuiſſe conficere non multum a ſapore
uini diſtantem.Addunt & teſte præfato Diodoro illum peragrando orbem exercitum ſecum duxiſſe: non
tantum uirorum ſed etiam mulierum.Vnde & multis græcis urbibus triennio bacchides mulieres conue
niunt:apud quas de more uirgines thyrſum ferunt in honorem dei bacchantes: eiq; per cœtus ſacrifican
tes:poſtremo memoriam menadum quæ feruntur:Illi deo aſtitiſſe hymnis & cantu renouant.Suſtulit eo
dem auctore diodoro & omnes impios qui in orbe erant: ſed maxime Pentheum atq; Lycurgum: dicitur
etiam primus boues ad iugum iunxiſſe:quorum opera uberiorem & nitidiorem frugem ſemina produxiſ
ſe: q̃ ex re illum cum cornibus poetæ finxerunt:ferunt & illum deliciis deditum molli corpore ac præ cæ
teris decoro.tradunt & muſas uirgines cum eo profectas doctas pſallere.& bonis artibus eruditas:quibus
deus ipſe oblectabatur:ſecutuſq; eſt illũ Silenus pedagogus illius ac nutritor:optimorumq; inſtitutor ſtu
diorum.Plurimum dionyſio ad uirtutem & gloriam reſq; bellicas ꝓfuit:armicis bellicis.i.pugna utebat':
& pardalorum pellibus pacis tempore & diebus ſolennibus:ueſtes gerebat floridas delicatas atque mol
les: & multa de illo Diodor⁹ diuerſis in libris proſequitur.Sed hæc tantum tetigit:quæ a poetis noſtris tã
gi non conſueuerunt.Alius fuit dionyſius ſiciliæ tyrannus:qui ſyracuſanus cognominatus eſt: cuius qui
dem origo ab hiſtoricis:quos legi ſubiicetur:hic teſte Cornelio nepote manu fortis & bello peritus fuit:
& id quod in tyranno non facile repperitur minime libidinoſus : non luxurioſus : non auarus ; nullius
rei denique cupidus : niſi ſingularis perpetuique imperii :ob eamque rem crudelis.

Cuius filius ſimiliter Dionyſius in tyrãnide ſucceſſit: uir omni turpitudine repletus: qui tandẽ teſte Cicero ne li.iii.quæſtionũ tuſculanaꝝ ſyracuſis pulſus: corinthi pueros docuit: ſicq; imperio carere nõ potuit: de quo Ouidius libro.iiii.de ponto ait.

Ille ſyracuſia modo formidatus in urbe.
Vix humi duram reppulit arte famem.

De quo Iuſtinus li.xix.ſui epitomatis tractauit.

D ipelus cum.i.latino & unico.l.ſcribit᷑: fuit Sycli frater: & ambo teſte Pli.in creta inſula geniti medis imperãtib⁹: hoc ẽ prius q̃ Cyrus in perſas regnare inciperet Olympiade circiter quinquageſima.ii. eodem Pli. teſte primi omnium marmore ſculpendo claruere.

D ipſas cum.i.latino ſequente.pſ.ſcribit᷑ apud nos dicit᷑ ſitis: & ponit᷑ a græcis & latinis ꝓ ſerpente e genere aſpiduꝫ: cui⁹ morſu incredibilis inducit᷑ ſitis. Vnde Lucan⁹ li.ix. In mediis ſitiebãt dipſades undis: de quo plura habentur in eodem libro.

D iphthongus prima cũ.i.latino: ſequẽs cũ.ph.&.th.aſpiratis ſcribit᷑: & ẽ diphthongus duaꝝ uocalium uim ſuã ſeruantiũ in eadẽ ſyllaba cõplexio: ut æs: præs: & ſimiles. Nã ſi iudex aut uolo dicim⁹: cũ nec.i.in prima nec.u.in ſecunda ſonũ ſuũ conſeruet: diphthongũ nõ fecim⁹: & cõponit᷑ diphthõgus ex dis quod nos bis dicit᷑: & φθογγος qui uocalis eſt ſonus: Sunt igit᷑ latinæ eloquẽtiæ diphthongi quattuor: quib⁹ noſtri auctores in ſcriptura noſtra uſi ſunt: uidelicet au.æ.eu.œ. præter nõnullas græcas: quas quinq; ſcripſerũt: ut in præceptis oſtendim⁹: ex barbaris uero acceperũt: nõnulli poetizantes ai: ut Rainaldus raimũdus Aimo. Itẽ uo: ut Volderic⁹. Itẽ ui: ut Vilielm⁹ Vido: quib⁹ moderniores.g.præponere conſuerũt: ac dicere Gulielm⁹ Guido: ſꝫ his omiſſis ſolũ ad eas: q̃bus antiq poetæ linguæ noſtræ patroni utunt᷑: redeũdũ duxim⁹. Ex illis igitur quattuor hæ duæ.au.eu.nullã in ſcribendo ãbiguitatem ingeruut: ſꝫ litteris ſuis: ut ꝓferunt᷑: ſic quoq; & ſcribunt᷑. Sed id ſane dubiũ nõnunq̃ efficit: quod diphthong⁹ in illis litteris aliquãdo eſſe uidet᷑ cũ diuiſæ ſint & ſepatæ ſyllabæ: nec ulla mihi ẽ diphthong⁹: ad quod utiq; diſceruendũ hæc ſubiici regula ualet: Vbicũq;.a.uel.e.in omnibus ante us finalẽ reperiunt᷑: fere ubiq;.a.&.u.uel.e.&.u.ab inuicẽ ſũt diuiſæ: ut Nicola⁹: Archelaus: alueus: cære⁹. excipiunt᷑ in latinis dictõib⁹ laus: fraus: heus. in quib⁹ diphthõgus eſt. In græcis uero dictionib⁹ nõnunq̃ mutatõe illoꝝ in ſimilibus dictõib⁹ diphthongos in fine habemus: ut Orphe⁹. Virgilius in buccolicis: Orpheus in ſiluis: inter delphinas orion: Simili modo Tydeus. Et hæc de au & eu diphthongis dicta ſufficiant. Porro de.æ.&.œ.diligentius diſſerendũ eſt. Nã cũ hæ diphthongi ꝓlatione diſcerni nequeãt: ſcribunt᷑ eni & nõ niſi ſono ipſi⁹: e. ꝓferunt᷑: difficultatẽ nõ paruam quãdoq; cum in ſcriptura hoc ẽ quãdo ſcribi diphthong⁹: uel nõ ſcribi debeat: tũ etiã in tempore ingerũt: hoc ẽ an longæ ſint uel breues eſſe poſſint. Sed de ſcriptura primitus ꝓſequentes de tẽpore in fine tractatu li huius diſſerem⁹. Omnis igit᷑.æ.diphthõgus aut pricipalis eſt dictionis ſyllaba: ut æquor: aut finalis ut muſæ: aut media ut coæuus. De principali uero & media hoc ẽ diphthongo ſignari habent; generalis regula dari nõ põt. At de finali quoq; regula dat᷑. Omnis genitiuus ſingularis nõis in prima declinatiõe: datiuus ſingularis & nõiatiuus: ac uocatiuus pluralis.æ.diphthõgo terminant᷑. Quæ ſane regula nunq̃ fallit. & hæc de.æ. diphthongo at de.œ.hoc quoq; generaliter an notari põt. Nullaꝫ ſane dictõem.œ.diphthongo ſcriptura recta aut ꝓbatione terminari poſſe. ſꝫ ſupra in medio: aut principio dictiõis cõperiri. De q̃bus ut diximus cũ generalis regula dari nõ poſſit: latinas quaſdã dictões ꝑ alphetũ annotabimus: quæ in initio uel medio ſuo ordine diphthõgant᷑. Nã græcaꝝ quoq; dictionũ orthographiã in toto noſtro uolumĩe explicabimus Nec ex græcis hoc in loco niſi pauculas illas tãtũmodo cõtingemus: quæ in frequẽtiori latinoꝝ uſu habẽt᷑.

A e diphthongus ante.a.in latinis dictõibus cõperiri nõ põt. In græcis uero reperit᷑: ut æs: quod nomẽ eſt ꝓpriũ fluuii: ut ſupra uidimus: ſimiliter ante.b.&.c.eadẽ diphthongo non utimur. Nec ante.f.repperitur. Non etiã ante.h.i.k.&.p.nec etiã ante.o.in latinis dictõibus illaꝫ habemus. In græcis uero utimus Aeolus: & ab eo deſcẽdentia. At ante alias litteras comperi ualet: ut per ordinem oſtendemus.

A edes cum.æ.diphthongo ſcribit᷑: & ab edo uerbo. quod ſine diphthongo eſt teſte Varrone. & Seruio trahitur: eo ꝙ in illa ſacrificantes edere conſueuerint. Nam teſte Seruio ſuper ſecundum georgicorum quædam ſunt nomina quæ in initio diphthongantur: & a uerbo non diphthongato deſcendunt: ut ædes & æſculus: quæ cum.æ. diphthongo ſcribuntur: & ab edo uerbo: cuius prima breuis eſt: & ſine diphthongo ſcribitur: deſcendunt. Similiter cælatum quod eſt abſconditum cum.æ.diphthongo ſcribi dicit: & a celo celas ſine diphthongo aſſerit deriuari. Significat autem ædes in ſingulari templum: ut Cicero philippicarum libro primo: ex eo inquit die quo in ædem Telluris conuocati ſumus: in quo templo quantum in me fuit ieci fundamenta pacis. In quo templo dixit ideſt in qua æde Telluris: & fere ſemper cum adiectione ꝓfertur: ut in æde Iouis: Mercurii: Mineruæ: in æde Concordiæ: Telluris: Honoris: Virtutis in æde ſacra. At in plurali ſecundum adiectionem. & priuatam domum ſignificat: & templum: ut ædes meas: ædes Marcelli non aliter quam pro domo mea: & domo Marcelli accipere poſſumus: etiam ſi egregias aut pulchras ædes. aut abſolutæ ædes nos dicimus domum tantummodo deſignare ſolemus: Vt Virgilius libro georgicorum primo: Mane ſalutatum totis uomet ædibus undam. Si uero addimus aliquid

ad religionem ſpectans:ut ſi in plurali etiam dicimus:ſacras ædes:aut deorum ædes: aut nympharū ædes: templa plura annotamus. Lucretius de Ioue loquens ſic ait: Ipſe ſuas ædes diſturbat:quod perinde eſt ac ſi dixiſſet: Iouis diuerſas ædes. Horatius uero in tertio carminū:pulchre ſignificauit dicens: Delicta maiorū immeritus lues Romanæ donec refeceris ædeſq; labentes deorum & fœda uirgo ſimulacra fumo. Quare dixit Paulus iuriſconſultus titulo de ruina incendio & naufragio ædium appellatióe omnes ſpecies ædificii continentur. Sane edo uerbum a quo deductã ædem diximus:ſine diphthongo ſcribi notauimus: ſiue græcum illud ſit:& tunc idem quod comedo ſignificat:ſiue latinū eſſe dicatur:& tunc ex e ꝓpoſitóe & do cóponiť:nec comedere ſed extra dare ſiue præbere deſignat. Vnde libros edere dicimꝰ cū illos publicamꝰ.

A editui ſimili modo ſcribitur:& ab ædibus ſacris quas tuentur appellati ſunt:non a priuatis.

A editimus cum.æ.diphthongo ſcribitur:& cum.m.ante us ſcribitur:uerbum quoq; latinum eſt teſte Gellio libro.xii:noctium acticarum:& uidetur ea forma dictum qua finitimꝰ & legitimus. Et is dicitur qui ædibꝰ præeſt:ſicut clauſtritimus a Protheſilao dictus eſt qui clauſtris ianuæ præeſt. Vnde in exemplaribus fideliſſimis. M. Tullii in Verrem ſcriptum ſe inueniſſe dixit Gellius æditimi:cuſtodeſq; mature ſentiunt: licet in uulgaribus libris æditui comperiri dicat. Et inde uerbum æditimor Pomponius in atelliana: Qui poſtquá tibi appareo atq; æditimor in templo tuo.

A edituentes: Lucretius teſte Gellio libro.xii.in carmine ſuo ꝓ æditúis appellat.q illis curádis præpoſiti erant q̃; a priuatis. Vnde Pomponius iuriſconſultus de origine iuris inquit: Aediles duo ex plebe conſtituti ſunt q edibus præeſſent:in quibus oía ſita ſua plebs deferebat:& ab eo deriuata eodé modo ſcribunť: ut ædilitas:ædilitius:& ſimilia.

A edifico & ædificium ſimili modo ſcribuntur.

A eger cum æ diphthongo ſcribitur:& ab ago uerbo cata antiphraſim deduci perhibeť:eo quod ægroꝝ ſit actione uacare. Vel potius ab eo quod acrius agit ex infirmitate. Quin & ab eo deſcendentia ſimili modo ſcribunť:ut ægroto ægrotus ægritudo.

A edepol cum æ diphthongo ſcribiť:& aduerbiū eſt iurandi:quaſi per ædem Pollucis.

A egi cum æ diphthongo ſcribiť:& eſt præteritum ab ago formatum.

A emulor cum æ diphthongo ſcribiť:& ab amo oriri:ac ab eo primá uocalē diphthongi trahere perhibeť: quod ſane iure factū uidetur. quū pro amare poniť: Sed cum pro inuideo uel ſequor poni dicitur:cata antiphraſim ab amo deriuatur.

A eneꝰ cū æ diphthongo in prima ſcribiť:& ab ære trahitur:de quo in ſua dictione uidebitur.

A enum diphthongū ſimiliter exigere poſſe uideť:quia ab ære modo cóſimili deriuať. Sꝫ diuiſis litteris ſemper a noſtris poetis & tota ꝓferť: Horatiꝰ: Sub nocté gelidá lignis calefactat aenum. Náq; uas eſt æreum in quo aqua calefieri ſeu bulire diciť. Virgilius libro georgicoꝝ ſecūdo: Aut foliis undam tepidi deſpumant aheni. Quod Gellius ꝑ interpoſitam aſpirationé uidelicet aheni a Virgilio emendatū fuiſſe refert:ut in ſequentibus uidebimus:cum de media aſpiratione uidebimus.

A equus.i.iuſtus & planus cū æ diphthongo ſcribiť:& ut qdem perhibēt ab aquæ ſimilitudine tractū fuit:eo q᷑ elemētū illd̄ ſupra cætera æquá habere ſupficié uideať. Vnde æqtas æqualitas & æquo æquas uerbū atq; ab eo compoſita cum diphthongo ſcribuntur:ut æquiparo:æquiualeo: & ſimilia. At equus quod animal eſt abſq; dubio ſine diphthongo prorſus ſcribitur.

A equor cū æ diphthongo ſcribiť:& modo cóſimili ab aqua originé ducit:ſed teſte Varrone ꝓpterea ꝑ æ diphthongū notať:quod equá habet ſuperficié. Vnde dicimus æquora cápi:& æquora ponti.

A equinoctium cum diphthongo æ ſcribiť:quia ex æqualitate noctium dicitur.

A ero æras uerbum cū æ diphthongo ſcribitur. & ab obliquis eiꝰ nois:quod eſt æs æris deſcendit. Vnde etiá é aliud uerbum ſubæro ſubæras:quod ſimili modo cum.æ.diphthongo ſcribiť. Perſius in ſatyra Vatibus hic mos eſt inquit. Nequa ſubærato mendoſum tinneat aurum.

A erarium cū.æ.diphthongo ſcribiť:& eſt æris repoſitoriū:hoc eſt nummoꝝ ſimulq; rerum precioſaruꝫ atq; opū.de quo late in dictóe roma uidebimꝰ. Et inde ærarii tribuniq teſte Feſto a tribuédo æri ſūt appellati.

A eripies licet ab eo quod eſt aer & pes componať:a Virgilio tamé illud.a.& illud.e.in diphthongum coniūguntur:cum ait libro æneidos. Fixerit eripidem ceruá:licet aut erymanthi.

A es æris cū.æ.diphthógo ſcribiť:quod. M. Varro ab eſſe:alii ab auri ſimilitudie dictū putát. Nónulli a græco αἶα:quod é terra. Sed a quouis hoꝝ oriať:liquet quod ab eo primá uocalé diphthongi contraxit.

A eſtas & æſtus:æſtiuuſq;: & uerbū æſtuo cū.æ.diphthógo ſcribunť:& ab areo ueniūt:a quo primá diphthógi uocalē aſſumūt. Accipiť tamé aliquádo æſtas ꝓ uere:ut Virgi.li georgicoꝝ.iii. Incipiens ſtabulis edico i mollibus herbas carpere oues.dum mox fródoſa reduciť æſtas. Sane æſtus:quia cómotionem quandá īducit factum fuit:ut etiam cómotionem quandam aquarum deſignaret.

A eſculus cū.æ.diphthógo ſcribiť:arbor é gládifera cuiꝰ fructu cū in primæua ætate hoíes ueſcerēť:ab edo quod eſt comedo:licet ſine diphthongo primá héat & breué deduciť:ut ſupra uidimꝰ in dictione ædes.

A etas æternus & æternitas cum.æ.diphthongo ſcribuntur:& oriri ab æuū Apulegius grammaticus atteſtať:

vii.naturalis hiſtoriæ:Qui primus in ea familia ſic dictus eſt ex cæſo utero ſic tractus fuit. Itaq; cæſus cæſura cæſarianus cæſareus cæſones & ſimilia:cum.æ.diphthongo ſcribuntur. Sane teſte eodẽ Plini.& in eodẽ.li. animi uigore præſtantiſſimus.C.Cæſar dictator fuit.Et ut pergit nec uirtntẽ conſtantiãq; nunc cõmemoro: nec ſublimitatẽ omniũ capacẽ:quæ cælo continent̃:ſed propriũ uigorẽ:celeritatẽq; quodam igne uolucrẽ: ſcribere & legere ſimul dictare:audire ſolitũ accepimus. Epiſtolas uero tantarũ rerum quaternas librarus dictare:aut ſi nihil aliud ageret ſeptenas dictare.Idem ſignis collatis quinquagies dimicauit . Nam præter ciuiles uictorias undecies centũ & nonaginta milia hominũ occiſa prœlus ab eo non equidem in gloria poſueri tanta etiã coacta humani generis iniuriã quod ita eſſe cõfeſſus ipſe eſt bellorũ ciuiliũ ſtragẽ nõ ꝓdẽdo.

C æter cætera cæterũ cũ.æ.diphthongo ſcribi cõſueuerũt:& ab alter altera alterũ deduci quidã putãt.Alii uero ſine diphthongo ſcribi uolũt:& a græco trahi aſſerũt:quod eſt ἕτερος ἕτερα ἕτερον:in quib9 cũ apud antiquos græcos aſpiratio in uerſu ſcriberet̃ quæ ſimilitudinẽ noſtri cõtinet:putauerũt quidã.c.noſtrũ eſſe & cæter cætera cæterum traduxerũt:uel ut alii dicunt ſecundum litteraturã græcam in maſculino cæterus: quod in uſu non eſt.

C æmeus cũ.æ.diphthõgo a multis ſcribit̃:& claritate mẽtis dictũ ꝓhibẽt:ab aliis uero q̃ſi cæli mẽs iterꝓtat̃.

C œnum cum.æ.diphthongo ex deriuatione Priſciani ſcribitur:quia a uerbo κοινῶ quod eſt inquino trahitur:ut ſupra uidimus cum de ſyllabis in.b.tractaremus.

C œpi uerbum defectiuũ:uel ut alii dicunt præteritũ huius uerbi cœpio:quod iam non niſi in præterito eſt in uſu:& ꝓ incipio & icœpi capit̃:cũ.œ.diphthõgo ſcribit̃.Sane futurũ tẽpus teſte Feſto ꝓtulit Cato cũ inqt: Cœpiam ſeditioſa uerba loqui.Et pgit Feſtus inuenit̃ quoq; apud maiores & infinitiui modi cœpere.

F æcundus cum.æ.diphthongo ſcribendum dicunt:& a facio originem duci uolunt eo ꝙ faciat fructũ. Alii tunc tantum diphthongum ſcribendam aſſerunt:cum de ſenſibilibus dicitur.Cum uero ad inſenſibilia fertur:differentiæ cauſa carere diphthongo .

F æx cum.æ.diphthongo auctore Priſciano ſcribitur:quod ideo fit teſte Apulegio grammatico:ut in datiuo diſſideat a præterito uerbi facio:quod ſine diphthongo ſcribi feci.

F rægi præteritum deductum a frango:cum.æ.diphthongo ſcribitur.

F rætus pro ſuſtentatus cum.æ. diphthongo ſcribi dixit Apulegius ut in obliquis differat a freto : quod mare deſignat .

F rætum cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a frangendo equorũ ut aliorũ animaliũ ora deducitur.

F ræſus cum.æ.diphthongo ſequente unico.ſ.ſcribitur:a frangendo ſimiliter dictum uolunt quaſi fract9 ſit: unde faba fræſa.i.fracta.

F œlix cum.œ.diphthongo ſcribitur:& ut quidam putant a fœnus deducitur:conuerſione.n.in.l.quaſi beatus:hoc eſt diues & fœnore plenus qui fœlix eſt eſſe dicatur. Vt uero in antiquis inſcriptionibus ꝓſpeximus ſemper ſine diphthongo ſcribitur .

F œdo cũ.œ.diphthongo ſcribitur. & ut quidã putant ex foras & edo:quod eſt manifeſto compoſitum & in diphthongũ redactũ fuit eo ꝙ omnia fœda ſiue animi ſiue corporis foras edãt. unde apte Virgilius in.vii. æneidos:Impulerat ferro argolicas fœdare latebras.q̃uis Serui9 lacerare exponat:ego foras dare.i. aperire interꝓtaret & manifeſtare. Rurſus & fœdũ Serui9 ipſe aliquãdo crudele dixit apud Virgiliũ & Saluſtiũ ſignificare.Non turpe ſanguine fœdantẽ quos ipſe ſacrauerat ignes.& Saluſti9 fœdi oculi:quod ego ex ſecũdaria quadã ſignificatõe poſſe fieri:ut in multis aliis non cõtenderi. ea enim quæ crudelia & nefaria ſunt ipſa crudelitate fœda & maculoſa dici poſſunt : ut miro epitheto in quarto carminum expreſſit Horatius: Mos & lex maculoſum edomuit nefas:ubi acrõ exponit:quia ex nefariis rebus maculæ naſcũt̃.i.fœdatões.

F œdus cum.œ.diphthongo etiam in alio ſignificato a ſuperiori ſcribitur : ſed quia longam primam habet: & a uerbo ferio quod habet primam breuem deducit:ſcripſerunt auctores noſtri fœd9 cũ.œ.diphthongo. Idq; ex primo fœdere factum eſt.quo teſte Liuio libro.i.ab urbe: Vetuſtior fœderis memoria non eſt.Nam tuncq; porcum cum hoc carmine:ut idem rettulit ferierunt. Iuppiter audi Sine dolo malo:utiq; ea hic hodie rectiſſima intellecta ſunt:illis legibus ſi prior populus romanus defecerit publico conſilio dolo malo tu illo die Iuppiter populum romanum ſic ferito. Vt ego hunc porcum hic hodie feriam tantomagis ferito:quantomagis potes polleſq;. Id ubi dixit porcum ſaxo ſilice percuſſit. Vnde Virgilius in octauo æneidos:Stabant & cæſa firmabant fœdera porca.Et magis cum diphthongo.œ.q̃.æ.ſcribi placuit : ne a facio deductum putaretur.

F œmina cum.œ.diphthongo ab antiquis noſtris ſemper ſcriptum comperi : deduciturq; a uerbo fœto fœtas.i.pario paris uel genero generas:quod ſimiliter cum.œ.diphthongo:ut infra uidebimus ſcribitur. Reperitur etiam in plurali fœmina generis neutri:cuius nominatiuus ſingularis fœmen in uſu nõ eſt:& ſignificat partẽ illam iferiorẽ coxæ molliorẽq;:quæ retro habet̃ cum anteriorẽ femera abſq; diphthongo dicit̃. Liuius li.xxii.Quoſdã inqt & iacẽtes uiuos; ſucciſos fœminib9 poplitibuſq; inuenerũt:a quo cõficit̃ nomẽ fœminalia.i.femoralia.Nam utrũq; ꝓ bracchis ſcriptũ cõperi.At coxa pars ſupra femora dicit̃ uertebrũq; ipſum.quod quotiens uiciatũ eſt:aut os illud quod in uertebro uoluit̃ fractũ:coxa uiciata fractaue dicit̃.

& per ſincopam dicitur ætas quaſi æuitas.

A euum cum.æ.ſcribi in dictionibus græcis oſtendimus:atq; teſte Apulegio ab ἄων latini traxerunt.u.quoq; interiectantes hiatus cauſa.

A mœnus cū.œ.diphthongo in penultima ſcribit̃:& teſte feſto ab amando deducitur. Vnde amœna inquit loca ſunt quæ ad ſe amanda alliciant.Seruius uero ab a quod eſt ſine:& mœnio quod eſt munio:& fructū capio:qui locus eſt iucundus:& ſine fructus captione.

A rcæra cum.æ.diphthongo ſcribitur:& ab arca deduci uidetur.Nam lex erat.xii.tabularū in hæc uerba: Si in ius uocat:ſi morbus æuitaſue uitium extitit qui in ius uocabit iumentum dato:ſi uolet arcæram ſternito Et ſubdit Gellius libro.xx.noctium acticarum:Iumentum quoq; non id ſolum ſignificat quod nunc dicit̃: ſed uectabulum etiam quod adiunctis pecoribus trahebatur ueteres noſtri iumentū a iungendo dixerūt: arcæra autem uocabatur ploſtrum tectum undiq; & munitum: quaſi arca quædam magna ueſtimentis inſtrata:qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant.

B ælua cum.æ.diphthongo ſcribitur:& ut quidam ferunt a uaſtitate:alii a ualentia: alii a balatu deriuatū exiſtimant:itaq; a quocunq; ſit a principali primam uocalem traxit.

B læſus cū.æ.diphthõgo ſcribit̃:& a blactero natū ferūt:de quo ſupra in dictione blacterare diximus.

C æcus cū.æ.diphthongo in prima ſcribitur:dicitur quaſi captus oculis:uel ut alii uolunt quaſi carens luce: atq; ideo per.æ.diphthongum notatur.

C ædo,ꝓ incido quod in præterito facit cecidi p.æ.diphthongū in præſenti ſcribit̃ ut a cedo alio uerbo differat:quod eſt locum do.& in præterito facit ceſſi:& licet teſte Priſciano lib.i. diphthongus in præſenti uerbo poſita:nunq; in præterito cõmutet̃.ut hæreo hæſi:audio audiui:mœnio mœniui.excipit̃ cædo quod in præterito abſq; diphthõgo facit cecidi:& ipſaq̃.e.corripit atq; penultimã ꝓducit:ut in ſequẽtibꝰ uidebimꝰ Sane cedo quod ponit̃ ꝓ dic quod abſq; diphthõgo ſcribit̃ & primã habꝫ breuẽ Iuuena.i ſatyra:Credo pudiciã: poſt minor ẽ credas aliã: cedo ſi breui parui Sortita ẽ lateris ſpaciū breuiorq; uidet̃ Virgĩe pigmea.

C ælo pro ſculpo quidam latinum eſſe uolunt & cum.æ.diphthongo ſcribi ut differat a celo quod eſt abſcõdo:& ſine diphthongo ſcribitur.Alii uero a græco quod eſt κοίλον: & ſignificat contauum deriuari uolunt:quia ſcilicet id neceſſario in ſculptura exigitur:& ob id cū.œ.diphthongo ſcribi uolunt:ut ſupra uidimus in dictione cœlum cum.œ.diphthongo.

C ælum ſimiliter cum.æ.diphthongo plures ſcribūt:& dictū aiūt eo ꝙ ſit cælatū.i.ſyderibꝰ ſculptum. Varro autem de lingua latina ſcribit cælū dictū a cauo:quod ſi a græco quod eſt κοίλον intelligere uoluit:cū.œ. diphthongo ſcribi debet.Sinuero a latino uerbo cū.æ.diphthongo ſcribendū eſt.

C ælſus cū.æ.diphthõgo ſcribit̃:& a cælo dictū aſſerūt.i.altus & ſublimis.

C ælebs cū.æ.diphthongo ſcribit̃:& is eſt teſte Priſciano qui cæleſtẽ uitam ducit:ubi.b.ꝓ.u. cõſonante in ultima apponi dicit:quia.u.cõſonãs ante aliã cõſonantẽ locari nõ põt.Simili modo Feſtꝰ cælibẽ inqt dictū exiſtimãt:quod cælo dignã uitã agat: in quo ſane hi nõ ſignificationẽ expſſiſſe uident̃: ſed etymologiã eo mõ quo apud Qũtilianū.li.i.de inſtitutõe oratoria ingenioſe inqt uiſus ẽ Caninius cælibes dicere ueluti cælites qđ onere grauiſſimo uacãt:idq; græco argumẽto innuit ἠϊθεοῦς eni eandẽ cãm dici affirmat.Nec cedit modeſtꝰ inuẽtõe.Nã qa cælo Saturnꝰ gẽitalia abſciderit hoc noie appellatos q uxore careãt ait.Itaq; ut ex auctoribꝰ cõcæpimꝰ cælebs tam ẽ q caruit ſemp uxore:q̃; qui tũc caret.Vnde cælibatꝰ Plautꝰ in caſſina: Sed uirū nũc te cælebẽ eſſe magis liberū an maritū ſeruū ætate degere.Idẽ in mercatore: Si quẽ inqt ſcribimus ſeu maritū ſeu hercle adeo cælibẽ ſcortarier.Horatiꝰ epiſtola.i.Nil ait eſſe priꝰ meliꝰ nil cælibe uita. Si nõ ẽ iurat bene ſolis eſſe maritis.Suetoniꝰ in Galbæ uita:Verū amiſſa uxore Lepida duobuſq; ex ea liberis manſit in cælibatu:neq; ſollicitari ulla cõditõe ampliꝰ potuit:ne Agrippinæ qdẽ uiduitate morte Domitii:quæ maritū quoq; adhuc necdū cælibẽ Galbã adeo oĩbꝰ ſollicitauerit modis.Itẽ in Claudii uita:Confirmauitq; ꝓ cõcione apud prætorianos quoniã ſibi matrimonia male cederẽt:ꝑmãſurū ſe in cælibatu:ex qbꝰ oĩbus & q̃; plurimis exẽplis cõſtat cælibẽ & maritū relatiua eſſe:ut apud Qũtilianū:nam clarus an obſcurus magiſtratus an priuatus:ciuis an peregrinus:liber an ſeruus:maritus an cælebs:parẽs liberorū an orbus ſit.

C æpe cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a capitis magnitudine ductum dicitur.Vnde primã uocalẽ diphthõgi teſte Apulegio aſſumpſit.

C æpi præteritum eius uerbi quod eſt capio cum.æ.diphthongo ſcribitur:quin & alia ab eodẽ præterito deſcendẽtia uel cõpoſita:ut cæptus:incæptus:decæptus:præceptor: & ſimilia:quæ a præſenti eius uerbi primam diphthongi aſſumunt.At cœpi cum.œ.diphthongo a cæpio uerbo format̃: quod apud antiquos erat in uſu:& incipio deſignabat.

C æra cū.æ.diphthongo a noſtris ſcribi conſueuit q̃q̃; græcum ſit: & ſecundū græcam orthographiā abſq; diphthongo ſcribi debeat:ut ſupra in dictione æthica late uidimus.Alii uero latinū putant:& a careo deduci uolunt:eo ꝙ melli careat ꝑfuſione:& ob hoc cū diphthongo ſcriptitari aſſerūt.

C æſaries cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a creba cæſione deducitur.

C æſar cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a cædo uerbo deducitur:hoc eſt cæſa matris aluo.Nam teſte Plini.li.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

F œnus cum.œ.diphthongo ſcribitur:& a fundo quod cuꝫ.o.fundo apud antiquos dicebatur: nomē aſſum pſiſſe perhibent. Nam proprie prouentus eſt ex naturali terræ fructu. Poſtea uero ad uſurā traſlatū: quaſi pecunia per ſe fructū ꝓducat:ſicut terra.ut lucanus:Hinc uſura uorax auidūq; in tpe fœnus. At.M.Varro teſte Gellio li.xvi.Noctiū atticaꝝ a fœtu ductū putauit: & quaſi a fœtura quadā pecuniæ parturientis atq; increſcētis.Et inde fœnerator atq; fœnero uerbū:quæ eodē modo ſcribunť & ſub eiſdem ſignificatiōibus. Horatius in epodo:Hec ubi locutus fœnerator alfius Omnem redegit idibus pecuniam:Querit calendis ponere. Et dicimꝰ fœnero tibi:ſicut mutuo tibi.unde qui fœnerat: pecuniam dat ad uſuram:Qui uero fœneratur:pecuniam ad uſuram accipit:ſicut qui mutuatur:pecuniam mutuo accipit.

F œnum cum.œ.diphthongo ſcribitur:a fœnus deducitur:cū nil aliud ſine aliqua cura tantū fœnꝰ præbeat.

F œtus cum.œ.diphthongo ſcribitur:dicitur id uiuum quod ex mulieribus uel pecoribus naſciť: & a foueo uerbo deſcendit. Inde etiam fœtura.i.genitura:quæ ꝓ toto animaliū ꝓuentu poni conſueuit. Virgilius in bucolicis: Si fœtura gregem ſuppleuerit aureus eſto. Vnde fœto fœtas uerbum pro eo quod eſt gigno & pario deductum eſt. Et inde fœta uocatur:tam quæ pregnans eſt q̄ quæ peperit. Virgilius in Tytiro:Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. Idem in.viii.æneidos:Fecerat & uiridi fœtā mauortis in antro ꝓcubuiſſe lupā. Iuuenalis in ſatyra:Plurima ſunt fuſcine.Patrem ipſuꝫ turbamq; caſæ: qua fœta iacebat Vxor: & infantes ludebant quattuor unus Vernula tres domini.

G æſa per.æ.diphthongum & unicum.ſ.ſcribitur:genus eſt iaculi.

G ræcus cum.æ.diphthongo & omnia ab eo deſcendentia ſcribuntur. De qua dictione cū ſuis deriuatis:quia græca eſt:in ſequentibus late uidebimus.

H æc cum.æ.diphthongo a noſtris ſcribitur: & ut quidam exiſtimant a græco huiuſmodi dictio ortū habuit. Nam ubi nos hac dictione utimur:illi.ἤ.aſpiratum ſcribunt:quare per adiectionē.e.& conuerſionem ipſiꝰ ἤ.grece litteræ:quæ apud illos ſemper produciť in.e.noſtrum quod ut cognoſcat ſemper productuꝫ diphthongum appoſuere: ut in nonnullis aliis dictionibus quandoq; fieri diximus. Alii uero non ab.ἤ.græco: ſed ab hic maſculino formari exiſtimant per conuerſionē ſcilicꝫ.i.breuis in.e.breuem. Vnde nec diphthongari illam uolunt:cui ſententiæ Priſcianus aſſentiri uidetur dicens abſq; omni exceptōe ꝓnomina in.c.deſinentia breuiari. Quod uero apud auctores interdū reperiunť ꝓducta:hanc aſſerit eſſe cauſaꝫ ꝙ cū geminato.c.ſcribebanť. Sed quia neſcio quo pacto id fieri potuiſſet:ideo nō placet:cū ſemꝑ hæc longa inueniať.

H æ nominatiuus pluralis cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a græco tranſferť apud quos αἱ cuꝫ aſpiratione & diphthongo ſimiliter ſcribitur:quā nos in æ noſtrā ſemꝑ cōuertere cōſueuimus:ut ſupra oſtendimus.

H ædus teſte Varrone de origine linguæ latinæ quibuſdam placuit per æ diphthonguꝫ ſcribi:ut a uerbo edo in quibuſdam ſuis caſibus diſcreparet. Aliis uero uiſum eſſe ait:ut aſpiratōis nota hanc differentiā faceret. Et ob id maxime ꝙ ſabini a quibus romani hoc nomen habuerunt fedus abſq; diphthongo dicebant. Certumq; eſſe ait romanos ipſum.f.ſabinorum in aſpirationem ſolitos fuiſſe conuertere. Nam ubi ſabini fircꝰ romani hircus:ubi illi ueſere romani uehere protulere.de quo late ſupra uidimus:cum de aſpiratione &.f. littera atq;.u.tractauimus. Varroni uero ad uberiorem differentiam magis placet per aſpirationis notam: & per.æ.diphthongum hædum annotare.

H æreo cum aſpiratōe principii & æ diphthongo in prima ſcribitur:& ꝓpterea aſpirari placuit & diphthongari:quoniam in ſecūda perſona ſingulari præſentis imperatiui modi uidelicꝫ hære neq; ſola diphthōgus neq; ſola aſpiratio ſufficere poterat ad differentiā:tum propter ablatiuum eius nominis æs æris:quod facit ab hoc ære cum diphthongo & ſine aſpiratione: tum ꝓpter uocatiuum alterius nominis herus heri quod facit o here cum aſpiratōe ſcilꝫ & abſq; diphthongo. Significat enim hærere nonnunq̄ dubitare & hæſitare. Iuuenalis in ſatyra:Credo pudicitiā: Dic Quintiliane colorem hæremus.i.dubitamus.

H æres cū æ diphthongo ſcribiť:& ab hæreo ut omnes ꝓhibent deriuať eo ꝙ alteri bona hærere dicanť.

H æſito cum æ diphthongo ſcribitur:& ab hæreo deſcendit.

I æci cum æ diphthōgo ſcribiť:& eſt præteritū deductū a iacio:unde primā diphthongi accepit.

L ætus cū æ diphthongo ſcribiť:& diciť teſte Varrone a latitudine mētis:quā ſcꝫ ex ſuo aſpectu efficit. Nam ꝓprie aīata dicunť læta quādo ſenſibus dilatanť. Sed quia ſic natura comparatū eſt:ut quæ bona corporis habitudine ſunt alacriora:quæ uero debili triſtiora ſint:factum eſt ut lætas uocemus oues:lætos greges: & læta armenta:quæ pīguedine & meliori corporis habitudine conſpiciunť. Homines uero quia rōnales ex meliori mētis habitudine ex qua alioꝝ ſenſuū dilātatio cōſequiť:lætos dicimꝰ: & nō meliori corꝑis diſpoſitōe. Inanimata uero læta dicimꝰ quæ aſpectu hoīes ipſos lætificāt: unde lætas ſegetes:lætas uites: lætas arbores:& læta olíueta ſæpiſſime poetæ dicūt:quia ex eorum aſpectu nos lætos faciunt: uel ꝙ ipſa læta uidētur: & eſt metaphora rei animatæ ad inanimatam: qua frequenter utūtur poetæ.

L ætamen cum æ diphthongo ſcribitur: & a lætus deſcendit:quia facit lætas ſegetes: nonnulli dicunt uulgo ſic quoq; dici:ſed latine limus.

L ædo cum æ diphthongo ſcribitur:quam teſte Priſciano in.viii. etiam in præterito conſeruat: & ut puto in ſupino & deſcendentibus.

Mæreo cũ.æ.diphthongo ſcribitur: & primam diphthõgi uocalem a marceo unde deducitur aſſumere dixit Apuleius. Nam teſte Varrone: mæreo dicit᷑ eo ꝙ corpus etiã maceſcere facit. Alii uero diphthõgari dixerũt ut a mereo uerbo differat: quod facit præteritũ merui. Virgiliꝰ: Equidẽ merui neq; deprecor: & a mercede deſcendit: unde & dignuʒ eſſe deſignat. ut Iuuenalis: Pone crucẽ ſeruo: meruit quo crimine ſeruus Supplicium. Significat etiã idem quod milito. Lucanus: Aere merent paruo. Et ſic dicimus Sertoriũ diu meruiſſe. & Statius in.iiii.thebaidos: Non hi tibi ſolũ ampliare merent. cuius paſſiuũ apud antiquos erat mereor ſimiliter abſq; diphthongo: quod ſane a poſteris in frequẽtiori uſu deponẽs habet᷑. Sane a mæreo quod cuʒ diphthongo ſcribit᷑: & facit in præterito mæſtus ſum uel fui: fit impſonale mæret cũ ſignificato.ſ.ſui uerbi. A mereo uero ſine diphthongo fit ſimiliter aliud impſonale meret. quod teſte Seruio ſuper quartum æneidos: ſimili modo militiam ſignificat.

Mæror cum.æ.diphthongo ſcribitur: & a mæreo uerbo deducit᷑: ſignificatq; triſticiam.

Mœnia cũ.œ.diphthongo ſcribit᷑: & dicunt᷑ quaſi munia. cuiꝰ ortographiæ cauſam dixit Seruius in decimuʒ æneidos: quia ubi nos.u.habemus: græci.ου.diphthõgũ habẽt. quare putauerũt antiqui nos etiã pro eadẽ littera.u.diphthongũ aliquaʒ poſſe apponere. Et licʒ nõ eadẽ poſuerint: hanc tamẽ quæ eſt.œ.ponere cogitauerũt: inde mœnia pro munia dixerunt: pœnio ꝓ punio. quod uerbũ ut ait Seruius a pœna uenit: hinc & pœnica regna uides cũ.œ.ſcribendũ dixit. Similiter mœrus cũ.œ.diphthongo apud antiquos fuiſſe dicit: quod apud noſtros murꝰ dicit᷑. Idq; Virgiliũ in.x.æneidos obſeruaſſa uoluit cũ ait: Quin intra portas atq; ipſis prælia miſcet Aggeribꝰ mœrorũ. uidelicʒ cum.œ.diphthongo antiquorũ more pro eo quod dicimus murorũ. Sane mœnia ipſa: & pro muris accipi ſolent: & pro ædificiis ipſiꝰ urbis. Nam murꝰ quidẽ urbis eſt lapideꝰ ambitus: qui græce in neutro Τὸ Τεῖχοσ dicit᷑. Nec urbis ſolũ ſed munitionũ caſtrorũq; & ſimiliuʒ. At uero domorum paries magis dicitur: qui græce in maſculino ὁ Τοῖχοσ nuncupatur.

Næ pro utiq; & certe cum.æ.diphthongo ſcribitur: ſed quia græca dictio eſt & ſpecialem exigit difficultatẽ: de ea plene inter græcas dictiones tractabimus.

Nænia cũ.æ.diphthongo ſcribit᷑: & a nanus ut quidã putant deducit᷑. Nanos enim ueteres paruos dicebant. Vnde nænia friuola & inania aliq̃ dicunt᷑ qualia.ſ. parui actitare ſolẽt. quidã aũt nænia ab inani ꝑ dẽptionẽ primæ uocalis aſſerunt deriuatum. Quintilianus uero in ſeptimo de inſtitutione oratoria: Tertiꝰ inquit eſt diuerſus tranſlationis modus: cum res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium: ut carmẽ funebre proprie nænia dicitur: de hoc in dictione epiodium clare uidebimus.

Obſcœnũ ut ſupra uidimꝰ cũ de ſyllabis deſinentibꝰ in.b.tractauimꝰ: cum.œ.diphthongo ſcribit᷑. Idq; ſentit Priſcianꝰ: quod cõpoſitũ dixit ex obs & cœnũ. Varro aũt libro ſexto de lingua latina cũ.æ. diphthõgo ſcribendũ dixit: & ex ob & ſcæna cõponi uoluit: quaſi ob ſcænã talia quæ obſcæna dicunt᷑ perpetrentur.

Pægi cum.æ.diphthõgo ſcribitur: præteritum eſt Quintiliano teſte in primo a pago antiquiſſimo uerbo deductum. unde ipſum a diphthongi aſſumpſit.

Plæbs cũ.æ.diphthõgo ſcribit᷑. ſic enĩ in antiquiſſimis inſcriptõibꝰ cõperi: & id iure fieri ab aliquibꝰ probat᷑. quia a plaſion quod pluralitatẽ ſignificat deducit᷑: ac ob id primã diphthongi litteraʒ ab illo aſſumere uolunt: quæ tamẽ dictio non niſi in cõpoſitõe apud græcos eſt in uſu: ut polyplaſion diplaſion & ſimilia. Nec ſoluʒ declinatur plæbs plæbis: ſed etiã teſte Priſciano in libello de nomine plæbes plæbei qntæ declinatõis.

Plærus cũ.æ.diphthongo ſcribi dixit Apuleius: & a πλῆροσ per conuerſionem.e.productæ in.æ.diphthongum deductum dixit. Nec tamen eſt in uſu.

Præ cum.æ.diphthongo ſcribitur: & a πρὸ graeco traduci nonnulli affirmant. Vnde omnia quæ ab ea præpoſitione deriuantur uel componuntur: cum.æ.diphthongo ſcribuntur. Deriuantur quidem ut præter: componuntur uero ut præſes: prælatus: præfectus: præſum: & ſimilia. & ſimiliter omnia quæ præ longa in principio ſcribuntur: ſi diligenter inueſtigetur a præ cũ.æ.diphthongo ducunt᷑. excipiũt᷑ precor: preces: & preciũ: quæ & ſi cum præ præpoſitione præpoſitæ uideãtur: abſq; compoſitione tamẽ ſunt: & abſq; diphthongo: quin & primaʒ breuem habent. Virgilius libro.iii.æneidos: Hortatur pater ire mari ueniamq; precari. Idem in eodem libro: Sed uotis precibuſq; iubent expoſcere pacem. Sane præpoſitio præ cum uerbo iuncta nonnunq̃ eandem pene ſignificationeʒ cum ſuo ſimplici detinet: ut prædudo: præcido: præmorior præcingo: idem ſunt quod cludo: cædo ſiue incido: morior: cingo.

Præbeo quod ſignificat trado: ex præ & habeo compoſitum eſt. Nam is qui aliquid præbet: id præhabere ratione dicitur. Niſi enim id quoquo modo præhaberet: alteri præbere nequiret.

Præcox cum.æ. diphthongo ſcribitur: fructus dicitur ſæpiſſime præter morem cæterorum coctus: ſiue ante cæteros. unde ficus & uuæ præcoces dicuntur. Quidaʒ uero non præcox: ſed præcoquus præcoqua præcoquũ declinant: ut Martialis: Vilia maternis fueramꝰ præcoqua ramis. Nunc in adoptiuis pſica cara ſumꝰ.

Præco cum.æ.diphthongo ſcribitur: & quaſi præcino intelligitur. nam componit᷑ ex præ & cano.

Præcipio cum.æ.diphthongo ſcribitur: cõponit᷑ ex præ & capio: & ſignificat præcepta tradere: quod eſt tum magiſtrorũ tum magiſtratuũ: eodẽ modo deſcendẽtia ſcribunt᷑.

Præda cũ.æ.diphthongo ſcribit᷑. Nam cõponi dicit᷑ ex præ quod eſt ante & datũ quaſi ante datũ ſit: hoc eſt ꝙ

ante dationem poſſidentis ui rapimus: Varro uero ſcribit prædam a pariendo dictam: quaſi paridam.

Prædium cum .æ. diphthongo ſcribitur: ut uidimus in dictione agricola: & a præda deducitur. eo ꝙ capti ab hoſtibus agri militibus antiquitus diſtribui conſueuerant.

Prædo cum æ diphthõgo ſcribitur: & eodem modo componitur.

Prælum cum æ diphthongo ſcribitur. Nã cõponitur ex præ & luo: eo ꝙ humore fluenti præluat'. i. madefiat

Prælium cum æ diphthongo ſcribit': & ut quidam ferunt a prælo deduci ꝓhibet': quia ſicut in prælo humor uuarũ uel oliuarum: ita in prælio ſanguis hominum funditur.

Præparo cum æ diphthongo ſcribitur: & componit' a præ quod eſt ante & paro quaſi ante paro: quæ utilia mihi fore credo. Cicero officiorꝫ libro .ii. facile totius curſum uitæ uidet: ad eãq; degendam præparat res neceſſarias: ut paſtum ut latibula & alia generis huiuſmodi.

Præripio cum æ diphthongo ſcribitur: & licet componat' ex præ & rapio: illa tamen præpoſitio præ anteceſſionem temporis ꝓprie non declarat. Nam is qui alteri præripit in ſuos uſus capit. Cicero pro Galba: Demoſthenes tibi præripuit: ne eſſes primus orator: tu illi ne ſolus. Vnde ob hoc ab eripio differt ꝙ qui alteri aliquid eripit. poteſt uel non in ſuos uſus capere. Vt eripuit illi uitam. Nonnunq̃ etiaꝫ præripio ablatiuũ cum præpoſitione a uel ab poſtulat cum qua uerbum eripuit aliquando cõiungitur. Verum in uoce paſſiua nonnunq̃ ante capere deſignat: ut Plinius nepos de uiris illuſtrib⁹. Immatura inquit morte prærept⁹ nõ potuit præſtare qualeꝫ promiſerat regeꝫ: hoc eſt imatura morte præuentus.

Præs cum .æ. diphthongo ſcribitur: & teſte Varrone a præſtando fidem dicitur: ideſt fideiuſſor: & facit in genitiuo huius prædis.

Præputiũ cũ .æ. diphthongo ſcribit'. Et dicit' inde quod mẽbris pudendis ſiue putentibus præemineat.

Præſideo cum æ diphthongo ſcribitur: cõponiturq; a præ & ſedeo: ut Suetonius de Tiberio: præſedit actiacis ludis: hoc eſt etiã præfuit. Sane præſidere proprie ẽ ad opem præſtandã præeſſe. Cicero ꝓ Silla. Vos dii & patrii penates qui huic urbi atq; imperio præſidetis. Quintilianus li. x. de inſtitutiõe oratoria de Homero loquens ait: Nam & beniuolũ auditoreꝫ inuocatione dearuꝫ quas præſidere uatibus credituꝫ eſt: & intẽtuꝫ ꝓpoſita rerum magnitudine & docilem ſummia celeriter comprehenſa facit.

Præſes cum æ diphthõgo ſcribit': & a præſide dicitur: ut a deſideo deſes a reſideo reſes: is dicit': Vulpiano teſte: qui maius in ꝓuincia imperium habet omnibus poſt principem. Dicit' etiaꝫ præſes auxiliator: ut Liuius libro .vi. ab urbe: Dii deæq; qui capitoliuꝫ incolitis ſiccine ueſtrum militem ac præſidem ſinitis uexari ab inimicis: præſidem dixit ꝓ auxiliatore ac defenſore.

Præſidium cum æ diphthongo ſcribit': a præſideo cum opem præſtare denotet deduciturq;: eſtq; auxiliũ pricipale. Nam ſubſidium id dicit' quod in auxilium ſucceſſit: unde & milites qui ad tutelam oppidi caſtelli ſimiliũq; collocati ſunt: præſidium uocant': ut impoſitum eſt præſidium Caietæ.

Præſul cum æ diphthongo ſcribit': & a præſaliendo deriuatur. Sane is antiquitus dicebat': qui primus erat inter ſalios. i. Martis ſacerdotes romæ dũtaxat a ſaliendo dictos in portandis. ſ. ancylibus: ut ſupra in dictiõe ancyle uidimus: & ita a præſilio: hoc eſt ante alios ſalio dictum putant.

Præſto cum æ diphthongo ſcribit': & componit' ex præ & ſto: & ideꝫ eſt quod adſum. Nec alteri uero uerbo cohæret: niſi uerbo ſubſtantiuo: & huic ſimplici: ut præſto ſum uel fui. Nam præſto adſum magis poeticuꝫ eſt: ſignificat autẽ tria præciſe ut uerbum adſum. primũ quidẽ eſt præſens ſum Cicero in Bruto. Quibuſdã quidem cauſis tu etiã Brute præſto fuiſti. ſecundum uero ſignificatum eſt præſidio eſſe. Cicero ꝓ Murena Ius ciuile didicit: multum uigilauit: laborauit: præſto multis fuit. Et ꝓ eodem: Tu interea romæ ſcilicet pro amicis præſto fuiſti. tertium autem ſignificatum eſt aduenire ſiue comparere. Cicero ad Hieronymum: Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt: hyeme pulſæ receduut.

Prætor cũ æ diphthongo ſcribitur: a præeundo nomen accepit: & dicit' prætor quaſi præitor.

Pœna cum œ diphthõgo ſcribitur: ſed ut in ſequentib⁹ oſtendem⁹ græcum eſt: a quo teſte Seruio in .x. æneidos pœnicus pœnica pœnicum deſcendit cum œ diphthongo ſcribit': at penitus aduerbiuꝫ prorſus abſq; diphthõgo ſcribitur: cum eius prima breuis ſit.

Pœnitet cum œ diphthongo ſcribitur: & a punio teſte Seruio in .x. æneidos deſcendit: quod ut ait apud antiquos cum œ diphthongo ſcribitur.

Pomœriũ cuꝫ œ diphthongo in antepenultima ſcribit': Cuius uim uerbi teſte Liuio li. i. Solam intuentes poſt mœniũ interprætant' eſſe: & pergit idem Liuius: Eſt autẽ circa murum locus: quẽ in condendis urbib⁹ quõdam hetruſci: qua murum ducturi erant certis circa terminis in augurato conſecrabant. Et hoc ſpaciuꝫ qd' neq; habitari neq; arari fas erat: non magis ꝙ poſt murum eſſet q̃ ꝙ murus poſt id pomœrium romani appellarunt: hæc ille. Vnde ideꝫ ſentiens Lucanus ait: Longa per extremos pomœria iungere fines: eius uero orthographiæ rationeꝫ uidimus ſupra in dictione mœnia. At pomariuꝫ non cũ œ diphthongo ſed cum .a. abſq; diphthongo in antepenultima ſcribit': & a pomis nomen accepit. Et eſt aut locus conſitus pomis: Vt Ouidius in .iiii. metamorphoſeos. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas Mœnibus. Aut eſt fructuum pomi repoſitoriũ: aut copia ipſa arborũ pomiferarũ. Pomeridianum ſimiliter abſq; diphthongo ſcribitur

& a poſt & meridie componiť:hoc eſt poſt meridianum. Vnde ait Quintilianus in.iii.de inſtitutione orato
ria:Iſocrateq; iá ſeniore.octauũ eni & nonageſimũ ipleuit annũ pomeridianis ſcholis Ariſtoteles precipe-
re artem oratoriam cepit.
Quæ cum æ diphthongo ſcribiť:& ut aliq dicunt differentiæ cauſa:ut a que differat cõiunctiõe. Alii uero pu
tant ipſum quæ ab ablatiuo qui & qua per deriuationem trahi:a quo ipſum a diphthõgi accepit:ſʒ ut puto
nunq̃; nominatiuus ab ablatiuo deſcendit. Quin & ab eo omnia compoſita diphthongant:ut quæná quæ
dam quæpiam:&ſiqua ſunt alia.
Quæro cum æ diphthongo ſcribiť:& teſte. M. Varrone:ex quæ & res cõponiť proprie eni quærere ẽ quæ ſit
res aliq̃ inueſtigare. Quod ſicui hæc nõ placeat cõpoſitio audiat quæro ꝓpterea diphthongandum eſſe:ut
paſſiuũ eius quæror a deponenti quæror.i.conquæror:qď ſine diphthõgo ſcribiť:per diphthõgũ differat
Quæſo cum æ diphthongo ſcribitur:& a quæro deriuať:ac diphthongum accipit.
Ræte cum æ diphthongo ſcribitur:& a rapio deſcendit:a quo primam diphthongum accipit.
Ræda cum æ diphthongo a multis ſcribi conſueuit.
S æculũ cum æ diphthongo ſcribiť:quod ſane abſq; diphthongo poſſe ſcribi uidebať:quia a ſequor habẽte
e breue deduciť:uel ut Varroni placuit a ſene habente ſimiliter primam breuẽ deriuatũ eſt. Sed q̃a reʒ ꝓdu
ctiſſimá deſignabat.placuit ãtiq̃s noſtris ſignificatõis cã primá ſyllabá ꝓducere:& p diphthõgũ id ſignare.
S ædo ſædas primæ cõiugatiõis p æ diphthõgũ ſcribiť:& q̃ſi ſanuʒ do deſignare ex ſua cõpoſitione uolunt.
S æpe aduerbiũ cũ æ diphthõgo ſcribiť:ut a ſepe ablatiuo differat:qď ſine diphthõgo hæc ſepes pis ſcribiť.
S cæuola teſte Varrone cum æ diphthongo ſcribiť:& a ſcæua.i.ſiniſtra deduci uoluit:eo ꝙ quæ ſiniſtra ſunt:
bona auſpitia exiſtimantur.et inde ſcæuum omen apud antiquos dictum rettulit.
S æuus cum æ diphthongo ſcribitur.
T æda cum æ diphthongo ab antiquis noſtris ſcribiť:& a græco ϑαδα quod luminare ſignificat deducitur.
unde a primam diphthongi aſſumpſit.
V æ interiectio cum æ diphthongo ſcribitur:ut differat a cõiunctione ue quæ abſq; diphthongo ſcribiť. Sũt
etiam qui dicant eam ab dictione græca ουαί exortam eſſe.
V æneo cuʒ æ diphthongo teſte Apuleio ſcribitur:ut.ſ.in ſecunda perſona a uenio diſcrepet:quin & a datiuo
& ablatiuo eius nominis:quod eſt uena quod ſine diphthongo ſcribitur.
V ænundo a uændo eodem teſte cum æ diphthongo ſcribuntur. Quæ a uenum ſupino & do compoſita uolu
it:unde a principali diphthongum ſuſcipiunt.
R efert. M. Varro quoſdá putaſſe eas oẽs dictiones diphthongari debere:quæ cuʒ principalib⁹ ſyllabis ꝓdu
cant ab illis dictõibus deriuanť:quæ in principalib⁹.e.correptá habẽt:ut uidelicet ipſa diphthõgus inditio
eſſet correptionẽ primitiorum in deriuatis nõ obſeruari:ut fænus a ſex:dænus uel denari⁹ a deceʒ:ſæculũ a ſe-
quor uel ſæne:ſædes a ſedeo:licʒ ſedile naturá primitiui ſeruauerit. Virgi.li.æneidos.i. Viuoq; ſedilia ſaxo
Quod & ſi iá in aliis non obſeruet:in ſæculo obtinuit rõ ut diphthõgetur. Sunt etiá qui demũ ob eandem
cám diphthõgari uelint:quod a decẽ prouenire faciũt:eo ꝙ ſignificat ad finem & in decem naturalis ſit nu
meri finis. Similiter ſecundũ eos deniq;:quod eodem modo ad finem ſignificat: & ob eandeʒ cauſam a dæ
nus deriuari uolunt. alii a denuo:nos uero præter ſæculum omnia alia abſq; diphthongo ſcribimus.
S ed reſtat iam grandẽ illá nobis quæſtioneʒ euoluere:quæ de haruʒ diphthongorum æ & œ tẽporibus diligen
tius intimiuſq; diſquirit. Nam ab aliis oibus intacta relictaq; uideť:præter q̃; a Priſciano:qui illam paucu-
lis hiſce uerbis uoluit diſſoluere. Itaq; poſtq̃; in primo libro dixerat huiuſmodi diphthõgos breuiari poſſe
Immediate ſubdit. Vnde quidem non ſine ratione unũ & ſemis ſingulas eas tẽpus habere dicunt. Ideoq; ſi
ſequatur conſonans:quæ dimidiũ tẽpus habet omnino ꝓducunť.hæc ille. Qui paululũ ſupra oſtendit cõ
ſequente uocali breuiari poſſe. Tũ in eadẽ dictõe:ut Virgi.in.vii. Stipitib⁹ duris agiť:ſubdibuſue præuſtis
Quod Homerus ſimiliter nõnunq̃; obſeruauit. Tum etiá ſequẽte uocali in dictione diuerſa:ut idem lib.iii. In
ſule Ionio in magno. Sed illud rariſſime. Similiter œ id quoq; & codeʒ modo poſſe pati proſequiť:ut apď
Aeſchiluʒ οἱ ςρος αυτας παρθένοσ λοχοιε ταισε. Cuius ſane rei rõeʒ hanc noſipſi reddere explicareq;
poſſumus. Quoniá longitudo ipſa ſyllabæ:aut quæ tẽporis breuitas diciť:ex metro ac eius ſcãſione dep
hendiť:quæ uirtute ſyllabarum quantitate conficiť. Sed cõſtat au & eu eiuſmodi eſſe diphthongos: ut ita in
metro:quẽadmodũ etiá extra metruʒ ſcribanť & ꝓferanť:unde maiorem in ſono uocis ꝓnunciationem ne
ceſſario exigunt q̃; æ & œ.quæ tá & ſi ſcribunť:non tamẽ proferunť. Nãq; in au & eu ſonus duarũ uocaliuʒ
integer in unica tantũmodo ſyllaba cõſeruať:& p conſequens utriuſq; illarum uocaliũ temp⁹ in metro rema
nere debet. Et cum ſingula uocalis ſonum ſuuʒ conſeruãs:unũ neceſſario temp⁹ habeát:utraq; illarum dipth
thongorum.ſ.au & eu:duo tẽpora quacunq; ſubſequente littera:ſiue uocali ſiue conſonãte obtinebit. At ue
ro æ & œ diphthongi:cum tantũmodo ſcribanť:neq; ſecũdũ q̃;q̃; litterá in metro ꝓnuncienť:non neceſſa-
rio earũ quælibet duo tẽpora cõtinebit. Sed tantũmodo conſonãte ſequẽte:quæ cum teſte Diomede & Pri
ſciano dimidiũ tẽpus habeat:cõuenientiſſime cõplebit diphthongi ſonũ:quæ unũ tempus:& ſemis primi-
tus continebat. Ná neq; unicũ tantũmodo tẽpus:cũ duæ ſint uocales. Nec duo ſimpliciter habere poterit:

cum ſono unius dũtaxat litteræ ꝓferatur: habebit ergo unũ & ſemis: cui cuꝫ conſonabit altera littera: quæ mediũ tẽpus ſortitur: duo ſane tẽpora complere habebit: & longã merito diphthongũ reddet. Veruꝫ ſi altera uocalis ſequatur cum alterã ſyllabã & alterũ ſonuꝫ neceſſario conficiat: priori diphthongo & ſyllabæ conſonare nõ poterit. Remanebit ergo diphthõgus cũ unico tẽpore & ſemis: & per conſequẽs breuis erit. Nec danũ tunc quoq; in uerſu pati poterit tẽpus: cũ uoce uniꝰ litteræ diphthongus ipſa ꝓferat᷑. Nãq; ĩ metro ꝓnunciatio magis ꝙ̃ ſcriptura attẽditur. Concludimus igitur has duas diphthongos æ & œ in dictiõibus dũtaxat latinis naturaliter breues eſſe: cũ naturaliter illaꝝ quæq; unicũ & ſemis tẽpus contineat: quod longã ſyllabã reddere nõ poteſt. Sed longas illas fieri poſſe diſcimus: uel ex loco quẽ in dictione ſortiũtur: q naturaliter longã ſyllabã & duoꝝ tẽporum illã requirit: ut finalis ſyllaba genitiui & datiui numeri ſingularis: noiatiuiq; & uocatiui numeri pluralis nominũ primæ declinationis: uel ex terminatiõe monoſyllabæ naturaliter longæ ut præ: uel ex conſonãtis ſequela: quæ defectũ ſoni in medio tẽpore cõſonando ſupplet: uel ſi in dictionibꝰ græcis etiã non ſequẽte cõſonante ponatur. Naꝫ tunc quoq; longæ reddũtur. alio uero modo: hoc ẽ in dictionibꝰ latinis ſequente uocali minime longari poſſunt: ſed naturã ſui tẽporis conſeruãt & breues illas eſſe conſtat: ut ſupra ex intentõe clariſſimoꝝ auctoꝝ una cum Priſciano oſtendimꝰ. Sed dubia circa hæc quoq; nõnulla eſſe uidẽtur. Quia nõ minorẽ uim duæ uocales: ꝙ̃ unica tantũ habere uidenẗ Sed unica uocalis in unica ſyllaba duo tẽpora ſæpe continet: ergo multo magis duæ in unica ſimiliter ſyllaba omni tẽpore cõtinebunt. Amplius & ſi quælibet conſonãs dimidiũ tempus habet: quæ per ſe ſyllabã facere nequit multo magis & uocalis quæq; ipſiꝰ unicuꝫ habebit quæ ſyllabã per ſeipſaꝫ reddere ualet. Si ergo in diphthongo duæ uocales erunt: duo tẽpora neceſſario diphthongus habebit: & ſic quoq; nunquaꝫ breuis eſſe poterit. Præterea non minoris uocales poteſtatis erũt in rõne tẽporis ꝙ̃ conſonãtes: immo lõgæ amplioris: ſꝫ duabus conſonantibꝰ: aut una duplici ad uocalẽ ſequentibus fit ſyllaba lõga: ergo multo magis uocales duæ in unã ſyllabã coeuntes neceſſario illã producent. Porro nõ alia rõne diphthongus a cecidi præterito abiici dicitur: niſi qa eius prima ſyllaba correpta eſt: quæ in præſenti longa erat diphthongo: cum diphthongus ipſa breuis eſſe non poſſit. Ergo nec ullo pacto breuiari poſſe uidetur. Quid ꝙ Diomedes: Seruius: Donatus: & alii grãmatici omnes uocalẽ longã diphthõgo eſſe cõmemorant: quomõ illam ergo breuiari poſſe dicemus. Sed hæc quoq; facillime diſſoluunẗ: ſi ea quæ ſupra diximus diligenter cõſiderare uelimus. Nã cum tẽpus ratione ꝓnunciatiõis in metro magis ꝙ̃ in ſcriptura attendaẗ: ſi ex duabus uocalibus in eadẽ ſyllaba uno tantũ ſono ſuo ꝓnuncietur: nihil ĩpedit ſyllabã ipſaꝫ alia ſequente uocali corripi poſſe: cum nõ tantũ tunc tẽporis habere poſſit: ꝙ̃tuꝫ ad ꝓductõem prorſus requiriẗ: unde & in ſyllabis naturaliter longis ꝑ alterius uocalis ſequentiã idem ſæpiſſime contingit: ut hæc monoſyllaba de cum naturaliter longa ſit: ſi cum dictione incipiente a uocali cõponatur: ſane ipſa quoq; corripiẗ: ut deinde: dehinc: dehiſco & ſimiles. Virgi. li. æneidos. v. Infindunt pariter ſulcos totũq; dehiſcit. Cõuulſum remis roſtris ſtridentibus æquor. Cum ergo dicit nõ minorem uim duæ uocales habere uidentur ꝙ̃ una. Verũ id ſane eſt: ſi ſonum ſuum ambe cõſeruent: & ſi multo magis uocales duæ in unica ſyllaba ſonũ ſuum ſeruantes: duo tẽpora continebunt: ꝙ̃ uocalis unica tantũ: ut in au & eu manifeſtum uidebimꝰ. Nãq; ſyllaba quo ad ꝓductionẽ & correptionẽ: non ex multiplicatione litteraꝝ attenditur: ſed ex ſono ꝑ morã & quantitatẽ facit ĩ metro. Vnde ſi in eadẽ ſyllaba tres conſonantes uni uocali anteponanẗ: non minus illa breuis eſſe poterit: ꝙ̃ ſi unica tantũ aut nulla poſita eſſet: ut ſtrophades. Ad id ergo quod ſubſequẽter dicebatur: ſi quælibet conſonans: quæ per ſe ſyllabã facere nequit: dimidiuꝫ tempus habet: multomagis quæq; uocalis tempus unuꝫ habebit: quæ ſyllabaꝫ ex ſe facit. Dicimus id quoq; uerũ eſſe: quando uocalis ipſa ex ſe ſyllabã facit: uel ſonum ſuũ in ſyllaba conſeruat. Quod qa in diphthongis æ & œ minime fieri uidemus: nõ obſtat illas uocali ſubſequente breues fieri poſſe. Nec id quod tertio loco propoſitũ fuit obſtabit: cum dicebaẗ non minoris poteſtatis uocales eſſe ꝙ̃ cõſonantes. Cum diuerſa ſit ratio quare duæ conſonãtes: aut una duplex ad uocalem ſequẽtes illam ꝓducunt: & duæ uocales in eadem ſyllaba coeuntes ſequente uocali corripiãtur: cum in primo ratio ſit nimia ſoni aſperitas: quæ ex cõſonantibꝰ poſt uocalẽ in metro exoritur. Alterius uero rõ ſit temporis breuitas: quæ in pronunciatõe eiuſmodi diphthongi ſequente uocali cõprehenditur. Non etiaꝫ id obſtat quod ſubſequẽter dicebatur: non alia rõne diphthongũ a præterito cecidi abiici niſi qa eius prima correpta eſt: in qua diphthõgus ſtare non põt. Nam ob id quoq; diphthongus abiicitur: qa illa remanẽte nullo pacto breuis ipſa diphthongus eo in loco ob conſequentiã conſonãtis haberi potuiſſet. In quo ſane loco breuis ſyllaba ab auctoribus noſtris requiſita fuit: unde & ſi uocalis ſequi potuiſſet remãſiſſet utiq; diphthongus: & breuis fuiſſet: quare magna cũ ratione abſq; diphthongo ſcripta fuit: & non illa qua dicebatur: qa diphthongus æ breuis eſſe non poteſt: quod falſum eſſe oſtendimus. Nec Diomedes aliiq; grammatici his quæ diximus contradicũt: cum uerũ dicant uocalem longã eſſe diphthongo. ſ. ſequente cõſonãte: ut nos de illorum mente expreſſimꝰ. Sed iã ad alias græcas dictiones: quæ latine ſcribuntur redeunduꝫ ẽ

D irce cum. i. latino &. c. exili: hoc eſt abſq; aſpiratione ſcribiẗ: fuit fœmina babylonia adeo ſua forma tumẽs ꝙ Palladi cõuiciari non formidauerit. Quare cum ſe in palæſtinoꝝ ſtagno lauaret: in piſceꝫ cõuerſa eſt qđ ſentiens filia laqueo ſe ſuſpendere uoluit: ſed miſeratõe deoꝝ in columbã cõuerſa fuit: ut latius deſcripſit

Ouidius li.metamor.iiii.ubi ait.Dirce quá uerſam ſquamis uelantibus artus & reliq̃. Fuit & altera Dirce uxor Lyci thebaꝵ regis:qui cũ prius Antiopá uxoré haberet:quæ a Ioue cóuerſa in formá ſatyri grauidata fuerat:ut in ea dictione uidimꝰ:illá uelut adulterá Lycus dereliquit: & Dircé ſuperinduxit:hæc ſemel in ſuſpitioné adducta:ne cũ antiope Lycus cócubuiſſet Antiopá ipſaꝫ carcerari fecit:quæ inſtáte partꝰ tépore & agente Ioue uincula rupit. Ac in monte cithærone pariés natos expoſuit:quos paſtor inueniés ꝑ ſuis educauit. Sed tractu téporis a matre recogniti:& in ultioné iniuriarũ inducti Lycũ interfecerunt:& thæbanoꝵ regno occupato Dircé nouercá indomitorũ taurorũ caudis diſtrahédá alligarunt:q cũ uſq; ad locuꝫ limpidiſſimi fontis illá traxiſſent:fingunt poetæ in ſui nois fontem cóuerſam fuiſſe. Quare dixit Ouidi.in Ibin.
Perq; feros montes tauro rapiente traharis.
Vt tracta eſt coniunx imperioſa Lyci.

D ircæus cũ.i.latino &.c.exili atq; æ diphthongo in penultima ſcribit' dicit' aonius ſiue thebanꝰ.ná pars boetiæ in qua fons eſt dircæus a Dircæ dircæa cognominata fuit:Lucanus in.iiii.Cadimeaq; dircæ. Quare Virgilius in Alexi ait. Amphion dircæus in acteo aracyntho.i. Amphion thebanus. Similiter Statius in primo achilleidos cum narraret ſe thebana facta ſcripſiſſe inquit:ſcit dircæus ager.i.thebanus.

D yrrhachium cũ.y.græco & duplicato.r.a græcis ſcribit':quare a noſtris ſecundũ.r.aſpirari debet ſecunduꝫ Priſciani doctriná:& in penultima cuꝫ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fuit ciuitas in epiro:de qua Lucanꝰ in principio li.vi.inquit:Dyrrhachii rapiendas tendit ad arces:Et uocata prius fuit epidános:ut in ea dictóne uidebimus:de qua Lucanus eodem libro.
Vndiq; præcipiti ſcopulis reuomentibus equor.
Exiguo debet:quod non eſt inſula colli.

D iſcus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur.genus eſt uaſis lati:& ob id portandis carnibus ad menſam q̃ aptiſſimũ:ut oſtendit Iulius Pollux ad cómodum iperatoré de uocabulis rerũ:hoc nónulli ex noſtris lanceꝫ putauere.dicente Iuuenale in ſatyra:Si te ꝓpoſiti:Aſpice q̃ longo diſtendat pectore lancé.ſ.piſcis qui ſuper illo portabatur:ad cuiꝰ ſimilitudiné genus illud lapidis quo corpora exercebant ueteres:diſcus uocabatur. Vnde Hora.in primo carminũ.Neq; iá liuida geſtat armis brachia:ſæpe diſco:ſæpe trans finé iaculo nobilis expedito.

D yſenteria cum.y.græco & unico.ſ.atq;.t.exili:& in penultima cum.i.latino ſcribitur:eſt inteſtinorum exulceratio. Nam dys cum componitur ſemper quid malum exprimit:& ἐντέρα inteſtina dicunt'.

D yſphilus prima cũ.y.græco:penultima cũ.ph.aſpirato &.i.latino atq; unico.l.ſcribit' nomen é fictitiũ:quaſi malum amicũ deſignat.ná cóponitur ex dys:quod ut diximꝰ in compoſitóe ſemꝑ aliquid mali denotat: & φι λοσ quod é amicus:iuxta quod ait Iuuenalis in.iii.ſatyra:ubi de græculis loquitur. Non eſt romano cuiq; locus hic ubi regnat Prothogenes,aliquis uel dyſphilus.

D yſcholus cum.y.græco &.ch.aſpirato ſcribit' græcũ uocabulũ é ſignificás malũ ac ꝑniciòſum:ſeu toleratu difficilem. Nam componit' a dys:& χο λн:quæ eſt cholera:q̃ſi mala cholera:ſeu χο λοσ iracundia.

D iſpódeus cũ.i.latino & abſq; aliq̃ diphthongo ſcribit':& cóponit' ex dis:qđ eſt bis:& ſpódeꝰ.de quo i ſua dictóe uidebimꝰ. Ná pes é ex duabꝰ ſpódeis cóſtás:hoc é ex q̃ttuor lógis tépoꝵ.viii.ut oratores:cóndimétis.

D iiábus cũ duobꝰ.i.latinis ſcribit':atq; ꝓfertur cóponiturq; ex dis qđ ipm.ſ.ſæpe in compoſitioue abiicit: & iambus. Nam pes eſt conſtans ex duabus iambis:hoc eſt ex breui & longa:& iterum ex breui & longa:temporum ſex: ut amœnitas olympii.

D itrocheꝰ cũ.i.latino &.t.exili atq;.ch.aſpirato & abſq; diphthongo ſcribit':& ſimili mõ pes é bitrocheꝰ:ut in dictóe trocheꝰ uidebimꝰ:Ná cóſtat ex lóga & breui:& iteꝵ lóga & breui:tépoꝵ ſex:ut cátilena:iperator

D iſtichus cuꝫ.i.latino utrobiq;:&.t.exili atq;.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a noſtris geminus uerſus. Nam ex dis quod eſt bis & ϛίχοσ uerſus componitur.

D ithyrãbus prima cum.i.latino:ſequens cuꝫ.th.aſpirato &.y.græco ſcribit':fuit teſte Herodoto uir theſpiacus:a quo credimus genus illud uerſuum cognominatũ fuiſſe:de quibus Hora.in.iiii:carminũ inquit. Laurea donandus apollinari:Seu per audaces noua dithyrambos:Verba deuoluit numeriſq; fert' lege ſolutis

D ius cũ.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris generoſus:quaſi a Ioue uel deo ortus:ſic & apud græcos obſeruaſſe uidetur Homerus:cum ait Δίοσ ἀχί λλευσ.i.generoſus Achilles. Eodeꝫ modo Virg.li.xi.æneidos Quas ipſa decus ſibi dia camilla.

D mois cum.m.poſt.d.in eadem ſyllaba:& cum.i.latino in fine ſcribitur:ſignificat apud nos ſeruum:qua ſane dictione quidam comici ex noſtris ad græcorum imitationem uſi fuerunt. Sane apud illos Δμώοσ ſcribitur:ubi hæc dictio conuertit.o.in.i.latinum:ut ſupra diximus.

D ocꝰ cũ.c.exili ſcribit':dici pót latine tignũ uel trabes:q̃ ſane dictóe utit' Pli.li.ii.naturalis hiſtoriæ cũ ait. Emicant & trabes igneæ:ſimili modo quas docꝰ uocát:quales cũ lacedæmonii claſſe uicti íperiũ grætiæ amiſere

D odona cũ duplici.d.& duplici o ſcribit':fuit epiri oppidũ habens propinquũ nemus Ioui ſacratũ quernuꝫ totũ atq; ideo glandibus ſuperabundans: eratq; adeo nobilis quercus:ꝙ ex ea ornatiſſima fierent uaſa:ut Helenus apud Virgi.li.æneidos.iii. Stipatq; carinis Ingens argentum dodonæoſq; lebetas. Vnde ab excel-

lentia nemoris:ait Virgi.li.georgicorum.i.
Prima ceres ferro mortales uertere terram.
Inſtituit:cum iam glandes atque arbuta ſacræ.
Deficerent ſiluæ:& uictum dodona negaret.
D olon cũ unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Homero li.x.iliados troianus eumenidis clariſſimiq; præconis filius.Vnicꝰ
tunc cũ explorator ad græcos miſſus ẽ:ſꝫ ex quinq; fratribus ſupſtes.Vir auri ærisq; ualde locuples:illibera
li ad modũ facie:ſed egregia pedum pernicitate præditus.
D onyſa cuꝫ.y.græco & unico.ſ.ſcribitur:inſula eſt in mari ægæo.
D olopes cũ unico.l.ſcribit̃ populi ſunt theſſaliæ:ut oſtendit Lucanus in.vi.Homerꝰ uero li.ix.iliados in ora
tione phœnicis ad Achillẽ dixit illos in extrema phthiæ ora:quæ ꝑs eſt theſſaliæ habitare.Solus Plinius in-
ter omnes:quos legi li.iiii.naturalis hiſtoriæ dixit eos eſſe populos ætoliæ.
D ory cum.y.græco in fine:nomen eſt oppidi pontici:quod apud nos lanceam ſignificat.
D oryphorꝰ cũ.y.græco ſcribit̃:dici põt latine ſtipator uel ſatelles.nã cõponit̃ ex δορυ qđ eſt lãcea & φορος
portans:fuit etiã nomẽ uiri ꝓpriũ:de quo Quintili.in.v.An uero ſtatuaꝝ artifices pictoreſq; clariſſimi cuꝫ
corpora q̃ ſpecioſiſſima fingendo pingẽdoue efficere cuperẽt:unq̃ in hũc inciderũt errorẽ:ut Bogoã aut
megabyzũ aliquẽ in exẽpluꝫ operis ſumerẽt ſibi:ſꝫ Doryphoꝝ illũ aptum uel militiæ uel paleſtræ:aliorum
quoq; iuuenũ bellicoſorum & athelataꝝ corpora decora uere exiſtimarũt.Nos q oratorẽ ſtudemꝰ effinge
re nõ arma:ſꝫ tympana eloquẽtiæ demus.De eodẽ Thucydides de bello pelopõneſiaco doryphorũ inquit
Polycletus effinxit:quam ſtatuã ſibi magiſtram ait fuiſſe Lyſippus.
D oryclus cum.y.græco &.c.exili ſcribit̃:fuit teſte Homero li.xi.iliados filius nothus Priami:quẽ Aiax bello
ĩteremit:põtq; interpretari lanceæ gloria.Nã δορυ ut diximꝰ lancea ſeu haſta ẽ & κλέοσ gloria.
D oriſcꝰ cũ.i.latino &.c.exili ſcribit̃ urbs ẽ littoralis thraciæ fere ex oppoſito ad ſamothraciã & a Dory nym
pha hoc eſt mari cognominat̃:iuxta hanc teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.vii.campus ẽ magnus eiuſdeꝫ noĩs ꝑ
quẽ hebrus amnis defluit:in hoc campo ſtruxit arcẽ Darius rex perſaꝝ.Quo in loco poſt Dariũ ueniẽs Xer
xes filius cõtra græcos uoluit exercitũ ſuuꝫ cõnumerare & ordinare.Quin & naues ad portuꝫ urbis reduci
fecit:ac numerum omnium recenſeri:Sane doriſcũ dixit Plinius li.iiii.naturalis hiſtoriæ decieſ centieſ mi-
lium hominum capax:atq; ita Xerxem ſibi dinumeraſſe.
D oris cũ.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha quædã Oceani filia ex Thety uxore:quaꝫ
Nereo fratri uxorẽ dedit:ex qua magnꝰ nympharũ numerus ꝓcreatus ẽ:hæc a nõnullis interꝑtat̃ amaritu
do quæ Nereũ hoc eſt mare a νέροσ qđ eſt aqua dictum:ſemper conſequitur.Quãobrem nõnunq̃ a poe-
tis doris ipſa pro mari ponitur:ut Virgi.in Gallo.
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.
D oria & dorica cum.i.latino ſcribuntur:ac.c.exili in ſecunda noĩa ſunt eiuſdẽ partis achaiæ:quæ propiqua
eſt athenis dicente Platone li.legũ.iii.dori ꝓ archiuis mutato noĩe appellari ꝓpter doricũ:a quo exules re-
ſtituti fuerũt.Seruius uero ſup.ii.æneidos:Dorica inq̃t a doro Neptuni filio ducit̃.Ex dorica aũt ducta fu-
it colõia ĩ aſiã iuxta æoliã:in q̃ urbes erãt teſte Herodo.li.hiſtoriaꝝ.i.Libos ielydos camiros coos & coidos
D ories cum.i.latino & unico.e.ſcribitur:populi ſunt doricæ iuxta æoliam.
D oriees cũ.i.latino & geminato.e.ſcribit̃:populi ſunt ionũ:ut oſtẽdit Herodotus li.hiſtoriaꝝ.i.
D orodoche cũ.ch.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Homero li.xvi.odyſſeæ filia Orſilochi:& uxor Icarii
D orcoon cum.c.exili ſequente geminato.o.ſcribitur:fuit teſte Homero li.v.iliados uir troianus pergaſi filiꝰ
& Aeneæ ſocius:quem Agamẽnon in bello interemit.
D ortiũ aliq cum.t.nõnulli cũ.c.abſq; aſpiratione:&.i.latino ſcribũt nomẽ fuit fœminæ diminutõis ſiue adu
lationis amatoriæ cã ſic ꝓlatum:& a δωρου ſic deductũ quaſi dulce & amabile donum.
D raco cũ.c.exili ſcribit̃:& ut ſcribit Pli.li.viii.naturalis hiſtoriæ:& Solinus ſimiliter ueris draconibꝰ ora par
ua ſunt:& ad modũ nõ dehiſcentia ſꝫ arctæ fiſtulæ:ꝑ quas trahunt ſpiritꝰ & linguas exerũt:q̃ppe nõ in den
tibus uim:ſꝫ in caudis habeãt:et uerbere potius q̃ rictu noceant:de quo late Lucanus li.ix.ſcripſit:& teſte
Pli.in præfato libro dracones uiginti cubitoꝝ apud indos & ethiopas ſunt:in quoꝝ maritimis dicit q̃ter-
nos quoſq; inter ſe cratiũ more cõtextos:erectis capitibꝰ uelificãtes ad meliora pabula arabiæ fluctibꝰ uehi
de quo forte Lucanꝰ libro.vi.intellexit cũ ait:Non arabũ uolucer ſerpẽs innataq; rubris Aequoribꝰ cuſtos
precioſe uipera conchæ.Vocamus etiã draconẽ teſte Pli.li.xvii.naturalis hiſtoriæ palmitẽ:ut ait emeritum
pluribus induratũq; annis quod ex tortuoſitatum ſimilitudine acceptum puto.
D racæna cum.c.exili & æ diphthongo ſcribitur:eſt draconis fœmina.
D rachma cũ.ch.aſpirato ſcribimus:qđ nõnulli moderniores in g ob litteraꝝ affinitatẽ euertũt.Et ex decem
& octo ſiliq̃s hoc ẽ tribus ſcrypulis cõſtare dicebat̃:ut uidebimus in dictõe talentũ.Fuit etiã drachmõ teſte
Iulio Polluce de uocabulis reꝝ ad Cõmodum Cæſarẽ athenienſiuꝫ nomiſma:qđ ut ait bos etiã uocabatur
q̃a eiuſmodi aĩalis figura deſignatus erat.de quo ĩ legibus draconis ſe ſcriptũ cõperiſſe aſſerit:& forſitan
de illo ĩtellexit Homerus li.vi.iliados quũ taxat Diomedis & Glauci arma quæ iuicem permutarunt.Ita ut

Diomedis arma nouem bobus & Glauci centum taxata dixerit. Quod ſane Plini⁹ de animalibus expoſuit.

D repanum cum.e.abſq; diphthongo &.p.abſq; aſpiratione ſcribitur: urbs eſt Siciliæ: haud longe a monte eryce trans promontorium lilybei: dicta teſte Seruio ſuper.iii.æneidos uel a curuitate littoris: in quo ſita ē uel a falce: quam Saturnus poſt amputata uirilia. Cælio patri illuc proiecit: Vbi ex cruore. Cælii & ſpuma maris Venerem natam quidam poetæ fabulantur. Alii id Ioui imponunt: qui id idem Saturno effecerit. de drepano uero inquit Ouidius libro faſtorum: Quiq; locus curuæ nomina falcis habet. Naʒ Δρεπανι græce latine falx dicitur.

D reſus cum.y.græco abſq; diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero libro.vi.iliados: uir troianus ab Eurialo in bello interfectus.

D ryades cum.y.græco ſcribitur: ſunt nymphe a quercubus denominatæ: quia ſiluas habitare dicebātur. Nā quod græce Δρυσ apud nos quercus dicitur.

D ryas cum.y.græco ſcribitur: fuit teſte Homero uir theſallus & amicus næſtoris.

D rylon cum.y.græco & unico.l.ſcribitur: fluuius eſt dalmatiæ: qui teſte Ptolemæo a ſcardo monte proflués: & per mediam ſuperiorem myſiam pergens in danubium influit.

D ryme cum.y.græco ſcribitur: fuit teſte Herodoto achiuorum colonia.

D ryopis prima cum.y.græco: & ultima cum.i.latino ſcribitur: prouincia eſt a rege cognominata: quæ primo attica: poſtea helles dicta fuit.

D ryopes cum.y.græco ſcribitur: populi ſunt iuxta parnaſum montem inſidentes: & teſte Seruio Apollinem maxime uenerantes. hos phocenſes Vibius eſſe dixit. de quibus Virgilius libro æneidos.iiii. meminit cum ait: Creteſq; dryopeſq; fremunt pictiq; agatyrſi.

D ryidæ cum.y.græco ſequente.i.ſcribitur: fuerunt gallorum religioſi quidam & ſapientes a quercubus denominati: quia in ſiluis habitare conſueuerant. Vnde Lucanus libro primo ad illos locutus inquit: Nemora alta remotis In colitis lucis: Et Plinius in fine libri.xvi.naturalis hiſtoriæ: Nihil inquit habent dryide. Ita enim galli ſuos appellant magos. Hos Ariſtoteles in libro de magia & Socion in libro ſucceſſionum diuini humaniq; iuris peritiſſimos dixere: ac præterea religioni deditos & ſemnotheos appellatos.i.caſtos & uenerabiles: Quorum ritum & mores Lucanus late proſecutus eſt: & quædaʒ Plinius tetigit: ſed ut ait Suetonius in uita Claudii dryidarum religionem apud gallos dyræ immanitatis tantum ciuibus ſub Auguſto interdictam: Claudius imperator quintus penitus oboleuit.

D romos cum.r.ante.o.ſcribitur: dicitur latine curſus: & accipitur non ſolum pro actu ſed pro loco ubi curritur. Suetonius in uita Neronis: Elephanto ſuperſedens peragratum dromorum decucurrit.

D ulichium cum.i.latino utrobique & unico.l.atque.ch.aſpirato ſcribit᷑: inſula eſt in malliaco mari una echinadum: hoc eſt teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ corintho proxima ante leucada: & achaiam poſita: ab ortu uidens ſtrophades: & ab occaſu ithacam: in qua quidem regnauit Vlyxes. unde dulichius dictus ē.

e Bur ſine aſpiratione uel diphthongo cum primam breuem habeat: ſcribitur: & græcā habere originem atque a barrhiendo nomen aſſumere quidem uolunt. Vnde eborea magis q̄ eburnea in proſa dicere debemus: ut apud Quintilianum in.vi. de inſtitutione oratoria: ut Chryſippus inquit cum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent trāſlata. Et poſt dies paucos Fabii Maximi lignea ſtechas eſſe oppidorum Cæſaris dixit. Vlpianus de legatis.iii. Quod ſi inquit in codicibus ſint membraneis: uel charthaceis uel etiam eboreis: uel alterius materiæ: uel cæratis codicillis: & paulo poſt ſubdit eboream bibliothecam emit. Inuēnitur etiam eburna.

E cameda cum.c.exili ſcribitur: fuit teſte Homero li.xi.iliados magnanimi Arſinoi filia forma deabus æquanda: quam a cæteris græcis electam Neſtor quod conſilio reliquos antecelleret: ſibi donatam e tenendo ad græcorum caſtra deportauit: cui illa decore & iucunde miniſtrabat.

E chenes cuʒ.ch.aſpirato & abſq; diphthongo ſcribitur: & fuit teſte Homero libro.vii.odyſſeæ omniū phæacum generoſior.

E chidna cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur: dicitur latine uipera: ſed illaʒ maxime accipimus: quæ ab Hercule interfecta fuit: dicente Ouidio.li.faſtorum.v.

Sanguine centauri lerneæ ſanguis echidnæ.
Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.

E chinæis cum.ch.aſpirato &.i.latino atq; unica.n.ſcribitur: ac penultima per æ diphthōgum: Genus eſt paruorum piſcium: ut ſcripſit Plinius li.ix.naturalis hiſtoriæ: &.xxxi.eiuſdem uoluminis dixit idem auctor ſemipedales & admirandæ uirtutis eſſe. Ita ut nauis cui adheret echinæis: licet plenis uelis per mare decurrat & cunctæ maris procellæ deſeuiant: quaſi radicatam & immobilem firmet: de quo Lucanus libro.vi.

Non puppim retinens euro tendente rudentes.

Immediis echinæis aquis.dicit᷑ aũt echinæis ab ἔκω.i.teneo & ναυς hoc eſt a cõtinendis nauibus: Sed echi
nus alius eſt piſcis optimi ſaporis:cuius cibum plures conferre bonitates oſtendit diaſcorides. Quin & iu-
cũdi ſaporis ex eo fuiſſe uidetur:quod delicatiſſimi homines illo delectabantur adeo:ut dicat Iuuenalis in
ſatyra Criſpini tunc quoque de Domitiano locutus : Et ſemel aſpecti littus dicebat echini. Vnde eos præ-
cipue ad littus meſſenũ oriri oſtendere uidetur:Horatius cum ait:Oſtrea circæis meſſeno oriuntur echini.
A quibus ob ſimilitudinem ſpolia caſtanearum dicuntur echini:eo ꝙ pungunt:ut illi Martialis in ultimo.
Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta.
Cortice depoſita mollis echinus erat.

E chinades cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:inſule ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum.ii.in maleaco
mari ex oppoſito ad hoſtium acheloi.Homerus uero libro.ii.iliados addidit ex oppoſito ad helideꝫ: & de
clinatur ſecundum omnes poetas:& Homeruꝫ lib.ix.odyſſeæ echinas echinadis.Sꝫ li.iliados.ii.declinauit
echina echinæ cum ait:Δουλιχοιο ἐχιναων.Nec dixit ἐχιναδων ut ipſe alibi:& alii poetæ conſueuerũt
ut nonnulli eius expoſitores annotauere:quod ideo dixi:quia certo apud quendam auctoreꝫ ex noſtris ſic
quoqꝫ declinatum comperi:nec iam recordari ualeo cuius & apud Senecam eſt in troade:ubi dicit: Quoli
bet uento faciles echinæ.

E cyra cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris:ſed eo uocabulo utitur Terentius cum ait. Ecyra eſt
huic nomen fabulæ.Vnde Modeſtinus de gradibus & affinitatibus ait:Viri pater uxoriſqꝫ ſocer.mater aũt
ſocrus appellatur:cum apud græcos ꝓprie uiri pater ἕκυρος mater uera ἑκυρα uocatur.

E chémon abſqꝫ aliqua diphthógo & cum.ch.aſpirato atque geminato.m.ſcribitur: fuit teſte Homero.li.v.
iliados Priami filius:quem Diomedis in bello occidit.

E cbaſis cum.c.exili ſubſequente.b.&.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis excurſus.naꝫ componitur ex ἐκ &
βαδισμα quod eſt greſſus:ut Virgilius libro georgicoꝝ.i.deſcribens tẽpeſtatẽ præcauendã a ruſticis.

E ctaſis cum.c.&.t.exilibus atqꝫ.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis productio:nam ab ἐκτινω quod eſt pro
duco deriuatur:& eſt quando breuis ſyllaba in longam producitur:Virgilius:Italiam fato profugꝰ:& Ex
ercet diana choros.Item teſte Seruio ſuper.iii.georgicorum fecit ectaſim Virgilius in hoc uerbo reiicio:cũ
ait.Reiice me maculis infuſceret uellera pullis:& li.x.æneidos ſic ait:Atqꝫ oculos rutiloruꝫ reiicit aruis. Nã
cum re naturaliter breuis ſit:a Virgilio utrobiqꝫ producitur:licet aliqui excuſent:ꝙ aliquando in declina
tione poſitione ꝓducitur:ut cum primum.i.in conſonanteꝫ conuertit᷑:ut reieci reieceram:ſꝫ ut ait argumẽ
tum hoc magis eſt ꝙ ratio.Nam ut ſupra uidimus.i.ꝓ ſimplici conſonante ponitur.

E cthlipſis cuꝫ.c.exili &.th.aſpirato atqꝫ.i.latino utrobiqꝫ ſcribit᷑:dici poteſt expreſſio quando.ſ.ſequẽte uo-
cali littera uel ſyllaba precedentis dictionis exprimitur:ut Multum ille & terris iactatus & alto:ubi.u.cum
m.exprimitur:& mille aliis in locis & eadem figura eſt:quæ alio nomine uocatur ellipſis.

E do cum.e.abſqꝫ diphthongo ſcribitur:& græcum ac latinum eſt:ſed in diuerſo ſignificato:nam cuꝫ græcuꝫ
eſt:idem ſignificat quod comedo.Homerus libro.vii.odyſſeæ de phæacibus locutus ĩquit πινοντες καὶ
ἔδοντες hoc eſt bibentes & edentes:& primam detinet breuem.Dum uero latinum ex.e.præpoſitiõe cõ
ponitur & do quaſi extra do:ſiue præbeo:& primam habet longam.Nam tunc quoqꝫ libros edere dicimꝰ
cum illos publicamus.unde apud iuriſconſultos titulus ẽ de edendo.Et apud poetas nõnunqꝫ pro produ
cendo & pariendo ponitur.Virgilius in bucolicis:Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edunt.

E dya cum.y.græco &.i.latino in diphthongum coniunctis ſcribit᷑:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha
Oceani & Tethyos filia.

E ythales cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur:urbs fuit in ponto.

E etion cum geminato.e.&.t.exili atqꝫ.i.latino ſcribit᷑:habetqꝫ accentum in antepenultima : fuit teſte Home
ro lib.vi.iliados pater Andromaches dilectiſſimæ uxoris Hectoris:qui apud opulentas ciliciæ thebas agẽs
cilicenſibus ĩperabat.Et ut ibidem oſtendit:ab Achille cũ ſeptem filiis interfectus fuit atqꝫ eius urbs theba
rũ euerſa.Alius fuit hoc nomine:qui teſte Cleomene in ſtromateis ſamothracũ cerimõnias rituſqꝫ cõſtituit.

E geſtha abſqꝫ aliqua diphthógo & cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit filia Hippotis troiani:quã ne marinæ be-
luæ ob periuria Laomedontis ſecunduꝫ Appollinis reſponſa traderet᷑: pater impoſitã nauiculæ miſit quo
ſors tuliſſet:quæ tandem ad ſiciliam delata:a crimniſio fluuio in canem conuerſo compreſſa Aceſtem edi-
dit:ut in ea dictione uidimus:& ab ἐγείρομαι quod eſt ſurgo & τεθη poſita:quaſi expoſita ſurgens.

E ioneus cum.i.latino & abſqꝫ diphthongo ſcribit᷑:habetqꝫ accentuꝫ in antepenultima:fuit teſte Homero li.
iliados.vii.unus ex græcorum principibus qui ad troiam uenerunt ab Hectore interfectus.Alter eodeꝫ no
mine fuit thrax genere:& pater Rheſi illius regis:qui teſte Homero lib.x.iliados noctu a Diomede & Vly-
xe interfectus fuit.

E lectra abſqꝫ aliqua diphthongo &.ct.exilibꝰ ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani &
Tethyos filia:uxorqꝫ Atlantis:quæ illi Hyam uirilis ſexus genuit:& filias quinqꝫ fœmellas. Quaruꝫ una ut
nonnulli uolunt etiam:electra dicta fuit:quæ Ioui Dardanum peperit:dicente Virgilio li.æneidos.viii.
Dardanus iliace primus pater urbis & auctor.

Electra ut graii perhibent atlantide cretus:& ſubdit:
Electram maximus atlas edidit:æthereos humero:qui ſuſtinet orbes. Similiter Ouidius libro faſtorum.iiii
Dardanon electra quis neſcit atlantide natum. At uero Seruius Atlantem hunc Electre patrem non illum:
quem dixit Virgilius:ſed regem quendaȝ fuiſſe Italiæ memorat. Altera fuit Electra Oreſtis ſoror:quæ illũ
e manib⁹ Clythæmneſtræ matris:& Aegiſti uictrici liberauit:de qua late Sophocles in tragœdia: quæ ηλε-
κτρα inſcribitur.

E lectryó cũ.ct.exilib⁹& .y.græco ſcribit᷑:fuit Amphitryóis frater:& fili⁹ Alcæi:ut teſtis ē Heſiodus in aſpide.

E legia cum.e.abſq; diphthongo &.i.latino ſcribitur:dici poteſt latine miſerabilis ſiue miſeria. Nam proue-
nit ab ἔλεοσ:quod eſt miſericordia:& apud noſtros habet accentum in antepenultima: ut Ouidius libro
iii.de ſine titulo: Venit odoratos elegia nexa capillos:hinc uerſus illos elegos diximus: qui cum impares
ſint:miſerabiles hominum erũnas:amorũque labores decantant. Vnde bene Horatius in præceptis poeti-
cis inquit: Verſibus impariter iunctis querimonia primum. Poſt etiam uoti incluſa eſt ſententia cõpos. Qui
bus ut ait Quintilianus græcos prouocamus. Et omnium ille elegantiſſimum & terſuȝ putat Tibullũ. Scri
pſerunt & alii ut Propertius Ouidius & Gallus. Apud græcos uero princeps habitus eſt Callimachus: ſe-
cundus Philetas.

E leon cum unico.l.&.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit ciuitas boetiæ: de qua meminit Homerus libro.x.
Iliados.

E lis abſq; aſpiratione principii:& cum unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:urbs fuit ardiæ:iuxta quaȝ alpheus flu
uius oritur:hoc eſt iuxta eius oppidi circum:ubi curſu exercebantur equi:unde adiectiuum eleus elea eleũ
deriuatur. Horatius in.iiii.carminum. Siue quos elea domuȝ reducit palma cæleſtis Pugilẽue equũue. Vir-
gilius in.iii.georgicorum: Hic uel ad elei metas:& maxima campi ſudabit ſpacia.

E lemoſyna abſq; aliqua diphthongo:& cum.y.græco ſcribitur:deduciturq; ab ελεω quod eſt miſereor.

E lenchus cum unico.l.&.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a noſtris redargutiuus. Ideo dicuntur ſyllogiſmi
elenchi:hoc eſt redargutiui & ſophiſtici elenchi:hoc eſt apparentes redargutiui. Sumitur & nonnunquam
ꝑ lapide precioſo:ut Iuuenalis in ſatyra: Credo pudiciciam: Auribus extenſis magnos cõmiſit elenchos.

E lephas & elephantus:utrunq; apud nos comperitur:& cum.e.abſq; aliqua diphthõgo &.ph.aſpirato ſcri
bitur:& ut teſtatur Solinus duo ſunt genera elephantum:nobiliores indicat magnitudo: minores nothos
dicunt:candore dentium intelligitur iuuenta:nobiliores ſunt indici q̃ mauritani:biennio ut diffiniuit Ari
ſtoteles utero graueſcunt. Nec amplius q̃ ſemel gignunt:nec plures q̃ ſingulos. Viuunt annos trecentos:
odorem muris uel maxime fugiunt. Similiter grunitum ſuis:elephantes eodem Solino teſte anno urbis cõ
ditæ trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Italia in lucanis primo bello epirotico uidit. Sane elephas habet
accentum in le.modo græco non latino.

E lephantina cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaruȝ.ii.urbs clariſſima diſtans
a thebis ægyptiis uiginti & octingentis ſtadiis.

E leuſis uel eleuſin cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:& teſte Seruio in primum georgicorum uerius in.n.de-
ſinit quod in obliquis habet q̃ in.s.ut eleuſinos:ſicut delphinos & attinos:fuit urbs in thera inſula ſub eu
boia iuxta atticam:ut oſtendit Ptolomeus in geographia. Quare dixit Seruius ciuitatem eſſe atticæ proui-
ciæ:haud longe ab athenis:in hac Triptolomus natus eſt:ut in ea dictõe uidebimus ab hac tota inſula eleu
ſina dicta fuit.

E lice cum unico.l.&.i.latino atq;.c.exili ſcribitur:fuit primo nomen oppidi cuiuſdam achiuoruȝ in pelopõ-
neſo:ut dixit Iginius:in quo Caliſtonem natam ferunt:& a quo elicen denominari uolũt: In hoc teſte Hero
doto libro hiſtoriarũ.i. Iones fugati ſunt ab achiuis: Cum ergo Caliſtonem in maiorem urſam uerſaȝ dica-
mus:conſueuim⁹ elicen ꝑ maiori urſa itelligere:ut Cicero li.ii.de natura deoꝝ referẽs uerſus arateos oſtẽ-
dere uidetur:cum ait: Aduerſum caput huic elice truculenta tuetur.

E liſa cum unico.l.&.i.latino atq; unico.ſ.ſcribitur:fuit nomen proprium Didonis:nam Dido lingua phœ-
nicia uirago latine exprimitur.

E lyſium ſine aliqua aſpiratõe in emẽdatiſſimis codicib⁹ græcis ſemp comperi:ſecũda cũ.y.græco & penulti-
ma cũ.i.latino ſcribit᷑:nec unq̃ cũ duplicato.l.ſcribi uidi:ut nõnulli inſcii uolunt:& ut dicunt poetæ elyſiũ
in medio inferoꝝ eſt ſuis fœlicitatib⁹ plenũ. Virgi.in.vi. Solẽq; ſuũ ſua ſydera norũt. Philoſophi uero qui-
dã dixerunt elyſium eſſe inſulas fortunatas:de quib⁹ late Horatius in epodo dixit incipiens his uerſibus.
Manet oceanus circũuagus arua beata.
Petamus arua diuites & inſulas.
Reddit ubi cererem tellus inarata quot annis.
Et iputata floret uſq; uinea:quas Saluſtius in hiſtoriis inclytas eſſe dixit Homeri carminibus:ſecundũ theo
logos uero teſte Seruio in.v.æneidos eſt elyſium circa lunarem circulum:ubi iam aer purior eſt dicente Vir
gilio: Aeris in campis:& Lucanus: Quodq; patet terras inter lunæq; meat⁹: Nõ illic auro poſiti:nec ture ſe
pulti Perueniunt:tunc genus omne tuũ & quæ dentur mœnia diſces.

Elogiũ ab aliquibꝰ græcis cũ duplicato.l.ſcribitur:a nobis uero cũ unico tãtũ:& ẽ apud nos teſtificatio de ali quo ſiue honoris ſiue uituperatõis cã. Vituperationis quidẽ ut Quintili. Non ẽ iudices qđ putetis:iõ nullũ adiectũ ad exhæredationẽ iuuenis elogiũ:quia de ſcelere cõſtaret. Modeſtinus iuriſcõſultꝰ Deſertorẽ inqt auditũ ſuũ iudicẽ cum elogium.i.cũ uituperatõe mutat. Honoris uero cã ut Cicero: In qđ elogiũ plurimæ cõſentiũt gentes:& iterũ quid elogia ſepulchrorũ:quæ qualia ſint Suetoniꝰ in Claudii uita oſtendit dicens: Nec contentꝰ elogiũ tumulo eius uerſibꝰ a ſe cõpoſitis iſculpſiſſe:etiã uitæ memoriã ꝓſa oratione cõpoſu it. Cicero Solonis qdẽ ſapiẽtis elogiũ eſt:quo ſe negat uelle ſuã mortẽ dolore amicorũ & lachrymis uacare.

Elpenor abſq; aliq̃ diphthongo ſcribit᷑:fuit comes Vlyxis:q teſte Homero ĩ odyſſea a Circe cũ aliis ſociis cõ uerſus fuit ĩ porcũ:dicẽte etiã Iuuena.ĩ ſatyra: Quis neſcit uoluſi: Et cũ remigibꝰ gruniſſe elpenora porcis.

Ellipſis cũ duplicato.l.&.i.latino ſcribit᷑:trãſfert᷑ a Quintili.detractio:nã componit᷑ ex εκ & λειπω: quod ẽ deſero. Vnde aliqui penultimã quæ eſt diphthongus ei in.i.longã conuertũt: nõnulli in.e.& dicũt ellepſis cum.e.in antepenultima:& eſt figura cum in ſcanſione abiicit᷑ conſonans in fine dictionis cum præcedenti uocali:quando.ſ.ſequens incipit a uocali:quod frequenter de.m. conſonante obſeruat᷑. Virgiliꝰ in primo æneidos. Multum ille & terris iactatus. Horatius libro ſermonum: Omnibus hoc uitium eſt cantoribus in- ter amicos:& eſt eadem figura cum ea:quam ſupra ecthlipſim diximus.

Embryo iam a latinis omnibus dicit᷑:& maſculini ponitur:ac cum.y.græco ſcribit᷑:ſed apud græcos neutrũ eſt:& ἔμβρυον dicit᷑ quod denotat intus germinans:ac ſcaturiens. Nã componit᷑ ex ἐν quod intus hic de ſignat:& βρύω germino id quoq; ẽ quod in utero matris uiuit:anteq̃ linementa ſuæ ſpeciei accipiat.

Emathia abſq; diphthongo & cum.th.aſpirato atq;.i.latino ſcribit᷑:regio eſt quæ teſte Gellio li.xiiii.noctiũ atticarũ poſtea macedonia dicta fuit:ut in ea dictione uidebimus.nam alibi a rege nomen aſſumpſiſſe com peri.

Empedocles cum.c.exili ſcribitur:fuit teſte Hippobato Metonis filius:& eius auus Empedocles agrigentinꝰ uir inſignis. Thelanges uero dixit illum filium fuiſſe Archiomi:habuitq; fratrem teſte Fauorino in cõmen- tariis Callicradem nomine:fuitq; Empedocles Pythagoræ auditor:ut Timæus atteſtatur:& primus orato- riæ inuentor:quẽadmodum Zeno dialecticæ:ut ſcripſit Ariſtoteles libro de ſophiſtis: Refert Satyrus eum medicum fuiſſe & oratorem optimum:eiuſq; diſcipulum Gorgiam leoncinũ:qui de arte rhetorica ſcripſit quem Appollodorus in chronicis tradidit centum & nouem ætatis annos impleſſe.hunc ait Satyrus dicere ſolitum ſe adfuiſſe Empedocli magicã exercenti. Ipſũq; in poematibus id ꝓfiteri:& complura alia:ut phar ma:quibus morbi & ſenectus arceantur:noxii uentorum flatus pellantur:ſalubres inducantur:mortui re- uiuiſcant. Ideo cum multis modis admiratione dignum dixit Thyrrenus in.xix.hiſtoriarum li. Eidem teſte Zanto cum regnum offeretur:conſtanter renuit:carius.ſ.amplectens uitæ ſimplicitatem q̃ regum delicias Scripſit uerſu tranſitum Xerxis:& alia nonnulla:quæ poſtea ſoror eius:uel ut alii dicunt filia cõbuſſit. Scri pſit tragœdias quas tamẽ Heraclides Serapionis filius alterius fuiſſe dixit. Hieronymus uero hiſtoricus di xit ſe illius quadragintatria opuſcula legiſſe. Ariſtoteles etiam ſæpiſſime illius opiniones rettulit cum olym pia adiſſet omnium in ſe uertebat ora. Nullius magiſq; eius mentio apud omnes fiebat. Idem teſte Timæo carmine ſe deum dixit. Floruitq; teſte Gellio libro.xvii.noctium atticarũ eo tempore quo Fabii apud Cre meram interfecti ſunt. Mortem uero eius diuerſi diuerſimode rettulerunt. Nam dicunt aliqui ꝙ cum agri gentum conderetur:& illius inſtituto inimicorum nepotes obſiſterent:ille merore in peloponneſum dece- dens diem obiit. Heraclides uero ait:quod cum intereſſet ſacrificio ad Pyſianactis agrũ una cum multis & peracto ſacro alii in diuerſis locis uillæ huc & illuc euntes:ſub arboribus ſe componentes quieſcebant:ipſe ſolus Empedocles in ſuo loco manſit:ubi accubuerat ad ſacrum:ſed mane cæteris ſurgentibus ipſe non in- uentus. Aliis de eo nihil ſcientibus: dixit unus ex ſeruis ſe media nocte uocem audiuiſſe magnam uocan- tem Empedoclem: Cunque ſurrexiſſet nihil præter lucem uidiſſe:& tædarum ſplendorem. At uero Hippo batus dixit illum cum ſurrexit ætnam petiiſſe ſeque in ignes iæciſſe:ita ut cum fidem cuperet facere ſe deũ effectum eſſe:flammis conſumptus fuit:poſtea rem agnitam & exploratam fuiſſe:cũ una ex illius crepidis ui flamme ad exteriora reiecta atq; comperta fuerit. Quam opinionem ſecutus Horatius circa finem ſuæ poetriæ inquit: Siculique poetæ.

Narrabo interitum deus immortalis haberi.
Dum cupit empedocles:ardentem frigidus ætnam.
Inſiliit: Sunt & alii qui aliud ferunt:ſed hæc ſufficiant.

Emphaſis cum unico.ſ.poſt.a.&.i.latino ſcribitur:figura eſt cum maius dicitur:ſub quo etiam minus intelli- gere uolumus. Virgilius libro georgicorum primo. Cum iam ſacræ deficerent ſiluæ:& uictum dodona ne garet:hoc eſt non ſolum aliæ:ſed etiam ſacræ. Nam teſte Seruio harum ſterilitas aliarum denotat infœcun ditatem.

Empiricus cũ.i.latino ſequente.c.exili ſcribitur:dici poteſt a noſtris experimentator:& deducitur ab ἐμπει- ρία quod eſt experimentum.

Empyreum cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt igneum:nã a πῦρ quod ẽ ignis deſcendit:ſed ut dicunt theo

logi magis ab ipſius ignis ſplendore: q̄ ab igne denoiationem aſſumpſit.

E mplaſtrum cum.ſ.immediate poſt.a.&.t.exili ſcribitur: dici poteſt a noſtris fictum ſeu informatum. Naꝫ ex
ἐυ præpoſitione quæ ſignificat in & πλαττω quod eſt fingo ſeu formo componitur. Vnde ex diuerſis re
bus confingi & formari conſueuit.

E mporium cum.i.latino ſcribitur: locus eſt mercatus uel nundinatõis: & a ποριζω quod eſt mercor uel acq
ro deducitur: quaſi emptorium.

E natioſis cum.t.ſimplici &.i.latino utrobiq; ſcribitur dici poteſt latine refragatio.

E ncænia cuꝫ.c.exili & æ diphthongo in antepenultima: &.i.latino ĩ penultima ſcribitur: dici poteſt a noſtris
inuocatio. Naꝫ componitur ex ευ præpoſitione quod eſt in & καινιζω nouo.

E nceladus cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur: fuit Titani & Terræ filius: quem fulmine a Ioue ictũ
& ætnæ monti ſuppoſitum dixit Virgilius libro æneidos.iii.

E nchiridion cum.ch.aſpirato &.i.latino utrobique ſcribitur: dici poteſt a noſtris manuale. Nam componit̃
ex ευ præpoſitione & χειρίδιον quod eſt diminutiuum a manu deductum.

E dromys cum.y.græco ſcribitur: genus eſt ueſtimenti uilloſi & hyemalis: de quo Iuuenalis in ſatyra tertia in
quit. Igniculum brunæ ſi tempore poſcas. Accipit endromyda & tyrium ueſtimentum eſſe oſtendit cum ait
in ſatyra Credo pudiciciam Endromydas tyrias & fœmineum ceroma: Quis neſcit.

E ndiadis cum.i.latino utrobique ſcribitur: & eſt figura cum duo diuerſa nomina in unam conuenientiaꝫ cõ
iunguntur: ut Virgilius libro georgicorum.ii. Pateris libanus & auro.i.pateris aureis: & libro.i.æneidos.
Moleq; & montes inſuper altos.i.molem montium. Idem libro.iii. In partem & prædam.i.in partẽ prædæ

E ndymion cum.y.græco in antepenultima &.i.latino in penultima ſcribitur: fuit paſtor qui Lunam a poetis
dicitur amaſſe: a q̃ua primum repulſus poſtq; albos eius greges aliquandiu pauit: in eius gratiam ſuſcept⁹
eſt: & ut dixit Cicero li.ii.tuſculanarum: Cum ſuper lamio monte ioniæ obdormiſſet: a luna deoſculatus ẽ.
Iuxta quod dixit Ouidius libro.iii.de arte amandi: Lamius endymion non eſt tibi luna pudori. Idem Vir
gilius libro.iii.georgicorum tetigit cum ait: Munere ſic niueo lunæ ſi credere dignum eſt: & reliqua quæ
Macrobius libro ſaturnalium egregie expoſuit: & Pli.libro.ii.naturalis hiſtoriæ figmẽtuꝫ omne enodauit

E nergia cum.i.latino ſcribitur: quiq; apud græcos ſit ei diphthongus: dici poteſt latine efficacia. Vnde Hie
ronymus: habet neſcio quid latentis energiæ uiuæ uocis actus: & componitur ex εν præpoſitõne & ἐργειν
quod eſt operari: & inde energumenos actiuus. Eſt etiam energia figura quædam: qua rerum geſtaruꝫ: aut
quaſi geſtarum ſub oculis fit inductio.

E nipeus cum.i.latino &.p.abſq; aſpiratione ſcribitur: fuit teſte Homero li.viii.iliados generoſi Lebei troia
ni filius & Hectoris auriga dilectiſſimus: quem Diomedes lancea: quam in hectora contorſit interfecit.

E nipheus cum.i.latino &.ph.aſpirato atq; eu diphthongo ſcribitur: fluuius eſt theſſaliæ ab othry mõte de
fluens: qui in apidanum ſeſe celeri curſu præcipitat: iuxta quod fuit horrendum illud prælium inter Cæſarẽ
& Pompeium: quod totum concuſſit orbem: dicente ipſo Pompeio apud Lucanum li.vi. Sanguine roma
no q̄ turbidus ibit Enipheus. Et ſubiunxit cum ordinaret acies bellaturas.
Et iuxta fluuios & ſtagna undantis eniphei.
Cappadocum montana cohoris: & largus habenis.
Ponticus ibat eques.

E nnoſigæus cum duplici.n.& unico.ſ.ſequente.i.latino & æ diphthongo in penultima ſcribitur: nomen eſt
Neptuni cõpoſituꝫ ex ἔννω quod eſt concutio & γαιαν terram: eo q̄ mare fluctibus terram concutere di
citur: ex quo pro Neptuno græci poetæ poſuerunt: ut Homerus li.vi.odyſſeæ οτεμερραι ε καυτοσ ευνο
σιγαιος: quẽ imitat⁹ Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris ait de Xerxe. Ipſum compedibus qui uinxerat
ennoſigæum. Itaq; Gellius libro.ii.noctium atticarum cauſas terræ motus ſub dubio explicans inquit. Ven
torum ne ui accidat ſpecus hiatuſq; terræ ſubeuntium: an aquarum ſubter in terrarum cauis undantiuꝫ Lu
ctibus pulſibuſue: ita ut uidentur exiſtimaſſe antiquiſſimi græcorum: qui Neptunum ἐννοσιγαιου appel
lauerunt: an cuius aliæ rei cauſa nondum etiam pro certo creditum.

E nope cum.e.abſq; diphthongo & unico.n.ſcribitur: urbs fuit in agro non longe a pylo ſub regno Agamẽ
nonis.

E nthymema cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur: genus eſt argumenti ex uno aſſumpto concludens: ut ho
mo eſt ſubſtantia: ergo & animal eſt ſubſtantia. Quare feſtinus et imperfectus ſyllogiſm⁹ dicitur: ad quod
perficiendum aſſumpti pars defuit: quæ eſt omnis homo eſt animal. Ideo Iuuenalis in ſatyra: Credo pudici
ciam ait: Aut curuum ſermone rotato Torqueat enthymema.

E panalepſis cum unico.l.ſequente.e.atq; ultima.ſp.&.i.latino ſcribitur: dici poteſt latine replicatio uel re
petitio. Componitur enim ab ἐπι & ανα: quæ duo ſimul & re: & iterum denotant: atq; ληψισ quod ẽ ac
ceptio. Nam tunc quoq; fit: cum una dictio in principio uerſus aſſumpta iterum in fine eiuſdem uerſus re
ſumitur: ut Virgilius libro.i.æneidos: Multa ſuper Priamo rogitãs ſuper Hectore multa: & Iuuena. Cre
ſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

E panodos cum unico.n.ſcribitur:dicitur a noſtris regreſſio. Naȝ componitur ex ἐπι & ανα quæ duo ſimul
etiam retro indicant:& ὁδὸσ uia quaſi retro poſt uiam hoc eſt regreſſioneȝ indicet:ut principatus bonus:
eſt non autem bonus:qui in tyrannidem commutatur.

E paminundas cum.i.latino ſcribitur:fuit clariſſimus uir thebanus Polymini filius inter primos græciæ du/
ces habitus:fuitque philoſophus ſummus:& adeo rebus omnibus præfulgens:quod teſte Iuſtino libro.vi
cum eo thebanorum gloria orta ſimul & extincta uiſa fuerit. Namque teſte Aemilio probo:erat modeſtus
prudens grauis:temporibus ſapienter utens:peritiſſimus belli:fortis manu: animo maximo:adeo uerita/
tis amicus:ut ne ioco quidem mentiretur. Idem continens:clemens:patienſque admirandum in modum.
Non ſolum populi ſed etiam amicorum ferens iniurias. In primis commiſſa celans:ſtudioſus audiendi. Ex
hoc enim facilime diſci arbitrabatur. Paupertatem adeo facile ꝑpeſſus eſt:ut de republica nihil præter glo
riam cæperit:& alia pene innumera quæ de illo leguntur.

E pauxeſis cum au diphthongo ſequente.x.conſonante:& ultima cum.ſ.littera &.i.latino ſcribitur:dici po/
teſt latine incrementum.

E picharmus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Plutarcho poeta græcorum comicus. Alter fuit
philoſophus patria cous:ut quidem uolunt. Nonnulli uero trimenienſem dicunt Elothalis filium:fuitque
Pythagoræ auditor:cuius ſtatuæ apud ſyracuſas inſcriptum erat ipſum tanto excellere doctis omnibus &
claris uiris:quanto uel ſyderibus cæteris ſol:uel mare amnibus cunctis. Reliquit commentaria de natura
rerum:de ſententiis:de medicina. Obiit nonagenarius.

E picharida cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:genus eſt naiculæ.

E pectaſis cum.c.&.t.exilibus atque.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis porrectio. Componitur eniȝ ex ἐπι
quod in compoſitione dicit ſuper: & ἐκτινω extendo: ut induperator pro imperator: & eſt ſimilis huic
epentheſis.

E pentheſis cum.th.aſpirato ſcribitur:dici poteſt interpoſitio. Componitur enim ex epi & ευ quæ dicunt in
ter & θέσις poſitio:ut, Virgilius Maneant in relligione nepotes: dicens relligioni cum duplici.l.ubi unuȝ
interpoſuit.

E piodium cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:aliqui uero magis proprie cum œ diphthongo epicœdium dicũt.
Nam ex epi quod eſt ſuper & ὤιδιον canticum componitur:ubi ω mega cum.i.in diphthongum coniun
ctis in œ diphthongum noſtram:ut ſupra uidimus:cõmutatur:& traductum a quibuſdaȝ antiquis compe
ri nænia:& id eſt teſte Seruio in Daphnim epiodiuȝ:quod dicitur cadaueri nondum ſepulto:hoc eſt in eius
laudem:& in hoc differre dixit ab epithaphio:quod poſt completam ſepulturam dicitur.

E pidannos cum.i.latino & gemino.n.ſcribitur:urbs fuit in epiro condita tempore Anci Marci quarti roma
norum regis:quæ deinde dyrrhachium uocata fuit. Nam ut ſcribit Pomponius libro.ii.cum portus eſſet
ad omnem græciam:& prius id nomen uelud in dannum ituris protendere uideretur:priori nomine abie/
cto dyrrhachium dicta fuit.

E pidaurus cum.i.latino & au diphthongo ſcribitur:urbs fuit quam quidaȝ in epiro fuiſſe putauerunt:& po
ſtea dyrrhachium dictam:ſed hi nominum ſimilitudine decæpti epidánuȝ pro epidauro intellexere. Et eſt
epidaurus teſte Plinio li.iii.naturalis hiſtoriæ ciuitas in achaia ſaronico querno nemore redimita:Aeſcula/
pii de lubro percelebris. Vnde teſte Solino romani peſtilentia uexati continuis tribus annis:inſpectis libris
ſibyllinis:ſub forma ſerpentis Aeſcalapium ueluti fatale remedium duxerunt ad urbem:a quo Aeſculapi⁹
ipſe Epidaurius cum.i.latino in penultima nonnunq̃ uocatus eſt dicente Ouidio li.i.de ponto.

Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas.
Sanabit nulla uulnera cordis ope.

Fuit etiam epidaurus inſula quædaȝ iuxta dalmatiaȝ in illyrico mari ſita: quod Lucanus oſtendit libro.ii.
cum ait:Illyris ionia:uergens epidaurus in undas. Sed ut ait Plinius libro.ii.naturalis hiſtoriæ inſula eſſe
deſiit.

E picœnum cum.i.latino.c.exili & œ diphthongo ſcribitur:dicitur latine promiſcuum. Nam componitur ex
ἐπί præpoſitione & κοινον quod eſt commune.

E picherema cum.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur genus eſt argumenti quod quidam ex noſtris rationem ap
pellauerunt. Cicero melius rationatiuum.

E picurus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit teſte Metrodoro patria athenienſis pago carchetius: Neoclis
& Cæreſtratæ filius:ex philadrum familia. Heraclitus uero dixit eum ſami nutritum:cum eam athenienſes
ſortiti eſſent:ac decem & octo annos agentem athenas rediſſe. Quo tẽpore Xenocrates in achademia. Ari
ſtoteles chalcide ſcholam habebant. Defuncto autem Alexandro macedoniæ & athenienſium ſub perdica
afflictis rebus:colophonem ad patreȝ iuiſſe:ubi congregatis diſcipulis athenas rediit ſub Anaxicrate:ibiq;
aliquatenus cum cæteris philoſophatus eſt. Poſtea a ſe dictam ſectam inſtituit. Et ut de ſeipſo teſtatur.xiiii.
ætatis anno cœpit dare operã philoſophiæ:eo ꝙ Apollodor⁹ dicit: qđ percõtanti illi grãmaticũ quendaȝ:
quid eſſet apud Heſiodũ chaos:neſciuit exponere:adiecti ſunt ad philoſophãdũ tres eius fratres Neocles:

Chæredemꝰ:Ariſtobolus:ſeruus itē Mus noïe:ut teſtat' Myronanꝰ:At Dionyſius alicarnaſeus aliter de eo rettulit dicens eū cū matre ædiculas circūiſſe purgamēta legentē:litteraſq; cū patre docuiſſe exigua ſtipe. Vnū ex fratribus eiꝰ lenocinatū eſſe:ipm aūt Leōciæ meretrici cōgreſſuȝ: attribuiſſe ſibi libros Democriti de atomis:& Ariſtippi de uoluptate.Nec fuiſſe ciuē legitimū teſte Herodoto in li.de pubertate epicuri.Similí modo iſectātur eū Poſſidonius ſtoicus Nicolaus & Socyon qđ ſibi attribueret uigintiquattuor argumenta Dioclis:Quin & ſcribēs ad Themiſtā leonis uxorē inqt:Quotus eni ego ſuȝ:niſi uos ad me ꝓficiſcamini:prōptus ipſe quocūq; uos Themiſta accerſatis irruere ad Philoclē formoſuȝ adoleſcentem:ita ſcripſit cōſumor ac deficio:amabilē tuū ac diuinū ingreſſuȝ ſuſtinens.In libro de finibus ſic ait.Nihil habeo quod bonū intelligā:ſi ſapoꝝ uoluptates:& quæ ex Venere conſtant:& quæ auribꝰ percipiunt':& quæ ex formæ uenuſtate blandiunt':oculis his auferā.Epictetus hūc lacerat laſciue tanq; nimiū loquētē:& alia q̄ plura:ut etiā Cicero de finibus meminit.Veꝝ ecōtra alii magnā huiꝰ uiri in oēs philoſophos gratitudineȝ fuiſſe ferunt:nec eos uitupaſſe dicunt:ut multi ꝓutāt.Patria eū ſtatuis æreis honorauit:multi cum eo philoſophati ſunt:ex qbus Mus ſeruꝰ clarus & humanꝰ euaſit Diocles ait illū uiliſſimis cibis uitā duxiſſe.Illi cū ſuis potꝰ erat aqua:teſtat' ipſe in epiſtola ſe aq̄ & pane tātū eſſe cōtētū:& mitte mihi inqt parūp caſei:ut cum uoluero cœnare præcioſiꝰ poſſiȝ.huiuſmōi uita fuit illiꝰ:q uoluptatē finē poſuit.Vtit' in rebꝰ ſuis uocabulis ꝓpriis quæ quoniā ſimpliciſſima ſunt:Ariſtophanes grāmaticꝰ dānat:Natus eſt annis ſeptē poſt Platonis obitum. Obiit athenis ſub Pytharato annoꝝ.lxxii.calculo urinæ exitū īpediente teſte Hermacho.Scripſit de natura de atomis:de uacuo:de diis:de ſanctitate:de finibꝰ & alia cōplura.Dicebat uoluptatē eſſe finē:nō ut Laertius ait luxurioſoꝝ uoluptatē.Nec eā quæ in guſtu eſt:ut quidā male intellexere: ſȝ eā quæ eſt non dolere: aīoq; tranqllū eē:& ꝑturbatōe uacare.Nō eni cōuiuia:nō mulierū puerorūq; cōgreſſus.et cæterorum quæ affert ꝓcioſior mēſa luxuū:uitā uerā ſuauēq; gignere.Sed rōneȝ ſobriā cāſq; ꝑſcrutātē: quæq; uel eligenda ſint & opiniones expellentem:aiorūque perturbatōes:hoꝝ oium iniciū maximū bonū eſſe prudentiam.

E pilepſia cū.i.latino utrobique & unico.l.atq;.pſ.immediate poſt.e.ſcribit':nōnulli uero iperite magis q̄ ex ſenſu interponūt.m.& dicūt epilēpſia.Significatq; apud nos apphenſionē:eo q ſenſus oēſ cōprehēdat.Dicit' ab aliqbꝰ ex noſtris comitialis morbus:eo q ſi cuiq̄ i comitiis contigiſſe dephenſuȝ fuerit dimittebātur comitia.

E pilogus cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:dicitur latine peroratio.nam componitur ab epi quod hic diminutionem indicat & logos qui eſt ſermo.

E pimetheus cū.i.latino:&.th.aſpirato atque eu diphthongo in fine ſcribitur:fuit teſte Heſiodo Iapethi filius ex aſia coniuge:& frater Promethei.

E pimenides cū.i.latino utrobique:& unico.n.ſcribit':fuit philoſophus cretēſis contēporaneus Pythagoræ: ut ſcripſit Apuleius li.ii.floridorū.habuitque patrē epheſtiuȝ:ut Theopōpus uoluit.Alii dicūt Doſiadem. Alii Hageſarchū.Oriūduſque fuit ex cnoſo uico.Hic ut refert Laertius aliquādo a patre miſſus:ut ouē rure deferret:meridiāo tēpore diuertit ex itinere atque in ſpelūca qnq̄ginta & ſeptē annis ꝑpetuo ſopore qeuit:Excitus q̄ſiuit ouē.Putabat eni ſe parū obdormiuiſſe:quā cū nō inueniret in agrū reuerſus ē.Cuȝ uero agꝝ in alterius ꝑtāteȝ ueniſſe uideret:cuncta mutata eſſe perpēderet:rediit in oppidū: ubi a iuniore fratre ſuo iam uetulo cognitus fuit:oēm ex illo didicit rei ueritatē.Qui deīde philoſophatus ſcripſit curetū & coribantū generationē:& theogoniā ad qnq; millia uerſuū:Scripſit argos ædificationē:& Iaſonis in colchon nauigationē ad ſex millia & quadringēta uerſuū.Primus fert' agros & domos expiaſſe.Dixit etiā in epiſtola quā miſit ad Solonē eſſe perdifficile hoībus liberis præclariſq; inſtitutis & legibus ſub ſeruitute durare. Obiit anno ætatis ſuæ cētēſimoquīquageſimoſeptimo teſte Phaſgone in libro de longæuis.Vt autem cretenſes tradunt teſte Laertio:ducentis nonagintanouem annis.

E pimone cū.i.latino & unico.n.ſcribit':dicit' latine ꝑſeuerātia.Et eſt figura quādo ad maiorē certitudineȝ in eadē dictōe perſeueratur:ut Virgi.Sic ſic iuuat ire ſub umbras.Eadem figura a nonnullis epizeuxis uocatur:ut in ea dictione uidebimus.

E pii cum.i.latino ſcribitur:populi ſunt:qui & helidenſes dicti fuerunt.

E piphanes cū.i.latino ſcribit':trāſfert' ab aliqbus illuſtris:ut Antiochus epiphanes.i.illuſtris.Naȝ componit' ex epi quod eſt ſuper & φανης clarus.

E piphania cū.i.latino utrobiq; ſcribit':dici poteſt a nobis apparitio ſeu manifeſtatio. Nam componit' ex epi præpoſitione & φαινω manifeſto.Sed aliqui illuſtrationem transferunt.

E py cum.y.græco in fine ſcribitur:fuit urbis nomen.De qua Statius.Et ſummis ingeſtum montibus epy.

E piſynalipha prima cū.i.latino:ſequēs cū.y.græco:& penultia cū.i.latino ſcribit':eſt cōglutinatio duaꝝ ſyllabaꝝ in unā:quod in diphthongo & ſynæreſi ſæpiſſime fieri contingit.Nā συναλιφη cōiunctio dicitur.

E pirus cum.e.abſq; diphthōgo &.i.latino ſcribit'.Vnde in penultima apud græcos ει diphthongus habet': quæ a noſtris in.i.longam conuerſa fuit:& proprie ετειρος apud nos firmam terram deſignat.Eſt itaque regio in europa:& aliquando moloſſia dicta fuit:ut Iuſtinus li.xvii.affirmare uidet':At Seruiꝰ ſuper.iii.æneidos non totā epirum ſe partem:quā Helenus tenuit moloſſiā dictaȝ uoluit:quā deinde a fratre Chaone

quem per ignorantiá occidiſſe uenenata ſagitta perhibet chaoniá cognominauit dicente Virgilio.
Morte neoptolemi regnorum reddita ceſſit.
Pars heleno qui chaonios cognomine campos.
Chaoniáq; omnem troiano a chaone dixit.
Et uidet' pars illa fuiſſe alpeſtris: dicente Pli.iiii.naturalis hiſtoriæ Chaonas ſunt primi mõtes epiri: a quibꝰ chaonia dicta eſt.ſ.epirus eſt & in chaonia mons dodone: in quo ſilua fuit dodona carminibus poetaꝝ græcorũq; & latinoꝝ pcelebris. Ná in ea tẽplũ fuiſſe dicit' Ioui dodoneo ſacꝝ in quod duas e cælo colũbas deſcendiſſe ferunt: & inde ueteribus ſolitas inſidere quercubꝰ: e quibus poſtulantibus reſponſa ab illis dabátur: dicente Virgi.li.georgicorum.ii. Aeſculus atq; habitæ grais oracula quercus: & Lucanus in.iiii.
Theſproti dryopeſq; ruunt: quercuſq; ſilentes.
Chaonio ueteres liquerunt uertice ſellæ.
Et dixit ſilẽtes: qa lõge ante Lucanũ ex illis colũbis ut aiũt una delphos boetiæ ciuitatẽ uolauit: & ibi Apollinis delphici clarius fecit oraculũ: Altera in aphricá ad ámonis Iouis tẽpluꝫ tráſmeaſſe ſcribitur: ꝗ de re in chaonia Iouis oraculum terminatũ fuit: ió dixit Virgi. Habitæ grais oracula quercus.
E phyra cũ.ph.aſpirato: & nõnunꝗ; ab aliquibus ſine aſpiratõe: &.y.græco ſcribit' urbs fuit achaiæ: quæ poſtea corinthus dicta é in ꝗ pulcherrima & artificioſa ex ære fiebát uaſa: dixit Virgi.li.georgicoꝝ.i. Illuſaſq; auro ueſtes ephyræiaq; æra: ubi in penultima unũ.i.cauſa metri iterpoſitũ fuit. ná alias ephyræa cũ æ diphthõgo in penultima: hoc eſt non ſequente.i.ante ultimum.a.ſcribitur: ut Lucanus circa initium li.vi.cũ ait.
inſedit caſtris epyræaq; mœnia ſeruat.
E phirediũ cũ.i.latino utrobiq;: &.e.abſq; diphthõgo uel aſpiratõe ſcribit' uocabulũ eſt teſte Quinti.ex duobus pegrinis cõpoſitũ: ná ut idẽ pgit cũ ſit præpoſitio epi græca: reda gallicũ: nec græcꝰ tamen nec gallicus utit' cõpoſito. romani ſuũ ex utroq; alieno fecerũt. Iuuenalis illo utit' in ſatyra Stẽmata quid faciũt cum ait
Toruoq; trahunt epiredia collo Segnipedes.
E phyre cũ.ph.aſpirato &.y.græco ſcribit': fuit nympha Oceani & Tethyos filia: de ꝗ Virgi.libro georgicorum.iiii.meminit.
E phyris penultía cũ ph.aſpirato: &.y.græco: & ultía cũ.i.latino ſcribit': fuit teſte Herodoto urbs in laconia.
E pimerides cũ.ph.aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribit': dici poſſunt latine diurnales: uel ut interpretatus eſt Sẽpronius Aſellia diaria & ephimeris in ſingulari diariũ: nam ab epi & ὕμερίλεσ deriuatũ ab ὕμερα qui eſt dies componitur: unde & pro libro in quo diurnales erant diuinatões accepit Iuue.in ſatyra Credo pudiciciá: cũ ait in cuiꝰ manibꝰ ceu pinguia ſuccina tritas Cernis ephimeridas: & Ouidi.li.i.de ſine titulo.
Inter epimeridas melius tabulaſq; iacerent.
In quibus aſſumptas fleret auarus opes.
E phebus cuꝫ.e.abſq; aliqua diphthongo ſcribit': dicit' apud nos pubes: de quo in ante habitis late uidimus: habetq; primam breuem.
E phialtes cũ.i.latino: &.t.exili ſcribit': hic & Oetꝰ fuerũt gigãtes: & filii Aloei: ut in dictiõe Aloeꝰ uidimꝰ: & teſte Seruio ſup.iii.æneidos interpretat' ephialtes latine incubꝰ.i.fatuꝰ & facundꝰ: hæc ille ad uerbum.
E phippia prima cũ.ph.aſpirato &.i.latino ſequẽte duplicato.p. atq; iteꝝ.i.latino in penultía ſcribit': ſũt ornamẽta equoꝝ: Hora.per átiphraſiꝫ ingt. Optat ephippia bos piger optat arare caballꝰ: & cõponit' ex epi præpoſitione & hyppos qui eſt equus: ſecundum modum ſupra expoſitum.
E ppiphonenia abſq; aliꝗ diphthongo &.i.latino ſcribit': & eſt teſte Quintili.li.viii.de inſtitutõe oratoria rei narratæ uel probatæ ſumma acclamatio: Virgi.in.i.æneidos: Tátæ molis erat romaná cõdere gentem: Cicero pro Milone: facere enim probus adoleſcens periculoſe ꝙ perpeti turpiter maluit. et componitur ex epi præpoſitione & φονη quod eſt clamor.
E piſtola cũ.i.latino &.t.exili ſequẽte o ante.l.ſcribit': & deſcẽdit a medio paracimeno huiꝰ uerbi ἔπςέλλω quod é mitto: ná amittit unũ.l.in futuro: & dicit' ἔπιςέλῶ: deinde cũ.e.in penultía futuri mutat' in.o.uocalé in penultía paracimeni: & dicit' ἐτισολα: unde nos epiſtolá dicimꝰ: quam illi ἐτισολην uocant. et inde apoſtolus miſſus.
E piſtropus cum.i.latino &.t.exili ſcribitur: fuit phocidis rex: unus ex græcorum ducibus: qui uenerunt ad troiam: ut oſtendit Homerus li.ii.illiados.
E piſcopꝰ p.i.latinũ: &.c.abſq; aſpiratõe ſcribit': & ut ſupra uidimꝰ in præceptis ex epi præpoſitõe: & ſcopos quod é ſpeculatio cõponit': itaq; inſpector dici poteſt: unde & epiſcopatus dicitur: quæ ipſa eſt dignitas: & epiſcopium locus ubi epiſcopus ipſe commoratur.
E piſtylion cũ.t.exili ſequẽte.y.græco: & penultía cũ unico.l.&.i.latino ſcribit': traducit' ab aliqbꝰ colũnella: ita ut ſit diminitiuũ ſtyli: quæ é colũna. Alii etiá capitellũ: quod ſupra ſtylon pouitur intelligi uoluerunt.
E pitaphiũ cum.i.latino &.t.exili ſcribitur: dicitur ſecundum eius compoſitioné & uerba ſupra ſepulchrum Nam cõponitur ex epi præpoſitione: quæ eſt ſupra: & Ταφοσ ſepulchrum: hoc é ſupra tumulum. Sꝫ ab auctoribus ꝓ laude ſumit': quæ poſt completá ſepulturá alicuius dicit': ut uidimus in dictione epiodium.

E pithalamion cum.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur:dicebatur ſacer hymnus:qui in ſponſalitiis uiri & uxoris canebatur.unde etiam Hieronymus ad Paulinum ait:Sanctarũ nuptiarũ dulce canit epithalamium.

E pitheton penultima cum.th.aſpirato:& ultima cũ.t.ſimplici.i.ſine aſpiratione ſcribitur:dicitur a nobis adiectiuum.pót dici impoſitũ uel appoſitũ.nã ex epi quod hic dicit in:& θέτου poſitũ cóponitur:ut Alma ceres:uenuſta uenus cæluꝗ profundum Obſceniꝗ canes:iportunæꝗ uolucres:Et differt ab antonomaſia quæ uice nominis ponitur:epithetũ quod nunꝗ ſine nomine.Vnde id quoꝗ fieri a poetis conſueuit:ut & præſentia ponant epitheta ad ea.ſ.quæ futura ſunt:ut Virgi.Præcipuæ infœlix Dido peſti deuota futuræ. Et parum infra:inſcia dido Inſideat quátus miſeræ deus.Similiter li.xi.de Camilla puella quæ artificio patris ſaluata fuerat:Infœlix fugit in iaculo ſtridente camilla.Non.ſ.eo tépore infœlix quo euaſit:ſed poſtea cum in bello periit.fiunt etiã epithea nónunꝗ præſentia ex peractis rebus:ut idem Virgi.li.ii.æneidos. Infœlix qua ſe dum regna manebant:Sæpius andromache ferre incomitata ſolebat.

E pithima cum.i.latino utrobiꝗ:&.th.aſpirato ſcribitur:interpretari ad uerbum poteſt ſup impoſitum.naꝫ ex epi quod eſt ſuper:& θημα poſitum componitur.

E pitoma cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:dici poteſt breuiarium:nam componitur ex epi præpoſitióe:& τομη quæ eſt inciſio quaſi interfectum.

E pigráma cum.i.latino & duplicato.m.ſcribitur:dici poteſt ad uerbum ſuperſcriptio:nam epi dicitur ſuper & γραμμα littera uel ſcriptio.

E pitritus abſꝗ aliqua aſpiratione &.i.latino utrobiꝗ ſcribitur:pes é ex quattuor ſyllabis cóſtans:quarũ una ſemper ab aliis tribus diſcrepat.unde epitritus primus eſt pes cóſtans ex iambo & ſpondeo:hoc é ex prima breui & tribus ſequentibus longis:temporum ſeptem:&ſic contrarius primo pæoni:ut ſacerdos ſalutari. Epiritus ſecundus conſtat ex trocheo & ſpondeo:hoc eſt ex longa & breui:& poſtremis longis:& ſic temporum ſepté:ac ſecundo pæoni contrarius:ut conditores imperatores.Epitritus tertius conſtat ex ſpódeo & iambo.i.ex duabus longis & breui & longa:téporũ ſeptem & contrarius tertio pæoni:ut hæreditas Demoſthenes.Epitritus quartus ex ſpondeo conſtat & trocheo:hoc eſt ex tribus longis:& quarta breui. temporũ ſeptem:& contrarius quarto pæoni oportunus:Cæleſtinus.

E pizeuxis cum.i.latino utrobiꝗ:&.z.conſonáte atꝗ eu diphthongo in penultima:& in ultima cum.x.cóſonante ſcribiť:dici poteſt latine cóbinatio.Id ení ζευσις importat:& tunc figura eſt cuꝫ dictó in uerſu abſꝗ medio aliarũ dictionũ combinať:ut Virgili. Me me adſum q feci:& alibi:Sic ſic uiuat ire ſub umbras.

E pos cum unico.p.exili ſcribiť:dicitur a noſtris carmé.eſtꝗ apud græcos generis neutri:ſꝫ compoſitum cum ωδη qui eſt cantus: dicitur apud nos epodus q̃ſi carminis cantus.Et inde epodion diminitiuum in recto.i. paruũ carmen quod a lyricis clauſula breuis dicitur:quaſi præciſos uerſus integris ſubiiciat:ut apď Horatium:Beatus ille qui ꝓcul negociis deinde ſequitur præciſus.Vt priſca gens mortalium.& ſic deinceps alterni quibus aliqua pars deeſt:& ſunt ipſis præcedentibus ſimiles.

E raſyſtratus abſꝗ aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur:fuit medicus eximius ex Ariſtotelis familia natus:& deſcendit ab ερωσ quod eſt amor & ςρατου exercitum.

E raſin⁹ cum.i.latino & ſimplo.ſ.ſcribiť:eſt teſte Herodoto li.hiſtoriarũ.vi.achaiæ fluui⁹ ex ſtymphalide palude ꝓfluens:& adeo p nemæaꝫ ſiluã turgide labés:ꝙ ripis minime cótineri poſſit:ſꝫ arborũ ſit populator. Et ut ſubdit Herodot⁹ poſt certũ ſui curſus ſpaciũ abſorbeť a terra:& in argolicis exuberátiſſimus exit:qď ſane Ouidi.tetigit li.xv.metamorpho.cum ait.

Sic modo combibitur recto quoꝗ gurgite lapſus.

Redditur argolicis ingens eraſinus in aruis.

E rate cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Heſiodo.in theogonia nympha Oceani & Thethyos filia:& ab ερωσ quod eſt amor deſcendit.

E rato cũ.t.exili ſcribiť:fuit muſarũ una dicta ſimiliter ab eros hui⁹ eratos.i.amor amoris:de q̃ Virg.li.vii.æneidos meminit cũ ait:Nũc age q reges erato quæ tépora rerũ.Quis latio antiquo fuerit ſtatus

E rebus abſꝗ aliq̃ aſpiratione aut diphthongo a græcis ſcribiť:& poniť ꝓ parte inferni:in q̃ teſte Seruio ſup vi.æneidos Virgi.Illi morabanť qui bene uixerant.Cum ad elyſios cápos nó niſi purgati ꝓficiſcerenť.

E richthe⁹ cũ.ch.&.th.aſpiratis ſcribiť:fuit teſte Home.li.vii.odyſſeæ uir phæax.Alterũ dixit idé Home.li.ii Iliad.regé fuiſſe magnanimũ athenarũ:qué Minerua e ruræ ubi nat⁹ erat ſuſcepit educauit:& atheniẽſi populo ꝓ rege tradidit:ióꝗ ãnua mineruæ.ſolénia athenieſes í ea íſigni urbe agũt:taurorũ agnorũꝗ ſacrificiis

E rem⁹ abſꝗ aliq̃ aſpiratóe aut diphthógo a græcis ſcribiť:quorũ cũ magis ꝓpria ſit aſpiratio:de cóſuetudíe noſtra miror q̃ ſemp illã aſpiram⁹dici pót a nobis deſertũ:& ide eremita ét ſine aſpiratóe ſcribi dꝫ q̃ſi colés (deſerta.

E retria cum.t.exili &.i.latino ſcribiť:fuit teſte Ptolomæo oppidum in euboia

E reuthalion cum eu diphthongo &.th.aſpirato atꝗ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados.iiii. uir dius:quem Neſtor cuꝫ olim interemit:& li.vii.dixit illum cuꝫ miraculo corporis:tuꝫ excellentia armorũ præcipuum in bello pyliorum & acadum fuiſſe.

E rgaſtuluꝫ cũ.t.exili ſcribiť:dici poteſt latine taberna:uel officia:& deſcendit ab ἐργαζομαι quod eſt opor

quo uocabulo noſtri poetæ ſæpe utunt᷑. Iuue. in ſatyra: Credo pudiciciam: Poſcitq; marituꝫ Paſtores pueros omnes ergaſtula tota: ſed cuꝫ in diuerſis locis noxii homines & ſerui durius operari cogerent᷑: dixit Iuuenalis in alia ſatyra: quæ incipit Stēmata quid faciunt. Nempe in lucanos: ut tuſca ergaſtula mutas. i. tuſcas tabernas ubi plurimū operari cogebant᷑. At in maſculino ergaſtulus ꝓ operario ſumit᷑ dicēte Plinio li. xviii. naturalis hiſtoriæ: ubi de ipſis agricolis loquit᷑: Sed nos miramur ergaſtularuꝫ non eadeꝫ emolumēta eſſe: quæ imperator ergaſtulorum dixit: hoc eſt eorum: qui agriculturā exercebant.

E rgaſylus penultima cum. y. græco ſcribit᷑: fuit nomen uiri proprium.

E ribœa prima cum. i. latino: & penultima cum œ diphthongo ſcribit᷑: dicitur ab Homero lib. v. iliados nouerca Mercurii. i. Iuno cuius monitu & precibus ipſe Mercurius Martē ex arctis uinculis liberauit: ut uidimus in dictione aloeus: & interpretari ualet lis buculæ ſeu iuuencæ: naꝫ ἐρισ lis dicit᷑: & βοιου bucula ſeu iuuenca: quia Iſidem multa indignatione proſecuta fuit.

E ricates cum. i. latino & abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑: nomē fuit uiri proprium de quo Virgi. li. x. meminit: & interpretari ualet quaſi ira confractus. nā componitur ex ἐρισ quod ē ira & κατεασσω infringo.

E richthonius cum. i. latino utrobiq;: & . ch. atq;. th. aſpiratis in eandē ſyllabam concurrentibus: ut ſupra uidimus ſcribit᷑: & ſignificat terræ litē. Nā componit᷑ ex ἐρις quæ eſt lis: χθονος. i. terræ quaſi ex lite & terra natus erichthonius ipſe fuerit: per hunc. ſ. modum: ut Euripides apud græcos: & Ouidi⁹ li. metamorpho. ii. apud noſtros ſcripſere: Cum Vulcanus in gigātomachia fulmina Ioui & aliis diis arma feciſſet: ei Iuppiter pro premio obtulit: ut quicquid uellet ab eo peteret: nec ſe quicq; negaturū: per ſtygem paludem iurauit. at claudus faber Mineruæ nuptias poſtulauit. Cuius ardenti amore tenebat᷑: annuit Iuppiter ne periurus fieret: Mineruam tamen ámonuit. ut ſi poſſet uirginitatem uiribus: quia erat dea belli tueretur. Dum ergo Vulcanus blanditiis quibuſdam conſumptis eam allicere non poſſet: uim molliebat᷑: contra queꝫ cuꝫ uiriliter dea belli reſiſteret: contigit: ut ex hac colluctatione Vulcanus affectum libidinis in terram iaceret ſuper quem Minerua pudore cōmota puluerem pede coniecit: ex quo temporis ſucceſſu natū dicunt Erichthonium anguinos pedes habentē: ita ut ætate deinde ꝓuectus: ad pedum fœditatem tegendam iunctis equis currum primo excogitauerit: dicente Virgilio li. iii. georgicorum.

Primus Erichthonius currus & quattuor auſus.
Iungere equos rapidiſq; rotis inſiſtere uictor.

Sed quēadmodum a Minerua infantulus fuerat in ciſta poſitus: & in cuſtodia filiabus Erichthei athenaruꝫ regis datus Euripides & Ouidius late proſequunt᷑. Hunc inueniſſe argentum dixit Plinius circa finem libri ſeptimi naturalis hiſtoriæ.

E richtheus eandem orthographiam atq; deriuationem habet: quin & eundē apud nonnullos græcorū poetas deſignat.

E rycina antepenultima cum. y. græco: penultima cum. c. exili & . i. latino ſcribitur: ponit᷑ pro Venere: ut clare uidebimus in dictione eryx. unde Ouidi. Quid geminas erycina meos ſine fine dolores.

E ridanus cum. i. latino & abſq; aſpiratione principii ſcribitur: fluuius eſt galliæ ciſalpinæ: ſic quoq; dictus a græcis: ſed a noſtris padus uocat᷑: dicente Virgi. li. ii. georgicoꝝ: Necnon & torrentē undaꝫ leuis innatat alnus Miſſa pado. hunc dixit Plinius li. iii. naturalis hiſtoriæ a phaetonte cognominari: qui alii nomine dicebat᷑ Eridanus. Sed cum ab irato Ioue fulminatus cecidiſſet in padum: illi fluuio nomē dedit. Seruius uero ſuper. vi. æneidos addidit tunc quoq; illum a luce ardoris ſui phaetontis nomē aſſumpſiſſe. Id. n. id uocabuluꝫ indicat: ut uidebimus in ea dictione. Vnde Martialis lib. epigrammatū. x. Et phaetontei qui petis arua padi. Eundem poetæ græci dixerunt nonnunq; fluuium eſſe inferoꝝ: & ad ſuperos ſcaturire: iuxta qđ dixiſſe uidetur Virgilius li. vi. dum ait.

Inter odoratum lauri nemus: unde ſuperne.
Plurimus eridanus per ſiluam uoluitur amnis.

Et forſitan nil aliud intelligere uoluerūt: q̄ ꝙ e ueſulo mōte ꝓpinquo mari tyrrheno quod infeꝝ dicimus proueniat: & in mare hadriaticū: quod ſupeꝝ uocare ſolemus: cadat. de quo fluuio pulcherrime meminit Virgi. li. georgicoꝝ. iiii. & Ouidius. ii. de fine titulo cum ait: Frigidus eurotas populiferq; padus.

E rigone cum. i. latino ſcribitur: fuit filia Icari: ut in ea dictione uidebimus.

E rillus cuꝫ. i. latino & duplicato. l. ſcribitur: hic & Pyrrho fuerunt philoſophi: de quibus Cicero in libris de finibus & de officiis ſæpe meminit.

E rymanthus cum. y. græco & . th. aſpirato ſcribit᷑: mons ē in archadiæ finib⁹: quin & ſilua & fluuib⁹ in alpheū defluens: ut oſtendit Pli. li. iiii. naturalis hiſtoriæ Statius & Vibius: hunc oſtendere uidetur. Virg. libro. iiii. æneidos pinis conſitum eſſe cum ait.

Vt quondam caua decidit aut erymantho.
Aut ida in magna radicibus erudita pinus.

De hoc ſæpiſſime in tragœdiis meminit Seneca: ubi oſtendit Herculē aprum menalium cuncta uaſtantem cœpiſſe: atq; interfeciſſe: ut quidam uelle uidentur uel ut alii uolunt uiuum Euryſteo detuliſſe.

Erimantus cuȝ.i.latino &.t.exili ſcribitur:poniturq; ꝓ eo qui lites diſſeminando diuinat: quaſi ἔριδοσ.i.
litis μαντις:ſiue diuinus quo uocabulo Iuuenalis.iii.in ſatyra græcos uocauit:qui nobilium romanoruȝ
domos penetrantes omnia ſcire uolebant:ut inde timerent᷑.unde ait:Aut dyſphilus aut erimantus.i.q ſuis
mantiis & diuinationibus lites diſſeminat.

Erinnys penultima cum.i.latino:& ultima cum.y.græco ac cum duplici.n.ſcribit᷑: facitq; ī plurali erinnyes.
unde nonnulli ex poetis noſtris amouentes ultimum.n.cū.y.græco dicunt erines:furiæ ſunt infernales.

Eriphyle ſecunda cū.i.latino penultima cuȝ.y.græco ſcribit᷑:quidā cum.ph.aſpirato:& nonnulli abſq; aſpi
ratione ſcribunt:habetq; accentum in penultima:poteſtq; interpretari porta litis.Nam πύλη porta eſt: &
ἔρις lis:fuit Talaonis argiuorum regis filia:uel ut alii ſcribunt Teleſtoris:uxorq; Amphiarea auguris argi
ui:quæ cum ex uiro Amphilocum & Alcmæū pepiſſet amore monilis olim elaborati a Vulcano capta:ut il
lud ab argia Polynicis coniuge ſuſciperet uiri ſui latebraȝ ꝓdidit:qui utiq; latebas ne ad thebas obſiden-
das adiret:cum ſe in bello illo noſceret periturū:ut in dictione Amphiareus uidimus.Quare deinde in ulti
onem patris ab Alcmæo filio occiſa fuit:dicente Virg.li.æneidos.vi.His phædrā ꝓ criminiq; locis mœſtāq;
eriphylem crudelis nati monſtrantē uulnera cernit:& Ouidius libro de ſine titulo ait.
Ex quibus exierat traiecit uiſcera ferro.
Filius:& pœnæ cauſa monile fuit.
Quare dixit illam Seruius ſuper quarto æneidos apud inferos inter amantes cōmorari:quia monile cōcu
pierat:de eadem meminit Iuue.in ſatyra:Credo pudiciciam:cum ait:Occurrunt multæ tibi belides atque
eriphyle:quæ.ſ.uirorum ſuorum ſint cauſa mortis:ut hæ fuerunt.

Eriphyſa antepenultima cum.i.latino:penultima cum.y.græco & cum ſimplo.ſ.ſcribit᷑:inſula una eſt ex æo
lis:quaſi ἔριν.i.litem φυσα.i.ſufflans.

Eriſitos cum.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribit᷑:nomen fuit uiri:qui Cererem prorſus aſpernebatur:ut oſten
dit Ouidius li.viii.metamorphoſeos:& componit᷑ ex ἔρισ quod eſt lis:& σῖτοσ frumentuȝ quaſi lis cum
frumento.

Erythron cuȝ.y.græco &.th.aſpirato ſequente.r.ſcribitur:dicit᷑ a noſtris rubruȝ:quo ſane nomine Perſei fi-
lius:& Andromade uocatus fuit:a quo teſte Solino & non ſoluȝ ab arenaruȝ colore:mare id uocatum fuit
quod rubrum dicimus.

Erythrea ſyllaba ſimili modo ſcribit᷑:quia ex his locis:quæ iuxta rubrum mare ſunt originem traxiſſe dicit᷑.

Erythrea etiā inſula ponitur a Plinio circa fineȝ li.iiii.hiſtoriæ naturalis in mari gaditano:quā ideo ſic cogno
minataȝ dicit:quoniaȝ tyrii ab origine earum orti ab erythreo mari ferebant᷑:& ſubdit in hanc Geryones
habitaſſe a quibuſdam exiſtimat᷑:cuius armenta Hercules abduxerit:& ſubdit.Sūt qui aliaȝ eſſe eam:& cō
tra luſitaneam arbitrentur:quā eodem nomine appellant.

Erythinus antepenultima cuȝ.y.græco:penultima cum.th.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:fuit hominis ac ur-
bis nomen.

Eryx cum.y.græco ſcribitur:fuit Butæ filii amici bebrycioruȝ regis ex Venere filius ut celebres græcoꝝ au-
ctores atteſtant᷑.Seruius uero Neptuni filiū dixit.hic in ſicilia regnans:& corporis uirib⁹ preſtans legeȝ hoſ
pitibus dedit:ut cuȝ eo cæſtibus decertarent:q tandeȝ ab Hercule redeunte ex hiſpania uictus occubuit:&
in ſummo montis ꝓpinqui drepano:ſub quo in honoreȝ matris templum conſtrui fecerat:& uocari iuſſe-
rat erycinæ Veneris templū ſepultus fuit ex quo monti nomen erycis datum eſt.de quo Ouidi.li.ii.de arte
Sed dea non patitur ſic ad ſua gaudia cogi.
Colle ſub umbroſo quā tenet altus eryx.
Sane de ipſo eodem eryce:dixit Seneca in Hercule furente.
Ipſius opus eſt cæleſtibus fractus ſuis.
Eryx:& eryci uinctus antæus libis.

Erodius cū.e.abſq; diphthōgo:&.i.latino ſcribit᷑:auis eſt:in quā libro.x.iliados conuerſam dixit Homerus
Palladam:cum faueret Vlyxi exploratori.

Erotima cum.t.exili:&.i.latino ſcribit᷑:dicit᷑ a noſtris interrogatio:quā figurā ornatus poetæ obſeruant:ut
Terentius in andria:Vbi illic eſt ſcelus:qui me hodie perdidit.Virgi.li.ii.æneidos.
Quo res ſumma loco panthu:quā præhendimus arcem.

Errare per duplex.r.ſcribitur:& dictū uerſūq; ἔρρειν uerbo græco dixit Cloatius uerus in libris quos inſcri
pſit uerboꝝ e græcis tractorum:ut rettulit Gellius li.xvi.noctiū atticaruȝ:quo uerbo uſus eſt Homer⁹ cuȝ
ait:ἔρρε κακὴ γλήνη:& alibi comperi ἔρρε ἐκ νήσου τάσσου ἐλέγχιστε ζωόντου.

Eſſedones cuȝ duplicato.ſ.ſcribitur:ſunt aſiaticoꝝ ſchytaꝝ populi:quibus teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.iiii.
Mos eſt parentum funera cantu ꝓſequi & congregatis ꝓximis cadauera ipſa pecudum āmixtis carnib⁹ cō
medunt.Quin & oſſa capitum incincta auro tenent ad ſeruitia poculorum:quæ teſte Plinio li.iiii.natura-
lis hiſtoriæ ultima ſunt pietatis officia.

Etearchus cum.t.exili:&.ch.aſpirato ſcribit᷑:rex fuit oaxis urbis cretæ:ut in ea dictione uidebimus.

E teocles antepenultima cum.t.exili &.e.abſq; diphthongo:ultima cum.c.ſimplici ſcribitur:& habet accen-
tum in antepenultima:fuit filius Oedipodis thebanorum regis:qui cũ fratre Polynice diſſenſit:ut late mõ
ſtrauit Statius in ſua thebaide.

E themon cum.th.aſpirato &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:nomen fuit uiri proprium de quo Virgi.lib.x.
æneidos meminit cum ait:Et clarus ethemon lytia comitatur ab alta.

E tymologia prima cum.e.abſq; diphthongo ſequens cum.t.exili &.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribi
tur:hæc uerboꝝ originem inquirit:& a Cicerone dicta eſt notatio: quia nomen eius ut dixit Quintilianus
apud Ariſtotelem inuenit συμβολον quod eſt nota:nam uerbum ex uerbo ductum.i.ueriloquiũ: ipſe Ci
cero qui finxit teſte Quintialiano reformidat.Sunt qui uim potius intuiti originationem uocent.

E thnicus cum.th.aſpirato:ſequente.n.&.i.latino in eadem ſyllaba:atq;.c.exili in ultima ſcribitur:dici põt a
nobis gentilis:nam deriuatur ab ἔθνος quod gentem ſignificat.

E thos cum.th.aſpirato ſcribitur:ſed prima apud græcos dupliciter habeť.Nam uno modo cum.e.ſcribitur
abſq; aliqua diphthongo:quæ ſane littera apud illos ſemper breuis eſt:& tunc quoq; morem dicit:hoc eſt
conſuetudinem & ritum:& Iuuena.in ſatyra:quæ incipit.Et ſpes & ratio obſeruauit cum ait:Scribendi ca
cethos ægroq; in corde ſeneſcit:ubi penultima eius quod eſt cacethos breuis habeť:& malum moreʒ ac cõ
ſuetudinem indicat:ut in ea dictione uidimus.alio uero modo apud illos:non cum.e.breui:ſed cum.η.ſcri
bitur:quæ ſemper apud eos longa eſt:& tunc quoq; uirtutem hoc ẽ morem:qui eſt habitus animi deſignat
ut uoluit Ariſtoteles libro æthicorum primo:nonnunq; etiá indolem traductum cõperi:ſed cum nos diuer
ſas eiuſmodi litteras non habeamus:& ipm.η.in.e.longam apud nos transferatur:ut ea ꝓductio cognoſce
retur:atq; ob id uocabuli diuerſum ſignificatum comprehendi poſſet:conſueuerunt antiqui noſtri non.e.
ſimplicem:ſed.æ.diphthongum ſcribere:ut uidimus in dictione æthica: quæ ab æthos ſecundum hanc ſi-
gnificationem deriuatur.

E uan cum eu diphthongo &.n.littera in fine ſcribitur:interiectio quædam eſt laudantium Bacchum: quam
quidem interprætantur bone puer.

E uanne cum eu diphthongo & duplicato.n.ſcribitur:fuit ut quidá ferunt Martis filia ex Thebe uxore Aſo-
pi:uxorq; Capanei:quæ illum incredibili amore dilexit:ita ut cum audiret eũ apud thebas cecidiſſe fere in
mortis ſtuporem diriguit:& cum deinde illius celebraretur funus ſe in rogum proiecerit:ipſa dicente apud
Ouidi.libro.iii.de arte amandi.

Accipe me capaneu:cineres miſcebimus inquit.

E uænetus ſecunda cum æ & ultima cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarum.vii.Carnei filius
& dux lacedæmoniorum:qui ad cuſtodiendum introitum theſſaliæ contra Xerxem una cum Themiſtocle
duce athenienſium a græcis conſtitutus fuit.

E uæmon penultima cum æ diphthongo ſcribitur:fuit rex hormenii:& pater Eurypyli:ut oſtendit Homerus
libro iliados ſecundo.

E uander & Euandrus:utrunq; ut ſupra oſtendimus comperitur:& interpretari ualet bonus uir:nam ευ bo-
num indicat:& ανηρ ἀνδρος uirum dicit:fuit teſte Seruio ſuper.viii.æneidos:Pallantis arcadum regis ne
pos:qui cum patreʒ caſu occidiſſet:uel ut aliis placet ſeditione:ſuadẽte matre Nicoſtrata quæ uaticinatrix
erat:& per uaticinium fugiente filio maxima ꝓmittebat:dimiſſa arcadia cum eo ad italiam uenit: & hoſtia
thybridis intrans:atq; pulſis ab originibus in pallatino monte conſedit:ubi modicum fundauit oppidum
dictum nomine pallanteum:dicente ipſo Euandro ad Aeneam apud Virgilium in.viii.

Tum rex euandrus romane conditor arcis.
Me patria pulſum pelagiq; extrema ſequentem.
Fortuna omnipotens & inelictabile fatum.
His poſuere locis:matriſq; ægere tremenda.
Carmentis nymphæ monita & deus auctor apollo.

Idem Ouidius libro.i.faſtorum longo ꝓceſſu expreſſit.Iuſtinus uero li.xliii.inquit.Euander rex arcadiæ a
pallante urbe diſcedens in italiam cum mediocri turba populoꝝ uenit:cui Faunus & agros & monteʒ qué
ille poſtea pallatium appellauit benigne conceſſit:de quo in dictione roma uidebimus.

E uboia prima cum eu diphthongo penultima cum.i.latino diuiſo ab.o.ſcribitur:naʒ apud græcos diphthõ
gus eſt oi:quæ a noſtris diuidiť:ut ſupra uidimus.Inſula ẽ percelebris atticæ adiacens in mari: quod ab illa
euboicũ diciť:& tam modico ſpacio a continenti boetiæ diuidiť:ꝙ dubiuʒ fuerit teſte Solino an debuerit
inter inſulas numerari:fuit etiam eodem nomine ciuitas in eadem inſula.

E uclides cum.e.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Laertio geometra inſignis ab oppido megaris:qđ iſthmo
adiacet:ſiue ut tradet Alexander gelonus:fuitq; teſte Plutarcho Socrati contẽporaneus.

E ucharistia cum.ch.aſpirato &.i.latino utrobiq; atq;.t.ſimplici ſcribitur:dici poteſt a nobis bona gratia.Ná
componitur ex ευ quod eſt bonum & χαρισ gratia.

E uchion cum eu diphthongo &.ch.aſpirato:atq;.i.latino ſcribitur:nomen eſt Bacchi deductũ ab ευχη:qđ



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

uotum & precem indicat:quaſi dignus ſit uoto & prece ut πρακτεον quod a πραξις deducitur: indicat
opere dignum:unde eiuſmodi terminationes ſimiliter indicant.

E udamidas cũ diphthongo ſimiliter &.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Plutarcho Archidami filius & frater Algidis

E udæmonidas cũ prima ſimiliter:ſequens cũ æ diphthongo:& penultia cu3.i.latino ſcribitur: nomẽ fuit uiri
ꝓprium originem habens ab ευ quod eſt bonum & δαιμονιδησ quod originem hab3 a dæmon quod ẽ
intelligens quaſi bene diſcernens.

E udora cum eu diphthongo ſimiliter ſcribitur:& interpretari ualet bonũ donum:fuit teſte Heſiodo in theo
gonia nympha Oceani & Tethyos filia.

E udoxus cũ eu diphthongo &.x.conſonãte ſcribit᷑:& põt interpretari bene glorioſus.δοξα enĩ gloria ẽ: fu
it cnidius patria Aeſchinis filius:fuit geometres & aſtrologus ſummꝰ:didicitq; geometriã ab archita:fuitq;
medicꝰ & legifer: in medicina Philiſtione ſiculo præceptore uſus eſt teſte Callimacho: Iuit athenas: & fuit
Socratis auditor Socyone teſte:nonnulli etiã Platonis aſſerunt.Deinde in ægyptũ perrexit: ubi uno anno
menſibus quattuor ſacerdotes audiuit:mento attõſo atq; ſupercilio octo annoꝝ hiſtoriã cõdidit.inde mau
ſeolea uidere uoluit: & apud cyricũ in propõtide philoſophatus ẽ.dixitq; teſte Laertio in ꝓœmio de uitis
philoſophorum homines magoꝝ ſententia reuicturos eſſe.Reliquit cõmentaria:pulcherrima & eruditio-
nis plena.nã ſcripſit leges:& de geometria atq; aſtrologia fecit libros eximios.unde Cæſar in cõuiuio Cleo
patræ apud Lucanum li.x.dicebat ad Chorebum.Non meus eudoxi uincet᷑ faſtibꝰ annus. Nã teſte Seruio
ſuper.v.æneidos ipſe primus annũ depræhendit:poſt quem Hipparchus & ultimo cæſar.Meminit etiã iſtiꝰ
Ariſtoteles li.metamorpho.xii.& ſimiliter in æthicis:tres fuerunt Eudoxi:primus hic:ſecundus rhodius hi
ſtoricus:tertius ſiculus Agathoclis filius & poeta comicus.

E udoxia cum.x.conſonante &.i.latino ſcribit᷑:dicit᷑ a noſtris bona gloria:ut in præcedenti uidimus.

E uenos cum eu diphthõgo ſecunda cu3.e.abſq; diphthongo & unico.n.ſcribitur:ſic quoq; græce ευηνοσ:
fluuius eſt deſcendens a thratia & calydoniã ſecans.de quo Ouidius meminit libro metamorp.ix.cum ait.
Nãque noua repetens patrios cum coniuge muros,
Venerat eueni rapidas Ioue natus ad undas.
Et Lucanus libro.vi.theſſaliam deſcribens ait.
Et meleagream maculatus ſanguine neſſi.
Euenos calydona ſecat:caditq; teſte Pli.iiii.naturalis hiſtoriæ ĩ corĩthiacũ ſinũ ex oppoſito ad urbẽ patras.

E ueltho cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Herodoto rex ſalaminæ.

E umelus cũ unico.l.præcedente.e.abſq; diphthongo ſcribit᷑:fuit Admeti regis theſſaliæ filius ex Alceſti uxo
re:ut uidimus in dictione Alceſtis.

E uemenes uel ut aliis magis placuit euemenius prima cũ eu diphthõgo:& reliqua abſq; diphthongo ſcribũ
tur:fuit uir cardianus:qui teſte Aemilio ſi uirtuti par data eſſet fortuna:non ille quidẽ maior ſed multo il-
luſtrior atq; etiã honoratior fuiſſet:nã cum ætas eius incidiſſet in ea tẽpora:qbus macedones florerẽt: mul-
tũ ei detraxit inter eos uiuenti qđ alienæ erat ciuitatis:neq; aliud huic defuit ꝙ generoſa ſtirps & ſi illo do-
meſtico ſũmo genere erat tamen macedones eũ ſibi aliquando anteponi indigne ferebant: uincebat.n.oẽs
cura:uigilantia:patientia:calliditate:& celebritate ingenii:adoleſcentulus ad amiciciã acceſſit Philippi pa
tris Alexandri & breui tempore in intimam deuenit familiaritatem:quem cum Alexandro filio cõſeruauit
de quo magna deinde ab græcorum hiſtoricis deſcribuntur.

E umæus cum æ diphthongo in penultima ſcribit᷑:fuit teſte Homero ſubulcus:qui Vlyxem poſt longos erro
res in domum patris conduxit.

E umenides cum eu diphthongo &.i.latino ſcribitur:indicat ſecundum uerbum mites:ſed per contrariũ fu-
riæ deſignantur infernales:quia longe ſunt immites.

E umilus cum.i.latino & unico.l.ſcribit᷑:fuit teſte Homero unus ex græcis ducibꝰ q ad troianũ bellũ uenere.

E umonides cũ.o.poſt.m.& ante.n.atq;.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Plutarcho uir thebanus.

E uneus ſola prima cum eu diphthongo ſcribit᷑.Nam triſyllabũ eſt:& apud græcos habet accentu3 in prima:
fuit teſte Homero in.vii.iliados Iaſonis filius ex Hypſiphyle filia Thoantis regis.

E unuchus cum.ch.aſpirato ſcribitur:ille dicitur qui uirilibus eſt exectus.

E uonymus cum.y.græco ſcribitur inſula eſt una ex æoliis in freto ſiculo.

E uphonia cũ.ph.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:transfert᷑ a Priſciano bona ſonoritas. Quintilia.uero in primo
elegãtius & ſignificãtius uno uerbo trãſtulit:uidelicet uocalitas:unde lic3 græce ευφωνεια ex duobus cõ-
poſitum ſit:tamen aliud eſt compoſitum:aut diſſipatum:& laus linguæ latinæ eſt græcos in ſuis ipſoru3 uo
cabulis transferendis proprietate ſuperare ſi poſſumus uel æquare.

E phranor cũ.ph.aſpirato ſcribit᷑:fuit Iſthmius ſtatuariꝰ ſuo tẽpore laudatiſſimꝰ:hoc ẽ olympiade li.huiꝰ te-
ſte Pli.li.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ Alexãder Paris ẽ:in quo laudat᷑ ꝙ oia ſimul itelligãtur:iudex deaꝝ:ama-
tor Helenæ:& tamẽ Achillis interfector:eiuſdẽ dicit eſſe Mineruã Romæ:quæ catulliana appellat᷑:hoc ẽ in
fra capitoliũ a.Qu.Luctatio catullo dicata:& ſimulachꝝ boni euẽtus dextera paterã & ſiniſtra ſpiceam: ac

paup tenens:eūdē li.xxxv.dixit idem Pli.feciſſe coloſſos:& pinxiſſe ac cōpoſuiſſe uolumina de ſimetria & coloribus:qn & eū docilē ac laborioſum:& in quocunq; genere excellentē fuiſſe aſſerit.unde ait Quintili. li.xii.de inſtitutiōe oratoria:Euphranorē admirandū facit ꝙ & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos pin gendi fingendiq; idem mirus artifex fuit.

E uphrates cū.ph.aſpirato &.t.exili ſcribit':fluuiꝰ eſt grādis & memorādus quē haud lōge a fonte frigidis ori ri in mōte periardes maioris armeniæ diligētiores aſſerūt.de quo Lucanꝰ li.iii.& Pli.li.v.plura dixerūt.hic cum longā uiā ægerit & babylonē in duas partes diuiſerit:in mare rubrum tandem deſcendit.

E phroſyna cum.ph.aſpirato:&.y.græco ſcribitur:fuit una ex gratiis:ut uidimus in dictione charites: & de‐ ſcendit ab ευχραινομαι quod eſt lætor.

E uprepia cum eu diphthongo ſequens cū.e.abſq; diphthongo & penultima cum.i.latino ſcribitur:dici po‐ teſt decor.Nam componitur ex ευ quod eſt bonum & ϖρεπτον decens.

E uryale cum eu diphthongo &.y.græco ſcribitur:fuit regis Minois filia:quæ Neptuno Orienem peperit. Alia fuit filia Proeti argiuoꝝ regis:ut in dictione Proetus uidebimꝰ.Alia ex tribus gorgonibus una.

E uryalus ſimili mō cū.y.græco ſcribit':fuit teſte Home.li.ii.iliados unꝰ ex ducibꝰ pelopōneſiacis: ꝗ argos & ꝓpinqs urbes incolebāt:& ad troiā cū octoginta nauibꝰ uenerūt:quē dixit Homerꝰ diuina pulchritudine: aliū troianum effinxit li.v.&.ix.æneidos Virgi.fuit etiam iſtrionis cuiuſdam nomen:ut Iuuenalis in ſatyra: Credo pudiciciam.Nobilis euryalum:aut mirmidonum exprimat infans.

E urybates cum.y.græco &.t.exili ſcribit':fuit teſte Home.li.iliados.ii.Vir ithacus:quē Vlyxes præconē ſem ꝑhabebat ad manū idem & Talthybius miſſi fuerunt ab Agamennone ad Achillis tentoria pro briſeide ca pienda:de quibus ipſa apud Ouidium in.iii.epiſtolarum heroidum ait.
Nam ſimul eurybates me talthybiuſq; uocarunt.

E urybibia antepenultima cū.y.græco:& penultima cū.i.latino ſcribit':fuit teſte Heſiodo in theogonia nym pha:quæ ſtellas & luciferꝝ genuit:hanc dixit Orpheus in argonautica filiā fuiſſe Ali ſenis.

E rybiades ſecūda cū.y.græco:antepenultīa cū.i.latino ſcribit':fuit teſte Herodoto unꝰ ex ducibꝰ Xerxis.

E urycion antepenultima cū.y.græco:& penultima cum.c.exili:&.i.latino ſcribitur:nomen fuit fabri argen tarii:de quo Virgi.li.æneidos.x.Quæ bonus eurycion multo celauerat auro.

E urycratidas abſq; aliqua aſpiratōe:& cū.y.græco in ſecūda:atq;.i.latino in penultima ſcribitur:uir fuit la‐ cedæmonius:de quo nonnunq; Plutarchus meminit.

E uryclea cum.y.græco &.c.exili ſcribitur fuit teſte Homero li.ii.odyſſeæ nutrix Vlyxis.

E urydamas cū.y.græco ſcribit':fuit teſte Herodoto li.v.iliados uir troianus ſomniorum interpres.

E urydame cū.y.græco ſcribit':fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.vi.uxor Leutichidis regis ſpartanorum.

E urydice antepenultima cū.y.græco:penultīa cū.i.latino & ultīa cum.c.exili ſcribit': fuit una Orphei uxor amātiſſima:& ab Ariſteo filio Apollinis amata:quē cū ſemel ipſa fugeret e ſerpēte in calcaneo læſa occubu it:pro qua recuperanda uſq; ad inferos deſcendit Orpheus:ut late & pulcherrime deſcripſit Virgi.lib.ge orgico.iiii.Altera fuit teſte Homero Clymenii filia & uxor Neſtoris:ex qua ſeptem filios & filiā unicam ſu‐ ſcepiſſe dixit.

E urylochꝰ cū.y.græco & unico.l. ſcribitur:atq;.ch.aſpirato:fuit phlegyoꝝ rex:ꝗ teſte Pherecyde deſtruxit thebas anteq; ueniret Cadmus:qui eas poſtea reædificauit.

E urymedon cū.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero li.iiii.iliados.Predæ cuiuſdā filius:& auriga Ptolemæi cuiuſdā græcoꝝ principis.Idē teſte eodeꝫ Home.circa initiū libri.vi.odyſſeæ fuerat pater Periboiæ:ex qua Neptunus genuit Nauſithoū regē phæachū & patrem Alcynoni.Alter fuit atheniēſium dux cum Demo‐ ſthene:de quo apud noſtros Iuſtinus li.iiii.tractauit.

E urymone cū.y.græco ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia uympha filia Oceani & Tethyos:uxorque Oreami:& mater Leucothoes.Altera fuit Apollinis filia:quæ Talaoni marito Adraſtum argiuorū regeꝫ:& Eriphylen amphiarei coniugem peperit.

E uryon cum.y.græco ſcribitur:fuit Amyntæ macedonum regis filia:quæ patrem a maris inſidiis liberauit.

E uripides cū.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit poeta tragicus:& inter oēs eius generis meo iudicio clariſſimus qđ nomē ideo illi fuiſſe īpoſitū dixit Priſcianꝰ li.ii.de octo partibꝰ orationis:qa natus ea die fuit:ꝗ atheniē ſes cū perſis in euripo bellū geſſere.Cuiꝰ progeniē & alia multa:qn & nō uulgarē eius morteꝫ:qa a canibꝰ laceratus fuit late ſcripſit Gellius li.xv.noctium atticarum:& li.xvii.floruiſſe dicit circa annū fere poſt con‐ ditam urbem tricenteſimumuigeſimumtertium.

E uripus cū.i.latino & unico.p.ſcribitur:ē maris ꝑs quædā inter boeciā ſeu phocidē boeciæ partē & euboiaꝫ inſulā ſita:qđ alterno curſu teſte Pōponio li.iiii.hoc ē curſibꝰ ſepties in die totidēq; nocte refert':& adeo i‐ moderate cōuertit':ut uentos ac etiā plena uētis nauigia ſecū portet:dicente Seneca in Hercule œtheo. Eu ripus undas flectit inſtabiles uagas:Septēq; curſus flectit & totidē refert.Dū laſſuꝫ titan mergat oceano iu bar.Cuius cām utputo nemo nouit.Nam cum adoleſcens ſupiori anno e conſtantinopoli a Iuliano Ceſari no cardinali ſancti Angeli ad Italiam reuocatus:cū impatore græcoꝝ uenirē: rem hanc tanta admiratione

conſpexi: q̄ta aut̃ unq̄ aliqd uiderim: aut uidere poſſe exiſtimez: nec ratione Liuii: quá lib. viii. de ſecundo bello punico uentis quibuſdá aſcripſit ueram putaui cum nulla flante aura id idem fieri conſpexerim.

Eurypylus cũ. y. græco utrobiq; ſcribitur: fuit Herculis & Gaſciopes filius: regnauit in coo inſula: & cũctorũ græcoꝝ augur pitiſſimus eſt habitus: non tamẽ ſimilis Calchãti troiano. Hic cũ aliis græcoꝝ ducibus uenit ad troiá: ut oſtendit Homerus li. ii. iliados. de quo Virgi. Similiter li. ii. æneidos meminit cũ ait. Suſpẽſi Eurypylum ſcytarum oracula phœbi mittimus. Alter eodem nomine ex ormenio fuit Euemonis filius: qui teſte eodem Homero cum quadraginta nauibus ſuarum gentium uenit ad troiam.

Euryſtheꝰ cum. y. græco &. th. aſpirato ſcribitur: fuit Stheneli mycenarũ regis filius: qui aſtu Iunonis Herculi imperabat uaria quottidie aggredi monſtra: quibus illum perire contigerit.

Eurytus cum. y. græco &. t. exili ſcribitur: fuit œchaliæ rex: & pater Ioles: de quo uidebimus in dictiõe œchalia: & ab Euryto patronymicũ fœmininum eurytis cũ. i. latino in ultima deducit̃. Ouidius nona heroidum epiſtolarũ. Eurytidos ioles & inſani alcidæ. Alter fuit Eurytus centaurus: de quo Ouidius li. xii. metamorphoſeos inquit. Nam tibi ſeruorum ſæuiſſime centaurorum Euryte.

Europa cum eu diphthongo ſcribitur: fuit una Oceani & Tethyos filia: ut oſtendit Heſiodus in theogonia. Altera fuit agenoris phœnicũ regis filia: quæ a Ioue in forma uituli rapitur: & in crætam tranſfertur: ut late Ouidius li. iii. metamorphoſeos explicauit.

Eurotas cuz eu diphthongo &. t. exili ſcribitur: fluuius ẽ teſte Pli. li. iiii. naturalis hiſtoriæ in laconia: qui teſte Liuio li. iiii. de bello macedonico urbem lacedæmona præterfluit: & qa ripæ eius abundant lauro: dicunt poetæ ſacratum illum fuiſſe Apollini: dicente Virgilio in Sileno. Omnia quæ phœbo quondaz meditante beatus Audit eurotas iuſſitq; ediſcere lauros.

Euſtathius antepenultima cum. t. exili & penultima cum. th. aſpirato &. i. latino ſcribitur. Nonnulli uero cõuertentes. t. in. c. ſcribunt Euſtachius ſed cum. th. ſcribi debet.

Euſtratius abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur. nam a ϛρατοσ qui eſt exercitꝰ deriuat̃ nomen fuit philoſophi: qui in æthicam Ariſtotelis ſcripſit.

Euterpe cum. t. exili ſcribitur: una fuit ex muſis: ut in dictione muſa uidebimus: & componitur ex ευ quod ẽ bene & τέρπω delector: quaſi bona ſit delectatio.

Eutices abſq; aliqua aſpiratione &. y. græco ſcribit̃: nomen fuit hæreſiarchæ.

Eutychides antepenultia cum. t. exili &. y. græco penultima cum. ch. aſpirato: &. i. latino ſcribitur: nomen fuit uiri proprium: de quo nõnunq̄ Plutarchus meminit.

Euthymedon cum. th. aſpirato &. y. græco ſcribit̃: nomen fuit philoſophi cuiuſdam.

Euxinus prima cũ eu diphthõgo ſequẽs cũ. x. cõſonãte &. i. latino ſcribitur: mare illud ẽ: quod põtũ dicimꝰ: ut in ea dictõe uidebimꝰ: & cõponit̃ ex ευ quod bonũ apud nos indicat: & ξεινοσ hoſpiciuz uel amicꝰ: q̄ſi bonũ ſit hoſpitiũ: quod ꝑ contrariũ dictũ eſt. Nam circa illud loca ſunt aſperrima & fera: unde ait Ouidiꝰ li. iii. de triſtibus. Euxinus falſo noĩe dictus h3: & li. eodẽ inqt. Quẽ tenet euxini mendax cognomine pontꝰ. Sed teſte Pli. li. vi. naturalis hiſtoriæ. Pontus euxinus antea ab inhoſpitali feritate axenus appellatus ẽ peculiari inuidia naturæ ſine ullo fine indulgentis auiditati maris.

Euzonos cũ eu diphthongo &. z. conſonãte ſcribit̃: cõponiturq; ex ευ qd̃ eſt bonũ & ζονη cingulum: nec tamẽ ob hoc teſte Seruio circa finẽ. viii. æneidos per id ille appellat̃: qui boná zoná h3: ſ3 q eſt ſtrenuus. Ná ut ait oẽs qui militát cinctos dicimꝰ: & ob hoc præcinctos ſtrenuos: ut Horatiꝰ altius ac nos præcincti ſunt: quẽ admodũ diſcinctos: inhabiles dicimꝰ & inefficaces. Virgi. in. viii. Hic nomaduz genꝰ: & diſcinctos mulcifer aphros. Quãq; ſecũdũ habitum quidam exponant: qui uſq; in talos fluebat quod Plautus ridet in penulo dicens: Quæ eſt illa auis cum aphrum uidiſſet ueſtem dimiſſam trahentem.

Exodium cũ. o. breui apud græcos & noſtros: atq;. i. latino ſcribit̃: ná non ab ωδη q eſt cãtus cõponit̃: qa tũc quoq; cũ œ diphthongo apud nos ſcriberet̃: uel ſaltẽ cũ. o. longa: & ſic eius dictõis ſecũda longa eſſet: quæ ſemp breuis a noſtris poetis ponit̃. Quare potius deſcẽdit a uerbo ἐξοδιαζω quod ẽ erogo uel expẽdo: & inde exodiũ erogatio quædá dicat̃: quod intellexiſſe uidet̃ Iuuenalis in. iii. ſatyra ait: Tandẽq; redit ad pulpita notum Exodiũ. i. cõſueta ac manifeſta cõtributio & erogatõ: quæ quidẽ ex ludis dabat̃: dicẽte etiá Suetonio in uita Tyberii: unde uox attellanico exodio ꝓximis ludis aſſenſu maximo excepta percrebuit hircuz uetulum capreis naturá ligurire.

Exoche cum. ch. aſpirato ſcribit̃: dici poteſt latine eminentia ſiue excellentia: quare catexoche. i. per excellentiam interpretatur. unde in quibuſdam inſcriptionibus comperi.

Exochus cum. ch. aſpirato ſcribitur: poteſt interpretari eminens.

Exorciſmus cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: dici poteſt adiuratio: ná deſcẽdit a uerbo ἐξορκιζω qd̃ ẽ adiuro

Abii qui fuerunt lege hiſtorias longas & præſertim Plutarchi. Fumus latine: græce καπνοσ dicitur. At fimus dicitur lætamen: Sed iam ad. g. litteram tranſeamus. Nam. f. nullaz habet difficultatem: niſi quá in principio libri diximus.

g

Abii cum.i.latino ſcribiť:urbs fuit uolſcoꝝ ſeptuaginta milibꝰ paſſuuꝫ ab urbe diſtás: Seruius uero cápaniæ urbé dixit:eo ꝙ uolſci in parte cápaniæ ponunť.hác Solinus dixit a Galacto & Bio fratribus ſiculis conditá fuiſſe:de cuiꝰ euentu late ſcripſit Liuiꝰli.i.ab urbe:& a gabiis gabinus deduciť.Virgi.li.æneidos.vii.Ipſe qrinali trabea cinctuqꝫ gabino:q gabinus cinctus teſte Seruio eſt tota ſic in integꝝ reiecta:ut una eius lacinia a tergo reuocata hominé cingat.Quo genere ueſtiméti ut ait:cóſul utebať bella indicturus:quia cũ ea ciuitas ſacris operareť:bellum ſubito uenit:tunc ciues cincti togis ſuis ad bella ꝓfecti ſunt:& adepti uictoriam:unde hic ortus eſt mos.

G ades cum unico.d.a noſtris ſcribiť:nónulli uero græci duplicant.Inſula eſt in fine beticæ prouinciæ:& in extremo noſtri orbis uerſus occidenté:ubi europa ab aphrica dirimiť.Nec deriuationé habꝫ græcam:ſꝫ uocabulũ pœnũ eſt:qď ut aiunt ſeptũ indicat:eo ꝙ magis in moré ſepis circũdeť:hanc teſte Solino Tyrii rubro mari ꝓfecti erythreá uocauere:dicente Lucano li.vii.Tyriis qui gradibꝰ hoſpes:de quo in ea dictióe ſupra uidimus:in eadé dixit Póponius li.iii.duo eſſe ꝓmontoria ea parte qua Oceanuꝫ proſpicit ſuper quorum uno eiuſdem nominis opulentam urbem eſſe dixit.ſuper reliquo uero Herculis ægyptii opulentum téplũ & religioſum in quo eius oſſa ſita dicebantur.

G addir cũ duplicato.d.etiá a noſtris &.i.latino ſcribitur:urbé eam puto:quá in gadibꝰ opulentaꝫ Póponius dixit:de qua Saluſtius li.ii.hiſtoriarũ referéte Priſciano in.v.ſic ait:ut alii tradiderunt tarteſſum hiſpaniæ ciuitaté quam nunc tyrii mutato nomine Gaddir habent.Et oſtendit eſſe generis neutri:quia accuſatiuum ſimilem nominatiuo poſuit.Nec eſt fœminini:ut multi putauerunt:quia tunc quoqꝫ dixiſſet gaddirem.

G æon cum æ diphthongo ſcribitur:fluuius ille ab aliquibus dicitur:qui ab aliis nilus uocať.

G alatea cum.t.exili ſcribitur:eſtqꝫ in penultia diphthógꝰ ei apud græcos:quæ in.e.longá a noſtris cóuerſa fuit:fuit nymphaꝝ una filia Nerei ac Doridis:ipſa dicente apud Ouidiũ lib.xiii.metamorpho.At mihi cui patre Nereus & dedala Doris Enixa eſt.& reliqua de illa ꝓſequuntur.

G alatia cũ.t.exili &.i.latino ſcribitur:ꝓuincia eſt hiſpaniæ & luſitaniæ cótermina quá a meridie hꝫ.ab occidéte uero & ſeptétrióe oceanũ.ab oriente aũt fluuiũ ſequanæ:& prouincias germaniæ:& a γαλα quod é lac nomé aſſumpſit:qa lacteos hoc é albos homies producit.Vnde etiá gallia licꝫ alteꝝ.l.ſuperaſſumpſerit:& gallogræcia ſimiliter:quæ regio é minoris aſiæ:quaſi græcia a gallis capta.ut monſtrat Iuſtinus li.xv.

G elaxaura cũ unico.l.&.x.cóſonáte ſcribiť:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha Oceani & Tethyos filia

G albana cũ unico.n.ſcribitur:genꝰ eſt ueſtiméti:ut dicũt mulieribꝰ aptũ:ná græce diciť γαλβανη.

G albanũ cũ unico.n.ſcribiť:eſt teſte Diaſcoride lachryma herbæ cuiuſpiá ſimilis ferulæ:quæ ab ipſo frutice í æſtate prorũpit:& inde galbaneus abſqꝫ diphthongo deduciť.Virgi.li.georgicorum.iii.Galbaneoqꝫ agitare graues nidore cylydros.

G alerus cũ unico.l.&.e.abſqꝫ diphthongo ſcribiť:nec græcũ uocabulũ puto:ꝗuis nónulli a γαλα quod eſt lac deduci uelint.& teſte Seruio ſup.vii.æneidos genus é clypei:quod illi albũ exiſtimát.Quibꝰ Virgi.contradicere uideť cũ ait.Fuluoſue lupi de pelle galeros.Diciť etiá teſte Frótone in neutro hoc galerum.

G aleſus cuꝫ unico.l.& unico.ſ.ſcribitur:& eſt teſte Vibio fluuius tarentinoꝝ:de quo Hora.li.carminũ.Vnde ſi parcæ ꝓhibent iniquæ Dulce pellitis.Ouidi.galeſi flumen & regnata petá laconi rura phaláto:& Virgi.Qua niger humectat flauentia culta galeſus.Martia.in.xii.Albi qui ſuperas oues galeſi.

G alilæa cũ.i.latino & æ diphthongo ſcribitur:pars é iudææ:quæ teſte Pli.ſyriæ arabiæ atqꝫ ægypto cóiungiť

G ammarus cum geminato.m.ſcribiť:genus eſt cancri:de quo Iuuenalis in ſatyra:Si te ꝓpoſiti inquit.Sed tibi dimidio conſtrictus gammarus ouo Ponitur.

G andarii cum.n.ante.d.ſcribitur:populi fuerunt aſiæ ſcythicæ:ut oſtendit Herodotꝰ li.hiſtoriaꝝ.iiii.

G angaridæ cũ.i.latino ſcribiť:populi ſunt teſte Curtio de geſtis Alexádri li.ix.inde aſſyrios & indos iuxta gágé fluuium.Vnde ſic quoqꝫ cognominari putanť:de quibꝰ meminit Virgi.li.georgicoꝝ.iii.cũ ait.In foribꝰ pugnam ex auro ſolidoqꝫ elephanto Gangariduꝫ faciam uictoriſqꝫ arma quirini:Sane ganges fluuius teſte Seneca de ſitu indiæ fluit per indiam nouem alueis:Melo.i.nilus ſeptem:quod Virgi.li.ix.æneidos tetigit cum ait.Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus Per tacitum ganges:ſꝫ ut idem Seneca cómemorat:nónulli dixere ꝙ tribus alueis fluat.

G anymedes cum.y.græco & unico.n.ſcribitur:quia a poetis noſtris prima breuis poniť.Sed quoniam apud græcos pleruqꝫ produciť:per duplex.n.ab illis ſcribi conſueuit.Fuit filius Trois regis dardanoꝝ:fraterqꝫ Aſſarici & Ili:qui ob admirandam pulchritudinem a Ioue in forma aquilæ raptus:& in cæluꝫ tractus fingitur ab Homero.Qué Virgilius libro æneidos.v.& alii noſtri poetæ ſecuti ſunt.Vnde ait Ouidius li.metamorpho.x.Nunc quoqꝫ pocula miſcet:Inuitaqꝫ Ioui nectar Iunone miniſtrat.

G anyctor cum.y.græco & abſqꝫ aſpiratione aliqua ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

G aramantes cum.t.exili ſcribitur:populi ſunt libyæ pſillis contermini:ſed in auſtri plagam magis conuerſi:a garamante Apollinis filio:ut quidam putant:ſic cognominati.Hi teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.omnem hominis aſpectum & loquelam diffugiunt ſuntqꝫ imbelles & inermes:nec priuata matrimonia no

ſeunt:ſed uulgo omnibus in Venerem licet.Sunt etiam eodem Herodoto teſte alii garamantes in extrema uerſus auſtrū libyæ diſpoſiti: magnus ut ait populus & fortis:e qbus uerſus mare propinquior ē uia uſq; ad lothoſagos itinere dierum triginta.De quibus forte intellexit Virgilius in Damone:Extremi garamantes:& Lucanus li.iiii.Non ſuper arantem merone cancriq; ſub axe.Qua nudi garamantes arant.

G aramantis cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit filia garamanti garamantum regis:quā Iuppiter Ammodo apud fluuium bagradam compreſſit:& ex ea hiarbam genuit.

G argittius cum.i.latino utrobiq;:& duplicato.t.ſcribitur:fuit teſte Iulio Polluce li.v.de uocabulis rerū ad Commodū Cæſarem canis cuiuſdam generoſi nomen:qui geryonis boues cuſtodiebat:& leonibus inſultabat:quem tunc Hercules interfecit:cum illius armenta abſtulit:fuitq; Cerberi epirotici frater.

G argara q̄q̄ cum.g.a nobis ſcribat̄:ſecundum tamen etymologiam per.c.ſcribi deberet.Nam teſte Seruio ſuper.viii.æneidos dicuntur:quaſi καρα καροσ.i.caput capitis:hoc ē altitudinis altitudo. Nā cacumina ſunt mōtis idæ:q̄re de illis locut⁹ dixit Virg.Lucus in arce fuit ſūma:de quib⁹ late ī dictiōe myſia uidebim⁹

G aulus cum au diphthongo & unico.l.ſcribit̄:genus eſt nauis.

G aurus cum au diphthongo & unico.r.ſcribit̄:mons eſt campaniæ teſte Vibio haud lōge ab auerno lacu poſitus.de quo Iuuenalis in ſatyra Neuole ait.Suſpectūq; iugum cumis & gaurus inanis: hoc eſt intus uacu⁹ ut nonnulli exponunt:ego magis puto.i.pauca producens.

G aza cum.z.conſonante ſcribit̄:uocabulum eſt perſicum:quod apud nos opes indicat:& eſt generis fœminini:ut in ſequente dictione uidebimus.

G azophylacium ſecunda cum.z.conſonante:ſequens cum.y.græco:penultima cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:nomen eſt compoſitum ex dictione perſica & græca:perſica quidem ut gaza quæ opes nobis indicat:ut Virgi.li.æneidos.i.Et troia gaza per undas.Idem:Et gaza lætus agreſti:Ex dictiōe uero græca: ut phylaciū quæ a φυλαττω quod eſt cuſtodio deducit̄:quaſi locus ille eſſe dicatur:in quo opes reconduntur.

G elon cum.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribitur:fuit tyrānus ſiculus:cui Hiero teſte Plutarcho ſucceſſit.

G elonus cū.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.iiii. Herculis filius: a quo ſcythici quidam populi geloni cognominati ſunt hi ꝓpinqui ſunt agathyrſis:qui ut illi coloribus ſe pingi conſueuerunt dicente etiā Virgi.li.georgico.ii.Eoaſq; domos Arabū pictoſq; gelonos.hi cū per deſerta ſcytica diſcurrunt:ſitientes equorū ſuorum uenas pertundūt:ac ſanguinē potant dicente Virgi.libro georgico.iii.Profuit intenſos æſtus auertere:& inter

Ima ferire pedis ſalientem ſanguine uenam.

Biſaltæ quo more ſolent:acerq; gelonus.

Cum fugit in rhodopen:aut in deſerta getarum.

Et lac concretum cum ſanguine potat equino.Hi teſte Solino ex hoſtium cutibus indumenta ſibi conficiūt & equis tegmina ſuperponunt.

G ela cum.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribit̄:fluuius eſt ſiciliæ:de quo Ouidius li.faſtoꝝ.iiii.Et te uorticibus non adeunde gela.A quo urbs illi adhærens:gela ſimiliter cognominata fuit:ut Virgi.li.iii.æneidos: Immaniſq; gela fluuii cognomine dicta:& inde gelous:ut idem in eodem li.Campiq; geloi.

G enealogia abſq; diphthongo & unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:dici poteſt generationis ſeries.Nam componitur ex γενεασ generationis & λοια ſermo.

G enethlios cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribit̄:dici poteſt a nobis natalis:& inde genethliac⁹.i.natalitius.

G eographia cum.e.abſq; diphthōgo &.i.latino ſcribit̄:Et componit̄ ab γιας quod eſt terra:& γραφια deſcriptio.nam γεα terra:& per ſynæreſim γη.

G eometria abſq; diphthongo:& cum.t.exili atq;.i.latino ſcribitur:Et componitur ab γεασ quod eſt terræ: & μετροσ menſura.

G eorgica cum.i.latino &.c.exili ſcribit̄:componitur a γεας quod eſt terræ & εργον opus.

G eryones cum.y.græco ſcribitur:fuit ut dicunt poetæ:hiſpanus:tergeminus:quem Hercules uictū nobilib⁹ priuauit armentis dicente Seneca.

Inter remotos gentis heſperiæ greges

Paſtor triformis littoris charcheſii

Paremptus:acta eſt præda ab occaſu ultimo.

Notum chitæron pauit oceano pecus.

Et Virgi.li.viii.æneidos.Nam maximus ultor Tergemini nec Geryone ſpoliiſq; ſuperbus Alcides.Nāq; declinatur hic geryones huius geryonæ:ut Anchiſes anchiſæ.Heſiodus uero in theogonia triū capitū hominem dixit:quē fulguris filium aſſeruit dicens:χρυσα ορ λετεκε τρικαφαλον γηρυονηα

G errus cum duplicato.r.ſcribitur:fluui⁹ eſt ſcythiæ:& teſte Hero.li.hiſto.iiii.ſeptim⁹ ab iſtro memoria dign⁹

G etæ cū.t.exili ſcribitur:populi ſūt thraciæ:ut dixit Pli.li.iiii.naturalis hiſtoriæ: de quib⁹ Oui.xviii.epiſtola libri ſecundi de ponto ait. Nulla getis toto gens eſt truculentior orbe:& li.v.triſtiū multa de illis ꝓſecut⁹ eſt.At uero Appianus inſignis hiſtoricus græcus dixit:Getæ ſunt quos dacos uocāt. nonnulli uero alii illos

eſſe affirmat:quos iam gothos uocamus. Saluſtius uero referente Seruio ſuper.vii.æneidos dixit illos eſſe
myſios a Lucullo ſuperatos.
G etulia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:regio ē in aphrica:quá Pli.li.v.naturalis hiſtoriæ dixit hactenus fuiſ
ſe ætolorū partē:ſed pulſi incolæ propriá fecere genteꝫ uerſus æthiopes:quæ ab oriente mótuoſa eſt:& ele
phantes gignit:ut Iuuenalis in ſatyra quæ incipit:Omnibus in terris ait:Cum getula ducé portaret bælua
luſcum.nam a getulia getulus deriuatur cū accentu in penultima:ut in ſcáſione præfati uerſus oſtendit:&
in eo Virgilii li.iiii.æneidos cum ait:Aut captam ducat getulus hiarbas:ubi tam prima ꝗ̄ ſecúda longatur:
Quod ab omnibꝰ poetis obſeruari comperimus:excepto Martiale:q li.epigrámatum primo taꝫ primaꝫ ꝗ̄
ſecundam breuiauit cum ait. Traducta eſt getulis nec cæpit arena nocentes.
G yas cum.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri troiani proprium.
G yarus cum.y.græco ſcribitur:inſula ē parua:& una ex cycladibus ad quá noxii romani dánabant:dicēte Iu
uenali in prima ſatyra:Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignū ſi uis eſſe aliquid. Dixitq; in plurali:
ut hanc & ſimilem deſignaret hac & mycone:altera.ſ.& cycladum inſula Delon oras & littora circum Errā
tem:ut dixit Virgi.li.iii.æneidos:Pius arcitenens ímotáq; coli dedit:& contēnere uentos.
G igantes cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:dicunt a poetis terræ filii ſine patre:quos qnta luna natos dixit Vir
gilius li.georgico.i.& Ouidius li.v.faſtorum addidit cum pedibus ſerpentinis. Qui cum deos cælo pellere
conarentur:a Ioue fulminati fuerunt.
G igantomachia cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili atq;.ch.aſpirato ſcribitur:dici pót gigátū μαχια.i.belluꝫ.
G illus cū.i.latino & duplicato.l.ſcribit:fuit uir tarétinꝰ:de quo Hero.li.hiſto.iiii.nonnulla explicauit.
G ymnoſophiſtæ prima cuꝫ.y.græco ſequente.m.& penultima cū.i.latino ſcribitur:dictio eſt cópoſita ex γυ
μνοσ qđ eſt nudus:& σοφιστησ ſapiens. Nam teſte Pli.vi.naturalis hiſtoriæ fuerunt indorꝫ philoſophi
Alii dixerunt chaldæorꝫ:quos & dryiudas Laertius li.i.de uitis philoſophorꝫ obſcure & ꝑ ſentétias philoſo
phari dixit.dicebantq; colendos eſſe deos:nil mali agendum:& morteꝫ contēni oportere. De his meminit
Lucanus li.iiii.& Hieronymus in prologo bibliæ.
G ymnaſiū cum.y.græco ſequente.m.ſcribitur:locus eſt paleſtræ:ubi nudi exercebant:quod nónunquaꝫ ꝓ oī
exercitio:ac exercitii cuiuſq; loco ab auctoribus capitur.
G ymnaſiarches pria cū.y.græco antepenul.cū.i.latino:ultia cū.ch.aſpirato ſcribit:dici pót priceps gymnaſii
G yges cū.y.græco ſcribitur:Tres hoc noíe dignos memoria cognomiatos cóperi. Vnū qué dixit Heſiodus ī
theogonia cæli & terræ fuiſſe filium:Briareiq; fratrē. De quo Ouid.in li.de triſtibꝰ ait:Centimanūq; gygē
ut in dictione Briareus uidimus. Aliū lydium quem Plato paſtorem regis lydiæ fuiſſe refert:qui cum die q̄
dam ueniſſet in nemus:coactus magnis imbribus in quendam terræ hiatum deſcendit:ubi equum æneum
uidit:in cuius lateribus fores eſſe cum animaduertiſſet:illis apertis corpꝰ hominis comperit magnitudinis
inuſitatæ:qui in dexteræ digito aureum annulum detinebat. Illum ergo cuꝫ detraxiſſet:& digito ſuo īdue
ret:ad alios paſtores reuerſus eſt:& cum forte annulum ad palmas reduxiſſet perpendit a nemine ſe uideri
Ipſe auté cuncta uidebat. Atq; deíde annulo reuoluto cóſpiciebat omnino:qua ſane oportunitate uſus re-
ginæ ſtuprū intulit. Qua poſtmodū adiuuante regē interfecit:& illos ſuſtulit:quos ad regnū ſibi obſtare ar
bitrabat:unde beneficio annuli & reginæ rex lydiæ effectus eſt. Tertius fuit puer quidá Cnidius:qui ab Ho
ratio in ſecundo carminum formoſiſſimus memoratur his uerſibus.

Vt pura nocturno renidet
Luna mari cnidiuſue gyges:
Quem ſi puellarum inſereres choro:
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum ſolutus
Crinibus ambiguoq; uultu.

G ynæcium cū.y.græco:ſequens cū æ diphthógo & penultima cū.c.exili &.i.latino ſcribitur:locus eſt in ædi
bus ſolis mulieribus ad habitandum datus Terentius in phormione:Vbi in gynæciuꝫ ire occipio:puer ad
me occurrit:& a γυναικων hoc eſt a mulieribus deducitur.
G ynæconitus eodé modo ſcribit:& idé quod gynæcium deſignare uidet Aemilius Probus oſtendere in ꝓœ
mio de excellentibus ducibus cum ait:Materfamilias apud romanos primum locuꝫ tenet ædium:atq; in ce
lebritate uerſatur:quod multo fit aliter in græcia. Nam neque in conuiuium adhibetur:niſi propinquorū
nec ſedet niſi interiore parte ædium:quæ gynæconitis appellatur.
G ynæcia eodem modo ſcribitur:& ponitur a noſtris nonnunquam pro bona dea: ut uidebimus in dictione
Maia.
Gyndes cuꝫ.y.græco ſcribitur:fluuius eſt qui naſcitur in montibus mantianis & fluens ꝑ dardaneos ingredit
tigrí:ut ſcripſit Hero.li.hiſto.i. De quo Seneca li.iii.de ira inquit:Cum gyndes fluuiꝰ ſecúde poſt euphratē
magnitudis cyri ipetū ueniētis cótra babylóios itercipet:& qdá ex militibꝰ ſūme dilectꝰ regi eiꝰ moliés trā
ſitū:rapacitate fluuii abſorptꝰ eſſet:rex iratꝰ amicū ulciſci ſtatuit:iurás ut q nūc præclarꝫ equité uorauiſſet

mox uix tingeret genua mulieris.Nec peragendo ſegnior bellum indictum hoſti cum flumine geſſit:anno integro cum totis copiis gyndem fluuium ꝑ magnas deductuꝫ foſſas:in quadragintaſex alueos diſpartiuit eo opere prædoctis foſſoribus etiã euphratem longe ualidiſſimũ per loca uaria deriuauit:nomenq; tunc illi perdere fecit:quare & babylonem hoſtiliter cæpit.

G ypſum cum.y.græco ſcribit᷑:genus eſt calcis albæ:quæ facile conglutinat᷑:& indureſcit.unde ſi labore ex illa ſigna formãtur.Iuuenalis in ſecunda ſatyra.Plena omnia gypſo Chryſippi inuenies.

G yrtone cum.y.græco &.t.exili ſcribit᷑:nomen fuit urbis pelaſgicæ ſiue theſſalicæ.

G yrus cum.y.græco ſcribitur:& circuitum apud noſtros deſignat.

G iſco cum.i.latino &.c.exili ſecundum græcam litteraturam ſcribitur:fuit eo nomine Hamilcaris filius longe prius ꝙ̃ punica bella fierent.Alter fuit pater eius Haſtrubalis:qui cum Scipione plurima bella geſſit.

G ytheus cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur:nomen fuit uiri proprium.

G laphyrus cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt latine feſtiuus.

G lauco cum.c.exili ſcribitur:fuit athenienſis philoſophus.

G laucus cum.c.exili ſcribitur:Quo nomine diuerſi cognominati fuerunt.Nam unus de potnia ciuitate fuit:q cum ſacra Veneris ꝓhiberet:illa irata immiſſo furore libidinis equabus:quibus ipſe ferebat᷑:ab illis morſibus eſt dilaceratus:ut dixit Seruius ſuper.iii.georgicoꝝ:ubi dixit Virgi.Et menteꝫ uenus ipſa dedit quo tẽpore glauci Potniades malis mẽbra aſſumpſere quadrigæ.Alter fuit piſcator:qui conuerſus deinde in deuꝫ marinum:ardenter amauit Scyllam.De quo plene Ouidi.li.metamorphoſeos.xiii.Alium dixit Herodotus li.hiſtoriarum.i.chium fuiſſe:qui primus ferri conſolidaturam adinuenit.Et alium in eodem li.rettulit Hippolochi filium:a quo reges apud iones nati ſunt.

G lycerium prima cum.y.græco ſequens cum.c.exili & penultima cum.i.latino ſcribitur:nomen fuit puellæ:quod apud nos ſignificat dulcem amorem.Nam componitur ex γλυκυσ:quod eſt dulcis & ερoσ amor.Et ſic quoq; per diminutionem adulatione amatoria a græcis ꝓlatum.ꝙ̃ꝙ̃ & glycera reperiatur.Martia.in.xi.Formoſam glyceram amat lupercus

G loſa cum unico.ſ.a noſtris ſcribitur:ſed a dictione græca traducitur:quæ per geminuꝫ.ſ.ſcribitur:hoc eſt a γλωσσα quæ eſt lingua:eo ꝙ uicem doctoris gloſa detineat.Et inde gloſſema cum duplicato.ſ.ſcribitur Quod Quintilianus in primo interpretat᷑:quaſi uoces minus uſitatas.

G nomon cum unico.m.ſcribit᷑:dici poteſt teſte Pli.li.ii.naturalis hiſtoriæ umbilicus.

G natho cum.th.aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri ꝓprium:ſed deductum a γναθοσ quod ẽ bucca uel maxilla:quã ille maxĩe explere cupiebat.Nam ob id ſic quoq; paraſit⁹ ille apud Terentiũ noĩatus fuit.

G noſus cum.g.ante.n.a pluribus ex noſtris ſcribit᷑:ſꝫ quia apud græcos habet.κ.quod in.c.noſtruꝫ transferri conſueuit:ſcribunt aliqui cum.c.uideliceꝫ cnoſus & non cum.g.Alii uero ob affinitatẽ litterarum.κ.in.g.conuerti dicunt:ut in ſequenti dictione uidebimus:fuit cretæ ciuitas in qua Minos utplurimuꝫ habitare cõſueuit:unde gnoſia deducitur.

G obius cuꝫ.g.littera teſte Priſciano:&.i.latino a noſtris ſcribitur:ꝙ̃ꝙ̃ apnd græcos.κ.ſcribat᷑:quod i.c.a nobis conuerti conſueuit:ſed ob affinitatẽ litterarũ in.g.conuerſuꝫ fuit:piſcis eſt uilis.de quo Iuuenalis in ſatyra.Atticus eximie ſi cœnat inquit:Nec nullum cupias cum ſit tibi gobio tantũ in loculis:& Martia.in ultimo:Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

G obryas cum.y.græco ſcribit᷑:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.iiii.uir perſa nobilis:unus ex his q cuꝫ Dario cõiurarunt in magũ.Nam erat Darii Socer anteꝙ̃ regnum Darius ipſe adipiſceret᷑:ut idem Hero.oſtendit circa initium lib.vii.hiſtoriarum.

G onnus cum duplicato.n.ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaruꝫ.vii.urbs in ſuperiori pte theſſaliæ:unde ad theſſaliaꝫ quiſpiã introitus cõperitur.alius ſciliceꝫ ab eo qui iuxta peneum fluuium habetur.

G orgias penultima cũ.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Quintiliano lib.iii.de inſtitutione oratoria ſiculus natõne & Empedoclis diſcipulus:quin & Iſocratis atq; aliorum plurium philoſophorum & oratorũ præceptor.Idẽ teſte Plinio li.xxxiii.naturalis hiſtoriæ:hominũ primus & aureã ſtatuam & ſolidaꝫ delphis in templo ſibi poſuit.lxx.circiter Olympiade:tantus erat tradendæ oratoriæ artis quæſtus.

G orogytion antepenultima cũ.y.græco & penultima cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit troian⁹ Priami & Caſtianiræ filius formaq; & uiribus præſtans:ut dixit Homerus li.viii.iliados.

G orgones cum unico.n.ſcribitur:fuerunt inſulæ in oceano æthiopico:in quibus Meduſa cum ſororibus regnabat:ut uidebimus in dictione pegaſus.

G ortyna cum.t.exili &.y.græco ſcribit᷑:fuit teſte Home.li.ii.iliados urbs cretæ pulchris cincta muris:quã teſte Solino lenæus præterfluit amnis:ꝑ quẽ Europã tauri dorſo uſq; ad eã portatã ferũt:a q̃ terra ꝓs urbis cognominata fuit:dicente Ouidio libro faſto.v.de illa loquẽte.Parſq; tuũ terræ tertia nomẽ hꝫ.Iuxta gortynã naſcunt᷑ calami ꝓ ſagittis aptiſſimi dicente Virgi.li.xi.æneidos:Spicula torquebat lytio gortynia cornu Nam ab gortyna gortynius & gortynia deducunt᷑:ut idem Virg.in bucolico ait:Aut armenta ſecutuꝫ Perducent aliquæ ſtabula ad gortynia uaccæ.Nãq; ibidẽ aliquãdo fuiſſe armenta Solis teſtat᷑ Seruius.Verum

moderniores mutátes.g.in.c.non gorthyná ſ3 cortyná iá dicũt:ac ſcribunt:ut in ea dictõe uidim⁹.Sed nos
ſeruato.g.in antiquis & emendatiſſimis codicibus ſcriptum comperimus:ſane cortina abſq3 aliqua aſpira-
tõne &.i.latino aliud ſignificat ut ſupra uidimus.

Gracchus cũ duplicato.c.& ſecundo aſpirato ſcribitur: nomen eſt auis a uoce deductnm teſte Quintiliano
in.i.de inſtitutione oratoria: fuit etiá cognomen clariſſimorum quorundam romanoꝶ qui non mó rebus
geſtis:ſ3 eloquentia præcipue claruerunt:dicente Hieronymo ſup Amos ꝓphetam:Oratores Lyſia3 & Hy
peridem:Periclẽ & Demoſthenẽ:Gracchos Catones Tullios & Hortenſios in cælũ laudib⁹ ferunt poetæ:ſi
epici ſunt Homeꝶ atq3 Virgi.ſi lyrici Pindarũ & Flaccum crebro ſermone concelebrant.

Gradiuus cũ.i.latino ſcribitur:non ẽ uocabulum græcũ neq3 latinũ ſ3 trax quod bellicoſum deſignat & fortẽ
diciturq3 latine Mars:eo ꝙ maribus in bello præſit:ut dixit Varro de lingua latina:cũ per uiros fiant præ-
lia.Et dicit᷑ filius Iouis ex Iunone.Ouidius uero dixit in.v.metamorpho.illu3 fuiſſe Iunonis filiũ abſq3 pa-
tre:ita ut cũ uideret Iuno maritũ Iouẽ abſq3 mulieris ſeruitio percuſſo capite emiſiſſe Mineruam armatam
ibat ipſa ad Oceanũ quæſitura quoniam pacto & ipſa abſq3 uiro parere poſſet:ſed itinere feſſa cũ forte ad
hoſtiũ deæ Floræ uxoris Zephyri reſediſſet a Flora interrogat᷑ quorſu3 & qua de cauſa ꝑgeret.Quod cum
didiciſſet Flora obtulit ſuffragari:ſi Ioui forent tacita noia ſuffragantis.ꝓmiſit id Iuno ac iuramẽto firma
uit.Mox docuit illá Flora in campis oleniis florem eẽ:quo tacto repẽte ſine uiro cõciperet.Quod Iuno ex-
perta Martẽ concæpit:& deinde pepit ferociſſimũ & bellicoſu3:qui belloꝶ deus eſt habitus:unde Flora ad
Naſonem loquens in.v.faſtorum inquit.

Mars quoq3 ſi neſcis per noſtras editus artes.
Iuppiter hoc & adhuc neſciat uſq3 præcor.& reliqua ubi eandẽ fabulá ꝓſequit᷑.Hunc Statius in li.thebai-
dos dixit in thracia tenere ſedẽ domũq3 illius deſcripſit & familiá:cuius & Bellonã ſororẽ aurigá eſſe uolu
it.huic romani teſte Seruio ſuper primũ æneidos duo conſtituere tẽpla:unũ in urbe tanq3 urbis cuſtodi:al-
terũ extra urbẽ in uia appia portæ ꝓximu3:quaſi ꝓ republica pugnatori.Idẽ mutuo amore dilexit Venerẽ
uulcani cõiugem:de quo Ouidi.in.iiii.metamorpho.li.& circa finẽ li.ii.de arte: & in primo de fine titulo
late ptractauit eundẽ dixit Homerus in li.iliados ſemel uulneratũ fuiſſe in extremo lateris a Diomede:& tá
to uocis ſonitu exclamaſſe:q̃to aliorũ.x.millia potuiſſent:Quod lepidiſſime in latinum Caro noſter Arre
ti.in ipſum Martem inuehens traduxit:cum dixit.

Nec tibi iam ſemper proſunt crudelía bello.
Vulnera:nam repeto ſæpe tuliſſe uices.
Cum latus extremum cuſpis diomedea fixit.
Proh pudor atq3 homini uulnera facta deo.
Tum quantum exclamant hominum bis milia quinq3.
Cum repetunt acri bella nefanda manu.
Tam magna terras compleſti ac æthera uoce:
Vt tremerent danai dardaniiq3 ſimul.
Dicitur & xantus mediis exterritus undis:
Concuſſa eſt ide:territus eſt ſimois.
Viſaq3 tum uolucris tremulis petere aera pennis.
Rhœtei & piſces concaua ſaxa petunt.
Turbine dehinc cælo tendit ſic oblitus ille.
Sanguine diuino conſtitit ante deos.
Non hominum puduit regi diuumq3 parenti.
Dicere mortali uulnera facta manu.
Dicere nec puduit pedibus ſperaſſe ſalutem.
Hei mihi q̃3 melius tardus inerſq3 fores.
Iuppiter ipſe pater rabiem ſæuoſq3 furores
Increpat:& matri quod nimis ipſe places:
Quodq3 tibi cordi bellum & diſcordia pugnæ
Inuiſumq3 ſibi non minus eſſe docet:
Heu quod tytide uulnus non altius actu3
Corq3 ferox medium ruperit haſta tuum.
Quare & Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunq3 malo ad Caluinũ qui᷑ depoſito fraudatus fuerat inquit.
Tu miſer exclamas:ut ſtentora uincere poſſis.Vel potius q̃tu3 gradiuus homeric⁹ audis Iuppiter hæc.

Græcus cũ æ diphthongo &.c.exili ſcribitur:fuit rex atticæ regiõis:a quo græci dicti ſunt:ut dixit Ariſto.ĩ me
theoris:unde græcia græcanie⁹ & græciẽſis deducit᷑.Sane apd᷑ græcos uarie locuti ſunt auctores:qđ ex lin
guaꝶ copia q̃ ſe plurimũ iactát ꝓuenire neceſſe fuit.ná qnq3 apd᷑ illos líguæ habẽt:quæ declinatõib⁹noiu3
& uerboꝶ ac litteraꝶ quarũda3 uarietate dep̃hẽd unt᷑:ut attica æolica ionica dorica & ΚΟΙΝΗ.i.cõmuuis.

G rãmatica cũ duplici.m.&.t.ae.c.&.i.latino ſcribitur:dici põt a nobis litteraria.Nã deſcẽdit a γραμματα qđ apud nos ẽ littera:& teſte Quintilia.inemẽdate loquẽdo atq; ſcribẽdo grãmatica cõſiſtit: ita ut litteræ ſuas cuſtodiunt uoces:& uelut depoſitũ reddãt legentibus. Quod uero ad ſignificate & ornate dicendum aut ſcribendum ſpectat:maiori competit artifici:q̃q̃ & a grãmaticis auferri non debeat.

G ranicus cum unico.n.&.i.latino atq;.c.exili ſcribitur:fluuius eſt phrygiæ in ꝓpontidem iuxta cyricum cadens:de quo meminit Homerus circa initium li.xii.iliados.

G raphia cũ.ph.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:dici põt a noſtris ſcriptura:quæ nõ ſolũ exarationẽ litterarũ: ſ ꝫ cuꝫ hoc etiã picturã quẽadmoduꝫ apud græcos ea dictio graphia ſignificat:unde ſcribo apud noſtros ꝓ eo qđ eſt pingo ab auctoribus noſtris ſæpe poſitũ fuit.Pli.li.xxxv.naturalis hiſtoriæ de Nicomacho pictore locutus inqt:ſcripſit & Apollinẽ & Dianã deũ Matrẽ in leone ſedentẽ.i.pinxit.ſimiliter Iuuena.i ſatyra: Credo pudiciciã inqt.Dacus & ſcripto radiat germanic⁹ auro hoc ẽ picto.Quare & picturas legere dicimur:quẽadmodũ & ſcripturas.Virgi.li.æneidos.vi.Quin protinus nomẽ plegerẽt oculis:& reliq̃.& a graphia graphiũ cũ.ph.aſpirato ſtilus dicit̃:quo in cæris antiq plurimũ ſcribere cõſueuerant:& idem zographia quaſi ζωων.i.animaliũ pictura:unde Pli.eodẽ li.Dionyſius inqt nihil aliud q̃ hoies pinxit:ob quod anthropographos cognominat⁹:quod cũ.th.aſpirato ſcribit̃:& ſignificat ανθρωπων.i.hominũ γραφεα pictorem: uerum ægypti ex annalib⁹ eorum teſte eodem Pli.apud ipſos inuentã picturã prius q̃ in græciã tranſiret affirmãt græci uero alii apud ſicyonẽ:alii apud corinthios reptam omnes ab umbra hoĩs linteis circũducta.Itaq; talẽ primã ſcripturã ſingulis colorib⁹ confectã monochromatõ dixerunt:qđ cũ.ch.aſpirato &.t.exili ſcribit̃ & ſignificat μονον.i.unicũ χρωματων.i.colorum:qa unico tantũmõ uideliꝫ umbratili colore pingebãtur: in quo pingendi genere teſte Quintili.li.xii.de inſtitutõe oratoria claruerũt Polygnotus atq; Aglaophon quorum ut ait ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc hꝫ:ut illa prope rudia ac uelut futuræ mox artis primordia maximis q poſt eos extiterũt pictorib⁹ præferant:ꝓprio quodã intelligẽdi:ut mea opinio fert ambitu: Aut apud romanos teſte eodẽ Pli.honos huic arti mature cõtigit.ſiquidẽ cognomia ex ea traxerunt fabiæ clariſſime gentis princepſq; cognominis.Fabius ædeꝫ ſalutis pinxit:anno urbis cõditæ quadringenteſimo quinq̃geſimo quæ pictura ut ideꝫ Pli.pergit:durauit ad noſtrã memoriã in ædea Claudii principatu exuſta ꝓxime celebratas ẽ in foro ærei Herculis pacuuii poetæ pictura Ennii ſorore geniti:hæc ille oſtendẽs:dein de hanc artẽ ab honeſtiſſimis manib⁹ non ampli⁹ fuiſſe ſpectatã:ſed inter liberales ſemp habitã:& nunq̃ a ſeruis exercitã:ſed dignatio inquit præcipua romæ increuit Valerio Maxĩo cõſule:cũ Meſſalla princeps tabulã pictã prælii:quo carthaginẽſes Hieronẽ in ſicilia uicerant:ꝓpoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ anno ab urbe condita.cccc.xc.fecit hoc idem;&.L.Scipio tabulã quã uictoriæ ſuæ aſiaticæ in capitolio poſuit: poſt quos idem & nõnulli alii fecerunt.At in tabulis externis auctoritatẽ romæ publice primus oĩuꝫ fecit.L.Mũmius cui cognomẽ achaica uictoria dedit.Nã cuꝫ in præda uendẽda rex Attalus ſexdeciꝫ libris Ariſtidis tabulam emere uellet:in qua liber pater pictus erat:ꝑcium miratus ſuſpicatuſq; in ea aliqd uirtutis quod ipſe neſciret reuocauit tabulã:& deinde in Cereris delubro poſuit.Quã primam picturam externaꝫ Plinius ipſe putauit romæ publicatã:iuxta quæ Iuuenalis poeta locut⁹ uidetur in ſatyra Atticus eximie cum ait.

Tum rudis & graias mirari neſcius artes.
Vrbibus euerſis prædarum in parte reperta.
Magnorum artificũ frãgebat pocula miles.unde li.xxxvi.inqt idẽ Pli.uictoria Põpeii:de Mithridate primuꝫ ad margaritas gẽmaſq; romanos mores inclinauit:ſicut.L.Scipionis:& Cn.Manilii cælatum argentum:& ueſtes attalicas & triclinia ærata:ſicut.L.Mũmii ad corinthia & tabulas pictas.

G ryllus cũ.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:quo noĩe uocatus ẽ Xenophontis filius:qui glorioſe pro patria occubuit:cuius laudes & epitaphia ut dixit Ariſtote.innumeri ſcripſere.Socrates etiam ſi Hermippo credimus illius laudes ſcripſit.

G rynia prima cuꝫ.y.græco:& penultima cuꝫ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaruꝫ primo urbs in æolia:& in finibus ioniæ:a gryneum nemus dici in ſequenti dictione oſtendemus.

G ryneum nemus cum.y.græco ſcribitur:ſic quoque dictuꝫ a grynia ciuitate aſiæ in cõfinibus æoliæ & ioniæ quam puto aliquando clazomenam dictam.Nam de grynia loquitnr Herodotus: de Clazomene uero ait Seruius ſuper quartum æneidos librum:cum apud Virgilium dixiſſet ad Aeneam:Dido:Sed nunc Italiaꝫ magnam gryneus Apollo:Italiam liciæ iuſſere capeſſere ſortes:ubi dicit Seruius Clazomene ciuitas eſt in aſia:iuxta quam nemus eſt gryneum:ubi Apollo cum reuerentia magna colitur:& ſuper æglogam quæ inſcribitur Silenus ait idem Seruius gryneum nemus eſt in finibus ioniis Apolloni conſecratum. At conſtat gryneam in confinibns ioniæ eſſe:ut ſupra uidimus.Vnde ait ibidem Virgilius ad Gallum loquens de calamis quos illi dabant muſæ.

His tibi grynei nemoris dicatur origo.
Neqs ſit luc⁹ quo plus ſe iactat apollo.Nãq; in eo dabant̃ manifeſta Apollinis reſpõſa cui præfuit Mopſus ipſius Apollinis filius ex Mantone filia Tyreſiæ uatis thebani natus:ut dixit Pomponi⁹ libro.i.de quo Statius ſæpius in dubiis auditus Iaſone mopſus:& ut Seruius ipſe ſup eandem æglogam atteſtatur in hoc Cal

chas & mopſus inter ſe contenderunt de peritia diuinandi: ſed a mopſo ſuperatus Calchas dolore interiit: ut in carminibus Euphorionis ſcribi dixit.

G ryps huius gryphis declinatione græca: & in plurali gryphes facit. at nonnulli ex noſtris hoc tempore grypho gryphonis declinát. Quorum omnium prima cum. y. græco ſcribitur: eſt animal quadrupes & pennatum: quod in hyperboreis montibus naſcitur: & in omni parte corporis leo eſt præter alas & faciem: quibus aquilas repræſentat: eſtq; hominibus & equis maxime infeſtus: ut etiam tetigit Virgilius in buccolicis: Iungentur iam gryphes equis.

G rypus cum. y. græco & unico. p. ſcribitur: dicitur naſus gibbus ſeu aquilinus: & gryphis ſimilitudine deductus.

h

Adrianus cum aſpiratione principii: & . i. latino in antiquis inſcriptionibus ſemper ſcriptum comperi. Naʒ apud athenas ad fauces aquæductus extra ciuitatis mœnia ad unū miliare litteris latinis ſic ſcriptū comperi. Imp. cæſar ælius Hadrianus: Antonius. Aug. pius coſſ. iii. trib. pot. ii. p. p. aquæductum in nouis athenis cœptum a diuo Hadriano pater ſuo conſūmauit: dedicauitq;. At uero adrianus ſine aſpiratione nomen eſt gentile ab adria urbe deductum: ſane dictio hadriana ꝓ filia Minois regis cr æ tæ: ut inſcii quidam moderni ſomniauerunt: nunq; cóperta apud antiquos & doctos fuit: ut late uidimus in dictóe aradne

H æma cum æ diphthongo ſcribitur. dicitur apud nos ſanguis: unde dictio hæmilius forte deducitur: & ſimili modo aſpiratur. Sed nos aſpirationem abiecimus: ut in antiquis inſcriptónibus aſpeximus: de quo ſupra in dictione æmilius late uidimus.

H æmatites cum æ diphthongo & duob⁹. t. exilib⁹ atq;. i. latino ſcribit᷑: lapis eſt ruboris ſanguinei: a quo nomen aſſumpſit. Nam αιμα græce latine ſanguis dicitur.

H æmorrois cum æ diphthógo & duplicato. r. atq;. i. latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris ſanguinaria. Naʒ ab αιμα quod eſt ſanguis deducitur.

H æreſis ſola prima cum æ diphthongo & ultima cum. i. latino ſcribitur: dici᷑ poteſt a nobis optio ſeu electio. Nam deduci᷑ ab αιρουμαι quod eſt opto ſeu eligo: unde aphæreſis quæ apud noſtros ablatio dicitur: & diæreſis quæ eſt diuiſio atq; ſynæreſis quæ eſt diuiſorum coniunctio: a nónullis uero ſecta hæreſis ipſa traducitur. Cicero auté uocabulo græco utitur in paradoxis cum ait: eſtq; in ea hæreſi quæ nullum ſequit᷑ florem orationis.

H æreſius cum aſpiratione & æ diphthógo ſcribitur: nomen eſt uiri proprium.

H ageſilaus cum aſpiratione principii & . i. latino atq; unico. l. ſcribit᷑. fuit rex lacedæmonius non poteſtate ſʒ nomine: quéadmodum cæteri ſpartani reges creari conſueuerant: nam mos erat apud illos teſte Plutarcho & Aemilio a maioribus lacedæmoniis traditus: ut duos ſemp haberét reges noíe magis ꝙ imperio: ex duabus familiis Prodi & Eriſthenis: qui princeps ex ꝓgenie herculis ſparte reges fuerant: hoꝝ ex altera in alterius familiæ locum fieri nó licebat. Ita utraq; ſuū retinebat ordiné: & primū quidé ratio habebat᷑: qui maximus natu eſſet ex liberis eius qui regnás deceſſiſſet: ſin is uirilem ſexū non reliquiſſet: tūc deligebat᷑ qui proximus eſſet ꝓpinquitate: ꝑ quem modū mortuo hagi rege frater Hageſilaus ſubſtitutus eſt. hic cū a cæteris ſcriptoribus græcis tū eximie a Xenophonte ſocratico collaudat⁹ eſt: eo eni uſus eſt familiariſſime: geſſitq; ſtrenue plurima bella & religioſus in deos: piuſq; i patriá fuit: qn & magiſtratib⁹ obedientiſſimus.

H ageſipolis cum aſpiratione principii & . i. latino utrobiq; ſcribit᷑: uir fuit athenienſis de quo nunq; Plutarchus meminit.

H alcyones cum aſpiratione principii & . c. exili atq;. y. græco ſcribit᷑: unde neceſſario dictioné hanc aſpirari indicant poetæ: qui exilem conſonanté ante illam poſitam in aſpiratam conuertunt. Theocritus in buccolicis χαλκυονεσ στερευντι τα κυματα τηνδε λαλαταν ubi dixit χαλκυονεσ cū. χ. & nó καλκυονες cum. κ. quod factum eſſet ſi halcyones non aſpiraret᷑. Nam ibi και eſſe debuit: ſʒ per ſubſequenté uocalem diphthongus ipſa αι abiecta fuit: & . κ. littera exilis & ſimplex in. χ. litteram aſpiratá ob aſpirationé ſequentis uocalis conuerſa fuit: quéadmodū ſupra oſtendim⁹. Quare ſi nó fuiſſet eius dictióis prima aſpirata exilis & ſimplex. κ. remanſiſſet. Et ſunt aues teſte Plinio li. v. naturalis hiſtoriæ paulo minores paſſerib⁹: habét q; maiori ex pte pénas purpureas cádidis admixtas: collo gracili ac ꝓcero: quas uideri cótingit raro: qa nūq; niſi circa ſolſticia & in bruma in q̄ oua deponunt apparét. Ná tunc quoq; medio fere hyemis in mari ipo nidificant: quo tépore ſi pontus undoſus fuerit: ipis ouis máſueſcit. Caduntq; ꝓcellæ oés donec halcyones poſita oua foueant. Et cum ſeptem dies ſint quibus educunt pullos: ſeptem alios adiungunt quibus part⁹ enutriant. de quibus Ouidius li. xi. metamorpho. dixit.

Perq; dies placidos hiberno tempore ſeptem.
Incubat halcyone pedentibus æquore nidis.
Tum uia tuta maris: uentos cuſtodit & arcet.
Aeolus egreſſu: præſtatq; nepotibus æquor.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

H alicarnaſus cum unico.l.ſequente.i.latino &.c.exili atq; unico.ſ.ſcribitur:deriuaturq; ab αλιοσ qđ marinum indicat:& ſimili modo aſpiratur:ciuitas eſt maritima in caria regione minoris aſiæ argiuoruꝫ colonia: ut Pomponius li.i.ſcripſit:in qua Mauſeoli nobilis extat opus:ut in ea dictione uidebimus.

H aliacmon cum unico.l.&.i.latino atq;.c.exili ſequente.m.ſcribitur.fluui⁹ eſt macedoniæ:ut teſtatur Heſiodus in theogonia.

H alys cuꝫ unico.l.&.y.græco ſcribitur:fluuius eſt qui teſte Plinio li.vi.naturalis hiſtoriæ oritur ex radicib⁹ tauri montis & defluens per cappadociam diſiunxit olim regna lidiæ a perſis:ideꝫ teſte Herodoto inter paphlagonas uerſus boream exiens:in euxinum pontum deſinit.de hoc locutus Apollo ait:Crœſus trāſgreſſus halym plurima regna perdet.

H alizones cum unico.l.&.i.latino ſequente.z.conſonāte ſcribitur:populi ſunt paphlagonuꝫ:ſic quoq; dicti teſte Ariſtracho ſuper.v.iliados librum:quia undiq; a mari circundatur:hoc eſt ab υποζωσται quod ē circundari αλι mari.

H amadryades cum aſpiratione principii:&.y.græco ſcribitur.Nam componitur ex αμα quod apud illos aſpiratur:& cum ſit aduerbium ordinis ſignificat ſimul & δρυσ huius δρυοσ quod ē quercus:hoc eſt nymphæ quæ una cum aboribus & naſcuntur & pereunt:& ponitur ſpecies arboris pro genere.

H amaxāpeus cum aſpiratione principii &.x.conſonante in penultima ſcribitur:pars eſt fluminis hypanis:q cum fonte xampeo amaro cōmixtus eſt:nam componitur ex αμα quod eſt uua & ξαμπευσ quod nomen eſt fontis callipodum amara ſcaturigine infamis.

H amilchar cum.i.&.ch.aſpirato a græcis & emendatis latinis ſcribitur:licet barbarum cum quibuſdā ſequētibus eſſe dicatur:hic cognomento Barca dictus eſt:& fuit hannibalis filius:& pater alterius magni Hannibalis:fuitq; carthaginenſis in extremis primi punici belli:& admodum adoleſcentulus in ſicilia præeſſe cœpit exercitui:cum ante eius aduentum & mari & terra male res gerentur carthaginenſiuꝫ:ipſe ubi affuit nūq̄ hoſti ceſſit:neq; locum nocendi dedit:ſæpeq; econtrario occaſione data laceſſiuit:ſemperq; ſuperior diſceſſit:ut Polybius hiſtoricus ampliſſime oſtendit.

H amilcho ſimili modo ſcribitur:atq; omnia huiuſmodi barbara cum aſpiratione ſcribūtur.

H annibal cum duplicato.n.&.i.latino ſcribitur:fuit carthaginenſis Hamilcharis filius qui tanto cæteris ducibus prudentia preſtare uiſus eſt:quanto populus romanus cunctas gentes fortitudine anteibat:nam quādocunq; cum eo populo congreſſus eſt in italia ſemper diſceſſit ſuperior:& niſi ſuoꝝ ciuium inuidia debilitatus eſſet:romanos uidetur ſuperare potuiſſe.Sed multorum obtrectatio teſte Cornelio nepote deuicit unius uirtutem.hic minor quinq; & uiginti annos natus imperator factus:proximo triennio omnes gentes hiſpaniæ bello ſubægit:ſaltum pyreneum tranſiit:& ad alpes poſteaq̄ uenit:quæ italiam a gallia ſeiungūt quas nemo unq̄ cum exercitu præter Herculem tranſierat:ita itinera & loca lapidoſa ſtrues comburendo:& acetum iniiciendo patefecit ut ea elephantus oneratus ire poſſet:qua antea unus homo inermis uix poterat repere:& cum iam romanos tribus prælus ꝓfligaſſet:pergens inde ꝑ ligures:& apoeninū tranſiliens petebat hetruciam:quo itinere apud ea loca ubi nunc eſt florentia:adeo graui oculoruꝫ morbo afficit̃:ut dextrum perdiderit:uel ut alii dicunt nunq̄ eo bene uſus ſit.Qua ualitudine cum etiam ꝑmeretur.Et gætula ducem portaret belua luſcum.C.Flammineū conſulem apud thraſumenū cum exercitu inſidiis circūuentum occidit:inde in appuliā pergens maxima clade romanos apud cānas effecit:ſed tandem ſemꝑ inuictus cogitur a ciuibus ſuis italiaꝫ relinquere:& opē patriæ afferre:quæ a.p.Scipione premebatur:a quo ī aphrica apud rhamā deuictus:dum ꝓ reparatione acerrime eſſet occupatus:carthaginenſes bellum cū romanis cōpoſuerunt.deinde cogentibus romanis cū in exilium mitteretur:ad Antiochum regem ſyriæ confugit:q cum contra romanos bella pararet:& Hannibalis conſilia ſperneret quē ſuſpectum ſermones cū Villio romanoꝝ legato apud epheſum reddiderant:a romanis uictus Antiochus & ad pacem coactus:Hannibali ſignificauit illum peti a romanis:qui cum aufugiſſet ad Pruſiam regem bithiniæ:& eodem modo eius regis cum romanis res ꝓcederent:non illi ſimiliter romanoꝝ poſtulationem rex perfidus indicauit:ſed cū in romanorum manibus hoc eſt Titi Quinti:qui ob eam cauſam uenerat:ut Hannibalem romam captiuum duceret:ita tradidit ut uix tempus ſumendi ueneuuꝫ:quod in annulo regio more gerebat:ei ſuperaſſe poſſet qui quidem aunulus:ut dixit Iuuena.fuit cannaꝝ uindex:ac tanti ſanguinis ultor & ſequit̃:Idemens & ſæuas curre per alpes.Vt pueris placeas:& declamatio fias:hoc eſt illis pueris:qui in rhetorum ſcholis Hannibalis geſta ꝓ declamationis ſuæ materia aſſumere cōſueuerant:deceſſitq; teſte Aemilio Probo anno ſeptuageſimo uitæ ſuæ.

H armonia cum aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris concentus ſeu magis ꝓportiōalitas.Nam deſcendit ab αρμοζω quod eſt.coapto:fuit etiam fœminæ nomen quæ filia fuit Gelonis ſyracuſarum regis:& uxor Themiſtii ſyracuſani:quæ deinde ut omnis ſtirps regia tolleret̃ occiſa fuit.

H armodius ſimiliter ſcribitur:& nomen fuit uiri proprium.

H armodotus cum.t.exili ſcribit̃:nomen fuit poetæ de quo nonnunq̄ Plutarchus meminit.

H armonides cum.i.latino ſcribit̃:fuit troianus:quem teſte Homero libro.v.iliados præcipuo quodam amo

re Mineruæ

re Minerua dilexerat:ideoqꝫ nihil eũ fugit:ꝙ fabrili arte effici poſſit:is inter alia quæ fabrefecerat naues il
las Alexandro ædificauit:quæ fuerunt maloꝝ omnium:quæ troianis contigerunt caput:pernicioſas quidẽ
ac mortiferas:ut cæteris troianis:ita ipſi ædificatori:quia deorum monita non intellexiſſent.

H arpalice cum unico.l.&.i.latino atqꝫ.c.exili ſcribitur:fuit filia Harpali regis thraciæ & amazonum regina:
ut dixit Seruius ſuper primum æneidos:hæc cum ſenem patrem captuꝫ audiuiſſet a getis:congregata mul
titudine ſubito impetu perrexit & patrem liberauit:quod tetigiſſe uidetur Virgili.li.æneidos.i.cũ ait.Vel
qualis equos threiſſa fatigat Harpalice uolucreqꝫ fuga præuertitur hebrum.

H arpaſa cum unico.ſ.ſcribitur:oppidum eſt in aſia iuxta quod teſte Pli.li.ii.naturalis hiſtoriæ cautes ſtathor
renda uno digito mobilis:ea ſi toto corpore impellatur reſiſtens.

H arpe ſimiliter aſpiratur:fuit enſis falcatus:quo uſus eſt Perſius:unde Lucanus: Harpem alterius monſtri iã
cede rubentem: & ab αρπάζω quod eſt rapio nomen accepit.

H arpia cum diphthongo &.y.græco &.i.latino compacta ſcribitur: ſed aſpirandam eſſe oſtendit Heſiodus
in theogonia cum dixit ἠΰκόμους θ᾽ ἁρπυίας:ita ut cum debuerit eſſe.τ.ſimplex ſiue exile propter aſpi
rationem ſequentis dictionis conuerſum fuit in.θ.quod eſt aſpiratum per modum quem in præceptis expli
cauimus:unde & uerbum a quo deriuatur ſimiliter aſpiratur:ut αρπάζω.i.rapio:& ponunt̃ a poetis lati
nis tres.ſ.Aello Ocypete:& Celeno.ab Homero uero additur quarta.ſ.Thyella.

H arpalus cum aſpiratione & per unicum.l.ſcribitur:nomen eſt ꝓprium ad αρπάζω deductũ:fuit regis Cyri
præfectus:a quo teſte Iginio deducti fuerũt:qui ex terra phocide fugati ſunt:& quidã alii ueliã in agro Lu
cano reſederunt:unde uelinus dictus eſt portus:pars maſſiliã condiderũt:poſt annũ amplius ſexcenteſimũ
poſtqꝫ Aeneas in Italiam uenit:ex quo reprehendit Virgilium Iginius:qui in.vi.Palinuruꝫ inducit portum
hunc Aeneæ denominare & ſimiliter nonnullis aliis in locis quæ correcturuꝫ Virgi.exiſtimat:ut diffuſe Gel
lius li.x.noctium atticarum pertractauit.

H aſtrubal cum.t.exili a græcis & non cum.d.ut nonnulli ex noſtris cõſueuerũt ſcribit̃:frater Hannibalis fuit.

H eautótimorumenon prima aſpiratur:& reliquæ omnes ſine aſpiratione ſcribunt̃:& ſunt octo ſyllabæ:eam
græcam dictionem apud nos deſcribentes:q̃ Terentii unica comœdia inſcribitur:ſignificatqꝫ ſeipſum cru
ciantem:de quo ſane in ea comœdia pertractat:naꝫ componit̃ ex hac dictione εαυτον:quæ apud illos aſpi
ratur in initio & ſi ipſum deſignat:atqꝫ τιμορουμενον:quod ſignificat cruciantem: quia participium eſt
huius uerbi τιμωροῦμαι:quod eſt uindicor & crucior.Sane repperi ſæpius ab antiquis:quibuſdã grãma
ticis inductam eiuſmodi inſcriptionem cum participio in datiuo:pro quo nos quandoqꝫ ablatiuo utimur:
uidelicet τιμωρούμεν hoc eſt in ſeipſo uindicante ſeu cruciante hocqꝫ plærunqꝫ.

H ebdomada cum aſpiratione principii & unico.m.ſcribitur:dicitur a noſtris ſeptimana:nã deriuatur ab εβ
δομας :quod apud illos aſpiratur:& apud nos ſeptimum ſignificat.

H ebenum ſimiliter aſpiratur:& cum unico.n.ſcribitur:idqꝫ herodianus de orthographia atteſtatur:arbor ẽ
quæ in india naſcitur.Virgi.libro georgico.i.Sola india nigrũ fert hebenũ:nam eius lignum teſte Plinio li
bro.xii.naturalis hiſtoriæ nigri ſplendoris ac iucundi eſt:accendi Fabiauns negat:uritur tamen odore iucũ
do:ac Herodotus etiam in æthiopia comperiri dixit:cuius tributi uice regibus perſidis centenas phalãgas
tertio quoqꝫ anno penſitaſſe æthiopas cũ auro & ebore prodidit:eſtqꝫ generis neutri & fœminini:neutri q
dem ut Virgilius:Sola india nigrum fert habenuꝫ:fœminini uero ut Lucan⁹:Qui hebenus inq̃t mareotica

H ebe abſqꝫ diphthõgo ſcribitur:dicitur a poetis Iunonis filia ſine patre. Nam cum grãde cõuiuium Apollo
in domo patris Iouis Iunoni nouercæ paraſſet & ipſa auide lactucas comediſſet agreſtes:factum eſt:ut ex il
lis grauida fieret cum uſqꝫ in id tempus ſterilis perſtitiſſet:peperitqꝫ deinde heben:quæ quia formoſa erat
ab ipſo Ioue pincerna conſtituta eſt:& dea iuuentutis dicata:quæ deinde cum ſemel in deorum cõuiuio po
cula miniſtaret:& caſu in terra caderet:ueſteſqꝫ ſubleuarent̃:ita ut obſcæna diis monſtraret:indignatus Iup
piter eam ab officio amouit:& eius loco Ganymedem rapiens ſubſtituit:poſtremo Herculi in numero deo
rum iam aſſumpto coniunx dat̃:de quo Seneca in octauia inquit deus alcides poſſidet heben : nec Iunonis
iam timet iras:cuius gener eſt qui fuit hoſtis.& Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunqꝫ malo ait.Nec puer
iliados formoſa nec herculis uxor Ad cyathos.

H ebræus cum æ diphthongo in penultima ſcribitur:

H ebrus tam a noſtris q̃ a græcis aſpiratur fluuius eſt thracum celeberrimus: qui Ariſtotelis teſtimonio lib.ii.
meteororum ex monte pindo naſcitur.Seruius uero ex Oeagrio fluuio patre Orphei:qui etiam ex codeꝫ
monte pindo naſcitur ꝓfluere dixit:quod Virgilius tetigiſſe uidet̃ libro georgico.iiii.cum ait:Oeagri⁹ he
brus:& quia odryſſii montis niues eum plurimum augent:frigidiſſimum etiam reddunt: quare dixit Vir
gilius in Gallo:Si amore æſtuantes frigoribus mediis hebrũqꝫ bibam⁹:nos tunc quoqꝫ refrigerari non poſ
ſe.fuitqꝫ in illo ꝓiectum Orphei caput & lyra.

H ecate cum unico.c.exili atqꝫ.t.abſqꝫ aſpiratione ſcribitur:ponit̃ pro Diana:ſiue Luna ſeu Proſerpina. Naꝫ
hecaton apud græcos centum ſignificat:quem numerũ finitum ꝓ infinito ei antiqui ob mirabileꝫ potentiã
tribuebant:quod tetigiſſe uidet̃ Virgi.li.æneidos.vi.cum ait.Voce uocans hecatẽ:cæloqꝫereboqꝫ potentẽ

ubi dicit Seruius Hecate proſerpina dicta eſt:aut quod centum uictimis placetur:prout Menelaus conſtitu
it:aut quod centum annos errare faciat inſepultos.

H ecatóbe ſimiliter per unicum.c.exile atq;.t.ſine aſpiratione ſcribitur:ſacrificium erat centum boum:ut in
præcedenti uidimus dictione Iuuenalis in ſatyra:Natali coruine die:Exiſtunt qui promittũt hecatóben:q̃
ſi hecaton.i.centum βους:quo uocabulo utitur & Homerus.

H ecatópylon cum.c.&.t.exilibus atq;.y.græco ſcribitur:dici poteſt latine centum portarum ωπύλῶν eniꝫ
portarum deſignat.

H ector cum.ct.exilibus ſcribitur:fuit filius regis Priami ex Hecuba a poetis omnibus cantatiſſimus.

H ecuba cum unico.c.& illo exili ſcribitur:fuit regis Priami uxor:quã Homerus Dimantis filiam dixit:idq; te
tigiſſe uidetur Ouidius libro.xiii.metamorphoſeos cum ait.Ergo aliis latraſſe dimantida flebile uiſum ẽ.
Euripides uero non Dimantis ſed Ciſſei regis thracum fuiſſe dixit:queꝫ ſecutus Virgilius libro.ix.æneidos
dixit Ciſſeis prægnans ignes enixxa iugales:uidelicet cum pepererat Paridem:quia prægnans ſomniaue
rat ſe accenſam facem parere:quæ patriam totam inflammaret.fuitq; ſtatura grandi: & uirili animo pia &
benigna:ſed amiſſo uiro patria & nobiliſſimis filiis:in canem conuerſa ponitur ab Ouidio libro.xiiii.me
tamorphoſeos.

H edera cum aſpiratione & abſq; aliqua diphthongo ſcribi debet arboris:eſt genus aliis arboribus uel muris
inſidens:& ab ἑδρεζω quod eſt colloco uel inſide deducitur:& non ab hæreo uerbo latino:ut quidam pu
tauerunt:cuius primo diphthongum habet:& naturaliter producitur:& hedera primam corripit. hanc te
ſte Plinio libro.xvi.naturalis hiſtoriæ negauerat Theophraſtus naſci in aſia: nec in india:niſi in monte me
ro.quare Alexandrum ob raritatem ita coronato exercitu ob uictoriam ex India rediiſſe exemplo liberi pa
tris cuius dei ut ille inquit:Et tunc adornant thyrſo galeas:quinetiam hac ſcuta thraciæ populi in ſolenni
bus ſacris teſte feſto in tutela liberi patris eſſe putabatur:quia ut ille iuuenis ſemper:ita hæc uirẽs:uel quia
ita illa omnia ſicut ille mentes hominuꝫ illigat:ſed pergit Plinius inimica arbor ſatis omnibus:ſepulchraq;
ac muros rumpens:ſerpentium frigori gratiſſima:ut mirum ſit illam in honore ullo habitaꝫ.huius ut in ſe
quentibus ille idem oſtendit:ſpecies ſunt tres.eſt enim candida & nigra hedera:tertia uocatur hellix & ia
num:rurſus & hæ ſpecies diuiduntur in alias: quoniaꝫ eſt aliq̃ fructu tm̃ cãdida.alia & folia ſimili modo &
nigra:alicui ſemen nigrum:alii crocatum cuius coronis poetæ utuntur foliis minus nigris:quã quidam my
ſiam:alii bacchiam uocant:hellix uero fructum non gignit:eſt & alia rigens hedera : quæ ſine adminiculo
ſtat:ſola omnium generum:& ob id uocata cyſſos:de qua in ea dictione uidimus:& alia e diuerſo nunquaꝫ
niſi humo repens dicta chamecyſſos:ut etiam in ſimili dictione uidimus.at uero Seruius in bucolicis dixit
nigra autem uel alba hedera non ex foliis ſed in ligno cognoſcitur:& infra ſubdit Plinius hederæ mira ꝓ
ditur natura ad experienda uina:ſi uas fiat e ligno eius uina transfluere:ac remanere aquaꝫ:ſiqua mixta fu
erit:eadem teſte eodem Plinio in eodem libro ſi teratur lauro uel laurum conterat:ignem admoduꝫ ſilicis
& ferri concipit:ſane coronabantur hederæ poetæ:cum in certaminibus ex iudicuꝫ ſententia approbati fu
iſſent:ut inuentum epigramma apud hiſtonium frentanorum oppidum ſaxo inſculptuꝫ his uerbis indicat
L.Valerio pudenti.L.F.hic cum eſſet annorum.xiii.Romæ certamine ſacro Iouis capitolini luſtro.vi.clari
tate ingenii coronatus eſt inter poetas latinos omnibus ſententiis iudicuꝫ.huic plæbs uniuerſa municipiũ
hiſtonienſium ſtatuam ære collato decreuit:ideo & de ſeipſo dixit Ouidi.in.viii.de ponto.
Tempora ſacrata mea ſunt uelata corona.
Publicus inuito quã fouor impoſuit:ſed ꝗ ex hedera coronarentur oſtendit Virgilius in bucolicis cuꝫ ait:
Paſtores hedera creſcentem ornate poetam.Iuuenalis in ſatyra.Et ſpes & ratio inquit. Qui facis in parua
ſublimia carmina cella.Vt dignus uenias hederis & imagine macra.& Perſius ſimiliter. Quoruꝫ imagines
lambunt hedere ſequaces:& hoc ſiue a ſimilitudine perpetui uiroris:ſiue quia libero patri hoc eſt baccho
ſacrata ſit:& poetæ ut bachantes inſanire dicantur:ſiue ut alii dicunt:quia ex una parte folioruꝫ hederæ ui
ridior eſt:quo famæ æternitas indicatur:ex altera pallor quia poetas ipſos ex ſtudioruꝫ labore conſequi ui
debatur:ut Perſius in prima ſatyra:En pallor ſeniumq;.Iuuenalis ſimiliter de poetis qui tempore Mecœ
natis florebant locutus inquit:Tunc utile multis pallere & uinum toto neſcire decembri:itaq; cum trium
phantes duces lauro coronarentur:& Auguſtus non ſolum dux inclytus:ſed poeta clariſſimus fuerit:inq̃t
ad illum Virgilius.Atq; hanc ſine tempore circum.Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauro:ſunt & q ue
lint nonnunquam poetas etiam myrto fuiſſe coronatos: ut ingenii acumen : & ſcriptorum odor denotari
poſſet.

H egeſippus abſq; aliqua diphthongo &.i.latino atq; duplicato.p.ſcribitˀ:nomen eſt uiri proprium.

H egeſias abſq; diphthongo &.i.latino ſcribitˀ:fuit unus philoſophus cyreniacus:qui copioſe diſputauit de
bono mortis:alter fuit ſtatuarius qui teſte Quintiliano in.xii.duriora:& tuſcanicis proxima effingebat.

H egeſipyle antepenultima cum.i.latino:& penultima cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto lib.vi.hi
ſtoriarum Holori regis thraciæ filia:quam Milciades athenienſium dux uxorem accepit.

H electrum cum unico.l.&.ct.exilibus ſcribitˀ:græcum uocabulum eſt ab ἥλιος quod eſt ſol deductum: ut

uidebimus in dictione heliades:& eſt ſuccus ex arbore pinei generis profluens: & ob id a latinis ſuccinum appellatum:a cuius coloris ſimilitudine puto eam mixturam helectrum dici:quæ ex parte quadam auri & argenti conficitur:dicente Plinio libro.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ:aurum in quo quinta argenti portio eſt: helectrum uocatur:& ſi quintam portionem exceſſeris incudibus non reſiſtit:& ut pergit:eſt etiaꝫ helectro auctoritas Homero teſte:qui Menelai regiam auro helectro argēto ebore fulgere tradit:Mineruæ templū habet lyndos inſula rhodiorum:in quo helena ſacrauit calicem ex helectro.

H elicon abſq; diphthongo & cum unico.l.atq;.i.latino &.c.exili ſcribit':unus eſt ex iugis parnaſi:qui & alio nomine cyrrha dictus eſt:fuitq; Apollini ſacer:ut in dictione parnaſus uidebimus.

H elios cum.e.abſq; diphthongo & unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris Sol:& inde heliades heliogabalus & plura alia deducuntur.

H eliogabalus cum ſimplo.l.atq;.i.latino ſcribitur:fuit naturalis filius Antonii Cara callæ: illiq; eo tempore ex Semiamira formoſiſſima fœ nina apud phœnices genitus:quo pater eius Seuerus cum parthis bellū habuit:hic cum adoleſcentulus eſſet:factus eſt ſacerdos Solis apud phœnices: unde Heliogabali cognomen adeptus eſt.Nam helios ut diximus: ſol eſt: & gabalus teſte Seruio ſuper ſeptimum æneidos illius propriū nomen fuit:uel ut alii dicunt lingua phœnicia ſacerdos.deinde artificio matris ad imperium apud antiochiam aſſumptus eſt interfecto.ſ.Macrino:qui firmata iam pace cum parthis libidinoſe cum illa uiuebat. Quare ad urbem ueniens Heliogabalus a ſenatu impetrauit:ut mater in ordine ſenatorio locaretur: quæ prima fœmina in eo ordine fuit:ut hæc & reliquam Heliogabali ſpurciſſimam uitam Helius lampridius ꝑtractauit.

H eliopolis cum ſimplo.l.&.i.latino utrobiq; ſcribitur:ciuitas eſt ægypti: quæ a græcis teſte Diodoro ſiculo thebæ dicitur:huius ciues teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo apud ægyptios omnium ſapientiſſimi habentur:altera eſt in cicilia patria Cryſippi ſtoici:ut oſtendit Solinus cum de cicilia tractat.

H eliades cum uuico.l.&.i.latino ſcribitur:patronymicum eſt fœmininum ductum ab helios qui eſt Sol. Naꝫ ſorores dicuntur phæthontis:quæ fraterna funera iuxta eridanum deplorantes conuerſæ dicūtur in alnos dicente de illis Virgilio in ſileno.Atq; ſolo ꝓceras erigit alnos:uel in populos:ut dixit Ouidi⁹ quæ ſane arbores ut aiunt cum ſol torrens Iunio Iulioq; menſibus cancrum atq; leonem attingit æſtu ualido fiſſis cordicibus ſuccum ſui liquoris in eridanum fluuium iaciunt:qui cum in lapidem obduretur helectrum dicit': quia Sol helios appellatur:& illud ex ui ſolis originem ducere dicunt.unde Ouidius libro metamorphoſeos.ii.Stillataq; ſole rigeſcunt De ramis electra nouis:quæ lucidus annis Excipit:& nuribus mittit geſtanda latinis:hocq; prius græci poetæ fere omnes dixere ut Aeſchilus:Polyxenus:Euripedes:Satyrus & Nicāder:quod ſane dictum:ut ait Plinius libro.xxxvii.naturalis hiſtoriæ falſum eſſe italiæ teſtimonio patet: ubi helectrum naſci nunquaꝫ compertum eſt:quare infra ſubdit certum eſſe gigni in inſulis ſeptētrionalis oceani:& a germanis appellari gleſſum:ob quod a noſtris unam earum inſularum gleſſaria eſt appellata: Germanico Cæſare ibi claſibus rem gerente:& ſubdit.naſcitur auteꝫ defluente medulla ex arboribus pinei generis:ut gummi i ceraſis:reſina in pyris erupti humoris abūdantia.Denſatur rigore uel tēpore aut mari cū intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis:& infra ſubdit arboris ſuccuꝫ etiaꝫ eſſe priſci noſtri credidere:ob id ſuccinum appellantes:ſed famam rei priſcis poetis teſte eodem Plinio fecere ꝓximæ pannoniæ id accipiētes circa mare hadriaticum:& pado annexa fabula fuit:quia tranſpadanorū agreſtes fœminæ ſuccina decoris gratia maxime geſtare conſueuerant:ac etiam hodie obſeruant:uerum cum ex illis precioſa pocula ſuccauerētur:dixit Iuuenalis in ſatyra:Si te propoſiti:Ipſe capaces heliadum cruſtas & inæquales berillos: uidelicet ob ſculpturæ artificium:uel ob aliarum gemmaruꝫ ornamenta.nam ut ſubdit Birrho ut multi gemmas ad pocula tranſfert a digitis:quas in uagine fronte ſolebat Ponere zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ regi.ſ. mauritaniæ:cui iuuenis Aeneas prælatus fuit:de quo Virgilius libro æneidos.iiii.Aſt illi ſtellat⁹ iaſpide fulua enſis erat:& reliqua quæ hunc Iuuenalis locum explanant.

H eliotropia cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribit':herba eſt quæ ad motum Solis conuertitur:& componitur ab helios:quod eſt ſol:& τροπη conuerſio:ab aliquibus heliotropium ſcribit'.

H elichryſios cum.ch.aſpirato ſequente.y.græco in eadem ſyllaba ſcribitur:ſecundum nonnullos:flos eſt: q teſte Pli.lib.xxi.naturalis hiſtoriæ habet folia auro ſimilia:& tenue cauliculum grandeq; ſed durum:& cōponitur dictio ex ἕλιον qui eſt Sol:& chryſos aurum quaſi aureus flos eſſe uideatur: & propterea rectius ſcribit' ſine aſpiratione in principio.

H eleus cum unico.l.ſcribitur:nomen fuit Bacchi a ciuitate helidis:ubi plurimum honoratus fuit tractum.

H elicopis cum unico.l.&.i.latino utrobiq; atq;.c.exili ſcribitur:nomē fuit nymphæ.

H elena cum aſpiratione principii & unico.l.ſcribitur:habetq; apud græcos accentum in penultima:quem teſte Seruio ſuper.viii.æneidos commutauit in primam:de quo in dictione proſodia cauſam uidebimus:fuit filia Tyndari ex leda:quæ teſte Gorgia ex ſua admiranda pulchritudine uiſa eſt filia Iouis:quam primo uirginem Theſeus rapuit ſed intacta fratribus reſtituta fuit:nupſit deinde Menelao: & uiro abſente a Paride iterum rapitur:poſt cuius mortem nupſit Deiphobo fratri Paridis: tandem poſt Troiæ excidiuꝫ redditur

Menelaō:qui nauem cum illa aſcendit patriam petiturus : ſed acti tempeſtatibus in ægyptum ad Regem: quem Homerus Polybum uocat deuenere:nnde deſcendentes : atq; octo annis errantes:ut teſtis Euſebius in patriam tandem reducti ſunt:longe ante mortuo Agamennone:& illis forte diebus Aegiſtho ſane ex antiquis græcis ſcripſere nonnulli illam nequaquam a Paride raptam fuiſſe:ſed aliam cauſam troiani belli extitiſſe:quod .ſ. Herculem quærentem illam olim raptam a Theſeo & Protheo Regi ægypti cōmendatā ſuſcipere noluerunt:ad quam petendam Menelaum ad ægyptum poſt bella troiana profectū ferunt. hocq; ex relatu Porphyrii in quibuſdam gloſulis ſuper Homerum accæpi:Sed quæ ſupra diximus poetæ omnes græci quos legimus latiniq; confirmant eandem fuiſſe immortalem ex longa ætate computare uoluit Seruius ſuper ſecundum æneidos dicens conſtare fratres eius cum argonautis fuiſſe:argonautarū uero filios cum thebanis dimicaſſe:quorum iterum filios contra troiam bella geſſiſſe. ſȝ utrunq; res fuerit:rettulit Iſocrates illam ſenio iam confectam:& in rugas faciem contractam:per ſpeculum inſpicientem uiros illos fortes:ſeu heroas & ſemideos:ut uerbis Homeri loquar:longo riſu ridere conſueuiſſe : qui pro tam conducatáque fallaci re tanto ardore ac pertinacia depugnaſſent :non enim ob aliud pugnaſſe ab Homero dicuntur:quia reſtituta helena ſe receſſuros promittebant. Ouidius uero illam fleuiſſe dixit:cum ait libro quintodecimo metamorphoſeos.

Flet quoq; ut in ſpeculum rugas aſpexit aniles.
Tyndaris:& ſecum cur ſit bis rapta requirit.

Helenius cum unico .l. & .i. latino ſcribit':flos dicitur teſte Plinio libro .xxi. naturalis hiſtoriæ ex lachrymis Helenæ natus:& ideo in Helena inſula ut ait laudatiſſimus. eſt autem frutex humi ſe ſpargens drodantalibus ramulis folio ſimili ſerpillo.

Helcus cum .c. exili ſcribit':ideſt quod a nonnuſlis ex noſtris hulcus ſcribitur.

Helorus cum unico .l. ſcribituir:fluuius eſt ſiciliæ teſte Plinio libro .iii. naturalis hiſtoriæ: qui campis ut nilus ſuperfunditur:dicente etiam Virgilio li .iii. æneidos. Exupero præpingue ſolum ſtagnantis helori.

Helops cum unico .l. ſcribitur:piſcis eſt:quem teſte Quintiliano libro .v. de inſtitutione oratoria ait ſcarū noſtro mari non ducas. unde columella li .ix. ait pamphylio ꝓfundo & nec alio paſci.

Heliſabet cum unico .l. & .i. latino atq; .t. exili in fine ſcribitur:nomen hebrææ fœminæ ꝓprium.

Hellin cum duplicato .l. & .i. latino ſcribitur:fuit Ariſtarcho teſte ſuper decimum odyſſeæ Deucalionis filius a quo græci hellines uocitati fuerunt: ut uidebimus in dictione Pyrrha.

Hellas cū duplicato .l. ſcrbitur:regio eſt:de qua in dictione attis plene uidimus:& teſte Plinio. lib .iiii. naturalis hiſtoriæ ab iſthmi anguſtiis incipit:a noſtris appellata græcia:ſic quoq; a græco Rege:qui primꝰ in illa regnauit:a cuius filia uocata eſt Attis:deinde ab Helline Deucalionis & Pyrrhæ filio dicta fuit hellas: ſed nos antiquius nomen ſeruamus:ac græciam dicimus.

Helle huius helles cum duplicato .l. ſcribimus:fuit Athamantis argiuorum Regis filia:& Phryxi ſoror:ut uidebimus in dictione Phryxus.

Helleſpotus cum duplicato .l. & .t. exili ſcribitur:mare eſt illud ſtrictum : quod a tenedo uſq; ad ꝓpontidem uergit ab Helle denominatum:ut uidebimus in dictione Phryxus:& inde helleſponticus & helleſpontiatꝰ ut Virgi. libro georgi .iii. Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi.

Helleborum cum duplicato .l. ſcribitur:herba eſt medicinalis:quæ plurima naſcitur in anticyra inſula:ut ī ea dictione uidimus:& uocatur teſte Plinio libro .xxv. naturalis hiſtoriæ apud italos ueratrum:ſuntq; teſte Aulo Gellio li .xvii. duæ eius ſpecies coloris inſignes candidi & nigri:qui non in ſente neq; ī uirgultis:ſed in radice dignoſcunt':de quibus plura ſcribuntur.

Hellix cum duplicato .l. & .i. latino ſcribitur:genus eſt hederæ:ut in ea dictione uidimus: quæ apud nos lubricum indicat.

Hemis cum aſpiratione principii & .i. latino ſcribitur:apud nos traducitur:ut plurimum ſemis. nā græce ſcribitur ημισ cuius aſpiratō in .s. noſtrum conuerſa fuit & ultima littera abiecta.

Hemicyclus componitur ex hemi quod eſt ſemis & cyclus abſq; aſpiratioue & .y. græco:quod eſt circulus:q̄ſi dimidius ſit circulus.

Hemina cum aſpiratione principii & .i. latino ſcribitur:genus eſt uaſis:quo uinum uel frumentum uendebat' & ab hemis deſcendit quod eſt ſemis:quaſi media ſit ſextarii:quod Gellius libro .iii. noctium atticarū oſtē diſſe uidetur:qum de dimidio & dimidiato loquens inquit ſi ſextario hemina fuſa eſt:non dimidiatum ſextarium fuſum dicendum eſt ſed dimidium. Perſius in ſecunda ſatyra:Fregerit heminas arreti ædilis iniquas unde accentum detinet in penultima & inde heminaria quaſi mediocris dici poteſt. Quintilianus libro .vi. de inſtitutione oratoria Fabius maximus incuſans Auguſtæ congiariorum:quæ amicis dabantur:exiguitatem heminarium eſſe dixit:ſane congiarium id uini eſt:quod a principe aliquo doni gratia in populum datur:eſt etiam menſura quædā:ut Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo:& inſtrumento legato oſtendit cum ait:item urnæ:æreæ & congiaria ſextaria.

Hemiſpærium cū .i. latino utrobiq; ſcribitur:dicitur a noſtris media ſpæra.

H emiſticos cum.i.latino utrobiq; &.t.exili atq;.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris medius uerſus:nā στίχοσ græce latine uerſus dicitur:ſed in neutro poſuit Seruius ſuper primum georgicorum cuȝ ait:& ē Virgilii hoc hemiſtichon unum de multis:unde etiam a multis hemiſtichium nuncupatur.

H eniochus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribit᷑:dicitur a noſtris auriga.

H eracleus cum.c.exili &.e.in penultima ſcribitur:nomen fuit nonnulloꝝ imperatorum romanoꝝ compoſitumq; eſt ex ἥρα quod Iuno:& κλέοσ gloria:quaſi Iunonis ſit gloria.

H era cum.e.abſq; diphthongo & unico.r.ſcribitur:dicitur latine Iuno:quo uocabulo etiam antiquiores noſtri uſi ſunt:ut Ennius in oratione Pyrrhi cum captiuos romauis reddidit:Ferro non auro tandem certem⁹ utrinq;:Vos ne uelit an me regnare hera:quidue ferat ſors uirtute experiamur.

H eraclea cum.c.exili ſcribitur:& componitur ex hera quæ eſt Iuno & cleos gloria quo nomine plures urbes cognominatæ fuerunt:nam una eſt in radicibus montis oetæ in plano poſita:quā aſaris flumē alluit: ut oſtēdit Liuius libro.v.de bello macedonico:alia fuit in propontico:quæ prius perinthus uocabat᷑:& ut quidaȝ ferunt ab heraclio conſtantinopolitano imperatore heraclea cognominata fuit:in hac fuit amphitheatruȝ unnm ex ſepteȝ ſpectaculis orbis:alia fuit in ponto boeticorum colonia:alia in Italia in finibus campaniæ.

H eraclides cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit heracleotes philoſophus ex ponto & filius Euthyphonis: fuit uir diues:qui athenas proficiſcens Speuſippum primo audiuit:& licet etiam pythagoreoruȝ fuerit auditor:Platonem tamen imitari ſtudebat:molliori ueſte utebatur.fuitq; adeo tumens:ut attici non ponticum ſed pompicum uocarent:fecit dialogos plures & tragœdias.Sunt qui aſſerant illum patriam a tyranno liberaſſe:eo.ſ.necato:ut teſtatur Demetrius Magneſius:qui inſuper addit draconem illum nutriuiſſe:& cuȝ iam moriturus eſſet iuſſiſſe cuidam ex neceſſariis:ut corpus occuleret:draconeȝ lectulo ſupponeret: ut putaret᷑ ad deos migraſſe:quo facto efferentibus heraclidem ciuibus eumq; laudibus ꝓſequentib⁹:draco clamore audito ex ueſtibus ꝓdiens multos perturbauit:poſtea manifeſta ſunt omuia.Ideȝ de illo Hippot⁹ rettulit.Fuere heraclides quattuordecim:primus hic ipſe.Secundus conciuis huius:qui pyrrhicas nugas conſcripſit.Tertius cumanus:qui perſica quinq; libris abſoluit.Quartus cumanus orator qui artes rhetoricas ſcripſit.Quintus alexandrinus.Sextus itidem alexandrinus perſicarum ꝓprietatum ſcriptor.Septim⁹ dialecticus Bazileites:qui contra Epicurum ſcripſit.Octauus medicus iceſiū.Nonus medicus carentius empericus.Decimus poeta qui præcepta conſcripſit.Vndecimus ſculptor phocenſis.Duodecimus argutus epigrammatum ſcriptor.Decimuſtertius magneſius qui mithridatica ſcripſit. Quartuſdecimus qui de aſtrologia libros compoſuit.

H eraclitus cum.c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribitur:fuit Epheſius philoſophus Bliſonis: ſiue ut alii dicunt heratonis filius.hic teſte Laertio inter cæteros elato animo fuit:& omnes contēnens dicebat᷑ Homerum dignum ut de certaminibus eiiceret᷑:colaphiſq; cæderent:nec aliquem audiſſe ferunt:ſed per ſe oīa didiciſſe de republi.& de theologia diſſeruit:& librum illum in templo Dianæ repoſuit obſcure ſcriptuȝ:ut ſoli docti intelligerent:ne ſi nulgo tractaret᷑ fieret contēnibilis.noluit ad Darium Hyſtaſpis filium & regem ꝑſarū accedere:qui eum benigniſſime per epiſtolam conuocabat:ſeceſſit deinde in montes & ibi olera comedēs: decidit in morbū intercutis:quare in urbem rediens ſciſcitabat medicos per ænigmata :an poſſet ex imbre ſiccitatem facere:illis non intelligentibus introiens in ſtabulum bouinuȝ:& ſe fimo bubalino obruens:credens illo calore poſſe humorem exſiccare interiit:ſexageſimum annum agens:fuitq; teſte hermippo ſepultus in foro.Quinq; fuerunt heracliti:primus hic:ſecundus poeta lyricus:tertius halicarnaſeus uir elegans quartus leſbius qui macedonum ſcripſit hiſtoriam:quintus ridiculus uir.

H ercules cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:& interpretatur ἥρασ.i.Iunonis κλέοσ gloria:quaſi illa perſequēte magnam gloriam ſit conſecutus:& dicit᷑ a poetis omnibus Iouis ex Alcmena filius apud thyrinthiam urbem natus & educatus:& ut dixit Macrobius libro ſaturnalium:non exiſtimes Alcmenæ apud thebas boetias natum ſolum uel primum Herculem nuncupatum:imo poſt multos atq; poſtremos ille hac appellatione dignatus eſt:honoratuſq; hoc nomine:quod multa fortitudine nomen dei ꝓmeruit.Varro etiam cū nominaſſet quadragita tres Hercules adiecit poſtea ꝙ omnes qui aliquid fortiter feciſſent Hercules uelut appellatiuo nomine dicti fuerunt.Sed huic qui Iouis filius dictus fuit:cuncta poetæ abſq; aliorū differētia tribuunt.itaq; eius laudes & duros mille labores diuinæ Virgi.li.æneidos.viii.proſeqtur:Vt prima nouercæ
Monſtra manu geminoſq; premens eliſerit angues.
Vt bello egregias idem diſiecerit urbes.
Troiáq; œchaliáq;:& ſubdit:Tu nubigenas inuicte bimembres.
Neleum pholeūq; manu:tu creſia mactas:
Prodigia:& uaſtum nemeæ ſub rupe leonem:& reliqua:quibus Martialis libro.iiii.epigrammatum alia ſuperaddidit dicens.
Si cupis alcidæ cognoſcere facta prioris.
Diſce:lybin domuit:aurea poma tulit.
Peltatam ſcythico diſcuſſit amaſona doro.

Aeripedem ſiluis ceruam:ſtymphalidas undis.
Abſtulit:a ſtygia cum cane uenit aqua.
Fœcundam uetuit reparari mortibus hydram.
Heſperias tuſco lauit in amne boues.

H ercynii cum.c.exili ſequente.y.græco atq; .i.latino in penultima ſcribitur:populi ſunt teſte Herodoto uetus pelaſgorum colonia.

H ercynia eodem modo ſcribi exiſtimo:ſilua eſt teſte Pomponio mella in Alemania maxima: quæ dierum.lx. iter occupans:ut maior aliis ſiluis quæ in germania ſunt ita notior.

H ermagoras in initio aſpiratur:Sane maiores noſtri non in as ſed in.a.finiebant:ut Cicero in rhetoricis & in Bruto Hermagora ſemꝑ ſcripſit:quia teſte Quintili.nõ temere maſculina græca in.a.atq; in.s.littera exire recto caſu patiebant᷑:unde ab antiqnoꝝ pleriſq; Aenea & Anchiſa ſcriptũ fuiſſe dixit:& Pelia ꝓ pelias apd᷑ Celiũ legebat᷑:& apud Meſſalã bene fecit Euthia.fuit itaq; hermagoras rhetor græcus:& teſte Quintilião circa finem tertii libri de inſtitutione oratoria:uir quidaꝫ ſubtilis:& in omnibus admirandus.

H ermes cum aſpiratõe principii ſcribitur:dicit᷑ a noſtris Mercurius:qa mercibꝰ præeſſe aſſerit᷑: ſed ꝓprie interpres traducit᷑.Virgi.li.æneidos.iiii.Nunc etiã interpres diuuꝫ Ioue miſſus:& ut Cotta põtifex apud Ciceronẽ de natura deoꝝ oſtendit:quinq; fuerunt Mercurii:quoꝝ quattuor ꝑ ordinẽ enumeratis:quintũ cũ fuiſſe dixit:a quo ſit Argus occiſus:ob eãq; cãm in ægyptũ ꝓfugiſſe tradidit:a quo apud eos primꝰ anni mẽſis:hoc ẽ ſeptẽber nomẽ accæpit.idem oppidũ condidit:quod etiã nunc græce hermopolis:hoc ẽ Mercurii ciuitas nuncupat᷑:qui tam&ſi homo fuit antiqſſimus:tamẽ & inſtructiſſimꝰ in oĩ genere doctrinæ: adeo ut ei multaꝝ reꝝ & artiũ ſcientia Trimegiſto:hoc eſt ter maxĩo cognomen imponeret:ſcripſitq; libros multos ad cognitionẽ diuinaꝝ reꝝ pertinentes:qui adhuc apud græcos extãt & quorũ magnã partẽ ego perlegi.

H ermaphroditꝰ cum.ph.aſpirato.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit Mercurii filius ac Veneris:ex quoꝝ nominibus compoſitũ ipſe nomẽ habuit.nã hermes ut uidimꝰ eſt Mercu. & aphros ſpuma.i.Venꝰ:quæ ex marina ſpuma nata dicit᷑:de quo Ouidius li.metamorpho.iiii.ait.Et pater & genitrix amboꝝ nomen habenti: quin omnem illius explicat fabulam:& iam pro eo qui utrunq; ſexum habet accipi conſueuit.

H ermenia cum.i.latino in penultima ſcribit᷑:dicitur a noſtris interpretatio:& inde perihermenias:hoc eſt de interpretatione liber quidam Ariſtotelis inſcribitur.

H ermione cum aſpiratione principii: &.i.latino ſcribitur:fuit Menelai filia ex Helena coniuge: quæ puellula adoleſcentulo Horeſti Agamẽnonis filio deſponſata fuit:ſꝫ cum Aegiſtus regiã Agamẽnonis occupaſſet & Electræ induſtria eius manus euaſiſſet Horeſtes ut rettulit Sophocles in Electra conceſſit illam.
Aegiſtꝰ Pyrrho filio Achillis:q deinde ab Horeſte iterfectꝰ:ut oſtẽdit Virgi.in.iii.æneidos illã ad ſe reduxit

H ermus cum aſpiratione principii ſcribit᷑:fluuius ẽ lydiæ teſte Seruio:qui arenulas aureas ducit: dicente Virgilio libro georgicoꝝ.ii.Atq; auro turbidus hermꝰ:& teſte Herodoto li.i.apud ſardis fluit:quæ ciuitas fuit in lydia:& Crœſi regia:ut in ea dictione uidebimus.

H erne cum aſpiratione principii ab antiquis ſcriptũ cõperi:nec græcũ eſt:ſꝫ teſte Seruio ſuper ſeptimũ æneidos ſabinum uocabuluꝫ:qui a græcis originẽ habuerũt:& indicat ſaxa:unde hernici montes.i.ſaxoſi dicuntur.Virgi.uero ad maiorem expreſſionẽ inquit:hernica ſaxa colunt:quos diues anagnia paſcit.

H eros cũ aſpiratõe principii ſcribitur:& intelligit᷑ apud nos uir fortis & ſemideus:hoc eſt plus homine detinens:ut ait Heſiodus:ex quo herois patronymicum uoce & declinatione fœmininum deducitur. Ouidius li.ii.de ſine titulo.Tu quia tam longa es ueteres heroidas æquas.

H erodotus cum aſpiratione principii &.t.exili ſcribitur:fuit hiſtoricus græcus oĩbus præferendus: cuius hiſtoriã magna cum uoluptate ſemꝑ legi.nã teſte etiã Quintiliano eſt dulcis cãdidus:& fuſus:ſcripſitq; hiſtoriaꝫ ſuã teſte Plinio li.xii.naturalis hiſtoriæ: anno urbis romæ trecenteſimo.x.

H eroſtratus cũ aſpiratione & reliqs ſine aſpiratione ſcribitur:& ualet interꝑtari heros exercitus:fuit uir ſceleſtus & ignauꝰ:qui ut nomẽ memoria ſceleris ꝓpagaret:incẽdiũ nobiliſſimæ fabricæ tẽpli epheſiæ Dianæ manu ꝓpria ſtruxit:ſicut ipſe cõfeſſus ẽ uoto adipiſcẽdæ famæ latioris:quo die Alexander magnꝰ natus eſt: poſt romã cõditam anno trecẽteſimo octogeſimoqnto:ut annotauit Solinꝰ:qd᷑ poſtmodum ut idem refert epheſii ad cultũ auguſtiorẽ reformauerunt Democrate architecto:qui alexandriam in ægypto iuſſu Alexãdri metatus fuerat:ut late de illo Vitruuius in ꝓœmio libri ſecundi de architectura ſcripſit.

H erſilla cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit Sabina Romuli uxor.

H eptamemeris uel heptimemeris mutatione.a.in.i.latinũ cũ aſpiratõe pricipii:&.t.exili ſcribit᷑:cæſura quædã eſt cũ ſyllaba naturaliter correpta in uerſu ꝓducit᷑:qd᷑ fieri ſolet in principio q̃rti pedis uel ſeptimæ ſyllabæ:ſi tres ſpõdei præcedãt:quaſi ſeptima dicat᷑ diuiſa pars:naꝫ ab ἑπτα quod ẽ ſeptẽ:& μέρι ξω quod eſt diuido componitur.

H eptaporus cum aſpiratione principii:&.t.exili ſcribitur:fluuius fuit troiæ:ut oſtendit Homerus circa initiũ libri.xii.iliados.nam componit᷑ ab ἑπτα quod eſt ſeptem & πόροσ meatus.

H eſiodus cum aſpiratione principii:&.i.latino ſcribitur:fuit poeta antiquiſſimus dii filius ex Pycimide uxo

re:qui cum æoles cumæi eſſent:& paupertate nimia eo in loco grauarent̃:relicta patria ad aſcraꝫ uicũ boe
ticorum cõfugerũt:ut græci omnes Heſiodi expoſitores atteſtant̃:& ſubdit cũ oues patris in pnaſo monte
depaſceret:raptus a muſis ex lauro heliconis coronatus:& poeta ab illis conſtitutꝰ eſt:qđ Oui.li.faſtoꝝ.vi.
tetigit cũ ait:Ecce deas uidi:non quas præceptor arandi. Viderat:aſcræas cum ſequeretur oues.:& Virgiliꝰ
in bucolicis ad Gallum:Dixerit.

Hos tibi dant calamos:en accipe muſæ
Aſcræa quos ante ſeni:quibus ille ſolebat.
Cantãdo rigidas deducere mõtibꝰ ornos:& ut dixit Pliniꝰ lib.xiiii.naturalis hiſtoriæ primꝰ ipſe fuit:qui de
agricultura metrice ſcripſit:quẽ ſecutus Virgi.ait li.georgicoꝝ.i.Aſcræũq; cano romana ꝑ oppida carmẽ:
ſcripſitq; etiã ex his:quæ habemus theogoniã:& aſpida.hunc fuiſſe tẽporibus Homeri oſtendit Gellius ex
epigrãmate:quod apud heliconẽ in tripode muſis Heſiodus ipſe dicarat:cui ut dixit Quintilia. datur pal-
ma in illo mediocri genere dicendi:quod intelligo apud græcos.nam iudicio meo ſupereminet Virgi.

H eſperus cum aſpiratõe principii ſcribitur:ſtella eſt ſærotina:ut Virgil.in ultĩo bucolicoꝝ & tetigit cum ait:
Venit heſperus ite capellæ:& illa eadẽ eſt dicit̃ ueſper:idem libro.i.georgico.Quid ueſper ſerus uehat:qn
& ueſperugo ab aliquibus noĩatur:ut Plautus:nec ueſperugo nec uirgiliæ occidunt:a quo deductum ẽ uo
cabuluꝫ ueſpera & ueſpillo ꝓ his:qui funeradis corpibus officiũ gerunt:nam ut ait Feſtus:nõ ſic ab eo ꝑuo
uolatili dicunt̃:ſꝫ quia ueſpertino tẽpore eos efferunt: qui funebri põpa duci ꝓpter inopiam nequeunt:ut
Martia.Qui fuerat medicus:nũc ẽ ueſpillo diaulus. ſimili mõ & ueſptillio:qa ueſpere uolet.Rurſus & illa
eadem excogitata ſtella a Pythagora primũ fuit:quæ ante ſolem oriri conſpicit̃:& quæ tunc quoq; Lucifer
noĩatur:ut Virgi.in Damone.Naſcere præq; diem ueniens age lucifer almũ:qui græce φώσφοροσ dicit̃:
a nobis etiã nonnũquã iubar transfert̃:eo ꝙ eius ſplendor in modũ iubæ leonis diffundat̃.fuit etiã cogno-
minatus Heſperꝰ Atlantis frater:a quo quæ nunc hiſpania:tunc quoq; heſperia dicta fuit: qn & ab eodem
italiam heſperiam fuiſſe antiquitus nominatam graii auctores atteſtantur.

H eſperides cũ aſpiratione principii:&.i.latino ſcribitur:fuerunt teſte Seruio ſuper.iiii.æneidos Virgilii Atlã
tis filiæ.Lactantius uero grãmaticus ſup.ii.thebaidos dixit illas filias fuiſſe heſperi fratris Atlantis: qđ etiã
ipm nomẽ indicare uidet̃:hæ a poetis amœniſſimũ uiridariũ cuſtodire:cui inſomni dracone dicebantur:in
quo aureæ erant arbores aurea mala tenentes:quæ teſte Ouidio lib.metamorpho.iiii.quia Themis prædi-
xerat a quodam nato Iouis diripienda eſſe.Atlas pomariuꝫ montibꝰ circũſpſit. Sed tandẽ Hercules ad illa
rapiẽda ab Euryſtheo miſſus:occiſo dracone aurea mala tulit:dicente Lucano li.ix.ubi de hoc horto plura
locutus eſt.

Abſtulit arboribus precium memoriq; laborem.
Alcides:paſſuſq; inopes ſine pondere ramos.
Rettulit argolico fulgẽtia poma tyranno.Sane de horto & dracone quid fidei ratio attulerit: teſte Solino
hoc eſt flexuoſo inquit meatu æſtuariũ ferte mari:adeo ſinuoſis lateribꝰ tortuoſum:ut uiſcentibꝰ procul la
pſus anguineos fracta uertigine mentiatur:& quod hortos appellauere circundat:unde pomoꝝ cuſtodem
interpretantes ſtruxerunt iter ad mendacium fabulandi:cum ut pergit inſula ſit:quæ præter arbores olea-
ſtris ſimiles:& aram ſacram Herculi nihil aliud præferat:quo ꝓpaget uetuſtatis memoriaꝫ.idem Plinius li.
naturalis hiſtoriæ.v.& Martianus libro.vi.rettulerunt. Alii uero putant ouium greges ibidem fuiſſe:quæ
purpuream lanam ꝓducentes:ab Hercule raptæ fueruut:& cuꝫ μῆλον græce latine ouis dicat̃:occaſioneꝫ
fabulæ de malis aureis dediſſe perhibent:dicente Ouidio in prænominato li.iiii.de Atlante.

Mille greges illi totidemq; armenta per herbas.
Errabant:& humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiente micantes.
Ex auro ramos ex auro poma tegebant.

H eteron cuꝫ aſpiratõe principii &.e.abſq; diphthõgo atq;.t.exili ſcribitur:dicit̃ a noſtris alteꝝ: atq; reliquũ
& ut quidã putant deductũ ẽ:cæterũ ita ut aſpiratio in.c.noſtrũ iuxta ſimilitudinẽ ſcripturæ conuerſa ſit:&
ob id cæterũ ac cætera abſq; diphthongo ſcribenda eſſe:cuiꝰ contrariũ conſuetudo longa obſeruauit.

H eteroclitũ cum.c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris quaſi alternæ declinatum. nam ex
ἕτεροσ & κλιτὸν declinatum componitur.

H eterogenus uel heterogeneus eodem modo ſcribitur:& componitur:dici poteſt alterius generis

H etruria cũ aſpiratione principii &.e.abſq; diphthongo atq;.t.exili &.i.latino ſcribit̃:ꝓuincia ẽ italiæ: quæ
&ſi aliqbꝰ terminis apđ antiqſſimos deſignabat̃:ab hetruſcis tamẽ & latinis altero termino deſignata fuit
dicente Liuio libro primo ab urbe:pax inter hetruſcos & latinos ita cõuenerat:ut hetruſcis latiniſq; albula
quẽ nunc tyberim uocant finis eſſet.hæc Liuius:unde Seruius ſuper undecĩo æneidos id Virgilii exponens
Hetruſciq; duces equitumq; exercitus omnis ait:hetruria dicta ꝙ eius fines ꝓtenſi ſunt uſq; ad primam ri-
pam tyberis:& ſubdit:nam heteron eſt alterum:& oros finis uocatur:hæc ille.at conſtat heteron cum aſpi-
ratione ſcribendum eſſe:ſed ut ait Seruius:roma antea unam tñ tyberis ripã tenebat:ut Iuuenalis.Imperii

ſines tyberinum uirgo natauit:ut uidimus in dictione chloelia.

H examеron cum aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:ut.ſ.more græco dictio ipſa reſonat:licet ubi nos .i.latinum:græci.η.habeant quod in.e.noſtrum conuerti conſueuit:ſignificatq; apud nos ſex dierum:nam componitur ex ἕξ quod apud nos dicit ſex:& ἡμέρων dierum:inter quas compoſitas dictiones a cauſa euphoniæ interponitur.

H exametrum ſimiliter cum aſpiratōne &.t.exili ſcribitur:nam componitur ab ἕξ quod eſt ſex:& metron mēſura:quaſi ſex pedum.

H exagonium ſimili modo aſpiratur & cum.i.latino ſcribitur:dicitur quaſi ſex angulorum.

H yas cum.y.græco ſcribit̃:fuit filius Atlantis ex Aethra:de quo in ſequenti dictione uidebimus.

H yades cuꝫ.y.græco ſcribitur:fuerunt quinq; Atlantis filiæ quas ex Aethra ſuſceperat:fuit Oceani & Tethyos filia:& ante illas Hyam filium uirilis ſexus:dicente Ouidio lib.faſtorum quinto.

Nondum ſtabat atlas humeros oneratus olympo:
Cum ſatus eſt forma conſpiciendus hyas:
Hunc ſtirps oceani maturis menſibus æthra.
Edidit & nymphas:ſed prius ortus hyas.

Hic cum ſemel uenaretur a leæna interfectus eſt:quem ſorores adeo fleuerūt:ut omnes quinq; occubuerīt:a quo hyades cognominati ſunt:ut teſtis Muſæus poeta græcus:quæ deinde miſeratione deorum in cæluꝫ tranſlatæ in ore tauri collocatæ fuerunt:dicente Ouidio li.faſtorum.vi.

Poſtea lux hyades taurinæ cornua frontis.
Euocat:& multa terra madeſcit aqua.

Quare ab ὕω uerbo græco:quod latine eſt pluo: Cicero lib.ii.de natura deoruꝫ uerſus referens arateos illas dictas putauit.has ſuculas latine appellari dixit Seruius ſuper primum æneidos:unde Tullius Tyro.M.Ciceronis libertus in his libris:quos de uſu & ratione linguæ latinæ ſcripſit:adeo inquit ueteres romani litteras græcas neſciuerunt:& rudes græcæ linguæ fuerunt: ut ſtellas ĩ capite tauri ſunt:ꝓpterea ſuculas appellarint:qđ eas græci ὑάδεσ uocant:tanq̃ id uerbum latinuꝫ græci uerbi interpretamentum ſit:quia græci ὗεσ ſues latine dicant̃: ſed ὑάδεσ ĩquit οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν.i.nō a ſuibus ita ut noſtri opici putauerunt:ſed ab eo quod eſt ὕειν appellant̃.nam cum oriunt̃ & occidunt: tēpeſtates pluuias largoſq; imbros cient.Pluere aūt græca lingua ὕειν dicitur.hæc ille.nōnulli uero eas corrupte hædos uocant.at ſeptem aliæ ſorores dictæ fuerunt pleiades:ut in ea dictione uidebimus.

H iacynthus ab aliquibus & accuratiſſimis græcis ſic ſcriptum comperi:uidelicet cum aſpiratione principii & .i.latino penultima cum.c.exili &.y.græco:ultima cum.th.aſpirato. Et qui huiuſmodi ſcripturam confirmant:compoſitionem trahunt ex hia dictione dolentis:& cynthus qui ē Apollo a cyntho mōte dictus: hoc eſt Apollinis quærela:quā de amato puero:quem ille diſco agente borea interfecit:& in florem ſic dictū cōuerſus fuit:in quē ſimili modo Aiax cum ſeipſum interfecit conuerſus ſcribit̃ a poetis:quod tetigiſſe uidet̃ Oui.libro metamorphoſeos.xiii.cuꝫ ait.Littera cōmunis mediis pueroq; uiroq;.ſ.Hiacyntho & aiaci ĩſcripta ē foliis:hæc nōis illa querelæ:hoc eſt nōis Aiacis & q̃relæ Apollinis: ſꝫ cū in eiuſmodi foliis nō ꝓpendat̃ aſpiratio ipſius.i.latini:ſꝫ ſolū ſit.a.poſt.i.&.i.poſt.a.ſic uideliꝫ ἰάαι uoluerūt quidā ſcribendū eſſe ut diximus:ſꝫ ſine aſpiratione principii quā utiq; ſcripturā nōnulli ex accuratis græcis obſeruātes cōpoſitiōnē eē dicunt:exion quod ē uiola:& cynthos Apolline quaſi uiola ſit Apollinis:in quā amat⁹ puer cōuerſus eſt. at alii plures cōperiunt̃:qui eius dictōis primā cum.y.græco aſpirato ſignātes:penultīa cuꝫ.c.exili &.i.latino deſcribūt.uidelicet hyacinthus:cuius ſane cōpoſitionē aut deriuatōeꝫ ſecūdū eaꝫ ſcripturā nō noui: & hæc hacten⁹ de illius orthographia.Sane ex illo hiacynthin⁹ deriuat̃:quod accentū datinet in penultīa dictāte regula ꝙ oīa deſinentia in tinus:ita ut deriuatīa a primitiuis.t.litterā contrahāt:ꝓducūt penultimā ut ueſperta ueſpertæ ueſptinus.Cōſtans cōſtantis cōſtantin⁹.clemēs clemētis clemētinus & reliq̃:qđ ſi.t.primitia ipſa non detinent:corripiunt penultimā deriuatiua:ut cras craſtinus:diu diutinns:ſero ſerotinus:clam clādeſtinus mutatione.m.in.n.ob ipſius.d.litteræ conſequentiam.

H yæna prima cum.y.græco:penultīa cū.æ.diphthōgo ſcribitur:aīal eſt quadrupes:qđ creſcit in aphrica: ut oſtēdit Herodo.li.hiſtoriaꝝ.iiii.de quo Plini⁹ multa li.viii.naturalis hiſtoriæ rettulit:inter quæ ſcribit alternis annis maſculum eſſe & fœminam:quod Ouidius li.metamorpho.xv.prius tetigerat: cum ait.

Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis.
Alternare uices:& quæ modo fœmina tergo.
Paſſa mareꝫ:nunc eſſe mareꝫ miremur hyænā.

Addidit Plini⁹ illū ſermonē humanū inter paſtorum ſtabula aſſimilare:nomenq; alicuius ediſcere:quem euocatum foris lacerat:& alia de illa complura.

H yalus cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:dicitur a noſtris uitrum:quo uocabulo uſus Virgi.li. georgicoruꝫ iiii.ait.Mileſia uellera nymphæ Carpebant:hyali ſaturo fucata colore.

H iarbas cum.i.latino ſcribitur.& a græcis ſemper aſpiratum comperi.Nonnulli pœnicum uocabuluꝫ putāt fuit Iouis filius ex Garamantide nympha & getulorum rex:dicente Virgilio libro æneidos.iiii.Hic ammone ſatus rapta garamantide nympha:& reliqua.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

H ybla cum.y.græco ſcribitur:pars eſt atticæ regionis apibus & melle abundans:dicente Ouidio libro de põ
to.O mihi dulcior illo melle : quod in cæris attica ponit apis. nam dixerat prius Virgilius:Hiblæis apibus
florem de paſta ſalicti.unde teſte Plinio libro.xxi.naturalis hiſtoriæ mellis attici ĩ toto orbe ſumma laus exi
ſtimať:eſt etiam hybla teſte Seruio oppidum ſiciliæ:quod nunc dicitur mergara.

H ybernus cum.y.græco ſcribitur:& ab hyems certo deducitur:nec ab imber oriri poteſt:quia nec aſpirãduꝫ
eſſet:nec cum.y.græco ſcribi poſſet:cuius oppoſitum ſemper comperimus.

H ibex cum.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris capreolus proprie.

H ibiſcus cum.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribitur:herba eſt hibicibus grata ad edendum:

H ybrida prima cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris ignobiliter & contumelioſe
natus.unde ab ὕβρισ quod eſt contumelia deriuatur:quo uocabulo utitur Valerius libro.viii.cũ ait.Qu.
autem Varrus propter obſcurum ius ciuitatis hybrida cognominatus eſt.Horatius quoq; eodem uocabu
lo uſus eſt in primo ſermonum:Hybryda quo pacto ſit Perſius ultus opinor.

H icetaon prima cum.i.latino aſpirato:reliqua abſq; aſpiratione atq; diphthongo ſcribunť:fuit teſte Home-
ro li.iii.æneidos nobilis & egregius uir troianus.

H ydaſpes cum.y.græco ſcribiť:fuit antiquiſſimus rex medoruꝫ:a quo fluuius mediæ nominatiſſimus cogno
minatus fuit:quin & alius indiæ.

H idymeles prima cum.i.latino ſequens cum.y.græco ſcribiť:nomen eſt hominis ꝓprium.

H idragyron prima cum.i.latino penultima cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt a noſtris ſudor argenteus: naꝫ
componitur ex ιλρωσ:quod eſt ſudor:& ἀργύριον argentum.unde teſte Pli.lib.xxxiii.naturalis hiſtoriæ
inuicem argenti uiui dilatum fuit:de quo plura loquitur.

H ydria cum.y.græco & penultima cum.i.latino ſcribiť:diciť a noſtris urna:& ab ὕλωρ quod eſt aq̃ deduciť

H ydra & hydrus cum.y.græco ſcribitur:ſerpentes ſunt aquatiles:unde Hercules hydram occidiſſe dicitur:
quæ lernæam arcadiæ paludem incolebat:& ut dixit Virgilius libro æneidos.vi. Quinquaginta atris ima-
nis hiatibus hydra Sæuior intus habet ſedem:de qua Ouidius.lib.metamorphoſeos.ix.plura proſequiť
illam primo claua inuaſit Hercules:ſed peſtifero læſus afflatu:eandem ſagittis aggreſſus eſt:quibus ut hy-
dra læſa ſolitis latuiſſet cauernis lignorum congeſta ſtrue conſumpta eſt.

H ydropiſis prima cum.y.græco:ultima uero & penultima cum.i.latino ſcribitur:& deriuatur ab ὕδώρ qđ
eſt aqua.Nam infirmitas quædam eſt:quæ latine aqua intercus dicitur.Plautus in fibolaria:is mihi erat bi-
lis aqua intercus tuſſis febris:& inde hydrops & hydropicus:qui eam infirmitatem patitur.Horatius in.ii.
carminum:Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.

H ydarnes cum.y.græco ſcribitur:fuit nobilis perſa:qui teſte Herodoto cum Dario in maguꝫ coniurauit:ut ĩ
dictione Darius uidimus.

H yems cum.y.græco &.m.ante.s.ſcribitur:& ab ὕω certe quod eſt pluo deductum fuit:unde aſpirationem:
&.y.græcum ſuſcæpit.Priſcianus uero ab imber:quod græce ὄμβροσ dicitur deriuatuꝫ poſſe uideri aſſe-
rit.Varro etiam ut omnia linguæ latinæ tribueret ab hiatu dixit.

H yella cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo œnotriæ urbs a pho
cenſibus condita:

H ieros cũ.i.latino ſcribiť: & diciť a noſtris ſacer:a quo omnia deriuata & cõpoſita ſimili modo ſcribũtur:ut
Hierotheus:quod cum.th.in penultima ſcribitur:nomen eſt uiri proprium:quaſi ſacer deꝰ:Hieropolis no
men ciuitatis:quaſi ſacra ciuitas:& ſimilia eodem modo.

H ierarchia cum.i.latino utrobiq; &.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine ſacer principatus.Naꝫ componiť
ex ιερά quod eſt ſacer:& ἀρχία principatus.

H ierapicra cum.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribitur:dicitur ad uerbum ſacra amara:nam πικρά amara dici
tur:quaſi ea amara compoſitio ſacra eſſe dicatur:medicina quædam eſt.

H iera cũ.i.latino ſcribitur:& ſacra ĩterpretatur:nã inſula eſt inter ſiciliã & liparẽ Vulcano ſacra:quã dixit Pli
nius libro.ii.naturalis hiſtoriæ tempore ſocialis belli cum ipſo mari pluribus diebus arſiſſe: donec legatio
ſenatus romani hocipſum piauerit:de qua habebimus in dictione prologus:ubi antrum Vulcani a Iuuena
le poſitum explanabimus.

H iero cum.i.latino ſcribitur:fuit ſyracuſarum tyrannus:in quo pulchritudine corporis & uires fuerunt ad-
mirabiles:fuitq; in alloquio blandus:in negocio iuſtus:in imperio moderatus:adeo ut nihil niſi regnum ei
deeſſe uideretur:quibus dotibus ut ſcripſit Iuſtinus li.xxiiii.creatur dux aduerſus carthaginẽſes:mox crea
tur rex ſiciliæ conſentiente fauore omnium ciuitatum:de quo plura ibidem leguntur.

H ieri cum.i.latino ſcribitur:& interpretari ualet ſacri populi:ſunt teſte Herodoto lib. hiſtoriarum.iiii.ultra
ſauromatas:budinoſq; & thyſſagetas calui & ſimi a natiuitate omnes:hoc ẽ maſculi uel fœminæ:& pariter
barba habentes:qui iõ hieri.i.ſacri dicunť:quia nihil iniuſte agunt:nec bella norunt:ultra hos ut idem au-
ctor refert ſunt argippei monoculi:ut in ea dictione uidimus.

H ieroſolyma prima cum.i.latino & penultima cum.y.græco ſcribitur:nomẽ eſt urbis in palæſtina:de qua la-

te in ſacra ſcriptura habetur:ſed alia nonnulla nos in dictione ſolymi uidebimus.
Hieronymus prima cum.i.latino & penultima cum.y.græco ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.
Hilarus hilaris & hilaro uerbum cum.i.latino & unico.l.ſcribuntur:& iucundum deſignant.
Hilarion uel hilarius cuꝫ.i.latino utrobiq; ſcribuntur:& nomen eſt uiri proprium.
Hylas cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:fuit Thyodomantis filius pulchritudinis admirandæ:quem Hercules argonautis comes ſecum ad libidinem duxiſſe ſcribitur:idem cum myſiaꝫ argonautæ ueniſſent:& aquatum ad lacum quendam pergeret:raptus a nymphis fuiſſe dicitur.alii uero putant cum ad hauriendas aq̄s cum urna inclinaretur:illum in lacum decidiſſe:quod Iuuenalis confirmaſſe uidetur:cum dixit:Et multuꝫ quæſitus hylas:urnamq; ſecutus:& adeo ab Hercule quæſitus ꝙ teſte Virgilio in Sileno: Littus hyla hyla omne ſonaret.
Hylæa prima cum.y.græco penultima cum æ diphthōgo ſcribitur:ciuitas eſt ſcythiæ:ut ſcripſit Herodotus
Hylacus cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:fuit pater cuiuſdam Caſtoris dicente Homero libro.xiiii. odyſſeæ κάστορ ὑλαγιδησ.
Hyle cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:dicitur a noſtris materia.
Hyllus cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:fuit Herculis ex Deianira filius:de quo Seneca in Hercule œtheo plura ſcripſit.Ouidins uero libro metamorphoſeos.ix.oſtendit quemadmodum poſt patris mortem Iolen patris amaſiam iubente patre ſibi matrimonio copulauit.nā ut ait illam imperiis thalamoq; animoq; receperat Hyllus impleratq; uterum generoſo ſemine:& reliqua.
Hymnus cum.y.græco &.m.ante.n.ſcribitur:dici poteſt a noſtris canticum uel laus.
Himeridion cuꝫ.i.latino ubiq; ſcribitur:dicitur ab aliquibus diurnale:ab aliis uero quod paruum diem durat.nam diminutiuum eſt ὑμέρασ.i.diei.
Hymen cum.y.græco ſcribit':dicitur latine membranum:ſed ut græci nonnulli ferunt proprie.i.quo infans i utero circumuoluitur:unde nonnulli hymenæum dictum uolunt.
Hymenæus prima cum.y.græco & penultima cum æ diphthongo ſcribitur:fuit teſte Martiano Capella Veneris & Bacchi filius:dictuſq; nuptiarum deus cuius officium eſſe dixit pſallere in nuptiis:cantare ad thalamus & coronare limina ſertis.unde Ouidius heroicaruꝫ epiſtolarum ſexta de illo inquit.
Affuit & ſertis tempora uinctus hymen:ubi per apocopem reliquum ablatum fuit:uerum & pro ipſis nuptiis ſeu connubiis poſuiſſe uidetur Virgilius libro æneidos.iii.cum ait.Ledæam hermionem lacedæmonioſq; hymenæos ſecutus:& li.vii.Turniq; hymenæis.
Hymees cum.y.græco & duplici.e.ſcribitur: fuit uir perſa ex ducibus Darii de quo plura loquitur Herodotus circa finem libri quinti ſuæ hiſtoriæ.
Hymelle uel hymella cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:fluuii nomen eſt:de quo Herodotus libro.vi.& Virgilius libro.vii.meminerunt.
Hymetus cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:mons eſt teſte Plinio libro.iiii.naturalis hiſtoriæ in attica regione: qui teſte Solino omnium græcorum montium obtinet principatum & floribus ſemper ueſtit': dicente Ouidio libro metamorphoſeos.vii.Vertice de ſummo ſemper florentis hymeti:ob quod dixit Iuuena.in ſatyra:Exemplo quodcunq; malo:Duciq; ſenex uicinus hymeto de ſene.ſ.Socrate locutus:ex hoc eodem monte marmorum cruſtæ & trabes marmoreæ ſuccauabantur:dicente Horatio contra mecœnatem in odis:qui in ædificando ſumptuoſus nimium eſſe uidebatur.

Non ebur neq; aureum.
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes hymetiæ.
Premunt columnas ultima reciſas.
Aphrica:& in eadem oda.
Tu ſecanda marmora.
Locas ſub ipſum funus & ſepulchri.
Immemor ſtruis domos:& in alia oda.
Faſtidioſam deſere copiam:&
Molem propinquam nubibus arduis
Omitte mirari beatæ.
Fumum & opes ſtrepituſq; romæ.

Sane teſte Plinio.xxxvi.naturalis hiſtoriæ.L.Craſſus orator primus peregrini marmoris columnas habuit hymetias.
Hyperbole cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:dici poteſt eminentia:uel ut ait Cicero ad Herenium ſuperlatio:nam ex ὑπερ quod eſt ſuper & βολη quod eſt iactus componitur:unde figura tunc q; dicitur quando dictio excedens fidem ponitur augendi minuendiue gratia:augēdi quidē ut niue cādidior:leonibꝰ fortior minuēdi uero ut folii uolātis ſonitꝰ te terret uel ille tardior ē teſtudie:uel etiā quocūq; alio mō excederet:ut

Virgilius teſte Seruio in Daphnide: Nec ræta ceruis ulla dolum meditantur: & inde hyperbolicus idest ſu
perexceſſiuus.

H yperbaton cum.y.græco &.t.exili ſcribit̃: dici poteſt tranſgreſſio. nam ab ὑπερβαίνω deſcendit: quod eſt
tranſcendo: & eſt figura cum uerbum aut ſententia ordine cõmutatur: cuius quinq; ponuntur ſpecies ana-
ſtrophe: parentheſis: temeſis: ſyntheſis: & hyſteron proteron: ut in ſuis dictionibus uidebimus.

H ypallage cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur: dici poteſt a nobis ſubmutatio: nam componitur ex ὑπὸ
quod eſt ſub: & ἀλλαγὴ mutatio: dicitur figura cum uerba per aduerſum intelliguntur: ut Date claſſibꝰ
æquor: Et ſceleratã intorſerat haſtam.i.ipſe ſceleratus: & libro.x. Stigii per flumina fratris: pro ſtygia: & in
bucolico: Aduerſa tuentibus hirquis.i.oculis in hirquos.i.oculorum angulos retortis: ut dixit Seruius.

H ypanis prima cum.y.græco: ultima cuꝫ.i.latino ſcribit̃: nec niſi unico.p.deſignatur: fluuius eſt teſte Solino
ſcythicoruꝫ amnium princeps: quem tertium poſt iſtrum eſſe Herodotus libro hiſtoriarum.iii.rettulit: ut ĩ
dictione tyres uidebimus: & ut idem Herodotus pergit: eſt purus & hauſtu ſaluberrimus: donec calliopuꝫ
terminis inferatur: ubi cum fons ſit hamaxãpeus amara ſcaturigine infamis & illi ibidem cõmiſceatur: ipm̃
ſimili amaritudine inficit: dicente Ouidio li. metamorpho.xv.

Quid non & ſcythicis hypanis de montibus ortus.
Qui fuerat dulcis: ſalibus uitiatur amaris.

Et teſte Solino fuit Alexandri magni terminus: quem non exceſſit. ſicut illius aræ in eius ripis poſitæ atteſtã
tur. De illo ait Propertius. Quantum hypanis ueneto diſſidet heridano. ut Virgilius libro georgicoꝝ.iiii.
Saxoſuſq; ſonans hypanis: idem teſte Plinio libro.xi. naturalis hiſtoriæ circa ſolſtitium defert acinoruꝫ effi-
gie tenues membranas: quibus erumpitur uolucris quadrupes nec ultra unum diem uiuit: ob quod hime-
ridion appellatur.

H ypacaris prima cum.y.græco: penultima cum.c.exili: & ultima cum.i.latino ſcribitur: fluuius eſt ſcythiæ: q
teſte Herodoto li. hiſto.iiii. ſextus ab iſtro memoria dignus habetur.

H yperborei cum.y.græco ſcribitur: ſunt ſcytharum montes: & populi ſupra ipm̃ ſtellarum cardinem ꝓtenſi
quaſi ultra boream conſtituti: ac Feſtus ex eo ſic dictos putat. quia ibidem habitantes humanæ uitæ moduꝫ
excedunt: uiuendo.ſ. ultra centeſimum annum: hoc eſt ὑπερβέὔουτεσ ὄνον.ſ. humani ſæculi: de quibus
Herodotus plura dixit li. hiſtoriarum.iiii. & Plinius Solinuſq; & Pomponius.

H ypermeſtra cum.y.græco &.t.exili ſcribitur: fuit filia Danai: filii Beli. de qua uidimus in dictione belides.

H ypermeter cum.y.græco &.t.exili ſcribitur: qui & hypermetrus a nonnullis ſcribitur: eſt metrum una ſylla
ba ſuperabundans: ut Virgilius libro æneidos primo: lactemur doceas ignari hominũq; locorũq;. & libro
.iiii. Omnia mercurio ſimilis uocẽq; colorẽq;. idem libro.vii. Profuit aptato conduntur tybridis alueo: &
ut ait Seruius ſuper primum æneidos quotiens ſit hæc figura: debet ſequens uerſus a uocali incipere: ut in
omnibus illis ſit: niſi forte ſynæreſis fiat in fine: nam tunc quoq; neceſſe nõ eſt: ut ſequens uerſus a uocali ĩ-
cipiat: ut Virgi. hæc cura peculi: nam ſequitur alius. Quãuis multa meis exiret uictima ſeptis.

H ypenor cum.y.græco ſcribit̃: fuit princeps quidam troianus: quem teſte Homero lib.v. iliados Diomedes
in bello occidit.

H yperiochus prima cum.y.græco: antepenultima cum.i.latino: & ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur: fuit uir
troianus ab Vlyxe interfectus: ut oſtendit Homerus li.xi. iliados.

H yperion prima cum.y.græco & penultima cum.i.latino ſcribitur: hunc græci teſte Lactantio ſup.iii. thebai-
dos dixerunt Titani & terræ fuiſſe filium. Soliſq; & Lunæ ac Aurore patrem. de eodem meminit Cicero in
pronoſticis cum ait.

Vt cum luna means hyperionis officit orbi.
Stringuntur radii cæca caligine tecti.

H ypotheca prima cum.y.græco: penultima cum.ch.aſpirato: & ultima cuꝫ.e.exili ſcribit̃: cuius cõpoſitioneꝫ
uidimus in ante habitis: & teſte Vlpiano differt hypotheca a pignore: quia ꝓprie pignus dicimus: quod ad
creditorem tranſit: hypothecam autem cũ non tranſit poſſeſſio ad creditorem.

H ypocriſis cum.y.græco: penultima cum.c.exili &.i.latino: & ultima ſimiliter cuꝫ.i.ſcribitur latino: dici po-
teſt a noſtris diſſimulatio. nam componitur ab ὑπό quod eſt ſub & κρίσισ iudicium quaſi ſit iudicii ſub-
tectio: cum aliud in re ſit: aliud in iudicio hominum ſe oſtendat: qui hypocriſi utitur.

H ypocrita prima cum.y.græco: penultima cum.c.exili &.i.latino: ultima cum.t.etiam exili ſcribitur: dici po
teſt a noſtris ſimulator. Et is proprie eſt qui in ſpectaculo perſonam ſubdit alienam: ut ſeruus plerunq; do-
mini & priuatus regis: Quo pacto & in hac uita ſicut in orcheſtra complures ſeſe uiuendo ſpectandos ex-
hibent: aliaq; in corde geſtantes.

H ypopyrgium prima & antepenultima cuꝫ.y.græco ſcribũtur: componiturq; ex hyppo quod eſt ſub & pyr
gos turris: quaſi locus ſub turri.

H ypoſtaſis cum.y.græco & penultima cum.t.exili ſcribitur: dicitur a noſtris ſubſiſtẽtia: ab hypo quod ẽ ſub:
& σάσισ ſtatio: quin & a theologis quibuſdam perſona traducitur.

H ypozeuſis cuȝ.y.græco:penultima cum.z.conſonante & eu diphthongo:ultima cuȝ.i.latino ſcribitur: dici
poteſt latine ſubconiunctio.Nam componiť ab hypo quod eſt ſub & zeuſis coniunctő:& dicitur figura cũ
ſingulis ſenſibus ꝓpria aſſignatur clauſula:ut Virgilius libro æneidos.v.Regem adit:& regi memorat no
men genuſq;.Terentius in andria:eu aſtuta ꝙ ſi quieſcet nihil emali. Sed eccum ipſum Pamphilum uideo:
occidi.utinam mihi eſſet aliquid hic quo nunc me præcipitem darem.
H yphen cum.y.græco &.ph.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a nobis ſubunio:nam componiť ex ὕπο quod eſt
ſub & ἕν cum aſpiratione quod eſt unum:& tunc quoq; adeſſe dicitur cum plures dictiones ſub uno accen
tu leguntur:ut quando quidem ſimulac pro poſtq̃.
H yperiphania prima cum.y.græco & reliquæ cum.i.latino ſcribunť:dicitur a noſtris ſuperbia:& componiť
ex hyper quod eſt ſuper:& φανία apparentia uel ſplendor.
H ypperides cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Quintiliano in.x.orator dulcis & acu
tus temporibus Demoſthenis.
H ypſenor cum.y.græco ſequente.pſ. ſcribiť:fuit teſte Homero li.v.iliados filius magnanimi Dolopionis:q
erat ſacerdos Scamandri in tanto honore habitus ac ſi deus quidem eſſet:illuȝ Eurypylus in bello troiano
interemit.
H ippagines cum.i.latino utrobiq; & duplicato.p.ſcribitur:ſunt teſte Feſto naues quibus equi uehuntur:eas
græci ἱπποφορεσ uocant:aliqui ex noſtris & maxime Cæſar actuarias nominauit:alii gerarias.ut Plautus
in mercatore ædificat nauem gerariam:& merces emit.Nonius uero Marcellus actuarias diffiniens inquit
actuariæ nauiculæ celeres dictæ:ꝙ cito agi poſſint.Saluſtius primo hiſtoriaruȝ:ad hæc pauca piratica actua
ria nauigia.Siſenna quibus occiſis actuarias ad uiginti milia.i.cuȝ plures onerarias incendunt.
H ipparchus cum.i.latino & duplicato.p.atq;.ch.aſpirato ſcribitur:fuit uir mathematicꝰ in ea arte inſignis.
H ippaſus cum.i.latino & duplici.p.atq; ſimplo.ſ.ſcribitur:fuit philoſophus methapontinꝰ & ipſe pythago/
reus:nec teſte Demetrio opus aliquod ſcriptum reliquit:fuit & alter:qui laconum rẽpublicaȝ:& ipſe lacon
libris comprehendit.
H ipparchia cum.i.latino utrobiq; duplicato.p.&.ch.aſpirato ſcribiť:poteſt latine exponi equoruȝ principa
tus.Quo nomine uocata fuit ſoror Metrodis:quæ teſte Laertio Cratem thebanum philoſophum cynicuȝ
& illius uitam ac uerba ſumme amauit:nec potuit ꝓcorum opibus aut nobilitate uel alicuius forma auelli
a Cratis amore:ita ut diceret parentibus ſuffocaturam ſeſe niſi Crati traderet:q̃obrem rogatꝰ Crates a pa
rentibus puellæ:ut illã ab hoc ꝓpoſito remoueret:poſt multa quæ non profuerunt:exurgens Crates omni
ſua ſuppellectile ante illius oculos expoſita:hic ait ſponſus:hæc eius poſſeſſio eſt:ad hæc delibera:nec pote
ris eſſe noſtri conſors:niſi eadẽ attigeris ſtudia:puella ſtatim aſſumpto Cratis habitu ſecũ philoſophari uo
luit:cum qua ille circum ibat:& in aperto congrediebať:atq; ad cœnas ꝓficiſciebať.Et cũ ſemel iuiſſent ad
Lyſimachum in conuiuiũ:& Theodorus dixiſſet:hæc illa eſt quæ textrinam & radios reliquit:reſpondit ad
hæc puella:ſum equidem Theodore:ſed non tibi male de meipſa ſtatuiſſe uideor ſi tẽpus quod in textrina
conſumptura eram:diſciplinæ potius & philoſophiæ impendi.
H ippo cum.i.latino & duplicato.p.ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia Oceani & Tethyos filia.
H ippodamus ſimili modo ſcribitur:& eſt nomen uiri proprium.
H ippodamia eodem mő ſcribitur:fuit Oenomai Helidis & piſæ regis filia formoſiſſima:quæ cum a diuerſis
in cõiugium peteretur:legem hanc ꝓcis illius pater indixit:ut qui illam matrimonio obtinere cuperet:cuȝ
ea certamen iniret: uictꝰ capite trũcaretur:uictor potireť illa:cuius legis cãm poſuit Diodorus ſiculus lib.
hiſtoria.ii.dicens eum de filia oraculum ſciſcitaſſe quő ſibi illa conueniret:ac reſponſum eſſe:tunc in fata il
lum conceſſurum cum filia hippodamia nupſiſſet:igiť filiæ nuptias ueritus decreuit:ut ĩ perpetua aſſerua
retur uirginitate:hoc pacto exiſtimans uitæ periculum ſe uitaturum:itaq; equorum curſum inſtituit a piſa
ad Neptuni aram quæ eſt apud Iſthum corinthi:curſus erat eiuſmodi.Oenomaus arieteȝ Ioui ſacrificabat:
qui uirginem poſtulabat quattuor equorum ferebatur curru.Oenomaus curſu ſequebať præcedenteȝ au
rigante Myrtillo:aſſecutum haſta quã geſtabat manu interficiebat:hoc pacto cum plures equorum ueloci
tate peremiſſet.Pelops Tantali filius:qui piſam acceſſerat:uiſo hippodamia id concupiẽs cõnubiuȝ corru
pto Myrtillo regis auriga obtinere ualuit.nam illi ꝓmiſerat ſi ſe uictorem faceret:primuȝ hippodamiæ cõ
cubitũ præſtiturum:quare meditullũ plumbeum Myrtillus currui hippodamiæ ædificans curſu diſſolutꝰ
Pelopem uictorem reddidit:dicente Seneca in Thyeſte:Victeq; falſis axibus pendent rotæ.& Virgi.lib.iii.
georgi.de Pelope locutus ait:Victor equus:qua ex re dolore actus Oenomaus exiſtimans adueniſſe reſpő
ſi tempus:mortem ſibi conſciuit.Pelops uero ſumpta uxore hippodamia illius regnum tenuit:ſȝ cum ab il
lo Myrtillus pacta repoſceret:in mare proiectus eſt & ſubmerſus:qui mari perpetuum nomen dedit:unde
Sophocles in Electra εὖτε γαρ ὅπου ἵπποισ μυρτιλοσ ἐκοιμάθη Sane non ſolũ Hippodamia: ſȝ hip
podame a noſtris auctoribus dicitur.Virgi.in præfato lib.inquit:hippomeq;:naȝ teſte Seruio nomina græ
ca quæ in.e.exeunt plærũq; ipſum in ia ſoluunt:ut Hippodame:Hippodamia:Penelopia.
H ippodes eodem modo ſcribiť:& ſunt populi ſcythici humana uſq; ad ueſtigiuȝ forma: ſȝ in equinos pedes
deſinunt:

deſinunt: quos ἱπποβάτασ Herodotus li. hiſtoriarum. iiii. uocauit: ſed noſtri hippodes dicunt.

Hippodromus eodem modo ſcribit': dici poteſt equorum curſus. nam ex ἱππῶν quod eſt equorum & δρόμοσ curſus componitur: hoc eſt locus ubi currere ſpectante populo conſueuerant: qui a noſtris dicitur circus: ut in ea dictione uidimus.

Hippocrine cum. i. latino utrobiq; & duplicato. p. atq;. c. exili ſcribitur: fons ẽ in boetia iuxta quã eſt aganippe. Dum Cadmus equeſtri exploratione inquirit: quæ nam loca inſediſſet cãm dedit poetis: ut diuulgarent hippocrinem ungula uolantis eq natum fuiſſe. nam hippi equi: crine. i. fons dicitur: & inde equus pegaſus a fonte: qui græce πηγη dicitur eſt cognominatus: ut in dictiõe pegaſus uidebimus: & ſimiliter Aganippe modo conſimili penitus nomen accepit. nam agan ualde indicat: & ὑπποσ equus: quaſi ualde equ⁹ uel eq ita ut ambo poti fontes facundiam præſtare poetis dicti fuerint: unde Ouidius circa initium lib. v. faſtorum inquit. Dicite quæ fontes aganippidos hippocrines Grata meduſei ſigna tenetis equi.

Hippocoon cum. i. latino & duplicato. p. atq;. c. exili: & duplicato. o. ſcribitur: fuit teſte Homero li. x. iliados patruelis Rheſi trachum regis: a Diomede & Vlyxe interfecti fuerunt.

Hippocrates cum. i. latino & duplicato. p. atq;. c. &. t. exilibus ſcribitur: habetq; accentum in antepenultima: ut uidebimus in dictione proſodia: fuit Aſclepii filius in inſula coo genitus: ut ex epiſtolis Democriti ad illum: & illius ad Democritũ habetur. fuit Pythagoræ diſcipulus: & omnium medicorum princeps: & componitur ea dictio ex ἱππου quod eſt equi: & κρατοσ robur: quaſi equorum robur. hic medicinã longo tẽpore perditam reuocauit in lucem. nam ut ſcribit Plinius li. xix. naturalis hiſtoriæ nulla artiũ inconſtantior fuit: & nunc etiã ſæpe cõmutatur: cum ſit fructuoſior nulla. hæc primũ inuentores ſuos cælo dicauit: & hodie multifariam ab oraculis petitur. hæc ille. Nãq; Apollo primus medicinæ inuentor dicitur: Illo dicẽte ad uirginem Daphnem apud Ouidium libro metamorphoſeos. i.

Inuentum medicina meum eſt: opiferq; per orbem.
Dicor & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Sane Apollo ipſe eodem Ouidio teſte li. ii. eiuſdem operis ex Coronide nympha filia Phlegiæ regis theſſaliæ Aeſculapium genuit: & nutriendum Chironi piiſſimo centaurorum tradidit: a quo medicinã didicit: & ipſe plurimum ampliauit. Qua de re dixerunt nonnulli Chironem herbariam medicinã primitus comperiſſe. Sed ut ait Plinius libro. xxv. naturalis hiſtoriæ centaureã herbam comperit: qua ut idem auctor ait: curatus dicitur a uulnere pedis contracto ex lapſu improuiſo ſagittæ herculis e ſuis manib⁹ illitæ ueneno hydræ. nam cum Chiron herculem excæpiſſet hoſpitio: & eius arma contractaret: ſagitta cadens e manibus illius leuum uulnerauit pedem: dicente Ouidio libro. v. faſtorum.

Dũq; ſenex tractat ſqualentia tela uenenis.
Excidit: & leuo fixa ſagitta pede: ſed ut dixit ulterius Ouidius illum nunq; tali uulnere liberatũ: & poſt nonum diem miſeratione deorum: ne amplius dolore cruciaret' ad cælos tractũ: unde ait: Ipſe etiam lectas pegaſeis collibus herbas.
Temperat & uana uulnera mulcet ope: & infra ſubdit.
Nona dies aderat cum tu iuſtiſſime chiron.
Bis ſeptem ſtellis corpore cinctus eras. nãq; herculem etiam heracleon ab eo nomine cognominatã herbã comperiſſe. idem Plinius rettulit: & achillem & achilleam: ſed Aeſculapius cum alias plures: tum etiã panacem: quæ teſte Plinio ipſo nomine omnium morborum remedia ꝓmittit: a qua filiam nuncupauit. nã πᾶν omne: & ἀκαιρία importunitatem & moleſtiam dicit: quaſi omnibus dolorib⁹ & moleſtiis ſubueniret. uerũ cum herbarum uiribus Aeſculapius ipſe hyppolytũ occiſum in uita priſtina reuocaſſet. iratus Iuppiter cũ fulmine ſtygias demerſit in undas. ſed ut ait Plinius libro. xxix. opera eius clara troianis temporibus uulnerum dũtaxat remediis fuere. Quod equidẽ dixiſſe: puto ob Machaonem & Polydariũ filios: qui teſte Homero libro. ii. iliados ob ſolertiam medicinæ cum aliis græcorum ducibus ex creta ad expeditionem troianam conuocati fuere: ut in ſuis dictionibus oſtendemus. Sed ut ait Plinius lib. xxv. primus omniũ quos memoria nouit. Orpheus de herbis curioſius aliqua prodidit. poſt eum Muſæus & Theſiodus polyion herham admirati ſunt. Homerus etiam alias nominatim herbas celebrat: ut moly: cuius inuentionẽ Mercurio aſſignat. Laudat etiam hos tres flores lotum: crochum & hiacynthum: ab Homero uero ut idem Plini⁹ rettulit Pythagoras clarus ſapientia primus uolumen de effectu herbarum compoſuit: & in totũ Apollini & Aeſculapio diis immortalibus inuentionem & originem aſſignauit: compoſuit & Democritus per agratis iam perſidis arabiæ æthiopiæ ægyptiq; magis: in quibus incredibilia dictu affirmauit: nã inter alia dixit Democritus: ut ait Plinius credidit Theophraſtus eſſe herbom: cuius contactu illata a Pico exiliret cune⁹ a paſtoribus arbori adactus. Zanthus etiam libro hiſtoriarum. i. tradidit occiſum draconis catulum reuocatum ad uitam a parente herba quã balym nominat: eadẽq; tilonem: quem draco occiderat: reſtitutum ſaluti. Iuba etiam in arabia reuocatum quadam herba ad uitam hominem tradidit: quæ ut dixit Plinius etiã ſi fide carent: admirationem tamen implent & cogunt confiteri multũ eſſe quod uero ſuperſit: & refert plæroſq; exiſtimaſſe: nihil non herbarum ui effici poſſe: ſed plurimarum uires eſſe incognitas. Sane Pythagoras &

Democritus tēpore Hippocratis fuere:ſed ut Plinius libro.xxix.mirum dictu ſequentia a troianis temporibꝰ
in nocte denſiſſima latuere uſq; ad pelopóneſiacū bellum:Tunc medicinā reuocauit in lucem Hippocrates
genitus in inſula coo:quod bellum ut idem oſtendit libro.xxx.eiuſdem uoluminis:geſtū eſt a tricenteſimo
urbis noſtræ anno:& cum romana urbs teſte Solino in initio de memoralibus mundi fuerit poſt troianum
bellum anno quadringēteſimotrigeſimotertio:conſtat medicinæ artem delituiſſe anelis ſeptingentis trigi
tatribus.At Hippocrites ut idem Plinius profitetᷣ:cū fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in templo eius
dei qui auxiliatus eſſet:ut poſtea ſimilitudo proficeret:ex his ſcripturis excerpſiſſe eam traditᷣ:quā ſane ar
tem ut in epiſtolis ad Democritum ipſe idem oſtendit in nullo ꝓrſus quæſtu fuiſſe certum eſt.Quare cū ue
nientem ab illyricis peſtilentia teſte Pli.li.vii.prædixiſſet ipſe Hippocrates:& diſcipulos ad auxiliandum ꝑ
urbes dimiſiſſet:ob id meritum honores illi:quos Herculi decreuit græcia. Poſt Hippocratem uero auxit
artem protideus ſylmibriæ natus & eius diſcipulus qui eam ad uectigal redigere cœpit:horum placita:ut
Pli.xxix.lib.proſequitur Chryſippus ingenti garrulitate mutauit:plurimūq; & ex Chryſippo diſcipulus
eius Heraſiſtratus accæpit Ariſtotelis filia genitus.Hic Antiocho rege ſanato centum talentis donatus eſt:a
regePtolomæo filio eius.idem Pli.præfato li.vii.rettulit magnam Critobolo famam adueniſſe:qui parum
ante Heraſiſtratum fuit:extracta Philippi Regis oculo ſagitta:& circa deformitatem oris curata orbita-
te luminis. Sed alia interim factio ab experimentis ſe cognominans:empericum cœpit in ſicilia a Cronte
agrigentino Empedoclis & Chryſippi auctoritatem condēnante.de quibus in ſuis dictionibus uidebimus
poſt hos Herophilus oīa hæc condēnans ad muſecos uenarum pedes pulſu diſcreto per ætatū gradus me-
dicinā reduxit:ſcrutabāturq; morboꝝ cauſas & uini rationē inſtituerat:ſ; ut ait Pli.in præfato.xxix.li.de-
ſerta deinde & hæc ſecta eſt:quoniā neceſſe erat in ea litteraturam ſcire.Interim ut auctor eſt Caſſius Emina
ex antiq̄s hiſtoricis primꝰ qui romā e medicis uenit:fuit a pelopóneſo Archagatꝰ Lyſanie filius.L.Aemilio
.M.Licinio conſulibus anno urbis q̄ngenteſimo trigeſimoquinto:eiq; ius quiritum datū & tabernā in cō
pito acilio emptā.hic primo uulnerarīꝰ mox obſecandi urēdiq; ſæuitiā carnifex appellatꝰ fuit:& cū alii ad
currerēt græculi idēq; efficerēt:in tediū cū arte medicinæ oēs deuenerūt.Quare a.M.Catone cenſorio me
dici cū ſua medicina reprobati urbe & italia pulſi ſunt:anno urbis ſexcēteſimoq̄nto:coſq; nō artifices ſani-
tatis:ſ; hominū carnifices cenſuit:ut ex eius epiſtola ad.M.filiū intelligi pōt:cuiꝰ uerba ſunt:Dicā de iſtis
græcis ſub loco.M.fili q̄d athenis habeā exquiſitū:& q̄dᷣ bonū ſit eorum:litteras inſpicere nō ꝑdiſcere uīni
cā nequiſſimū & indocile genus eorū:& hoc puitabā interdixiſſe.Quādocūq; iſta gēs ſuas litteras dabit:oīa
corrūpet.Tū etiā magis ſi medicos ſuos huc mittet:iurauerūt īter ſe barbaros necare oēs medicina:ſed hoc
ipm mercede faciunt:ut fides his ſit & facile diſꝑdant:noſq; dictitāt barbaros & ſpurcius nos q̄ alios apiſi-
cos appellatione fædabāt.hæc ipſe Cato:ideoq; tradunt tēplū Aeſculapii etiā cū reciperetᷣ is deus extra ur
bem feciſſe iterūq; in inſula.Nāq; ut late narrauit Liuius circa finē libri.x.ab urbe cū romana urbs triennio
peſte laboraret:inſpectis libris ſybillinis decē fuerunt a ſenatu miſſi legati:qui ex epidauro deū Aeſculapiū
in ſpecie ſerpentis romam adduxerunt:cuius aduentu urbs ſtatim a peſte liberata eſt.unde ut latiſſime nar-
rauit Ouidius li.metamorpho.xv.de Aeſculapio locutus.
Sedeſq; ſibi circūſpicit aptas.
Scinditur in geminas partes circūfluus annis.
Inſula nomen habet:laterumq; a patre duorum.
Porrigit æquales media tellure lacertos:
Huc ſe delata pinu phæbeus anguis
Contulit & finem ſpecie cæleſte reſumpta.
Luctibus īpoſuit:uenitq; ſalutifer urbi.Pulſi ergo ex Italia medici diu poſt Catonem excæpti ſunt.nā ut ait
Pli.præfato.xxix.li.ſolam hac artiū græcaꝝ mundū exercet romana grauitas:& in tāto fructu pauciſſimi q
ritum attigere:& ipſi ſtatim ad græcos transfugere:imo uero auctoritas aliter q̄ græce eam tractantibus:&
apud impitos experteſq; linguæ nō ē:ac minus credunt quæ ad ſalutem ſuā pertinent ſi intelligunt.Qua de
re in hac ſola artiū euenit:ut cuicunq; medicū ſe profitenti ſtatī credatᷣ:cū ſit periculū in nullo mēdatio ma
ius:non tamē illud ītuemur:adeo blāda eſt ſperandi ꝓ ſe cuiq; dulcedo. Nulla præterea lex quæ puniat in-
ſcitiā capitalē:nullū exemplum uindictæ:diſcunt periculis noſtris:& experimēta ꝑ mores agunt:medicoq;
tantū hominē occidiſſe ſumma īpunitas eſt.hæc ille:& li.xxv.ait:Minus hāc artē q̄ par erat noſtri celebraue
re oīū utilitatū & uirtutū rapaciſſimi.Primuſq; & diu ſolus idem ille.M.Cato oīum bonarum artiū magi
ſter:paucis dūtaxat attigit boum etiā medicamina non omiſſa.poſt eū unus illuſtriū tentauit.C.Eualgiꝰ eru
ditione ſpectatus īperfecto uolumine ad diuū Auguſtū inchoato præfatione religioſa:ut oībus malis hūa
nis illiꝰ potiſſimū principis ſemꝑ medicetᷣ maieſtas:ante hunc cōdiderat ſolus apud nos:quod equidē inue
ni Pompeius Leoneus magni Pōpei libertus:quo primū tempore hāc ſcientiā ad noſtros ꝑueniſſe aīaduer-
to.Nāq; Mithridates maximus ſua ætate regum:quē debellauit Pōpeius ante oīū ante ſe genitoꝝ diligen
tiſſimus uitæ fuiſſe argumentis potius q̄ fama ītelligitᷣ.Vni ei excogitatū libere quottidie uenenū præſum
ꝑtis remediis:ut cōſuetudine ipſa innoxiū fieret:primo inuēto genere antitoti:ex quibꝰ unū etiā nomē eius

retinet. Illum ſolum mortalium Mithridatē uigintiduabus linguis locutū certū eſt: nec ſubiectis gentibꝰ illum hominē per interpretē appellatū ab eo annis ſex & qnquaginta: quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curioſus & ab oībꝰ ſubiectis qui fuere pars magna terraꝝ ſingula exquirens: ſcriniū cōmentationū haꝝ & exēplaria effectuſq; in arcanis ſuis reliquit. Pompeius autē oī regia præda potius transferre ea ſermone noſtro libertū ſuū Lenoeū grāmaticæ artis doctiſſimū iuſſit. uitæq; ita profuit nō minus q̄ reipublicæ uictoria illa ad Mithridatē etiam teſte eodem Pli. in præfato libro Aſclepiadis medendi arte clari uolumina cōpoſita extant: cuꝫ ſolicitatus ex urbe roma præcepta pro ſe mitteret: hunc dixerat Pli. li. vii. eiuſdem uoluminis fuiſſe pruſienſem. & li. xxvi. dixit primum fuiſſe magiſtrū rhetoricæ: & nec ſatis in ea arte quæſtuoſum: & ad alia ſagacis ingenii: & ad medicinæ artē ſe repente conuertiſſe atq; ut neceſſe erat homini: qui nec id ægiſſet: nec remedia noſſet: meditata quottidie oratōe blandiens oīa abdicauit: & totā alioꝝ medicinā reuocando ad qnq; res redegit: uidelicꝫ ad abſtinentiam cibi: potus & ueneris: fricationē corporis & ambulatōeꝫ modeſtā. Quæ quiſq; ſibimet preſtare poſſet. Quare uniuerſuꝫ ꝑpe humanū genus circūægit in ſe non alio mō: q̄ ſi cælo emiſſus adueniſſet. reparata etiam rōne qua unum ægris mederet̄ dando etiam frigidam aquam: & ut auctor eſt. M. Varro alia quoq; blandimenta excogitauit iam ſuſpendendo lectulos: quoꝝ iactura aut morbos extenuaret: aut ſomnos allicere. Concedebat etiā balnea auidiſſima hominū cupidine: qn alia multa dictu grata atq; iucunda magna auctoritate conſtituit. Nāq; & uomitiones ſupra modum arguebat: & medicamētorū potus ſtomacho inimicos dixit. Is teſte Apulegio li. iiii. floridori cū ſeſe forte a rure ſuo reciperet. In pomœriis ciuitatis uidit circūſpectuꝫ funus ab ingenti numero: moxq; illud addiit ptractauitq; corpus hominis: & per quædā ſigna inuenit in illo uitā: cūq; clamaret: ut reportaret̄ a rogo domū pars medico annuebant: & reliqui obſiſtebāt. tandeꝫ uelut ab inferis domum relatus eſt: moxq; recreauit ſpiritus: & animā in latibulis corporis deliteſcenteꝫ ſuis medicamentis uniuerſo corpori reſtituit: q̄obreꝫ uelut deus fuit ab hominibꝰ honoratus: quod tetigit Pli. lib. vii. cum ait relatu e funere hominē conſeruauit. & ſubdit Pli. ſed maxime ſponſione facta cuꝫ fortuna me medicus crederet̄. ſi unq̄ inualidus ullo mō fuiſſet. Sicq; uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalaruꝫ exanimatus eſt. Venerunt his tēporibus romam medici q̄plures & uiri celebres: ut Caſſius Calpitanus Aruncius Rubrius: inter quos Antonius muſa fuit: qui contraria medicina a ſectatoribus Themiſtōis qui diſcipulus fuerat Herophili diuum Auguſtū graui periculo exemerat: ob quod illi Auguſtus ſtatuā ex ære iuxta ſignum Aeſculapii locari mandauit coluitq; eū ſemper amiciſſime: ut teſtis eſt Sueto. in uita Auguſti. Poſt hunc exortꝰ eſt Vectiꝰ ualens: qui teſte Pli. li. xxix. adulterio Maſſalinæ uxoris Claudii Cæſaris nobilitatꝰ: pariterq; eloquētia aſſentator: potentiā nactus nouā inſtituit ſectam. At Neronis principatu eadem uis ad Theſſalum tranſiliuit delentē cuncta placita: & rabie quadā in oēs æuimedicos perorantē. Idem teſte Galieno li. i. de regimine ſanitatis: & ſimiliter li. i. de ingenio: librū ad Neronem ſcripſit: in quo cunctis medicis philoſophis tā ueteribus q̄ modernis ſeipm̄ effrenata quadā temeritate præpoſuit: Hippocratēq; oīuꝫ medicoꝝ principem maxime ſupplantauit hunc Galienus ipſe ignorantiſſimū fuiſſe oſtendit: nec inter medicos: ſed inter textrices ſordide creuiſſe: cū eius pater lanæ pectinator: & mater textrix fuerit. Interim ut eodem li. proſequit̄ Pli. ſuperuenit maſſilienſis Critias: qui ad motus ſydeꝝ ex Ephimeride mathematica cibos ꝑhibens: horas obſeruans: auctoritate Theſſalum præceſſit: diuitiaſq; reliquit innumeras. poſt quē repente ex eadem maſſilia urbem Charmis inuaſit: & damnatis non ſoluꝫ prioribus medicis ueꝝ & balneis aqua frigida etiā hybernis algoribus lauari ſuaſit quaſi cōtraria neceſſario contrariis curarent̄: & ut ait Pli. merſit ægros in lacꝰ & uidebamus ſenes conſulares uſq; in oſtentationē rigentes. Qua de re extat etiā Annei Senecæ aſtipulatio: nec dubium eſt omnes iſtos famā nouitate aliqua aucupantes aīas ſtatim noſtras negociari. hinc ille circa ægros miſeræ ſententiarū concertatōes nullo idē cēſente ne uideat̄ aſſertio alteriꝰ. hinc illa infœlicis monumēti aſcriptio turba ſe medicoꝝ periſſe. Interim ꝓdiere ex noſtris & exteris auctores nōnulli celebriores: q & herbarum naturas & pluriū reꝝ qualitates ſuis libris annotauere. Vt ex noſtris Macer ueronenſis qui tēpore Auguſti uolucrū qualitates: & herbaꝝ naturas uerſu expreſſit: de quo Ouidi. li. iiii. triſtium inquit.

Sæpe ſuas uolucres legit mihi gradior æuo.
Quæq; necet ſerpens: quæ iuuet herba macer.

Euax ſimiliter rex arabum non ſolū herbarū: ſed lapidū etiam ſpecies nomina colores: & quibꝰ in regionibꝰ ualeāt cōperiri: magno uolumine ad Neronē principem ſcripſit. Eiuſdem meminit Plini. lib. xxv. dicens Euax Dionyſius & Metrodorus herbaꝝ effigies pinxere: atq; ſubſcripſere effectus. Verū ut ſubdit pictura fallax eſt ex coloribus tā numeroſis præſertim in emulatione naturæ multū degenerare tranſcribentiū forte uaria. Præterea non paꝝ eſt ſingulas earū ætates pingi cū quadripartitis uarietatibꝰ anai faciem mutent. hæc ille. Poſt hos fuit Diaſcorides uir militaris: & ī herbaria arte mirabilis: q qnq; uoluminibꝰ uirtutes herbaꝝ arborum lapidū aromatū aīaliuꝫ accuratiſſima doctrina deſcripſit: imo ut de ſeipſo teſtat̄. Quæcūq; īquit in his libris poſui: non ex opinione aut fama cognoui: ſꝫ ex electione & expimēto didici: Vidi ego apud̄ conſtantinopolim pulcherrimum eius auctoris codicē antiquiſſimis græcis litteris exaratum. In quo nō ſolum herbarum effigies: ſꝫ uolatiliuꝫ quadrupeduꝫ & repriliū tanto artificio & ꝓprietate depictæ erāt: q̄to

natura ipſa:utputo producere potuit. At Plinius de ſeipſo loquitur nobis inquit certe exceptis ad moduꝫ
paucis contigit reliquas: de quibus.ſ.tractat herbas cōtēplari ſcientia Antonii Caſtoris: cui ſumma aucto
ritas erat in ea arte noſtro æuo uiſendo hortulo eius: in quo plurimas alebat centeſimum ætatis annum ex
cedens: nullum corporis malū expertus: ac ne ætate quidem memoria aut uigore concuſſis: Sane tempori
bus Domiciani Traiani Hadrianiq; & Antonini pii nonnulli medici ex græcia ipſa urbeꝫ inuaſerunt: & Pro
togenes primum uir aſtutus & callidus: qui aſtutia & arte græca magis q̄ ſcientia medicinæ famaꝫ & quæ
ſtum ſibi queritabat: cui Archigenes alter græcus tempore & ipſius Domiciani ſucceſſit: qui cuꝫ aſſentator
eſſet & mulieribus q̄ facillimus: grandē romæ ſibi comparuit quæſtum. contra cuius mores & inſcitiaꝫ Ga
lienus in libris ſuis ſæpe inuexit. Galienus uero doctiſſimus: & ea ætate in medicina ſingularis romam prin
cipatu traiani deuenit: eratq; oriundus ex pergamo oppido aſiæ celeberrimo: ſed romæ temporibus Anto
nini pii floruit: ut idem de ſeipſo diuerſis in locis teſtatur. hic in ea arte omnes præter Hippocrateꝫ ſupaſſe
creditur: compoſuitq; libros multos & Hippocratis omnia ſcripta miro ingenio explanauit: & ut græcus
quidam medicus mihi rettulit centū & quinquaginta uolumina in ea facultate edidit. Poſt illum uero Ra
ſis quidam poenus fuit: qui lingua arabica ex omnibus ante ſe medicinæ auctoribus uolumen collegit. Sed
diſtinctius & ſcientius: poſt eū in eadē lingua Auicenna hiſpalenſis effecit: qui cum reliquorum ſcripta uide
rit: tum maxime Galienum ſecutus eſt: quem ſuo li.i. de infrigidandis medicoꝝ principem appellauit. Poſt
hos cœperunt Itali in ea facultate plurimuꝫ pollere: ut petrus de apono patauinus uir in omni ætate admi
randus: tum in philoſophia: tum in his quæ ad medicinæ theoricā ſpectant: diuerſis conciliando opiniōes
ſua doctrina clariſſimus eſt habitus: unde & conciliatoris cognomē adeptꝰ eſt. Quin & ad problemata Ari
ſtotelis multa addidit: & illa ipſa ſubtili expoſitōne declarauit. Hunc non longe poſt Thaddæus florentinꝰ
ſecutus eſt: qui adeo obſcura omnia Hippocratis & aliorum principum in medicina detexuit & explanauit
ut alter Hippocrates ſuo tempore habitus fuerit: diuitiaſq; cumulauit innumeras: nam a principibꝰ Italiæ
conuocatus. L. aureos in mercedem diurnam paciſci conſueuerat. ab Honorio uero ſummo pōtifice ſemel
uocatus: non prius accedere uoluit: q̄ centum aurei illi in diem ſtatuerent̄: unde liberatus pontifex decem
milia illi aureorum condonauit. Tandem octogenarius moritur bononiæ circa annos domini mille ducen
tos ſeptuaginta: Qua ætate etiam Accurſi. florentinus legum gloſator floruit. Thaddæo uero ſucceſſit ſi
militer Truſianus florentinus: qui pluſq̄ cōmentum ſuper rechne Galieni mira doctrina conſcripſit. hic cū
in practica artis medicinæ ut multi ferunt infortunatum ſe conſpiceret religioni ſe totum dicauit: & chartu
ſinus effectus eſt monachus. Poſt hunc floruit Dinus de garbo florentinus ſimiliter & Thaddæi diſcipulus
qui patrem habuit Brunuꝫ nomine & arte chirurgiæ clariſſimuꝫ: ut Thomas eius Dini filius in ſumma quā
de arte medicinæ ſcripſit atteſtat̄. Dinus uero adeo utilia in Auicennam ſcripſit cōmentaria: ut ſine illis Aui
cēnæ doctrinam ſtare non poſſe a nōnullis creditum ſit. Scripſit etiam in Galienum de malicia uariæ cōple
xionis: & in Hippocratem de natura fœtꝰ. Quin & in philoſophia uarias & pulcherrimas diſputauit: ac ter
minauit quæſtiones: hunc non inferiori ingenio nec fama ſecutus eſt eius filius Thomas: poſt quem floruit
Chriſtoforus de honeſtis patria bononienſis: fuit & Marſilius ſimiliter patauinus: qui multarum rerum co
gnitione: & ſcriptorū ſubtilitate ſua ætate præcelluit: quē Iacobus de foro liuiæ ſecutus & fama & ingenio
ſuperaſſe creditur. hunc Vgo ſenenſis noſtris temporibus ſecutus eſt. Qui diuinitate quadā ingenii: & peri
tia medendi omnes qui ante illuꝫ apud noſtros floruerunt: excelluiſſe creditur. Cuius uitā inclytā filius eiꝰ
Sozinus philoſophus ſimiliter & medicus eleganti ſtilo ſcripſit. Sed ut putamus ad Vgonem ſummuꝫ ſub
tilitatis facultatis medicinæ peruenit: quæ iā declinare uidet̄. Et hæc de Hippocrate: ac de ſucceſſōribꝰ eius
quæ nouimus breuiter dicta ſufficiant.

H ippolytus cum.i. latino ſequente duplicato.p. & penultima cum.y. græco: ultima cuꝫ.t. exili ſcribitur: fuit
filius Theſei athenienſium ducis ex Hippolyta Amazonum regina ſecundū Iuſtinum: uel antiopa ſecundū
Senecam in Hippolyto natus: & componitur ab hippos: quod eſt equus & λύω qđ eſt diſcerpo: ſeu diſſol
uo: eo ꝙ ab equis diſcerptus fuit: ut uidebimus in dictiōe phædra. Naꝫ ut oſtendit Plato in eo libro qui de
nomine Cratilus inſcribitur: hoc ut alia q̄ plurima non uera fuerunt nomina: ſed a poetis cōficta. Vnde ab
euentu fabulæ nomen hoc inditum aſſumpſit.

H ippolyta eodem modo cum ſuperiori ſcribitur: & fuit mater Hippolyti: quam Antiopam uero nomine di
ctam quidam uolunt: & ab euentu filii ſic poſtea cognominatā aſſerunt: de qua Virgilius libro.xi. æneidos
meminit cum ait: Bellantur Amazones armis: Seu circum Hippolytem: ſeu ſe cum martia curru Panteſilia
refert. Nāq; ambæ fuerunt Amazonum reginæ: ſed ab Hippolyta deuicta Hercules balteuꝫ abſtulit.

H ippolochus in cæteris eodem modo: & in ultima cuꝫ.ch. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados
vi. filius Bellerophontis: & Glauci pater. Alter teſte eodem lib.xi. fuit Antimachi troiani filius: qui una cuꝫ
Piſandro fratre ab Agamēnone in troiano bello interfectus eſt.

H ippomanes eodem modo ſcribitur: eſt teſte Seruio ſuper.iii. georgicorum uirus defluens ex equarum in
guinibus: quo tempore feruntur in amoris furorem. Heſiodus uero dixit herbam eſſe: quam ſi comederet
equi furorem paterentur: & dicitur ab ἵππων ideſt equorum μανία furia: unde etiam a poetis ponitur ꝑ

ea caruncula in fronte equi pulli nata:quam ſiquis matri præriperet nunq̃ deinceps pullum amaret. Et in
quocunq; ſignificato neutrum eſt terminatum in es:niſi cum pro uiri nomine ponitur.
H ipſicratea prima cum.i.latino & unico.p.ſequens cum.pſ.&.i.latino:antepenultima cum.c.exili & penulti
ma cum.t.ſimiliter abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit uxor Mithridatis:quæ ſumme uiq; ſuum dilexit.
H ypſipyle prima & penultima cum.y.græco:antepenultima cum.pſ.&.i.latino ſcribitur:fuit Thoantis lem
niadum regis filia:dicente Statio libro.v.thebaidos:ubi induxit narrare genus ſuum Adraſto argiuorũ re
gi:Claro generata Thoante:Seruitium hypſipyle ueſtri fero capta lycurgi.Et ut ipſe Statius ſcripſit:cũ Ve
nus Vulcani coniunx:indicante ſole.a marito in lemno inſula cum Marte adulterari palã compræhenſa fu
iſſet.Lemniades aliis cum ſacra diis peragerent:Venerem ipſam adulterã ſine honore liquerunt:quæ illis
irata hircinum fetorem omnibus immiſit:ob quod a uiris ſuis ſpretæ cũ ad bella contra uicinos thraces il-
li exiſſent:conſilio ſtatuerunt publico occidere omnes cum redirent.Quod cum fieret ſola Hypſipyle pa-
tri Thoanti pepercit:quem naui expoſitum Bacchus pater ad coum inſulam proſperam nauigatione per-
duxit.At Hypſipyle conſtructo rogo in propria regia:alterius ſuppoſiti funera pro patre:quem occidiſſe
aiebat celebrauit.Inde uero paulo poſt tranſeuntibus cũ argonautis Iaſone:ab his fœminis hoſpitio ac le
cto ſuſcæpti ſunt.Et ab Hypſipyle Iaſon:qui cum ea iam duobus annis demorantes orantibus ſociis pro di
ſceſſu:& promiſſo reditu:ut teſtis eſt Ouidius in ſexta epiſtolarum Heroidum grauidam illã reliquit:quæ
gemellos deinde peperit:Thoantem.ſ.& Euneum:quos alio alendos dimiſit:ne ſecundum ſuas ipſarũ le-
ges in inſula maſculi nutrirentur: hos niſi caſu poſtea reuiſere non ualuit.nã paulopoſt Fama ſubit portꝰ
uectum tranſlata thoantem Fraterna regnare coo.Ex quo Hypſipyle tãquã perfida a lẽnitatibus poſcitur
ad ſupplicium:quæ cum fugeret a piratis in littore capta Lycurgo regi nemeæ dona data fuit. In cuius ſer-
uitio dum filium ipſius regis Opheltem ipſa nutrix aleret:& redeuntibus ab obſidione thebarum regibꝰ
argiuis:ac in nemæa ſilua ſiti pene pereuntibus:interrogata de aqua illos ad langiam fontem perduxit:&
quænam eſſet iuterrogaretur:& ſuos illa enarraſſet caſus filii qui cum Adraſto erant matrem eſſe dignoſcẽ
tes in ipſius proſilierunt amplexus.Sed dum inter hæc morat᷑ infans:quem inter flores & herbas ludentem
liquerat a ſerpente necatus eſt.Quod Lycurgus pueri pater ſentiens:ira inflãmatus eam inferias nato mitte
re accurrebat: ſed a regibꝰ & filiis auxilia implorans ſaluata eſt.Quæ uero deinde illi contigerint:nec apd'
græcos nec apud latinos memini me legiſſe.
H ira cũ.i.latino & unico.r.ſcribitur:fuit maritima urbs in agro propinqua pylo,ſub Agamẽnonis dominio
ut oſtendit Homerus libro.ix.iliados.
H yrcania prima cum.y.græco ſequens cum.c.exili:penultima cum.i.latino ſcribitur:Eſt in aſia ſcytharum re
gio:ut. Qu.Curtiꝰ de geſtis Alexandri:& Plinius libro.xvi.atteſtantur.Quod Seneca i thyeſte confirma-
uit dicens:Quænam iſta regio eſt:an ſub æterna niue hyrcana tellus.Et Lucanus ſimiliter libro.iiii.Tinxere
ſagittas:Errantes ſcythiæ populi quos gurgite batros Includit gelido uaſtiſq; hyrcania ſiluis:quæ teſte eo
dem Curtio pantheris & pardis abundat pluribus:ſed maxime tigribus:Quod Lucanus etiam tetigit lib.
.i.in oratione Cæſaris ad ſocios cum dixit.
Vtq; feræ tigres nunq̃ poſuere furorem.
Quas nemore hyrcano matrum dum luſtra ſequuntur.
Altus cæſorum pauit cruor armentorum.
H yrgis prima cum.y.græco:& ultima cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ:quia teſte Herodoto lib.hi-
ſtoriarum.iiii.intrat in tanaim.
H yriæ prima cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt boetiæ: de quo Homerꝰ li.ii.iliados
meminit: & facit gentile hyriates.
H yrmos cum.y.græco ſcribitur:& dicitur quaſi ſyrmos quod eſt tractus.Nam ſeries eſt oratõnis uel conſtru
ctio tenorem ſuum in multos uerſus protendens:ut apud Virgi.li.æneidos.i.Eſt in ſeceſſu longo locus in-
ſula portum Efficit:& reliqua:ubi fit tractus uſq; in id Horrentiq; atrum nemus imminet umbra.& libro
vi.Principio cælum ac terras campoſq; liquentes:Lucentẽq; globum lunæ: titaniaq; aſtra:Spiritus intꝰ alit
Vnde teſte Seruio hyrmos longiſſimum eſt hyperbatum.
H yrœades prima cum.y.græco:antepenultima cum.œ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hi-
ſtoriarum.i.uir mardus:qui primus ex Cyri exercitu muros ſardium aſcendit.
H irpi cum.i.latino ſcribitur:uocabulum eſt ſabinum:& ut puto a græco corruptum.Cum a græcis etiã ſa
bini originem duxerunt:ſignificatq; teſte Seruio apud nos lupos:quare ab ἅρπαξ quod eſt rapax forſitan
deductum fuit.Nam ut idem Seruius ſuper.xi.Virgilii refert:fuerunt populi habitãtes in monte Soracte:
qui cum Diti patri aliquando ſacrificarent:cum mons ipſe manibus conſecratus eſſet:& uenientes lupi ex-
ta rapuiſſent illos diu ſecuti ſunt:quoſq; tandem ad quandam peſtiferam ſpeluncã aduenerunt: unde pe
ſtem contrahentes habuerunt reſponſum poſſe eam ſedari ſi lupos imitarentur.i.rapto uiuerent. Quod
poſtquam factum eſt dicti ſunt populi hirpiſorani.i.lupi Ditis:cum Pluto eorum lingua Soranus uocatus

eſſet: cuius rei memor Virgi. Aruncē ex eo loco ducentem origineꝫ lupo cōparauit li.xi. At uero Plinius lib.
naturalis hiſtoriæ non populos fuiſſe hirpos dixit: ſed per paucas phaliſcorum familias: quæ ſacrificiuꝫ an-
nuum ad Soractis monteꝫ Apollini celebrabant: id operantes: ut ait Solinus geſticulationibus religioſis: &
impune ardentibus lignorum ſtruibus in honorem diuinæ rei inſultabant: flammis parcentibus illis. Qui-
bus ob deuotionis miniſterium ſenatus perpetuo conſulto omnium numerum uocationem dedit. Vnde
Aruns apud Virgilium li.xi. Superos ſic uoce precatur.
Sanguine deum ſancti cuſtos ſoractis Apollo:
Quem primi colimus: cui pineus ardor aceruo.
Paſcitur: & medium fræti pietate per ignem.
Cultores multa premimus ueſtigia pruna.
Dat pater. & reliqua. Varro autem ubique teſte Seruio religionis expugnator cum quoddam medicamen
tum deſcriberet: ait ut ſolent hirpini. qui ambulaturi per ignes medicamento plantas tingunt: hæc ille. de
his forte intellexit Virgi.li.æneidos.vii. cum ait.
At meſapus æquum domitor neptunia proles.
Quem neq; fas igni cuiq; nec ſternere ferro: & ſubdit.
Hi feſceninas acies equoſq; phaliſcos
Hi ſoractus habent arces. & reliqua.
H yrtacus cum.y. græco &.t.ac.c. exilibus ſcribitur: fuit uir troianus ex ida monte: qui filium habuit Niſum
Aeneæ comitem: a quo Virgilius patronymicum ducens ait: Cyrtacides comitum Aeneæ queꝫ miſerat ida.
habuitq; teſte Homero li.xii. iliados alterum filium nomine Aſium.
H yrus cum.y. græco ſcribitur: nomen eſt uiri proprium: de quo Ouidius in remediis amoris: Cur nemo ē he
catem: nulla eſt quæ cæperit hyrum. Nempe ꝙ alter egens altera pauper erat.
H iſpon cum.i. latino ſcribitur: & eſt nomen uiri proprium.
H iſpania cum.i. latino utrobiq; ſcribitur: regio eſt Eruropæ quæ a montibus pyreneis incipiens: ut dixit Ap-
pianus clariſſimus hiſtoricus: & per columnas Herculis circuiens uſq; in borealem oceanum protenditur:
ita ut omnia in eo circuitu ad hiſpaniā ſpectent: cuius magnitudo ut ait multa eſt: & incredibilis in unica re
gione. Nam decem milibus ſtadiis latitudo commenſuratur. longitudo uero prorſus eadem eſſe uidetur.
Quam gentes quoq; diuerſæ & uariis nominibus cognominatæ inhabitant. quin & fluuios plures naui-
gabiles continet: minoreq; alios diuerſos & quāplurimos in illos defluentes. Terra quoque eſt fœlix: & op
timarum rerum fertilis. hæc ille. ut ad uerbum ex illo traduximus: Nam ſita eſt hæc regio inter aphricam &
galliam a ſeptentrione pyrenis montibus clauſa: reliquis partibus undique mari concluſa. Interfluunt eam
flumina magna bethys mineus iberus & tagus aurum trahens: ut in aſia pactolus & hermus. habet prouin
cias ſex taraconenſem: carthaginenſem: luſitaniam: galetiam: & bethicam. hæc eadem prius ibera ab ibero
amne cognominata fuit. Poſtea ab Heſpero fratre Atlantis heſperia. Vlma ab hiſpali urbe hiſpania nuncu
patur: cuius urbis acculas Cæſar grauiter increpuit. Quod Cneo: & ſex filiis Pompeii magni fauerant. Sa-
ne eam dictionem aſpirari antiquæ inſcriptiones oſtendunt: ſed duæ ab hiſtoricis cognominātur hiſpaniæ
citerior: quæ eſt in ſeptētrionali plaga: & a Pyreneo uſq; ad carthaginem porrigitur. Vlterior quæ in meri-
die a celtiberis uſq; ad gaditanum fretum extenditur.
H yſpeus cum.y. græco ſcribitur: fuit arcadiæ rex: quē nonnulli Cyrenes fuiſſe patreꝫ credunt. Virgi. uero eā
fuiſſe Penei fluuii filiam in libro georgico.iiii. oſtendit.
H yſtaſpes cum.y. græco &.t. exili ſcribitur: fuit pater Darii perſarum regis.
H yſteron cum.y. græco &.t. exili ſcribitur: dicitur a noſtris ultimū: & inde hyſteron proteron figura nomina
tur: cum ſententia ordine cōmutatur: ut poſtq̄ altos tetigit fluctꝰ: & ad æquora uenit. Nā prius ad æquora
uenit q̄ tangeret fluctꝰ. Virgi.li.georgi.i. Area tum primuꝫ ingenti eſt æquanda cylindro. Et uertenda ma
nu. Nam primus manu uertitur: q̄ æquetur cylindro.
H yſterologia prima cū.y. græco. & ſequēs cum.t. exili ſcribitᷣ: dici poteſt a noſtris ſermo præpoſterus.
H iſtiæus cū.i. latino utrobiq;: &.æ. diphthōgo i penultīa ſcribitᷣ: fuit teſte Hero.li.hiſto.vi. myleſioꝝ tyrannꝰ
H iſtiæa eodē mō ſcribitᷣ: ciuitas fuit in euboia: de q̄ meminit Home.li.iliados.ii. ϖολυςάφυλον θ' ἱςιαίαν.
H iſtoria p.i. latinū &.t. exile ſcribitᷣ: & ab ἱςορεῖν: qđ eſt ſpectare & cognoſcere ſignificat. unde & ἵςορας ſci
entē uocāt: & ἱςέον eſt ſciendū: ſꝫ primū a græcis aſpiratᷣ. unde nos hiſtoriā cū aſpiratione deduximus: reliq̄
non aſpirantᷣ. Sane teſte Gellio li.v. noctium atticaꝝ hiſtoriā ab annalibꝰ quidā differre eo putant: ꝙ cuꝫ ſit
utrunq; reꝝ geſtaꝝ narratio: eaꝝ tamen ꝓprie rerum ſit hiſtoria: quibꝰ rebꝰ gerendis interfuerit is qui nar
ret. Annales uero eſſe cū res geſtæ pluriuꝫ annoꝝ obſeruato cuiuſq; anni ordine deinceps cōponuntᷣ. Quaꝫ
ſane differentiā accæptaſſe Seruiū in.i. æneidos certum eſt. Sꝫ clarius ea differentia cōcipitur ex libro Sem-
pronii Aſellionis primo oſtendentis: ꝙ inter annales & res geſtas interſit. Verum inter eos inquit qui anna-
les relinquere noluiſſent: & eos qui res geſtas a romanis ꝑſcribere conati eſſent: omnium reꝝ hoc interfuit.

Annales libri tantũmodo quod factũ quoquo anno geſtum ſit demonſtrabant.i.quaſi qui ꝑ Dariũ ſcribunt
quá græci ἐφημέρι δα uocant.Nobis non ſatis eē uideo quid factũ eſſet id pronunciare:ſed etiam quo cō
ſilio quaq; rōne geſta eſſent demonſtrare:& paulopoſt idem Aſellio in eodem li. Naꝫ neq; alacriores ad rē
pu.defendendam:neq; ſegniores ad rem perperā facundiā annales libri cōmouere quicq; poſſunt.

H iſtopus cum.i.latino &.t.abſq; aſpiratione ſcribitᷣ:genus eſt nauis:quā teſte Gellio actuariam dicimus.

H yſtrix prima cũ.y.græco:& ultima abſq; aſpiratione:&.i.latino ſcribitᷣ:eſt aīalis genus:quod teſte Herodo.
& Plinio li.ix.naturalis hiſtoriæ maxīe in india æthiopia:& aphrica creſcit:ericio ſimile:ſpinis tergus hiſpi
dum habens:quas tenſa cute plærunq; laxatas uoluntaria iaculatione iacit:& aſſiduis aculeorum nimbis ca
nes uulnerat inſequentes.Et ſex hybernis menſibus latet.

H iſtrio cum.i.latino utrobiq; ſcribitᷣ:& licet a græca dictione deſcendat:quæ minime aſpiratur:aſpirationeꝫ
tamen apud noſtros ſuſcæpit.Nam teſte Feſto huiuſmodi ſcænici a nobis hiſtriones uocati ſunt:quia primꝰ
qui hanc artem romæ exercuit ab iſtria profectus eſt:ſed certiſſimum eſt iſtriam nullo mō aſpirari. At uero
Liuius & Valerius maximus non ab iſtria:ſed ab hetruria illum ueniſſe dicunt:a quo eiuſmodi nomen tra
ctum fuit:quare non græcum ſed hetruſcum uocabuluꝫ eſt.Similiter Cornelius Tacitus ab hetruſcis hiſto
riones accitos dixit:& a tyriis equorum certamina.Quos laudatiſſimo primum uſui fuiſſe habitos uidimꝰ
in dictione Aeſopus.Naꝫ hi quoq; perſonati in ſcæna tragœdias agebant:comœdiaſq; uoce & corporis ge
ſtu.Vnde ait Cicero:hiſtro ſi paululum extra numerum:aut ſi uerſus pronunciatus eſt una ſyllaba breuior
aut longior exibilatᷣ exploditur.i.pulſatione manuum eiicitur.

H yuſquianus prima cũ.y.græco ſequente.u.ſcribitᷣ:herba eſt medicinalis:quæ a noſtris dens caballinꝰ uocatᷣ

H odius cum.i.latino ſcribitᷣ:fuit teſte Homero li.ix.iliados unus ex græcoꝶ preconibus in bello troiano.

H œthyni cum.œ.diphthōgo &.th.aſpirato ſequente.y.græco ſcribitur:populi ſunt.

H œtychius prima cũ.œ.diphthongo ſequens cum.t.exili &.y.græco:penultima cuꝫ.ch.aſpirato &.i.latino
ſcribitᷣ:fuit teſte Home.li.vii.iliados uir Achiuꝰ longe optimꝰ artis ſtatuariæ opifex:qui apdᷣ hylen hītabat

H olos cum unico.l.ſcribitur:& dicitᷣ latine totus.Olus uero ſine aſpiratione latinum eſt:& uenit ab oleo uel
olo quod ſine aſpiratione ſcribitur.

H ololápus ſimiliter cum aſpiratione & ſimplo.l.ſcribitur:dicitᷣ a nobis totus flāmeus.

H olor cum aſpiratione ſimiliter & unico.l.ſcribitᷣ:auis albæ nomē eſt:quā quidā cycnuꝫ putant:& dicitᷣ qua
ſi holos.i.totus oreos albus:de quo Oui.in heroidibus:Sic ubi fata uocant udis abiectus in herbis.Ad ua
da mæandri concinit albus holor:& Virgi.in bucolico:Argutos interſtrepere anſer holores.

H olocauſta ſimiliter cum unico.l.&.c.&.t.exilibus ſcribitur:ea ſacrificia dicebantᷣ:in quibus tota hoſtia com
burebatᷣ.Vnde componitur ex holon quod eſt totum & cauſtum combuſtum.

H olographum ſimili modo cum unico.l.ſcribitur:dici poteſt a noſtris totum ſcriptum & capi conſueuit pro
teſtamēto teſtatoris manu penitus ſcripto.

H oloſathron cuꝫ unico.l.&.th.aſpirato ſcribitur:dici poteſt undiq; quaſſatum.Nam componitur ex holon
quod eſt totum:& σαθρου quaſſatum:quo nomine Plinius li.xx.naturalis hiſtoriæ dixit genus quoddam
petroſelini cognominari.

H omerus cũ aſpiratione principii:& unico.m.ſcribitur:fuit omnium poetaruꝫ clariſſimus:cuius matre teſte
Herodo.in eiꝰ uita Eritheis uocata fuit:pater uero qs fuerit ignoratᷣ.Ariſto.lib.iii.de arte poetica:ut rettu
lit Plutarchꝰ Dæmonē quendā illiꝰ patrē fuiſſe dixit.Alii uero aliter ſenſerũt:ut de genere patria & uita il
liꝰ taꝫ uariæ ſint ſentētiæ:ut ſatiꝰ ſit de eo tacere:ꝙ̄ aliqd affirmare.Nā ſi ab ephoro ut Plutarchꝰ refert pa
triā quæras cumæuꝫ dices.Si a Pyndaro oīuꝫ lyricoꝶ principe:uideſ tũ ſmyrneũ tuꝫ chiũ aſſeuerabit:ſi ab
Antimacho & Nicādro colophoniũ cēſebũt:Sin aũt & ab Ariſtarcho & Dionyſio thracio haud dubitabũt
athenienſeꝫ dicere.Demũ cum Simonides chiuꝫ Ariſto.Ieceꝫ fuiſſe ſcribat nō deſunt qui eũ ex cypro ſalami
niũ aut argiuũ eſſe contendant.Qua itē tēpeſtate fuerit:tā uariæ ſentētiæ ſunt:ut neſciamꝰ qd efferre.Nam
aliqui teſte Plutarcho eũ aſſerunt tēporibꝰ belli troiani natũ fuiſſe.Alii uero poſt troianũ belluꝫ annis centũ
Nonnulli aũt centũ quinq̄ginta.Scripſit autē poeta hic clariſſimus ut ſubdit Plutarchus pœmata duo:ilia
den.ſ.& odyſſea.Quoꝶ alteruꝫ bellum troianũ:alterũ Vlyxis uarios errores cecinit:Batracho myomachi
am uero non ſibi uideri Homero eſſe attribuendaꝫ.dixit idem Plutarchus qn & margiteꝫ Homeri itideꝫ eē
negauit:de huiꝰ uero nullaꝫ prorſus fecit mentionem.Alii uero & hæc omnia Homero aſcripſerunt.hic ut
Quintilianus quemadmodum ex Oceano ipſe idem dixit Homerus animum fontium curſus initium cape
re omnibus eloquentiæ partibus exemplum:& ortum dedit:hunc nemo in magnis rebus ſublimitate:i par
uis proprietate ſuperauit:idem lætus ac præſſus iucundus & grauis tum copia cuꝫ breuitate mirabilis.Nec
poetico modo ſed oratoria uirtute eminentiſſimus.hæc ille:& plura alia in laudes eiuſdem poetæ admiran
das ꝓſequitur libro.ix.de inſtitutiōe oratoria:& ut egomet quod de illo ſentio fatear.Nihil iucundius aut
dulcius aut gratius legere poſſuꝫ.De quo dixit Oui.in li.ii.de ſine titulo.
Aſpice meonidem a quo ceu fonte perenni.

Vatum pieriis ora rigantur aquis.

H omelia cum aſpiratione principii:& unico.l.atq;.i.latino ſecundum ueraꝫ orthographiã ſcribiť: indicatq;
apud nos ſermonem:& deſcendit ab ὁμιλῶ ꝙ ſermocinor.

H omœſis cum.œ.diphthongo in antepenultima ſcribitur:dicitur a noſtris ſimilitudo.Nam tropus eſt cuꝫ ex
ſimilitudine alicuius cogniti in ſimilitudinem deuenimus incogniti.Cuius ſpecies ſunt tres:icon: parabola
& paradigma:de quibus in ſuis dictionibus uidebimus.

H omographia cum aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:dici poteſt æqualis ſcriptura uel pictura.naꝫ cõ
ponitur ex ὁμοῦ quod dicit pariter & γραφία ſcriptura uel pictura.

H omolus cum unico.l.ſcribitur.mons eſt theſſaliæ.

H omonymus penultima cum.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris eiuſdem nominis:quo etiam proprio nomi
ne pater Apolloni Tyanei dictus fuit.

H omonyma cum.y.græco in penultima ſcribiť:dicuntur a nobis æquiuoca hoc eſt æque uocata quaſi intelli
gi uelit non eadem in re exiſtentia.

H omonœa cum aſpiratione principii &.œ.diphthongo in penultima ſcribitur:fuit liberta Cæſaris pãphili
ti & coniunx dulciſſima Atimeti:ut in ea dictione uidimus.

H omoptoton cum aſpiratione principii & cætera ſine aſpiratione ſcribuntur : dici poteſt latine ſimilium ca
ſuum:uel ut ait Cicero in dignitatibus ſimiliter cadens.Naꝫ componitur ex ὅμοιος qđ eſt ſimiliter & πτῶ
σισ caſus:& diciť figura cũ quis diuerſas dictões in ſimiles caſus eximit:ut apud Enniũ merentes flentes la
chrymantes:& miſerantes.item neq; currentem neq; noſcit euntem. Tollentemq; manus ſaxumq; in mane
mouentem.

H omoteleuton cum.t.exili utrobiq;:& eu diphthongo in penultima ſcribitur:dicitur a Cicerone in dignita
tibus ſimiliter deſinens.Nam componitur ex ὅμοιος quod eſt ſimiliter & τέλευτον finituꝫ:& eſt figura cũ
plura uerba in eandem uocem terminãtur:ut abiit abſceſſit euaſit erupit.ſimiliter malui eos reduci ꝙ relin
qui:teneri ꝙ deſeri . Et differt a ſuperiori quoniam illa eſt ſolum nominum hæc aliarum dictionum . Hanc
figuram uitans Virgilius in bucolico dixit:Cuium pecus:& non cuius pecus:ut teſtis eſt Seruius.

H anapis cum unico.p.&.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ:ut ſcripſit Herodotus li.hiſtoriarũ.iiii. de quo
in dictione tiarantus uidebimus.

H ora cum aſpiratione a græcis tam pro tempore ꝙ pro termino ſeu loco ſcribiť:nos uero ut differentiaꝫ an
notemus:cum pro loco & termino accipitur:abſq; aſpiratõne ſcribimus: ut Qui primus ab oris:& ut puto
hinc deducitur ora quæ ſimiliter ſine aſpiratione ſcribitur:& ſignificat funem:quo nauis ad terram ligať:
ut apud Liuium in libro.xiiii.in ipſis quoq; trepidatum nauibus:duꝫ ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent
trahunt ſcalas:oraſq; & anchoras:ne in moliendo mora eſſet præcidunt.Quintilianus i epiſtola ad tripho
nem ſimiliter ait:Permittamus uela uentis:& oram ſoluẽtibus bene precemur.Sane horæ ab Homero fin
guntur libro.v.iliados non minus phyſicæ ꝙ poeticæ cæli portas cõſeruare:quin & ab hora omnia deriua
ta aſpirationem habent.

H oroſcopos cum aſpiratione principii:&.c.exili:hoc eſt ſine aſpiratione ſcribitur:dicitur latine ſolariũ.Naꝫ
uas quoddam ſeu inſtrumentum fuit:quo numerus horarum diei conſpici ad ſolem conſueuit: & compo
nitur ex hora & σκοπός quod eſt conſideratio ſiue proſpectio.de quo Plinius libro.ii.naturalis hiſtoriæ
inquit:uaſa horoſcopa non ubiq; eadem uſui ſunt:cum in trecentis ſtadiis : aut quingentis longiſſime mu
tentur umbræ ſolis.

H orologium cum aſpiratione principii ſimiliter &.i.latino ſcribitur:dicebatur ſimiliter latine ſolariũ: ut de
heroſcopo expoſuimus:ſed iam relicto latino nomine multũ ſignificantius eo noſtro inſtrumẽto concipiť:
in quo non tm̃ ratio horarum ex ſolaribus radiis:ſed etiã occultato ſole ſermo:ut ita dicam:horarum agno
ſcitur.utrunq; enim logos ſignificat rationem ſcilicet & ſermonem.Nam non ſolum horaꝫ oculis oſtendit
ac præſcribit:ſed etiam auribus procul & domi manentium nunciat campana:quæ ſuper impoſita eſt nu
merum diſtinguente.Vnde quodammodo uitam habere uidetur:cum ſponte ſua cietur : & dies ac noctes
pro homine opus facit:quo nihil neq; utilius neq; iucundius dici poteſt:nouum tamen inuentum eſt. ſimili
ter & campana:ſed non admirabile:utilitatis tamen tantæ ac iucunditatis:ut cum in rebus ciuilibus:tuꝫ ue
ro in ſacris mirum proſit atq; oblectet.Campanam dixi more uſitato nõnulli nolam uocant:ſed alteꝝ meo
iudicio admirabilius inuentũ habemꝰ:& apud nautas quoſq; pariter uſitatũ:pyxidẽ dico illam:quã prope
dixerim uiuã ad lapidẽ ſideriteꝫ qui magnes diciť:nauigationẽ ita iã moderanť:ut cõmodius ne an acutius
excogitatũ ſit dubitẽ.nã tabulam illam quæ ſocia huiꝰ eſt:ubi ſpacia maris atq; terraꝝ deſcribunť. neq; ita
multũ miror.ẽ enĩ longi laboris ac ſedulæ diligentiæ potius ꝙ ingenii diuini:nec oĩo ueteribꝰ nautis deſu
iſſe exiſtimo:qđ ſi nouũ genus uelificandi:quod latinum uocant ab amalphitanis ut fertur excogitatuꝫ:nu
per perpetuam gloriam illis ĩmunitateꝫ apud nos omnes oras peperit.Quid tandẽ laudis præmiiq; debeať
inuentoribus pyxidis.Quãquã haud ſcio tantũ ne tribuamus gloriæ nauigantibus: an credamus eos aliũ

de accepiſſe:hoc eſt ab eodem ingentiſſimo hominum genere:qui horologia iſta præclara excogitarunt.
Siquidem horologiũ illud ad eandem pene formam pyxidis:quæ magnete temperatur:eandeꝫ quoqꝫ ꝓpe
modum rationem continet:& ubi quattuor & uiginti in orbem radii:totidem uentos demõſtrãt: ita hic pa
ri numero diei noctiſqꝫ horas ſua in circulo puncta:hoc nonnulli quadrantem uocant:Quæ tria ſiue ab eo
dem ſiue a diuerſis adiuncta ſunt. Profecto nec Dædali qui ſerram:aſciaꝫ: perpẽdiculũ:& alia quæ in dictio
ne Dædalus uidimus. Nec Theodori ſamiis qui normam:libella:tornum:clauem:nec ciclopum:qui fabri-
cam ferream:nec Panos qui fiſtulam:nec Mercurii qui monaulion adinuenit:inuenta cum his de quibus di
ximus comparanda ſunt:ſicut econtrario. Non maioris ingenii fuit inueniſſe arcum & ſagittaꝫ:cuius aucto
rem ferunt ſcytherem Iouis filiuꝫ:ut teſtis eſt Plinius li.vii.naturalis hiſtoriæ: nec alia pluria ad hominũ ꝑ-
niciem:quorũ ſingula ad ſuos referuntur auctores ꝙ excogitaſſe:ad quod proxime accedit ad ſuperioruꝫ
miraculum:& bombardam uocamus:cuius auctorem execremur:licet tam&ſi ignoremus dignuꝫ qui ĩ mõ
rem Salmonei fulmine deflagraſſet:quoniam nihil tam ſimile fulmini eſt luce:ſonitu:odore. huius nomen
a bombo quod eſt græcum:a nõnullis quoqꝫ latinorum uſurpatuꝫ:& ab ardeo compoſitum eſt. Aliqui tor
menta ænea magis dicere uolunt:habent & eius ſpecies ſua nomina:nec quem ſcriptorem ſequamur habe-
mus:nec etiã ſcriptum habemus:quo nomine uocaret̃ id in quo uterqꝫ pes utrinqꝫ quieſcit eius qui inſidet
equo. Nam ut marmoreis ſignis romæ conſpeximus:non utebantur illis antiqui. Quid ferrũ quo uelut ſo
leis calciantur pedes equorum iumentorũqꝫ:quid illud ex corio extrema in parte lancæ:quod ferreum cor
nu ubi ad pectus lancea ipſa infeſta reponitur. Quid magna pars armaturæ:ſed hæc non repono inter acu-
tæ inuenta:acutius eſt inueniſſe ac multo utilius ꝙ ratione frumentum quaſi in piſtrino ad decurrẽtis aquæ
impetum moleretur:quod &ſi non admodum recens eſt:tamen nomine ſuo apud litteratos caret. Quidaꝫ
ueteres uocant piſtrinum:uulgus uero molendinum:ſicut ea quæ uento aguntur:ſane molendinarium: &
molendinariam comperimus:ut Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo. Aſinam inquit molendinariam:
& molam negat Neratius inſtrumento fundi contineri. idem conſultus de mæta molendinaria reſpõdit. Si
ruſticus eius fundi operariis moleretur eam quoqꝫ deberi. Et ſubdit:eſt autem mæta inferior pars molæ ca-
thyllus ſuperior. hæc ille:rurſus & illud quoqꝫ utilius qui acutius excogitatuꝫ eſt ex eo frutice: cuius nomẽ
non legi. alii cottonem. alii bombycem ad ſimilitudinem bombycis:qui ſericuꝫ gignit appellant: conficere
tria præcipue quæ non deerant quidem nobis:ſed acceſſionem hanc adiectaꝫ gauiſi ſumus:ueſtes: chartas:
uela. Adeo nec ueſtibus:nec chartis:nec uelis ullis melioribus utimur. Multa ſunt inuenta ad ſenſuuꝫ oble-
ctationem. Partim eius generis cuius olim iam alia fuerant ut in muſica qđ equidem & admiratõe & laude
dignũ eſt:adhuc carẽs apto nõie organa uocant. Quædã itẽ minora aptiorib⁹ appellata nõib⁹ monachordi
um cum.ch.aſpiratione:& clauicymbalum cuꝫ.c.exili &.y.græco in antepenultima:& nõnulla alia his ad-
damus. zuccara ſic enim omnes uocant & plurima ex eis confecta:& pilam luſoriaꝫ. Non dico qua pri⁹ etiaꝫ
utebamur:cuius Pithi inuentum. Plinius li.vii.dixit:ſed uento ut uulgus loquitur plenam:&ſi ueteres pue
ros luſiſſe folle accæpimus:tamen & aliud fuiſſe illud:& hoc multo artificioſius eſſe non dubium eſt. Cui⁹
inuentum ad marchionem ferarienſem:qui proxime defunctus eſt referunt:in eadem quoqꝫ urbe reꝫ ſordi
dam ſed utilem primum inuentam uolunt:e ſeuo candelam partim eiuſmodi apud priſcos nullum exẽpluꝫ
fuit domuiſſe aues ad uenandum. Nam de canibus qui coturnices attagenes faſianos perdices anates: cæte
raſqꝫ huiuſmodi aues uenat̃ minus affirmare auſiꝫ:ꝙ de altilibus:quæ ſuapte natura ſibi uenant̃ nunc etiã
nobis quæ diligentia aut exercitatio adeo increuit:ut in artem & quidem non paruam euaſerit:ſcripti ſunt
multi & magni de ſtruzeria:ita enim hanc artem nominant libri ſtudium nobilium hominum ac diuitum:ſi
cut pauperum ac tenuiorum. illud quod nec ipſum affirmem:olim in uſu non fuiſſe: noctua aſcione ulula
aliiſqꝫ quibuſdam uolucribus captare alias uolucres:quod proprie aucupari dicitur. Nam alterum magis
uenari eſt hoc inſidioſum:illud uiolentum:hoc ex occulto:illud ex aperto:hoc blanda ſpecie decipiẽs:illud
etiam anteꝙ noceat minans:ut ſciamus uerum eſſe quod Ariſtoteles & alii quidam ſcripſerunt pauperum
proprium eſſe cum mali ſunt dolo uti diuitum ui. ideoque alterum uulpeculæ: alterum leoni compera-
tur. Sunt etiam minora dictu alia nonnulla: ut pelles: bractea: argentea indutas fuco: tingere in aure-
um colorem:quas auripelles uocant: meſſanenſium ut aiunt inuentum: qualia in ſingulis artibus ſua for
taſſe recentia inuenta ſunt: ut in aurificina Niellum: illud in artem nullam cadit feciſſe duos orbes e te-
nui uitro chryſtalloue aut berillo:ꝑ quæ infirmior uiſus melius ſi credibile ẽ uideat:quæ ocularia nominãt
Nec id prætermittam quod ab ingenii arguitia non abeſt haſtam in modum tubæ æqualiter perforatam: ꝑ
quam impulſo ſpiritu cretaceas pilulas emittimus:quibus certiſſimo ictu auiculas occidimus:cuius nomen
antiquum non eſt:quia nec res antiqua erat:purpuræ antiquis in uſu fuerunt:Nobis ut mille ſint facit:quæ
rariſſima eis fuit copia ſerici:& alia ſunt quæ his inſerere poſſemus:niſi in longum traheretur oratio: qui-
bus conſtat nos rebus nouis noua nomina accommodare poſſe:ut ueteres a quibus præcepta habemus &
exempla ſumimus factitarunt: Vnde ait Priſcianus in.viii. Si eniꝫ auctoribus timidas obſtitiſſet:ut nullis no
uis uterentur dictionibus ipſa natura & ſignificationem rerum exigente perpetuis latinitas anguſtiis dam-
nata manſiſſet.

H oratius cum aſpiratione principii &.t.exili atq;.i.latino ab emendatiſſimis græcis ſcribit᷑:& ſecunduȝ illos ab ὥρᾶιοσ quod eſt pulcher deriuatur.nõnulli uero ex noſtris latinum eſſe:& latiná deriuationem habere uolunt:& ab oro oras oratus deduci aſſerũt:quod ſi ueꝝ eſſet abſq; aſpiratõne ſcribi deberet:ſȝ prior ſcriptura magis a doctiſſimis obſeruat᷑:fuit ergo poeta laudatiſſimꝰ patria uenuſinus:dicente Iuuenale in prima ſatyra:Hæc ego non credam uenuſia digna lucerna:fuitq; natus patre libertino:ut ipſe idem.xxiiii.epiſtola atteſtatur dicens.

Me libertino natum patre:& in tenui re.
Maiores pennas nidos extendiſſe loqueris.
Vt quantum generi demas:uirtutibus addas:fuit ſtatura breuis:ut in eadẽ epiſtola ipſe idem ſubdit.
Corporis exigui præcanum ſolibus aptum.
Iraſci celereȝ tamen ut placabilis eſſem.&.xxvi.oſtendit quẽadmoduȝ romæ litteris liberalibus eruditꝰ fuerat:& deinde uberioris ſcientiæ gratia náſciſcendæ thenas conceſſerit:& cũ doctiſſimꝰ euaſiſſet familiaritatem.M.Bruti occiſoris Cæſaris adeptus:factuſq; ab illo tribunus militũ contra.M.Antoniũ & Auguſtum ſed uicto Bruto ex clade aufugit ipſo dicente in odis.Tecũ philippos & celerem fugá ſenſi recte non bene parmula.& ibidem:Sed me per hoſtes Mercurius celer denſo pauentẽ ſuſtulit aere.cui deinde Auguſtꝰ mecœnatis gratia indulſit:itaq; liberatus ad poetica ſe conuertit:& præcipuus apud latinos uerſus lyricos expreſſit:imitatur Archilochũ alcæum Sapphon & Pindarum poetas græcos:unde in.xxiiii.epiſtola ait: Parios ego primus iambos.
Oſtendi latio numeros animoſq; ſecutus.
Archilochi:non res & agentia uerba lycambrem.
Temperat alcæus:& reliqua:ſcripſit igit᷑ odos:libros ſermonũ duos:inſtitutiones poeticas:quæ poetria dicit᷑:& epiſtolas:& cum diuitias optimis ſtudiis cumulaſſet:tandem romæ moriens Auguſtum rerum omniũ ſuaꝝ hæredẽ inſtituit:obiitq;.lxiii.anno ſuæ ætatis.imperii uero Auguſti anno.xxxv.fuitq; maxima pompa ſepultus in exquiliis apud Mecœnatem.

H ormenus cum.e.abſq; diphthongo ſcribit᷑:fuit uir troianus interfectus a Polypete filio Perithoi:ut oſtendit Homerus li.xii.iliados:& deſcendit ab ορμη quod eſt impetus.

H orótes cũ aſpiratione principii &.t.exili ſcribitur:fuit ex lycia troianoꝝ amicus:qui occiſo apud troiaȝ Pádaro lyciæ rege:qui troianis auxilia tulerat:ipſi Pandaro in militia ſucceſſit. Sed capta troia diſcedens cuȝ Aenea in ſiculo mari periit:ut oſtendit Virgi.li.æneidos.i.eadem litteratura fluuius quidá ſyriæ deſcribit᷑:qui teſte Pli.li.v.naturalis hiſtoriæ inter libanũ & antilibanũ montes iuxta heliopolim urbs exorit᷑. Et deinde anthiochiá nominatá epiphanẽ diuidit.De quo meminit Iuuena.in.iii.ſatyra cum ait.Iápridȝ ſyrus í tyberim defluxit horontes.Quo etiam noīe gener Artaxerxis perſarũ regis cognominatus fuit.

H orizon cum.i.latino ſequente.z.conſonante ſcribit᷑:dici poteſt latine finitio uel terminatio:& deſcendit ab ορι ξω quod eſt finitio uel terminatio.

H orthes cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero li.ii.iliados theſſaliæ urbs.

H ortenſius cum aſpiratione principii &.t.exili ſcribitur:latinũ puto & ab hortor deriuari.Nõnulli græcum exiſtimant:& cum.th.aſpirato ſcribunt:atq; ab horthes urbe theſſaliæ deductum putant:ſed prior ſcriptura etiá apud doctiſſimos cõmunior fuit.Hortenſius teſte Quintiliano libro.vi.de inſtitutiõe oratoria:quádoq; oratorũ princeps romæ habitus:inde æmulus Ciceronis & nouiſſime quoad uixit ſecundus.De eodẽ dixit Varro lib.iii.rerum ruſticaꝝ.Et poſt eũ Gellius li.noctiuȝ atticarũ primo.Qu.Hortenſius fuit orator clarus:ſed delicatior ꝙ uirũ deceat:& formæ non minus ꝙ eloquentiæ ſtudioſus. Nunꝙ ſpeculo inconſulto proceſſit in publicũ in illo ſe comere:in illo ſe mirari:in illo uultũ togáq; componere conſueuit.De quo plura idem ꝓſequunt᷑.Et Valerius maximus ac illi plures.

De aſpiratione dictionum latinarum tam in medio dictionis ꝙ initio & in fine.

Is itaq; de dictionibus græcis:quæ latine ſcribunt᷑:& initio dictiõis aſpirantur per ordinẽ habitis:decreui latinas quaſdam:quæ maxime difficultateȝ habere uidentur:hoc loco nõ præterire.Immo per ordinem eas annotare:quæ aliquo modo aſpirationis nota in initio dictionum uel mediis ſyllabis ac etiam in fine deſignantur.Nam omnis aſpirationis nota aut principalis eſt ſyllabarum:aut terminalis:aut media.Quæ quidem principalis eſt ſolis uocalibus præponitur:& duos retinet in dictõibus locos capitalem.ſ.& medium. Capitalem ut habeo:medium ut perhibeo:Quæ uero media eſt ut plurimum in dictionibus græcis ſcribit᷑:ut rhetor:rhaphanus Theophraſtus & ſimiles. in latinis etiam ut quidam uoluerunt oīa terminata in cher uel in chra uel in chrum:& ante.c.habẽtia.l.ut pulcher pulchra chruȝ:ſepulchrũ fulchruȝ.Nonnulli uero ſolum pulcher chra chrũ:& ab eo declinata aſpirari uolũt.cætera ſine aſpiratõe ſcribẽda eẽ dicũt. Quæ aũt terminalis aſpiratio ẽ in paucis ĩteriectõibꝰ latinis ĩuenit᷑:ut uach ah oh:de qbꝰ loco ſuo dicet᷑.Nũc de ea primũ aſpiratõe tractabimꝰ:quæ capitalẽ in dictõibꝰ locũ obtinet:& ab.a.incipiẽtes hoc quoq; ánotádũ duximꝰ

ipſum.a.ante.f.g.k.l.o.p.q.&.t.in latinis dictionibus recte aſpirari non poſſe.

H a interiectio cũ aſpiratõe ſcribit᷑:ut ab.a.differat cũ præpoſitio ẽ:uel litteræ nomẽ.Nã tũc quoq; aſpiratõe caret:uelut aliis magis placet:quia cum interiectio eſt:affectũ ſignificat:& cum aſpiratione profertur.Inuenitur nonnunꝗ̃ interiectio ah poſt ſe aſpirari:de qua poſtea pertractabimus.

H abeo habes cum aſpiratione ſcribit᷑:ut ab abeo is differat quãdo cũ ab præpoſitõe cõponit᷑:& dicit᷑ ſine aſpiratõe abeo is it:& dicimꝰ habui oratõeʒ magis ꝗ̃ feci orõneʒ:ſʒ feci orõneʒ frequẽtius ꝗ̃ habui dicimus.

H abito cum aſpiratione ſcribitur:& ab habeo uenit:ſimiliter habilis & habena.Nã cũ aliquã dictionẽ aſpirari dicimꝰ oẽs ab ea deſcendentes aſpirandas uolumꝰ:Et conſtruit᷑ habito melius cũ accuſatiuo ꝗ̃ ablatiuo:ut Virgi.in Alexi:Atq; humiles habitare caſas:Sane abũdo qđ in nõnullis locis aſpiratũ comperit᷑:librariorũ uitio tribuendũ eſt.Nã ex ab præpoſitione cõponit᷑:& undo undas:qđ deriuat᷑ ab eo ꝙ eſt unda.

H ac ꝓnomen ſiue aduerbiũ aſpirat᷑:ut differat ab ac cõiunctõe:quæ ſine aſpiratõe ſcribitur.Veꝝ in articularibus ꝓnoĩbus & aduerbiis monoſyllabis inde deriuatis:non ſolũ.a.ſed cæteræ uocales aſpirant᷑:ut hic hæc hoc huc.Quoniam hic ꝓnomen a quo cætera huiuſmõi oriunt᷑ teſte Priſciano ab græco articulo hoc deriuatum eſt:quod apud illos aſpirari minime dubitari põt:de quo in dictione eius uidebimus.

H actenus cũ aſpiratõe ſcribit᷑:& ex hoc aduerbio & tenus cõponit᷑:ſʒ in cõpoſitõe penultĩa ipſa corripit᷑.Virgi.Hactenꝰ aruoꝝ cultus & ſydera cæli:& teſte Feſto hac fine deſignat.ait enĩ quatenꝰ ſignificat q̃ fine:ſicut hactenus hac fine:ſed antiqui quatenos dicebant:& qnando pro quando.quatinus uero quoniaʒ:hæc ille:Sane pro horum uerborum declaratione:quia multi quatinus ꝓ quatenus:& ecõuerſo ſcriptitare conſueuerunt:exempla adducemus:inquit enim Iuuenalis in ſatyra Natali:Exiſtunt qui promittunt hecatomben Quatinus hic non ſunt:nec uænales elephanti:quatinꝰ ſcripſit per.i.hoc eſt ſunt nulli qui promittunt diis ſacrificiũ centum boum pro ſalute diuitis.Et ſubdit per antipophoraʒ:nec eniʒ mactare & ſacrificare de elephantis poſſent:non enim ſunt in latio:& ſi ſunt non uẽduntur:& ſic quatinus poſuit pro quia:ut dixit Feſtus:At uero quatenus cum.e.pro qua fine ponitur:hoc eſt ad quantum ſiue ut exempluʒ ſit:cupio ſcire q̃tenus amor in amicicia debeat intendi ac ꝓgredi.i.ad quantum:ut ſcripſit Cicero in Lælio:quaſi ut uelim dicere utrum habeat finem ſeu mætam uel limitem amor & amicitia.Similiter dicimus uerberaui filium meũ quatenus ſit bonus.i.ad hunc finem ut ſit bonus.i.ad hoc ꝙ ſit bonus.Itaq; male dicitur.Iniunxit mihi dominus meus quatenus legam.

H æ quod eſt plurale huius pronoĩs hæc aſpiratur:& diphthongat᷑:dum uero eſt præpoſitio minime:ſʒ quod ab ea deſcendit ſine aſpiratione & cum duplicato.e.ſecũdo.ſ.diphthongato ſcribitur.

H ædus cum aſpiratione & æ diphthongo ſcribitur:ut plene uidimus in dictione diphthongus ab illo tamen Iſidorus aſpirationem abſtulit:ſed præualet antiquorum uſus:&.M.Varronis ſententia.

H æreo uerbum cum aſpiratione & æ diphthongo:ut uidimus in dictione diphthongus ſcribitur.

H æres ſimiliter aſpiratur:& cum diphthongo ſcribitur.ut in dictione diphthongus uidimus a quo exhæredo penultima producta deducitur.

H alo uerbum primæ coniugationis cum aſpiratione ſcribitur:ut ab alo differat coniugationis tertiæ:quod ſine aſpiratioue ſcribitur:& nutrire deſignat.At cum aſpiratione halare ſpirare eſt:unde halitum ſpiritum dicimus.Iungiturq; cum ablatiuo:ut Sertiſq; recentibus halant.At exhalo cum accuſatiuo:ut Virgili.vii.æneidos:Sæuãq; exhalat opaca mephitim.Iuuenalis in ſatyra:Omnibus in terris Bellorum pompa animeʒ exhalaſſet opimam.

H alitus cum aſpiratione ſcribitur:& ab halo halas primæ coniugationis uerbo deſcendit.

H amus cum aſpiratione ſcribit᷑:ut in datiuo uel ablatiuo quod eſt hamo ab amo uerbo differat.

H ara cum ſtabulum ſignificat porcorum cum aſpiratione ſcribitur:ut ab ara deorum:quæ aſpirationem nõ habet differat.Significat etiam interdum hara aſpiratum teſte Seruio:in Donatum auem quandam auguralem:a quo nomine haruſpex & hariolus aſſerit deriuata:eoſq; falſitatis arguit:qui ab ara deorũ hæc ipſa aſtruunt deriuari:cum in ara deorum principalis ſyllaba producta ſit:in haruſpex uero & hariolus ſit breuis.Sane Donatus in phormione inquit.Hariolus quaſi fariolus dicitur:aſpiratione poſita pro.f.littera.

H aruſpex cum aſpiratione ſcribit᷑:ut uidimus in præcedenti dictione.

H ariolus cum aſpiratione ſimiliter ſcribitur:ut in dictionẽ hara notauimus

H arena a uerbo hæreo teſte Seruio deriuari uidetur:eo ꝙ mixta calce parietibus hæreat:& ob hoc aſpirãdũ eſt.Alii uero conuenientius ab areo uerbo deriuataʒ putantes ſine aſpiratione ſcribunt arena:ſimiliter arũdo cum ab ariditate dicatur:nunquã recte aſpiratur.Sunt qui uelint cum haſtam arundo ipſa deſignat:ut per aſpirationem ab arundine quæ cannam ſignificat:diſcrepare faciant.Sane arundo mihi ubiq; nomẽ uidetur:quod cannam ex ſua proprietate ſignificat:haſtam uero per quandam inter ſe ſimilitudinem.Vnde nullo modo aſpirandum puto.

H aſta cum aſpiratione principii ſcribitur:unde licet ab aſto uerbo:quod ſine aſpiratione ſcribit᷑ deriuari dicatur:tamen ad differentiam ſecundæ perſonæ eiuſdeʒ uerbi in imperatiuo aſpirationẽ aſſumpſiſſe uidet᷑.

H aurio cum aſpiratione ſcribitur:ut in ſecunda perſona ab auris nomine diſcrepet quod non aſpirat᷑.

H aue uerbum ſalutatiuum antiqui nonnulli cum aſpiratione ſcribebant:ut ab aue ablatiuo nominis auis diſ
ferret:& ab imperatiuo uerbi aueo:unde auidus & auarus. Sed iam tenet conſuetudo: ut ſine aſpiratione
ſcribatur.

H ebeo ſecundæ coniugationis uerbum aſpiratur:ut ab ebeo ebeas coniugatõnis primæ differat. Vnde ebiti
dicuntur qui fœlicitate aliqua ceciderunt.

H ei interiectio cum aſpiratione ſcribitur:ut ab ei pronomine diſtet:& quoniam affectum ſignificat:cum au-
ctiore ſpiritu promendum eſt.

H eiulor aſpiratur:quoniam ab hei interiectione deſcendit.

H em interiectio ob maiorem ſpiritum aſpiratur.

H elluor aris teſte Gellio li.ii.noctium atticarum cum aſpiratione ſcribitur:nulla ſane ratione niſi ut firmitas
& uigor uocis:quaſi quibuſdam neruis additis intenderet᷑:& inde helluones guloſi dicti ſunt.

H erus cum aſpiratione ſcribitur:ut in datiuo & ablatiuo a uerbo futuri temporis ero differat.

H erba cum aſpiratione & ſine diphthongo ſcribit᷑:licet ut quidam uolunt a uerbo hæreo:quod cũ diphthõ
go ſcribitur:deriuari dicatur:quia non naturaliter diphthongum hæreo:ſed ex quadam differentia accæ-
piſſe dicatur.

H eruga & herugo ſimiliter aſpirari:& a uerbo hæreo deducta dicuntur:quia tenaciter rebus quas occupãt
hærent:licꝫ ſine diphthongo ob eandẽ cauſam quã in præcedenti dictione diximus ſcribantur.

H eri ſimiliter aſpirari:& ab eodeꝫ uerbo hæreo deduci dicunt:quia heſternus dies hodierno ſine alterius.ſ.
diei interpellatione cohæreat:& ſine diphthongo ſcribitur.

H eritius ſiue herinatius cum aſpiratione ſcribuntur:& ab eo ꝙ ſetis horreat dictum eſt.

H ernia cum aſpiratione & abſq; diphthongo ſcribit᷑:dicitur teſte Seruio lingua ſabinorum ſaxuꝫ:ſed magis
placet illorum expoſitio:qui dicunt herniam aſperum una & durum indicare. Nam ſi ſaxum tantũmodo
indicaret non dixiſſet Virgi.Hernica ſaxa colunt:ſed tantũmodo hernia uel hernica.Nam cum deſcendũt
inteſtina ad pygam teſticulorum efficiunt illam duram & aſperam:ob quod poſtea hernia dicit᷑:Iuuenalis i
ſatyra Credo pudiciciam.Quibus incendi iam frigidus æuo Laomedontiades & næſtoris hernia poſſit.un
de & populi illi qui in campania aſpera ſaxa incolunt hernici ſunt cognominati:ut anagnini cum.g.ante.n
in penultima Priſciano teſte:ferentinates:uerulani:alatrini:fruſinonii:& his finitimi.Virgi.in.vii.æneidos
Hernica ſaxa colunt quos diues anagnia paſcit.i.aſpera:uel ut alii uolunt a quodam ſabino illic habitante
ac regnante hernici dicti ſunt.Macrobius uero dixit pelaſgum quendã nomine hernicũ cõdidiſſe anagniã.

H erenius proprium uiri nomen cum aſpiratione & abſq; diphthongo ſcribitur:licet ab hæreo deductuꝫ cre
dat᷑:quaſi hæreat annis.ſic enim ueteres quandoq; filiis annos præſagientes nõia imponebant.

H eſternus cum aſpiratione ſcribitur:& ab heri deſcendit.

H eus aduerbium uocandi aſpiratur:quia huiuſcemodi uocatões cum augmento ſpiritus efferri cõſueuerũt.

H eu interiectio dolentis uel aduerbium reſpondendi:quia ex dolore uel turbida reſponſione effertur cũ aſ-
piratione:hoc eſt cum augmento ſpiritus profertur.

H ic ſiue pronomẽ ſit ſiue aduerbiũ ſemper aſpiratur:ad quorum differentiã ſignandã quidã ueterũ ut i mar
moribus complurib⁹ legi ſolebat aduerbiũ ſcribere diphthongo græca:uidelicet heic:idq; ratione. Nã ad
uerbium ſemper ꝓducitur:ꝓnomẽ nonnunq; corripit᷑:ut apud Virgilius libro.iiii. Vnus hic inflexit ſen-
ſus quin & pronomẽ illud idem differentiam ſimilẽ detinet:quia cum maſculinũ eſt primaꝫ producit: ut Iu
uenalis in ſatyra:Omnibus in terris Exitus ergo quis eſt o gloria uincit᷑ idem.Nam de Hãnibale loquit᷑.cũ
uero neutrum ſemp illam corripit.datiuus autẽ ſiue ablatiuus pluralis facit eiſdem & iiſdem cuꝫ duplicato
i.uel iſdem cum unico utrunq; bene ſcribit᷑:ſed in ſcanſione unico ſemper.i.utimur:ſicut in Virgilii & An-
tonii dii & diis ii & iis:Iuuena.in ſatyra: Omnibus in terris: Et quicquid græcia mendax Audet in hiſtoria
conſtratũ cladibus iſdem Suppoſitũq; rotis ſolidum mare credimus. Non tamen hic ponitur uerſus eiſdẽ:
quo tamen alibi poſuit:ut in ſatyra:Credo pudiciciam:Dat eiſdem ferre cinædis.

H innio hinnis uerbum aſpiratur:& cum duplicato.n.ſcribitur: quia cum augmẽto ſpiritus hinnitus ab eqs
profertur.

H io hias uerbum & quæ ab eo tracta ſunt:ut hiatus hiatio aſpirant᷑:eo ꝙ hiando maior ſit ſpiritus. Nam ab
oris ſono cum aperitur os tractura uidet᷑.oratores tamen hiare pro eo ſumunt:quod eſt aliquid ſua ſpon-
te & extrema aliqua ui diffindi:ut tellus æſtu:& lingua ariditate:aut nimio labore hiant.

H ir cum aſpiratione ſcribit᷑:quoniã ab hæreo uerbo deriuatur & uolaꝫ ſignificat.nam ut aiunt phyſici in uo
la porri magis ſibi coherent q̃ in cæteris corporis partibus:unde hæ partes ſolidiores eſſe dicũtur.Alii ue
ro ideo ab hærendo hir dici putant quoniam palmæ ipſæ rebus quibuſlibet hærere ſoleant.

H irſutus aſpirari:& ab horreo deriuari uolunt:ut quaſi horrens ſetis dicatur.

H irtus ſimili modo: & per ſyncopam idem eſt:quod complete hirſutus dicitur.

H ircus cum aſpiratione principii ſcribitur:& ab hirſuto deducitur:unde teſte Feſto hircipuli dicuntur homi
nes duorum pilorum.Quidam exiſtimant hircos dictos ab oculorum angulis:quos antiqui hirquos uoca-
bant:ad quos

bant:ad quos frequenter libidinoſa illa aīalia luminum aciem in actu laſciuiæ contorquære conſueuerunt
unde teſte Feſto hirquitalli pueri primum ad uirilitatem accedentes:a libidine.ſ.hircorum dicunt̃:At Terē
tius:Varro ut in dictione diphthongus cōmemorauim⁹ dicit hircum a ſabinis accæptum per cōmutationē
.f.in.h.aſpirationem.

H irqus cum aſpiratione principii &.q.ſequente unico.u.ſcribitur:oculoruꝫ dicitur angulus & oculis nōnū-
quā capit̃:ut Virgi.in bucoli.Tranſuerſa tuentibus hirquis.

H irudo cum aſpiratione ſcribit̃:& ab hærendo carni dicta uidetur.nam ſanguiſuga dicitur.Horatius in iſti-
tutis poeticis.Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.

H irūdo cū.n.ante.d.ſimiliter ī pricipio aſpirat̃:auis eſt:quæ ex terra pulchro artificio nidū tignis ſuſpēdit:&
græce χελιδων dicitur:de qua bene Oui.Sub trabibus cunas tectaq; parua facit.

H iſpidus cum aſpiratione ſcribitur:& ab horreo quidam deriuari putant:quaſi horrens ſetis.

H i pluralis nominatiuus ab eo ꝙ eſt hic aſpirationis notam traxit:per quā ſane differt ab.i.uerbo:& per uni-
cum.i.ſcribitur:ſicut & uerbum.ſi uero ſine aſpiratione ſcribitur.ipſuꝫ quoq;.i.duplicatur:& dicitur ii:ue
nitq; ab illo pronomine is ea id.

H iulcus aſpiratur:& ab hio uerbo deducitur.

H iſco ſimiliter aſpiratur:quia frequentatiuū eſt ab hio tractum. Sane facere deberet hiaſco:ſed hiatus cauſa
abiicitur.a.Et ut oſtendunt oratores hiſcere eſt quidem oris:& tm̄ humani:accipiturq; ꝓ eo ꝙ eſt loqui aut
os aperire ad loquendum:ſed fere per negationem:ut coram illo non auderes hiſcere:uel quid nunc habes
quod hiſcere audeas.Ouidius tamen poeticæ dixit:Hiſcere nempe tibi terra neganda foret: cum id quoq;
oratores ſoleant poti⁹ dicere dehiſcere.i.deorſum peſſumq; aperiri.Quin & Virgi.in.i.His unda dehiſcēs

H odie & hodiernus aſpiratur:eo ꝙ ab hoc & die compoſita dicuntur.

H omo aſpiratur:& ut omnes ferunt ab humo deſcendit:quod Quintilianus deridere uidetur:cum ait libro
primo de inſtitutione oratoria:Etiam ne hominem appellari quia ſit humo natus:quaſi uero non omnibus
animalibus eadem origo:aut illi primi mortales ante nomen impoſuerunt terræ ꝗ̄ ſibi.

H onor & alter eius nominatiuus honos cum aſpiratione ſcribuntur:& ut multi putant differentiæ cauſa:ut
ab onos qui eſt aſinus differat.cur uero duplex ſit terminatio nominatiui Seruius dixit: qui tūc honos dici
cum ſcilicet affirmat:cuꝫ opus eſt ultimam longam habere in uerſu:cum.r.uero quando breuem.

H ortor aſpiratur:ne ab orior frequentatiuum eſſe credatur.

H orreor aſpiratur:ut aſpirationis horror cum eiuſdem uerbi ſignificatione concordet.

H ordeum cum aſpiratione ſcribendum perhibēt:eo ꝙ horrere trahi uolunt.alii uero nō aſpirāt:& ab orien-
di celeritate deduci putant.ſed magis ex teſtimonio Quintiliani aſpirari placet:qui ait in primo de iſtitutio
ne oratoria:fordeum apud uetuſtiores cōſueuiſſe per.f.loco aſpirationis ſcribi:ut ſimiliter fædus pro hæ-
dus:& alia nonnulla de quibus ſupra uidimus.

H orreum cum aſpiratione ſcribitur: & teſte Varrone ab hordeo deriuatur.hoc teſte Feſto antiqui farreum a
farre dicebant.

H ortus horti:quāuis ab orior ueniat plæriq; aſpiranduꝫ putant:ut ab huius ortus huic ortui:& ab ortus or-
ta ortum participio differat.is dicitur in quo olera & arbores oriuntur.unde olus unaquæq; herba ſatiua
dicitur:qua ueſcimur:& cuius foliis & caule in edulium utimur.Verum horti in plurali tantum non olerū
ſunt:ſed arboribus conſiti uoluptatis amœnitatiſq; cauſa parati:ut horti Saluſtiani:Pompeiani:Luculliani
Claudiani:de quibus Plinius in.xviiii.naturalis hiſtoriæ inquit:In.xii.tabulis legum noſtraruꝫ nuſq; nomi-
natur uilla:ſed ſemper in ea ſignificatione hortus.Et non longe hinc ſubdit.Iam quidem hortorum nomi-
ne in ipſa urbe delicias:agros:uillaſq; poſſident.Et pergit:Primus hoc inſtituit athenis Epicurus hortoruꝫ
magiſter.Fueruntq;(ut idem auctor ait)teſte Plauto ſub Veneris tutela.At Virgilius Priapo hortorum cu-
ram dediſſe uidetur:cum ad illum in bucolicis ait:Cuſtos es pauperis horti.& in quarto georgicorum:ubi
de hortis loquitur:inquit.Et cuſtos furum atq; auium cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela pria-
pi.de quo pulchre Horatius meminit in primo ſermonū ipſum Priapū ſic loquentem introducens.

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.
Cum faber incertus ſcamnum faceret ne priapum.
Maluit eſſe deum.deus inde ego furum auiumq;
Maxima formido.nam fures dextra coercet:
Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas uolucres in uertice arundo
Terret fixa:uetatq; nouis conſidere in hortis.

H oſtio is hoſtit quartæ cōiugatōis uerbum:qđ æquo æquas ſignificat aſpirat̃:ut ꝓ id a datiuo & ablatiuo eius
nominis qđ eſt oſtium differat:quod teſtimonio plurium grāmaticorum aſpirari non debet:eo ꝙ ab obſto
obſtas non aſpirato deriuetur.Item nec oſpes:quia a nomine quod eſt oſtium deducitur.Sed ut puto tenet
conſuetudo:quæ & hoſtium & hoſpes aſpirant.Sed hoſtio uerbum ideo ſumptū eſt:quia in hoſtiū cōflictu

quædam fieri conſueuit ordinum adequatio.
quædam fieri conſueuit ordinum adequatio.
dicunt:ne in genitiuo plurali cum nomine prædicto.ſ.oſtium conueniret:& teſte Feſto apud antiquos pere
grinus dicebatur:qui nunc hoſtis perduellio.
H oſtia declinationis primæ ab nomine hoſtis deduci perhibent: quia teſte Feſto laribus imolabant: quod ab
illis hoſtes arceri putabant. Sed alio loco ait Feſtus hoſtia dicta ab eo quod eſt hoſtire.i.ferire.
H oſtimentum ſimiliter aſpitatur:& teſte Feſto eſt beneficii compenſatio.
H oſticapax.i.hoſtium captor:& aſpiratur eodem modo.
H uc aſpiratur:quia ab hoc deriuatur.
H umus cum aſpiratione ſcribitur.
H umare ſimiliter aſpiratur:& dicitur quaſi humo tegere.
H umor aſpiratur(& ut ferunt)ab humo dicitur.
H umeo eodem modo ſcribitur:& ſignificat humorem teneo:unde humeſco.
H umilis aſpiratur:quia ab humo dicitur:hoc eſt humi decliuis.
H umerus aſpiratur:quia(ut perhibent)ab humo deſcendit: eo ꝙ humeri inſtar humi ſufferendis oneribus
ſint apti.
H udus aſpirari quidam uolunt:& per ſyncopam ab humido deduci.alii uero ſine aſpiratione ſcribendũ uo
lunt:& per abiectionem primæ litteræ a ſudore deducunt:unde & uuidus & uliginoſus.
H ululo cum aſpiratione & ſimplo.l.utrobiq;nonnulli ſcribi uolunt:& hoc ob ſpiritus uehementiam:uel qa
ab hui interiectione deriuari putant.
H umanus cum aſpiratione ſcribitur:& iuxta litteram ab humo:ſecundum ſenſuꝫ uero ab homo deriuari ui-
detur. Vnde etiam humanitas quæ teſte Petronio grammatico proprie eſt eruditio inſtitutioq;: quaꝫ in bo
nas artes didicimus:quas qui ſinceriter(ut ait)cupiunt appetũtq;:hi ſunt maxime humaniſſimi. Et quoniaꝫ
diſciplina hæc ex uniuerſis animantibus ſoli homini eſt conceſſa:humanitas maxime appellatur.

De aſpiratis in medio dictionis.

Idimus ut putamus ſufficienter de his dictionibus:quæ apud latinos in initio aſpirantur:
Reſtat iam ut iam de his:quæ in medio aſpirationem retinent pertractemus.
Aha interiectio eſt:& in medio duarum uocalium aſpirationeꝫ detinet. Nam ut aiunt grã
matici ipſe affectus quo interiectiones promunť:cogit eas interdum præaſpirari:ut cum
dicimus:Ha uirgo infœlix. Interdum poſt aſpirari:ut Ah te ne frigora lædant. Naꝫ maior
ĩ fine dictionis hui⁹ ſpiritus exigi uideť: & maior alteri⁹ in principio. Interdũ iter aſpirari:
ut Plautus:aha:ohe. Iuuenalis in ſeptima ſatyra. Statur eſt cum dixit Horatius ohe.nam non ad placitũ ue
ræ interiectiones eſſe uidentur:uelut cæteræ orationis dictiones:ſed naturales potius. Vnde etiã omni ſunt
interdum nationi communes. Aſpirantur ergo in medio aha:uha:ohe:quæ per apocopen plærunq; profe
rimus dicentes ah uah:ut Terentius: Vah conſilium callidum:ſimiliter oh.
A bhorreo cum aſpiratione poſt ab ſcribitur:Et uniuerſaliter omnes dictiones:quæ in initio aſpirantur:ſi cuꝫ
præpoſitionibus componunť:ſeruant aſpirationem in medio:ut perhorreo:inhorreo:& ſimiles.
A bhinc ob eandem cauſam in medio aſpiratur.
A dhæreo ex ad & hæreo componitur:& aſpirationem ſeruat in medio.
A henum aſpirandum eſſe ante.e.poſt.a.litteram putauit Gellius li.ii.noctium atticarum ex Fidi multi nomi-
nis romæ grammatici auctoritate:qui ei librum æneidos ſecundũ mirandæ uetuſtatis oſtendit emptũ uigin
ti aureis quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat:in quo duo iſti uerſus cum ita ſcripti forent: Veſtibulum ante
ipſum primoq; in limine pyrrhus Exultat telis & luce coruſcus ahena:additam inqnit ſupra uidimus.h.lit
teram:& ahena factum:ſic in illo quoq; Virgilii uerſu in optimis inquit libris ſcriptum inuenimus: Aut fo-
liis undam tepidi deſpumat aheni:cuius ut parum ſupra ait:nulla ratio uiſa eſt:niſi ut firmitas & uigor uo
cis:quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur.
A nhelo ſcribitur ſimiliter per aſpirationem ante.e.nam ab halo trahitur:& am præpoſitione:quæ non inue
nitur niſi in compoſitione:& mutať.m.in.n.alii uolunt ab ad.alii ab ana.
C ohors cum aſpiratione in medio ſcribiť:& quidam ſimplicem putant. Quidam ex con & hortor compoſi-
tã uolũt:eo ꝙ tribunus illam:uel ipſa ſeſe mutuo frequenter ad pugnam hortari ſoleat.
C ohabito cum aſpiratione in medio ſcribiť:quam ex ſua compoſitione conſeruat.
C ohæreo ſimiliter in medio aſpiratur:quia aſpirationem ex ſua compoſitione non reiicit.
C ohibeo cũ aſpiratione ante.i.ſcribiť.nam deriuatur a con & habeo:ubi abiicitur.n.& ipſuꝫ.a.in.i.cõuertiť
Non tamen coerceo cũ aſpiratione ſcribitur:quia arceo(a quo deriuatur)illam minime detinet.
D ehinc ob eandem cauſam aſpirationem in medio detinet.
E xhalo aſpiratur in medio:quia ab ex & halo componitur.
I nhio quia ab hio aſpirato componitur:aſpirationem conſeruat in medio.

I nhibeo ſimili modo aſpirationem mediam ſeruat.
I nhabilis eodem modo ſcribi habet.
I ncoho hac ratione aſpiratur in medio:ut ſecunda.ſ.uocalis per aſpirationeꝫ auctiore & differenti ſpiritu a prima eiuſdem ſpeciei littera ſonare uideatur:& licet in aliis tēporibus & perſonis ſecunda uocalis in aliā cōmutetur:tamen ne a principali diſcrepent:aſpirationem conſeruant.
I nchoo cum aſpiratione poſt.c.ſcribendum aſſerunt:alii ab ipſo.c.amouentes:inter duo.o.collocant:ac incoho ſcribunt.
I nhorreo aſpiratur in medio:ut ſupra uidimus in abhorreo.
L achryma teſte Gellio li.ii.noctium atticarum cum aſpiratione poſt.c.ſcribitᷣ:ex eadeꝫ ratione:quā diximus in dictione ahenum.
M ihi cum aſpiratione in medio ſcribitᷣ:nec ante aſpirationem habet.c.conſonantem:ut in antiquis marmoꝝ inſcriptionibus romæ aſpeximus:nec ut puto cum ſono eius conſonantis proferebatur: ſed cum ab inſciis quibuſdam cum.c.littera ante aſpirationem ſcribi cœptum fuerit:eius litteræ ſonum aſſumpſit:quem etiā ea dictio nunc quoqꝫ recte deſcripta conſeruat.nam tunc quoqꝫ ut ſcribebatur:ſic prolataꝫ ſine.c.fuiſſe exiſtimo:quod ſimile de nihil & nihilum puto. At nonnunq̄ꝫ a noſtris mi unica ſyllaba abſqꝫ ſequenti aſpirata ſcribitur:& profertur. Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris:Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram:ſimiliter Catullus:Leſbia mi dicit ſemper male.ideꝫ alio in loco:Miniſter ueteli puer phalerni Inger mi calices amariores. Virgilius:Et mi genus ab Ioue ſummo. Quod ex græcorum imitatione proceſſiſſe puto:qui μοῖ ſcribunt & dicunt:ita ut diphthongus ipſa οι in.i.noſtruꝫ ſit conuerſa:quæ in.œ.cōuerti debuit:& dici mœ:quod teſte Feſto antiqui noſtri obſeruauerunt dicentes ac ſcribentes mœ cuꝫ.œ.diphthongo pro mi. Vnde in emendatiſſimo Gellio circa initium libri.xi.noctium atticaruꝫ ſcriptum repperi italœ cum.œ.diphthongo in fine pro itali.
N ihilum cum aſpiratione media ſcribitur:a quo per apocopen extremæ ſyllabæ factum eſt nihil:& per ſyncopam nil. Quibus hoc modo teſte Seruio ſuper.vi.æneidos in conſtructione utimur:ut ſi pars ſequēs orationis a uocali incohet dicimus nihil:ut Virgilius:
Heu nihil inuitis fas quenquā fidere diuis. Si autem a conſonante initium ſumat nihil ponimus. ut Iuuenalis:Nil tale expectas:& tamen nil producitᷣ cum nihil corripiatur.
P ulchrum cum aſpiratione poſt.c.ſcribi conſueuit:q̄ꝫq̄ꝫ teſte Seruio & Priſciano in dictionibus latinis regulariter poſt eam conſonantem aſpirationis nota nunq̄ꝫ ſcribatur.
P ræhendo aſpiratur in medio:ut ſecunda uocalis per aſpirationeꝫ auctiore & differenti ſpiritu a prima eiuſdem ſpeciei littera ſonare uideatᷣ. Quod ſiquis quærat cur in Beem Creem Screē & cæteris huiuſmodi nota aſpirationis non ponitur:reſpondemus:ne a principalibus diſcrepare uideantur. nam Beo:Creo:Screo aſpiratione carent:quare & cæteræ perſonæ etiā ſi eiuſdem ſpeciei uocales habeant minime aſpirantur.
P erhorreo in medio aſpiratur:ut ſupra uidimus in dictione abhorreo.
S epulchꝝ cum aſpiratione media a plæriſqꝫ ſcribitur:ut pulchꝝ:de quo ſupra uidimus.
T raho cum.t.ſimplici & aſpiratōne ante.o.ſcribitur.idqꝫ fieri dicunt ut in ſecunda & tertia perſona a uerbo differat Traeo:quod minime aſpiratur:& ex trans & eo componitur.nam quēadmodum tranſpono cū.ns. & trapono abſqꝫ.ns.ſcribitᷣ:& tranſduco ac traduco ſimiliter:ita etiam tranſeo & traeo ueteres protulerūt
V ehemens cum aſpiratione media ſcribitur:&(ut aiunt)dictum quaſi uehatᷣ eminenter.alii ob id quoqꝫ aſpirari dicunt:ut augmento ſpiritus eædem uocales in eadem dictione proferātur:ut de præhendo diximus.

## De aſpiratione terminali.

Eſtat ut de terminali aſpirationis nota aliqua pertractemus:quæ ſane in nullis dictionibus latinis reperitur:præterq̄ꝫ in paucis interiectionibus:ut Ah Vah Oh:quæ Priſciano teſte ꝑ apocopen ultimæ uocalis proferuntur. Quod ſimiliter nec in dictōnibus græcis comperiri libet At in barbaris quibuſdam poſt tres mutas terminalis habetur:uidelicet poſt.c.p. &.t. ut Sadoch Ioſeph Deleth. Et hæc de aſpiratione dicta ſufficiant.

Dictionum græcarum & latinarum:quæ ſcribuntur per.h.litteram tam in principio medio q̄ꝫ in fine orthographia finit:Incipit earum quæ ab.i.uocali ſcribuntur.

Ia cum.i.latino ſcribitur:fuit minor Athlantis filia:de qua Homerus libro.xiiii.odyſſeæ ait: Τὴν μὲν ἴαν νημφην:eſt etiam intereiectio exultantis.
Iachus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur: nomen eſt Bacchi:quod deductum uolunt ab ia:hoc eſt eiuſmodi uoce:& χέων hoc eſt fundens:quaſi eiuſmodi læticiæ uoce clametur.alii uero componi uolunt ex ινοοσ quod eſt uinum per abiectionem partis diphthongi:& commutationem aliarum litterarum in.a.uocalem:& χέων quod eſt fundens.

I alyſus cum.y.græco in penultima ſcribitur:fuit urbs cypri

I ambus cum.i.latino & ſine aſpiratione ſcribitur: pes eſt cōſtans ex prima breui & ultima longa: ſic quoq; dictus ab inuentore:ut in gloſula quadam Ariſtarchi ſuper Homerum comperi.

I anira cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia Oceani & Tethyos filia.

I anyſus penultima cum.y.græco ſcribit̃:fuit teſte Herodo.li.hiſtoriarum.i.urbs in arabia.

I antha cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit nympha Oceani & Tethyos filia:ut rettulit Heſiodus in theogonia.

I apyx huius iapygos prima cum.i.latino in initio:ſequens cum.y.græco ſcribitur: fuit Dædali filius: a quo ea pars Italiæ quæ calabrya dicitur Iapygia dicta fuit:ut dixit Herodotus:& Solinus confirmauit. De quo Virgilius libro æneidos.xi. Victor gargani condebat iapygis agris:pro gargani iapygi:ut expoſuit Seruius:nā eo teſte garganus mons eſt in iapygia:qui per calabryam uſq; in hadriaticum tendit pelagus.

I apix cum.i.latino utrobiq;:& ſimili modo declinatur:uentus eſt:quem quidam circium uocant.Gellius uero caurum ꝓpemodum exiſtimat:de quo meminit Lucanus libro.vi.cum ait:

Excipit aduerſos zephyros & iapiga pindus.

I apis cum.i.latino utrobiq; &.s.conſonante in fine ſcripto:huius iapidis declinatur:fuit nomen ætholi:qui ad Veneciæ partes deueniens oppidum de ſuo nomine condidit:a quo & ea Veneciæ pars ubi fluuius eſt timauus ſimili modo cognominata fuit:ut Virgilius libro Georgico.iii.

Caſtella in tumulis & iapidis arua timaui.

I apetus cum.t.exili ſcribitur:& habet accentū in prima:fuit teſte Heſiodo in theogonia Titani filius ex Aſia coniuge:ex qua etiam Prometheum genuiſſe Epimetheumq; & Heſperum atq; Atlantem dixit.

I aſon cum.i.latino in principio & unico.s.ſcribitur:fuit Aeſonis filius fratris Peliæ regis theſſaliæ:quem cū Rex Pelias perditum propter inſignem periculoſamq; regno ſuo uirtutem cuperet: denuntiata militia in colchos eum abire iubet:pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare mandat:ſperans interitum uiri:aut ex periculis tam longe nauigationis:aut ex bello tam profundæ barbariæ:ut hæc & alia quadrageſimo ſecundo libro ſui epitomatis ſcripſit Iuſtinus.Diodorus uero ſiculus libro hiſtoriarum quinto narrat: Iaſonem cum argonautis quo tempore ad colchos delatus fuit:Medeam iuxta littus ubi templum erat Solis comperiſſe: quæ ob ſuam humanitatē a crudelibus parentibus ſub libera cuſtodia expulſam fuiſſe ait: cui cauſa aduentus patefacta ipſa iminens a patre periculum crudelitatemq; in hoſpitem explicans:ut cauerent admonuit.interim forma Iaſonis capta & communicato conſilio Medea ſe adiutricem ad perficiendū certamen propoſitum pollicita eſt:ita ut Iaſon iureiurando data fide uxorez illaz(quoad uita ſuperſtes eēt) ſibi futuram ſpopondit: cum qua argonautæ relictis in templo cuſtodibus:ad reliqua peragendo profecti ſunt:prout ab ipſo Diodoro late enarratur:& ab Ouidio libro ſeptimo metamorphoſeos:Et duodecima heroidum epiſtolaruz:quin & ab aliis poetis græcis & latinis:qui argonautica ſcripſerunt reliqua referuntur:& aliqua uidebimus in dictōne Oeta.Sane in hac dictione Iaſon ponitur illud.i.a poetis: quādoq; uocalis græco more:& quandoq; conſonans:ut Ouidius in duobus uerſibus utrunq; obſeruauit: cuz ait libro ſeptimo metamorphoſeos:

Vt ſine amore licet.quid enim commiſit Iaſon.

Quem niſi crudelem non tangit Iaſonis ætas.

Nam in primo uerſu eſt.i.uocalis in ſecundo uero conſonans.

I aſpis cum.i.latino ſcribitur:lapis eſt precioſus: de quo Plinius libro.xxxvii.naturalis hiſtoriæ ait:iaſpis de græco in latinum uiridis gemma interpretatur.Et ſubdit:Eius uocabuli compoſitionem:quæ adeo inemēdate in omnibus codicibus ſcripta habetur:ut nec ego nec alii uiri græcorum doctiſſimi elicere potuerim⁹ Quare ſubdit idem Plinius:Eſt autem uiridis ſicut ſmaragdus:ſed craſſi coloris.Alii uero putant magis cōponi ex ἴον quod eſt uiola:& πᾶσ totus:quaſi totus ſit uiolaceus:cuius primuz.i.nonnunq̄ uocalis: ut Iuuenalis in quarta ſatyra:Præclara illic laudatur iaſpis.Aliquando autem & conſonans eſſe poteſt: & uocalis:ut Virgilius libro æneidos.iiii.Stellatus iaſpide fulua.

I berus cum.i.latino in initio: & abſq; aſpiratione ſcribitur:ut clariſſime monſtrauimus in dictione celtiberi:fluuius eſt hiſpaniæ nauigabili cōmertio diues:ut dixerunt Plinius & Solinus:& oritur in cantabris ſub radicibus montis pyrenæi:ut aſſerit Albertus alamanus:a quo uniuerſa hiſpania iberia olim dicta fuit:ut Virgilius libro ſeptimo æneidos.

Tyrrhenoq; boues in flumine lauit iberas.i.hiſpanicas.

Tandem in balearicum mare ſub feraria promontorio cadit.

I beria abſq; aſpiratione:& cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:dicta eſt hiſpania ab ibero fluuio:ut teſtatur Plinius libro quarto naturalis hiſtoriæ.Eſt etiam prouincia quædam alia iuxtą pontum inter colchida & armeniam:a Rege quodam cognominata:de qua Horatius.

Herbaſq; quas colchis atq; iberia mittit Venenorum ferax.

& Virgilius libro.viii.Pictus acu clamydem & ferrugine clarus ibera.

I bis cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:auis eſt nili fluminis:quam ſemetipſam roſtro per anum purgare dicūt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ueſciq; ſerpentum ouis:& ex eis gratiſſimam eſcam ſuis nidis reportare. Iuuenalis in ultima ſatyra.
Ille pauet ſaturam ſerpentibus ibin.
Quam quidam ciconiam eſſe uolunt. Eſt etiam Ibis proprium nomen hominis:quod fingit Ouidius inimi
co ſuo:contra queꝫ opuſculum: quod in Ibim inſcribitur:compoſuit:uoluitq; Archilochum nomine inimi
ci imitari:quod dicit his uerſibus.
Nunc quo betiades inimicum deuouet ibim:
Hoc ego deuoueo teq; tuoſq; modo.
Ibyx ultima cum.y.græco ſcribitur:genus eſt ſilueſtris capreæ pernicitatis admirandæ:ut oſtendit Plinius li-
bro octauo naturalis hiſtoriæ.
Icarus cum.c.exili ſcribitur:fuit filius Dædali:qui cum patre e creta fugiens fretus alarum fiducia:ultra pa
rentis iuſſa altius euolaſſet:& ſolis ardore cæra qua pennæ continebantur:liquefacta eſſet:ita ut ab alis de-
fluerent:in mare decidit:quod eſt inter myconem & gyaruꝫ:quod de ſuo nomine ab inde icareuꝫ mare de-
ductum eſt dicente Ouidio libro tertio de triſtibus:
Icarus immenſas nomine fecit aquas. Vnde Iuuenalis:Et mare percuſſum puero fabrumq; ſonantem. Sane
Varro teſte Solino Icarum cretem dixit ibi naufragio interiſſe:a cuius exitu locis nomen impoſitum fuit.
Icarius cum.c.exili &.i.latino ante.u.uocalem ſemper ab Homero:& aliis poetis ſcribitur:fuit Oebali laco
num regis filius pater Penolopes ut dixit Homerus in odyſſea:κόυρη ικαριο ϖηνελοπεια:& ut puto ex
Dorodoche filia Orſilochi:quam teſte Homero in.xv.odyſſeæ uxorem habuit. Fuitq; Liberi patris comes
cui ob iuſticiam & pietatem loco muneris uinū dedit:ut eius uſum mortalibꝰ demōſtraret. Quod cū meſſo
ribus ſuis ad potandum dediſſet:& illi ebrii efficerentur:poſt ſomnum ad ſe reducti:putantes ab illo uene-
num accæpiſſe:eum interemerunt:quod altera filia Erigone comperiens:dolore percita laqueo ſe ſuſpēdit
ut Iginus latiſſime de aſtronomia poetica pertractauit:& Seruius circa finem libri ſecūdi Georgicorum teti
git. Eſt etiam Icarius ſimili ſcriptura:ut Pli.li.iiii.naturalis hiſtoriæ atteſtatur:mons in attica regione.
Icon cum.i.latino in initio per abiectionem.e.&.c.exili ſcribitur.nam apud græcos prima ei dipthonguꝫ ha
bet uidelicet ἐικων:& latine effigies dicitur:quin & ſimulacrum & imago per unicū.m.& ſtatua:& inde ico
nia effigies omni proprietate expreſſa dicitur. Vnde Plinius libro.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ ait: Effigies ho
minum non ſolebant exprimi:niſi aliqua induſtriæ cauſa perpetuitatem merentium. Et primo ſacroruꝫ cer
taminum uictoria maximeq; olympiæ:ubi omni qui uiciſſet:ſtatuas dicari mos erat. Eorum uero qui ter ibi
uiciſſent:ex membris ipſoruꝫ ſimilitudine expreſſa:quas iconas uocant. Et parum ſupradixerat:romæ ſimu
lachrum ex ære factum primum repperio ex peculio Spurii Caſſii:quem regnum affectanteꝫ pater ipſius i-
teremerat. Tranſiit a diis ad hominum ſtatuas atq; imagines:quas multis modis antiqui tingebant:bitumi-
ne:& qđ magis mirū eſt:placuiſſe auro integere. hoc neſcio an fuerit romanum inuentum:certe etiam ro-
mæ non hahet uetuſtatem. Et infra ſubdit. Athenienſes neſcio an primi omniuꝫ Harmodio & Ariſtogitoni
tyrannicidis publice poſuerunt ſtatuas. Hoc autem eſt eodem anno quo & reges romæ pulſi:excæpta dein-
de res eſt a toto orbe terrarum humaniſſima ambitione etiam omnium municipiorum:& fori ſtatuæ orna
mentum eſſe cœpere:prorogarique memoria hominum & honores legi & baſibus inſcribi:ne i ſepulchris
tantum legarentur. mox & in domibus priuatis factum atq; in atriis colentium: qui inſtituerunt ſic colere
patronos. togata effigie antiquitus ſtatuæ dicabantur. Placuere & unde tenentes haſtam ab epheſiorum
gymnaſiis exemplaribus:quas Achilleas uocant. Græcis mos eſt nihil uelare:ac contra romani militia thora
cas addere. Cæſar quidem dictator loricatam ſibi dicare in foro ſuo paſſus eſt. Nam nuper factæ & nouiciæ
ſunt:quæ nuper prodiere penulis indutæ. Fuiſſe autem ſtatuatricem artem familiarem italiæ:ut inquit Pli-
nius:ſimulachra uetuſta indicant. Hercules in foro boario ab Euandro ſacratus: ut produnt:qui triumpha
lis uocatur:atque per triumphum ueſtitur in habitu triumphali. Præterea ianus geminus a Numa rege di-
catus:qui pacis belliq; argumento colitur:ſigna quoque tuſcanica per terras diſperſa:quæ in hetruria facti
tata ſunt. Et ut idem Plinius in eodem libro ſcripſit:Rhodi etiam nunc tria milia ſignorum eſſe Mutianus.
iii.cos prodidit. nec pauciora athenis:& olympiæ delphis ſupereſſe creduntur. Eſt etiam icon figura teſte
Cicerone ad Herenium cum formæ ad formam cuꝫ quadam ſimilitudine fit collatio aut laudis:aut uitupe
rationis cauſa:ut ibat in præliuꝫ corpore tauri ualidiſſimi:impetu leonis accerrimi. ſimilis iſte quotidie per
forum tanꝙ iubatus draco ſerpit dentibus aduncis.
Icus cum.c.exili ſequente.u.ſcribiť a Cicerone in rhetoricis breuis complexio appellatur.
Ictericus abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur:paſſio eſt ex diffuſione fellis procedens:coloreꝫ indu
cens ſimilem animali:quod græci icterim uocant:ex quo nomen apud illos aſſumpſit. nonnulli uero ex no-
ſtris arcuatum morbum dixerunt:a ſimilitudine arcus cæleſtis. At Varro auriginoſuꝫ ab auri colore:quo in-
firmos inficit appellauit. Iuuenalis tamen in ſatyra:Credo pudiciciam. græco uocabulo uſus eſt cum ait:
Conſulit ictericæ lento de funere matris.
Ichthyophagi: prima cum.i.latino in initio:ſequente.ch.aſpirato:ſecunda cum.th.ſimiliter aſpirata:&.y.

græco ſcribitur:populi ſunt Solino teſte: qui montanas indorum regiones inhabitabant: quos ſubactos magnus Alexander iuſſit a piſcibus abſtinere: quibus antea alebantur. Naꝫ compoſita dictio eſt ex ichthys quod eſt piſcis:& phago cum.ph.aſpirato:quod eſt comedo.

Ida cum.i.latino & abſq; aſpiratione ſcribitur:mons eſt & ſilua troianorum in phrygia:quam Homerus libro octauo iliados ferarum parentem dixit:& locum continere:quod gargaron uocant. Vnde etiaꝫ ſcamander & ſimois flumina maiora fama q̄ natura defluunt:ut ſcripſit Pomponius libro primo:& etiam eodem nomine mons alius in creta:dicente Ouidio libro faſtorum quinto:Et creta nobilis ida. Virgilius ſimiliter libro æneidos ſecundo inquit:Mons idæus ubi:unde quæ ab ida per eus formantur:per.æ. diphthongum ſcribuntur:ut idæus.

Idæus per.æ.diphthongum ſcribitur:& non ſolum appellatiuum:ſed proprium etiam nomen ponitur ab Homero libro.vii.iliados:quem troianorum præconem eſſe dixit.

Idas huius idæ cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero libro nono iliados: omnium ſui ſæculi uiroruꝫ formoſiſſimus:& maritus Marpiſſæ: ut in ea dictione uidebimus. Idem eodem Home. teſte arcu ſagittiſq; ſuꝫptis Apollinem inuadere auſus eſt:ob Marpiſſam ſibi adeo ereptam.

Idalius cum.i.latino & unico.l.ſcribitur:mons eſt in cypro Veneri ſacer.de quo Virgilius libro æneidos.i.
Aut ſuper idalium ſacrata ſede recondam.

Idathyrſus penultima cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:q̄q̄ nonnulli græci indathyrſus cum.n.in prima ſcribere conſueuerunt:fuit teſte Herodoto & Plutarcho ſcytharum rex.

Idios cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:& dicitur a noſtris proprius.

Idiota cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribitur:dici poteſt a noſtris illiteratus uel litterarum ignarus. Quo uerbo doctiſſimi uiri: ut Hieronymus: Ambroſius: Hilarius: Auguſtinus: Cyprianus:& plures alii ſæpe utuntur. Cicero etiam in Piſonem:Sed plane animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet. Et in eadem ea contentus quæ illi idiotæ(ut tu appellas)præclare dixerunt:hinc idiomata:ut aromata:ut themata:ut periſtromata:ut emblemata:ut theoremata.& alia mille ſimiliter prouenerunt.

Idolum cum unico.l.ſcribitur:nam licet apud græcos in initio ſit ei diphthongus: nos tamen abiicimus.e.& ipſum.i.longum retinemus. & dici poteſt a noſtris ſimulachrum. Et inde idolatria quaſi ſimulachrorum cultura.

Idolatria cum unico.l.&.t.exili atq;.i.latino ſcribitur:dictio eſt compoſita ex idolorum latria.i.cultura.naꝫ λατρένω uerbum:a quo latria deducitur:apud nos colo interpretatur.

Idothea cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit Prœti regis argiuorum filia:ut oſtendit Homerus in odyſſea.

Idomeneus cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur: fuit Deucalionis filius & Erctenſum rex:qui ſtrenue in expeditione troiana militauit: immo ut narrat Helena(Priamo Regi apud Homerum libro tertio iliados cretenſes illum ut deum)in honore habebant. idem cum poſt euerſam troiam ad cretam reuerteretur(ut rettulit Seruius ſuper tertium æneidos)orta tempeſtate uouit rem: cui primo in patria obuiaret ſe ſacrificaturum: itaq; ſoſpes reuerſus cum primum filio obuiaſſet: illum(ut aliqui aſſerunt)immolauit: uel ut alii ferunt: cum immolare uellet:a ciuibus ob eam ſæuiciam pulſus:calabryam adueniens:ſalentinum calabryæ promontorium occupauit. ſuper quo petiliam paruam condidit ciuitatem:dicente Virgilio:
Fama uolat pulſum regnis ceſſiſſe paternis.
Idomenea ducem deſertaq; littora cræte.
Et ſubdit in oratione Heleni ad Aeneam: Et ſalentinos obſedit milite campos Lyctius idomeneus: dictus itaque Lyctius a lycto ciuitate cretæ. Vnde teſte Seruio pulſus fuit. de quo in dictione lyctus uidebimus: ſub eodem militaſſe ſe ſcribit apud troiam Ditis cretenſis.

Idumæa cum unico.m.&.æ.diphthongo a græcis ſcribitur: regio eſt in ſatyra teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ: a meridie quidem contermina arabiæ: a ſeptentrione uero phœniciæ: a qua libanus eam diuidit. habetque ciuitatem idumen phœniciæ conterminam:& abundanté palmis: ut oſtendit Lucanus libro tertio dicens: Et arbuſto palmarum diues idume. Vnde idumæus idumæa idumæuꝫ: etiam pro epitheto palmarum ponitur a Virgilio tertio georgicorum cum ait:
Primus idumæas referam tibi mantua palmas.
Quin & regionem ipſam ab eo quoq; græco nomine phœniciam cognominatam puto:uel econtrario.

Idume cum unico.m.ſcribitur: ciuitas eſt contermina phœniciæ: ut in præcedenti dictione uidimus.

Ies cum.e.abſque diphthongo ſcribitur: ciuitas eſt achaiæ ſuper promontorio eiuſdem nominis: iuxta quod alpheus amnis præterfluens ſex milibus paſſuum nauigatur. Et declinatur in genitiuo huius ietis. ex qua etiam patrium ietes deducitur:ut Homerum Ariſtoteles ietem eſſe putauit.

Ieſus abſq; aliqua aſpiratione:& cum.i.latino in principio ſcribitur. ſic enim græce ſcribitur:ιησοῦσ quã ſane ſcripturam nos imitari oportet.

Ielyſos penultima cum.y.græco ſcribitur:ponitur ab Homero libro iliados ſecundo:ciuitas Rhodi. Altera

eiuſdem nominis narratur ab Herodoto in dorica regione græciæ.

Iyrcæ prima cum.i.latino: ſecunda cum.y.græco:& ultima cum.c.exili atq;.æ.diphthongo ſcribitur:populi ſunt ſcythiæ ultra thiſſagetas:quibus teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ quarto contermini ſunt & ꝓpinqui

Ilarus cum.i.latino: & abſque aſpiratione:atque unico.l.a græcis ſcribitur:quæ ſcriptura & a doctis noſtris obſeruatur:& dici poteſt a nobis ilarus ilara ilarum:& hic & hæc ilaris & hoc ilare lætus.

Illyris cum duplicato.l.ſequente.y.græco & ultima cum.i.latino a græcis iam ſcribitur. Noſtri uero ut in triumphalibus.M.Plautii apud tybur comperi: cum unico.l.ſcribebant: uidelicet ob res in ilyrico bene geſtas. Et eſt prouincia: cuius fines latiſſimi ſunt. Nam hinc eſt italia ſuperiorq; germania:inde macedonia thracia & epirus:hinc ſinus adriaticus: inde fluuiorum maximus noſtri orbis danubius:& ab eo qđ eſt illyris:illyricus deriuatur:ut Virgilius:Illyricos penetrare ſinus.

Ilus cum.i.latiuo abſq; aſpiratiobe & unico.l.ſcribitur:fuit Troi Regis dardaniæ filius: qui eam prouinciã a ſe Troiam dixerat: Et fuit frater aſſaraci: hic patruo in regno ſuccedens: ciuitatem ampliaſſe ſcribitur: quam a ſe ilion dixit.

Ilion ſimiliter cum.i.latino abſque aſpiratione ſcribitur: regia fuit Priami: quæ & Troia a nomine regionis cognominata fuit:ab Homero & omnibus poetis cantatiſſima. Hæc teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ:mille quingentis paſſibus a portu remota erat:& ſubdit:Omnis rerum claritas extra ſinum eſt.

Ilias cum unico.l.&.i.latino utrobiq; ſcribitur: opus eſt illud clariſſimum Homeri: in quo bellum de ilio ſcripſit. Vnde Ouidius libro tertio de arte amandi:Quis noſſet Homeruȝ:Ilias æternum ſi latuiſſet opus.

Ilioneus ſimiliter ſcribitur: & Ilione maxima natarum Priami & iliades crinibus ſparſis atque iliacas ex ordine pugnas.Ilia ſimiliter Romuli mater & Remi.

Ilba cum.i.latino ſcribitur: inſula eſt teſte Virgilio libro æneidos decimo: Inexauſtis calybum generoſa metallis. Eſtq; in mari tuſco a continenti diſtans decem millibus paſſuum. de qua dixit Plinius cum in aliis regionibus effoſſis metallis terræ ſint uacuæ apud ilbam hoc eſſe mirum:quod ſublata renaſcantur: & rurſum de iſdem locis effodiantur.

Ilys ultima cum.y.græco ſcribitur: dicitur a noſtris limus. Vnde limax deducitur.

Imber cum.i.latino & ſine aſpiratione ſcribitur: deductuniq; eſt a græco per commutationem unius litteræ o.in.i.noſtrum. nam apud illos dicitur ὄμβρος ſine aliqua aſpiratione:& ut ait Lucretius:Omnia ex igni terra atq; anima naſcuntur & imbre:a quo imbrices dici uolunt quaſi ſint imbrem recipientes.

Inarime cum.i.latino utrobiq; & unico.m. ſcribitur:dicitur a noſtris poetis inſula:quæ ſita eſt in tuſco mari ſinuq; campano:in quo mons erat inſtar ætnæ incendia eructans:de quo in dictione prochyta uidebimus. Quãobrem dixerunt Typhœum giganteȝ Iouis imperio ſub illo comprimi. Virgilius libro æneidos nono Tuȝ ſonitu prochyta alta tremit:durumq; cubile Inarime Iouis imperiis impoſta typhœo. Et Lucanus ſimiliter libro quinto. Homerus uero in ſecundo iliadis ait:εἰν ἀρίμοις quaſi diceret ut a græcis componitur ἐν ἀρίμοις:hoc eſt in arimis montibus ὄρεσι

Inachus cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit pater Ionis & primus qui apud argiuos regnauit:cui Phoroneꝰ ſucceſſit.hic a ſe fluuium achaiæ inachum nominauit: qui argolicum perſecat tractum: & ab inacho inachius chia chiũ deriuatur:dicente Virgilio libro Georgicorum tertio:Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ. Et libro undecimo æneidos: Vltro inachias ueniſſe ad urbes Dardanus.

Inachis cuȝ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:patronymicũ eſt fœmininuȝ deductũ ab Inacho.nam ſic quoq; Io filia Inachi cognominat̃:& facit in genitio inachidos Martia.in.xi.Nec petit inachidos limina ne futuat

Idathyrſus cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:fuit rex ſcythaꝝ:filius Sauli ſcythaꝝ regis.

India cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:regio eſt orientalis aſiæ terminus:quæ(ut omnes atteſtant̃)ab indo flumine nomen aſſumpſit:itaq; ab oriente incipiens uſq; ad aſiam ex occidentali parte protẽditur: ex meridiana uero uſq; ad indicum mare:ex ſeptẽtrione uero uſq; ad caucaſuȝ.at indus ille fluuius teſte Herodoto libro historiarum quarto ſolus poſt nilum crocodilos producit.

Intyba cum.t.exili &.y.græco in penultima ſcribitur:berba eſt capilloſa & amara:cuius tenues capilli ſegetes ambiunt & necant:dicente Virgilio libro Georgicorum primo:

Strymoniæq; grues & amaris intyba fibris.

Et(ut quidam uolunt)eadem dicitur cicorea: quod nobis minime uidetur.

Ino cuȝ.i.latino abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit Cadmi filia ex Harmione coniuge:uxorq; Athamatis regis thebarum:& Liberi patris nutrix:nouercaq; Phryxi & Helles:eadem cum Melicerta filio in mare præcipiteȝ ſe dedit:ut narrauit Ouidius libro metamorpho.iiii.eadẽ teſte Cicerone de natura deoꝝ a græcis dicit̃ λευκοθέα hoc ẽ alba dea:a nobis uero Matuta:quæ aurorã ſignificat.unde matutinꝰ Priſcia.teſte deriuat̃.

Inclytus prima cum.i.latino:penultima cuȝ.y.græco:& abſq; aliqua aſpiratione ſcribit̃:deduciturq; a κλυτος quod almum & clarum indicat:quaſi nobilis ſit & eximius.

Intaphernes cum.t.exili ſcribitur:fuit nobilis perſa:unus ex his:qui cum Dario in magũ coniurauerunt: ut

in dictione Darius uidimus.

Io cum.i.latino ſcribitur:fuit Inachi argiuoruȝ regis filia a Ioue ardenter amata.de qua Ouidius metamorphoſeos primo omnia pertractauit.hæc cū ad ægyptios pergeret dicta fuit Iſis & Oſiri Iouis filio:qui poſt mortem dictus fuit Apis nupſit:ut in dictione Oſiris uidebimꝰ.Et declinatur in genitiō huius Ionis & huic Ioni:& hanc Ionem.Plautus in uidularia.Quod ſi argus ſeruet qui oculeus totus fuit:quem quondaȝ Ioni Iuno cuſtodem addidit.

Ion ſimiliter ſcribitur:fuit poeta græcus:de quo ſæpe meminit Plutarchus:& latine interpretatur uiola.

Iocaſta abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit Creontis thebani ex alto ſanguine filia:ut ſæpius Statius ī thebaide:& Seneca in tragœdiis oſtenderunt:nupſitq; primum Laio thebanorum regi. Poſt cuius necem nupſit Oedipo incognito filio:quem poſtq; regnum abieciſſe uidit:& filios Eteoclē & Polynicem mutuis uulneribus ſe confixiſſe:gladio ſe peremit:uel(ut alii dicunt)laqueo ſe ſuſpendit.Eadem habuit fratrem Creōtem nomine:ut oſtendit Seneca in initio ſecundi actus Oedipi.

Iocaſtus eodem modo ſcribitur:fuit teſte Homero li.x.odyſſeæ filius Aeoli ex Lepatra coniuge.

Ionia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:græcoꝝ eſt regio:atq; colonia in extremitate minoris aſiæ uerſus noſ: media(ut ſcribit Pomponius)inter cariam & æoliam:quam a caria(ut ait Solinus)Mæander filius diuidit accæpitq; nomen teſte Vitruuio libro quarto de architectura a duce Ionio.nam(ut ait)poſteaq; athenīēſes ex reſponſis Apollinis delphici cōmuni totius hellados conſilio tredecim colonias uno tempore in aſiā deduxerunt:duceſq; in ſingulis coloniis cōſtituerunt:& ſummam imperii poteſtatem Iono dederunt:quem etiam Apollo delphicus ſuum filium in reſponſis eſt profeſſus:iſque eas colonias in aſiam deduxit:& cariæ fines occupauit:ubique ciuitates ampliſſimas conſtituit epheſum:militum:myantha:quæ(ut ait)olim ab aqua uorata fuit:prœnē ſanniteō:colophona:chiū:erythras:phacæa:clazomene:glebede:melite:& ultimo uenit ſmyrnam.nā & ſubdit idem auctor:eam terræ regionem a duce ſuo Ione appellarunt Ioniam.ibique deorum immortalium templa conſtituentes cœperunt phana ædificare.Et primo Apollini Pan Ionio ædē (uti uiderant in achaia)conſtituerunt:& eam doricam appellarunt:quod in doricon ciuitatibus primum factā eo genere uiderunt.nōnulli uero alii ab Ione Inachi filia hoc mare ionicum cognominatum uolūt quæ uerſa in bouem:& a Iunone œſtro exagitata in id mare ſe iecit.ponitur etiaȝ alia ioniæ regio a Solino in extremis Italiæ:quam ſic quoque dictam dixit ab Ione Naulochi filia:quam procaciter inſidentem uiis Hercules interemit:a qua quidem regiuncula ionicum mare dictum quidam uolunt. Alii uero a ſuperiori ionia eo ꝙ interiacētes inſulas intra ſe duodeciȝ ciuitates habentes contineat.& hoc ionium magnum dici uolūt ut Virgilius libro æneidos tertio:Inſulæ ionio in magno.Quod uero Italiæ & Siciliæ propinquum eſt:ionium minus cognominari contendunt.Seruius autem ſuper id Virgilii Ionio in magno inquit.ioniū ſinū eſſe immenſum ab ionia uſq; ad ſiciliam & eius partes eſſe adriaticum arcadicumq; & epiroticum.

Iole cum unico.l.ſcribitur:fuit filia Euriti regis œchaliæ:ut in dictione œchalia oſtendimus.& in dictiōe hyllus uidimus:qualiter poſt mortem Herculis ex eius iuſſu Hyllus uxorem illam duxit.

Iopas cū.i.latino & unico.p.ſcribitᷣ:fuit aphroꝝ rex unus de procis Didonis:ut punica teſtatur hiſtoria.

Ioppe cum.i.latino & duplici.p.ſcibitur:urbs eſt maritima palæſtinæ:quæ(ut quidam uolunt)regia fuit Cephei patris Andromadæ. hæc referēte Solino ī collectaneis:& Plinio libro quīto naturalis hiſtoriæ:fuit antiquiſſima omnium urbium in toto orbe utpote ante inundationem terrarum condita.Quin & oſtendit ſaxum:quod uinculorum Andromadæ ueſtigia adhuc retinet:quam expoſitam bæluæ(ut ait Solinus)non irritus rumor circumtulit.nonnulli uero alii non ioppem palæſtinæ:ſed aliam indiæ urbem fuiſſe dicunt:ubi Andromada marinæ bæluæ fuit expoſita:cum dicat Ouidius libro primo de arte amādi:

Perſeus andromaden nigris portauit ab indis.Et Sappho ad Phaonem:

Candida ſi non ſum placuit cepheia perſeo

Andromade patriæ fuſca colore ſuæ.

Ego uero etſi ex æthiopiæ indicæ partibus illam fuiſſe confitear:ad Ioppem tamen palæſtine deductā exiſtimo:cum bæluæ exponenda fuit.

Iota cum.t.exili ſcribitur:nomen eſt litteræ græcæ:quæ formam habȝ noſtri.i.latini :de qua Martialis ī fine libri ſecundi inquit:

Vnum de titulo tollere iota potes.de quo in dictione beta.

Iphe fuit teſte Homero in decimo odyſſeæ filia Aeoli ex Lepatra coniuge.

Iphinaſſa cum.i.latino utrobique & duplicato.s.ſcribitur:fuit una ex filiabus Prœti argiuorum regis quæ poſt liberationem ſuam & ſororum nupſit Melampo liberatori:ut uidebimus in dictione Prœtus. fuit & alia eiuſdem nominis Agamēnonis ex Clytæmneſtra filia:ut libro iliados nono monſtrauit Homerus.

Iphis cum.i.latino utrobique ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados nono Patrocli amica:quam Achilles euerſa urbe in ſchyro quæ troianis auxilia miſerat:inde raptam amico donauit.

Iphicrates cuȝ.i.latino &.c.&.t.exilibus ſcribitur:fuit teſte Aemilio Probo:& Plutarcho:uir athenienſis nō

tam magnitudine rerum geſtarum q̃ diſciplina militari nobilitatus.talis enim dux fuit ut non ſolum ætatis ſuæ cum primis compararetur:ſed ne de maioribus quidam natu quiſquā anteponeretur:multum in bello eſt uerſatus:ſæpe exercitibus præfuit:nunquā ſua culpa male rem geſſit:ſemper cōſilio uicit:tantūq; eo ua luit:ut multa in re militari partim noua attulerit:partim meliora fecerit.

I phidamas cum.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Homero libro.xi.iliados: Antenoris filius corpore lato atq; ꝓce ro:qui ab Agamēnone interemptus fuit bello troiano.

I phigenia cum.i.latino tribus in locis:&.ph.aſpirato ſcribitur:fuit Agamēnonis filia ex Clytæmneſtra.hāc (ut poetæ ferunt)dū Agamēnon ī aulide famoſiſſimo portu boetiæ ceruaȝ Dianæ ignarus occidiſſet:& ob id Diana a græcis uentos abſtuliſſet:reſponſo habito:ut Agamēnonio ſanguine dea placaretur. impetratā Vlyxis aſtu a matre Clytæmneſtra ſub colore facti matrimonii cum Achille immolare parabant:ſed miſera tione numinis:oblata a Diana pro ea cerua:Iphigeniam in tauricā regionem uentis deportauit:ubi operā te dea a Rege Thoante eius ſacris præpoſita fuit:quæ ipſi Dianæ ex humano ſanguine fieri conſueuerant. unde ait Chorus apud Senecam in octauia:

Leues auræ zephyriq; leues
Tectam quondam nube ætherea:
Qui uexiſtis raptam ſæuæ
Virginis aræ iphigeniam.

Poſt hæc ut dixit Oui. libro quarto de triſtibus epiſtola quarta: Oreſtes Iphigeniæ frater mactata Clytæm neſtra matre:& Aegiſtho patruele adultero ob ultionem patris factus exul:& regno pulſus: ac rapta ſibi a Pyrrho Hermione coniuge inſanus efficitur:ob quod liberandus a Pylade ſocio in tauricam regioneȝ ad aram Dianæ deducitur:ſed cum gentes illæ alienigenas pro hoſtiis Dianæ immolandis capere cōſueuerint Oreſtem tunc ipſum forte aduenientem cæperunt.Qui a ſorore Iphigenia cognit⁹:occiſo Thoante Rege ipſa Dianæ ſimulacrum abſconditum in faſce lignorum ſuſtulit:atq; cum fratre Oreſte aufugit:qui tandeȝ ad italiam uenientes in aricia ſimulachrum locauere.unde & teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii. Iphige nia ipſa deinde apud tauricos pro dea habita & honorata fuit.

I phthime cum.ph.&.th.aſpiratis atq;.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero in odyſſea una ex filiis Icari.

I pidamus cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit teſte Orpheo unus ex argonautis.

I phiclus cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit filius Amphytrionis:& frater Herculis habuitq; filiuȝ nomine Iolaum:ut oſtendit Heſiodus in aſpida.

I phitus cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro octauo iliados:uir troianus:quem Virgili us libro æneidos.ii.maximuȝ armis dixit:huius filius Archeptolemus fuit auriga Hectoris:poſt mortē Eni phei prioris aurigæ.

I ris cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:dicitur a poetis Iunonis nuntia:immo & Iouis:ut ſæpiſſime oſtēdit Ho merus:hanc libro.xi.iliados dixit idem Homerus habere alas ex auro & pedes ex aura:& ut Seruius ſuper quintum æneidos:ex magna parte ſeruatur:ut Mercurius ad concordiā:Iris ad diſcordiaȝ mittatur. Vnde græce dicit̃ ἔρισ: quæ lis ē:& diſcordia dici uoluit:accipiturq; pro arcu:quem uariis coloribus in cælo con ſpicimus:ob quod dicitur thaumantis.i.admiratōnis filia:quæ ex illius uariis coloribus naſcitur.nam θαυ μα græce latine admiratio interpretatur.Eſt etiā Iris teſte Plinio libro.xxi.naturalis hiſtoriæ:herba ſuauiſſi mi odoris(cuius radicem in unguentis & medicinis commēdari dixit)laudatiſſima in illyrico locis ſilueſtri bus.habetq; caulē cubitalē & rectū:florēq; diuerſi coloris:ſpecie ſicut arcus cæleſtis:unde nomē aſſumpſit.

I ronia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:eius tamen prima apud græcos eſt ei diphthongus:ſed quidam abii ciunt.e.& retinent.i.productam:alii cōtra abiiciūt.i.& retinent.e.ſimiliter ꝓductaȝ: ac ſcribunt eroniaȝ.nā deriuatur ab ἔιρω:quod eſt dico: & inde ἐιρωνέομαι in uoce paſſiui:quod eſt cauillor.unde ironiam illu ſionem interpretati fuerunt:nam figura eſt:cuȝ aliquid per contrarium & illuſionem effertur:ut Horatius:

Optat ephippia bos piger optat arare caballus.

Vnde teſte Seruio: Tunc quoq; fit:cuȝ aliud uerba:& aliud continet ſenſus:ut Virgilius libro.iiii.æneidos

Egregiam uero laudem:& ſpolia ampla refertis
Tuq; puer tuus magnum & memorabile nomen.

I ſchyros prima cum.i.latino:ſequens cum.ch.aſpirato:&.y.græco ſcribitur:& latine fortis interpretat̃:naȝ deſcendit ab ἰσχύω:quod eſt præualeo:habetq; accentum in prima.

I ſagoge cum.i.latino & unico.s.ſcribitur:q̃q̃ in initio apud græcos ſit ei diphthong⁹:ſed a noſtris abiecto e.retinetur.i.longa: & dici poteſt introductio.Nam componitur ex ἔις: quod eſt in: & ἄγω duco. Vnde ἀγωγὴ ductio.

I ſæus cum.i.latino &.æ.diphthongo ſcribitur a græcis.hic teſte Libano ſophiſta græco fuit romæ tempore Domiciani declamator admirandus.de hoc meminit Quintilianus libro duodecimo de inſtitutione orato ria:quum de genere dicendi pertractans ait:Tranſeo plurimos Lycurgum Ariſtogitona: & his priores Iſæ um Antiphonteȝ: quos ut homines inter ſe genere ſimiles:differētes dixeris ſpecie. Iuuenalis etiaȝ in tertia

ſatyra cum ait de græculis: Ingenium uelox audacia perdita ſermo Promptus & iſæo torrentior. ede quid illum Eſſe putes? hunc etiam Plinius nepos: qui eiſdem temporibus fuit: plurimum laudat in quadam epiſtola inquiens: magna Iſæum fama præceſſerat: maior inuentus eſt: ſumma eſt facultas: copia: ubertas: dicit ſemp ex tempore: ſed tanquã ſcripſerit diu: ſermo græcus immo atticus: præfationes terſæ graciles dulces: graues interdum & erectæ: poſcit controuerſias plures: electionem auditoribus permittit: ſæpe etiaʒ partis ſurgit: iam igitur incipit: ſtatim omnia ac pene pariter ad manum ſenſus reconditi occurſant uerba: ſʒ qualia quæſita & exculta multa lectio: in ſubitis multa ſcriptio elucet: prooemiatur apte: narrat aperte: pugnat acriter: colligit fortiter: ornat excelſe: poſtremo docet: delectat: afficit: quod maxime dubites crebra anthymemata ſyllogiſmi circũſcripti & effecti: quod ſtilo quoq; aſſequi magnum eſt. incredibilis memoria: repetit altius: quæ dixit ex tempore: ne uerbo quidem labitur ad tantam φρασιν ſtudio & exercitatione peruenit. nam diebus & noctibus nihil aliud agit: nihil audit: nihil loquitur: annum ſexageſimum exceſſit: & adhuc ſcholaſticus tantũ eſt. quo genere hominum nihil aut ſincerius: aut ſimplicius: aut melius. nos uero qui in foro ueriſq; litibus terimur multum maliciæ (q̄uis nolimus) addiſcimus: ſchola & auditoriuʒ ficta cauſa: res inermis: innoxia eſt: nec minus foelix ſenibus præſertim. nam quid in ſenectute foelicius: q̄ quod dulciſſimum eſt in iuuenta. Quare ego Iſæum non diſertiſſimum tantum: uerũetiam beatiſſimuʒ iudico. hæc de illo Plinius præfatus ſcripſit. At uero contra uel ex inuidia: uel ex alia quauis cauſa Quintilianus libro. x. de inſtitutione oratoria dixiſſe uidetur: cum ait declamatores quoſdaʒ peruerſa ducit ambitio: ut expoſita cõtrouerſia protinus dicere uelint: qum etiam quod eſt in primis friuolum ac ſcænicum uerbum petant: quo incipiant: ſed tam contumelioſos in ſe ridet inuiceʒ eloquentia: & qui ſtultis eruditi uideri uelint: ſtulti eruditis uidentur.

I ſandrus cum. i. latino ſcribit': fuit filius Bellerophontis.

I s per. i. latinum ſcribitur: fuit teſte Herodoto li. hiſtoriarum. i. urbs a babylone diſtans itinere dierum. viii. apud quã fluui⁹ eſt nõ magn⁹: is ſimiliter cognominat⁹: q bitumẽ (ut ait) ſtructuræ totius babylonis ſubmiſtrauit

I ſis per. i. latinum utrobiq; ſcribit': fuit filia Inachi argiuorum regis. dicta primo Io: ut in ea dictione uidim⁹ de qua latius uidebimus in dictione Oſiris: & declinatur genitiuo Iſidis & Iſis: ſicut Paridis & Paris. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam: Vt ſpargat in ædem iſidis antiquo quæ proxima ſurgit ouili. idem & i ea quæ incipit Scire uelim: Nuper enim repeto phanum iſidis: ſed q etiaʒ faciat huius Iſis oſtendunt poetæ cũ ponunt in accuſatiuo Iſim. Lucanus circa finem libri. viii. Nos in templa tuam romana recæpimus iſim: niſi dicamus eiuſmodi genitiuuʒ non ſemper accuſatiui regulam ſequi: ut thybridis thybrim.

I ſidorus abſq; aſpiratione: & per. i. latinum ubiq; ſcribit': habetq; accentum in penultima: ut uidebim⁹ in dictione proſodia: nomen eſt uiri proprium: quod multi peruerſe ſcribunt: inter quos Apuleius grammatic⁹ alias præſtantiſſimus aſpirari uoluit: quod inter græcos nunq̃ emendate comperit.

I ſion cum. i. latino ſcribit': fuit filius Phlegyæ: & pater centaurorum: de quo uidimus in dictione centaurus.

I ſmenius cum. i. latino ſcribitur: fluuius eſt boetiæ: ſic quoq; cognominatus teſte Diodoro libro hiſtoriaruʒ v. ab Iſmeno filio Pelaſgi.

I ſter abſq; aliqua aſpiratione: & per. i. latinum in initio ſcribitur: eſt maximus fluuiorum europæ: alio nomine uocatus danubius: ut Ouidius libro. i. de ponto: Ripæ uicina binominis iſtri. Oritur teſte Plinio lib. iiii. naturalis hiſtoriæ in germania iugis montis noriæ: ex aduerſo oppidi gallorum ſcæuri: qui uerſus ſeptẽtrionem per innumeras lapſus gentes immenſo aquarum auctu: a ſiniſtris germanos linquens: & a dextris teutonicos: cum primum in illyricuʒ uenit: mutato nomine iſter dicitur: & longiſſimo peracto curſu ſeptemq; diuiſus hoſtiis ſecundum Solinum: uel ſex ſecundum Plinium in mare ponticum defluit: ut late præfati auctores executi ſunt. & Ariſtoteles libro. ii. meteororum ait: ſingula ora tanta eſſe: utq; in ſexaginta milia paſſuũ longitudinis mare uincant.

I ſtria abſq; aliqua aſpiratione: & per. i. latinuʒ utrobiq; ſcribitur: ponitur locus ab Herodoto libro hiſtoriarum. ii. iuxta pontum: ad hoſtia iſtri: quem incolere dixit mileſiorum colonos: & ab iſtria abſq; aſpiratione deducitur teſte Pompeio hiſtrio: quæ apud nos aſpiratur: ut in ea dictione uidimus.

I ſthmos cum. th. aſpirato ſcribitur: dicitur hoc nomine ea terræ ſtrictura: quæ inter duo maria concluſa iter porrigit ad cheroneſum: dicente Ouidio in quarta epiſtolarum heroidum: Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus iſthmon. Et tenuis tellus audit utrunq; mare: idem in octaua: Qua duo porrectus longe freta detinet iſthmos Vecta peregrinis hippodamia rotis. Et Lucanus libro. i. Gracilis mare ſeparat iſthmos: ſuntq; duo celebres achaicus: ſuper quo fuit urbs corinthi: & thracius ſuper quo teſte Plinio li. iiii. naturalis hiſtoriæ: cardia ſimiliter ciuitas fuit.

I ſmarus abſq; aſpiratione & unico. r. ſcribitur: mons eſt thraciæ teſte Seruio ſuper decimum æneidos: & in buccolico: & (ut refert Vibius) in quadam ſui parte aſperrimus eſt & incultus: in reſiduo uero fertilis uinetis & oliuis: Quin etiam clariſſimus eſt Orphei incolatu: & inde iſmarius: ut Ouidius in prima epiſtolaruʒ: Dictus es iſmariis iſſe per agmen equis.

Super hoc monte fuit iſmata ciuitas ciconũ: qui gentes ſuut thraciæ: de qua meminit Virgilius li. x. cum ait

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Et tris quos idas pater:& patria iſmara mittit.hanc teſte Homero libro.ix.odyſſeæ Vlyxes a troia diſcedẽs
deſtruxit:quá iam maroniam uocari in gloſula quadam Homeri comperi.
ſocrates abſq; aliqua aſpiratione & per.i.latinum ſcribitur:fuit græcus orator clariſſimus Gorgiæ auditor
multorum philoſophorum præceptor eximius: ut Macrobius atteſtatur. hic teſte Quintiliano in diuerſo
dicendi genere nitidus fuit & comptus:& palæſtræ magis q̃ pugnæ accõmodatus. omnes dicendi ueneres
ſectatus in inuentione facilis:honeſti ſtudioſus:in compoſitione adeo diligens:ut cura eius repræhendatur
huius orationes adhuc extant:quas maxima ſemper cum uoluptate lego.
ſus cum unico.s. ſcribit̃:fuit filius nothus Priami:de quo in dictione antimus uidimus.
talia græcuʒ uocabuluʒ eſt:& cum unico.l.&.i.latino utrobiq;:atq;.t.exili ſcribit̃:regio eſt europæ & oĩuʒ
totius orbis celeberrima:prius quidẽ dicta heſperia ab Heſpero Atlantis fratre:a quo & heſperus occidẽta
talis ſtella cognominata fuit.hic teſte Igino pulſus a fratre ab ea regiõe:quæ nunc hiſpania dicitur:& ea lo-
ca ubi nunc ẽ italia occupans heſperiam a ſe:ut priſtinam aliam prouinciam nominauit. At uero Macrobi⁹
li.ſaturnalium primo:qum de diei partibus loquitur inquit:ab heſpero ſtella(quam græci heſperaʒ dicũt)
dicta eſt italia heſperia:ꝙ occaſui ſubiecta ſubiecta ſit.Quod Virgilius libro primo æneidos cõfirmaſſe ui
detur cum ait.
Eſt locus heſperiam graii cognomine dicunt.
Terra antiqua:potens armis atq; ubere glebæ
Oenotrii coluere uiri:nunc fama minores.
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.nam poſt cognomen heſperiæ dicta fuit œnotria:ſiue ab optio ui-
no quod in illa naſcit̃:ut dixit Seruius ſuper primũ æneidos οινοσ græce latine uinum dicit̃:ſiue ut Varro
docet & Pli.li.iii.naturalis hiſtoriæ cõfirmauit:ab Oenotrio ſabinorũ rege in ea regnãte. Poſt hæc uero &
italiæ nomen aſſumpſit ab Italo ſiculorum rege:qui(ut ait Seruius)uenit ad eaʒ partẽ:in qua regnauit Tur
nus:eãq; ſuo nomine uocauit Italiaʒ.unde illud eſt: Fines ſuper uſq; ſicanos:hoc eſt uſq; ad ea loca: quæ ſi-
cani.i.ſiculi ſic quoq; a fratre Itali coguominati tenuere.At uero Ariſtoteles libro politicorum.vii.hæc de
italia inquit:Tradunt periti homines illorum locorum fuiſſe Italum quendam œnotriæ regem: a quo mu-
tato noie:pro œnotris itali ſunt uocitati:oramq; illam maritimam europæ:quæ eſt inter ſcylacæum & lame
ticũ ſinum.diſtant uero hæc loca inter ſe meridiei iter.italiæ nomen primum cæpiſſe.hunc ergo Italum tra
dunt agriculturaʒ œnotrios docuiſſe:cum prius eſſent paſtores uagi:ac palantes:illiſq; leges poſuiſſe:& cõ
meſſationes inſtituiſſe primum.hæc ille.ſed Varro ab omnibus diſcordare uidet̃.nam lib.ii.de agricultura
ſic ait:Græcia antiqua. prout ſcribit Timæus in hiſtoriis:quas de rebus publicis ſcripſit:tauros uocabat ita
los.a quorum multitudine pulchritudine ac fœtu italiam dixit.Eſt & italiæ pars latium ſic dictuʒ(ut quidã
aſſerunt)ꝙ in italia inter præcipitia alpium apœnini lateat.Varro a latino dictum putauit.Virgilius a latẽ
do.unde ait libro.viii.æneidos cum Euandrum Aneæ loquentem induceret.
Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo
Arma Iouis fugiens:& regnis exul adẽptis.
Hic genus indocile ac diſperſum montibus altis.
Compoſuit.legeſq; dedit:latiumq; uocari.
Maluit.his quoniam latuit ſaturnus in oris.Idem Ouidius libro faſtoruʒ primo confirmauit dicens: Dicta
quoq; eſt latium terra latente deo:& fuit teſte Solino latiũ antiquũ antea a tyberis hoſtiis ad uſq; lyrim am
nem:qui campaniæ fluuius eſt:minturnas maritimam urbem curſu mediã diuidens.Seruius uero ſuper pri
mum æneidos ait uſq; ad fundos urbem campaniæ contineri:& aliud inſuper eſſe latium dixit:quod a fun
dis uſq; ad uulturnum protenditur.Quare cum antiquum latium heſperiam poſtea cognominatũ ipſe di-
xerit.uoluit hoc a Virgilio annotari cum dixit libro æneidos.vii.Mos erat heſperio in latio.Rurſuʒ & hæc
omnis ora nonnunq; poſt hæc auſonia dicta fuit.nam ut ſubdit Ariſtote.ad ea quæ ſupra dixit: incolebant
inquit eam italiæ partem:quæ ad tyrrhenam uerſa eſt opici qui nunc Auſonii nominant̃.hæc ille:& ut qui-
dam feruntꝗ ab Auſonio Vlyxis filio:ſic quoq; cognominata fuit.Quodq; nomen duraſſe uſq; ad romanos
conſules oſtendit Liuius libro.ix.ab urbe dicens:Minturnas & ueſtinas urbes auſonidum gentem eẽ. Qua
re dixit Virgilius libro.viii.æneidos:Tum manus auſoniæ & gentes uenere ſicanæ.Sæpius & nomen poſu
it ſaturnia tellas.nam poſt hæc quoq; ipſa eadem ora magna græcia nuncupata fuit. Et ut dixit Plinius lib.
.iii.naturalis hiſtoriæ fluuius ſilaris campaniã a lucania diuidit.erat igitur in campania neapolis ſalernuʒ &
capua:a cuius planicie(qa alia italiæ pars eſt plurimum montuoſa)dictam campaniã multi uoluerunt.Poſt
campaniam eſt lucania.poſt lucaniam uero brutium ſiue calabrya: quæ uſque in rhegium terminatur. oĩs
igitur iam Italia inter adriaticum & tuſcum mare ſiue ſuperum & inferum in formam cruris(ut nobis ma-
gis placet)extenditur:& a iugis alpium porrecta dorſoq; apœnini montis ſe paulatim attollens uſq; ad rhe
ginuʒ uerticẽ & littora brutioꝝ ꝓtendit̃.nã in ultimo ſui in duo cornua ſcindit̃.Quoꝝ alteꝝ(& qđ breui⁹
ẽ)ioniũ reſpectat æquor:alteꝝ ſiculũ ĩ extremitate rhegiũ oppidũ cõtinẽs ei⁹ lõgitudo ab auguſta prætoria
quæ(ut dixit Pli.lib.iiii)ĩ alpineo fine ſita eſt:& ꝑ romam capuãq; porrigit̃ uſq; ad oppidum rhegium:teſte

Solino decies centena & uiginti milia paſſuum colligitur. latitudo uero ubi plurimum quadringenta decẽ Vbi minimũ centuꝫ triginta ſex milia. umbilicum (ut Varro tradidit) in agro reatino habet. hæc dudum teſte Plinio præfato in libro tertio ex latere maris ſuperi rubiconem fluuium pro finibus habuit. Quod Lucanus libro primo prius dixiſſe uidetur: cum ait: Et gallica certus Limes ab auſoniis diſterminat arua colõis ita ut a rubicone uſq; ad alpes gallia fuerit: quæ ciſalpina dicebatur: & non Italia. nõnulli uero hos fines de prouincia quo ad romanos duces: & non quo ad generalem Italiæ ſitum intelligere uoluerunt.

Ithaca cum. i. latino in initio: & th aſpirato atq;. c. exili ſcribitur: inſula eſt teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ ante leucada & achaiam poſita: cantatiſſima quidem domino ulyxeo. in qua mons neritos eſſe dicitur: a quo tota inſula nõnunq; neritos nuncupatur.

Ithatus eodem modo ſcribitur: & cognomen fuit Vlyxis ab ithaca inſule ſuſcæptum.

Itymoneus prima cum. i. latino ſequens cum. t. exili: ſequente. y. greco ſcribitur: fuit teſte Homero libro undecimo iliados Hyperochi filius: uir in primis ſtrenuus: & in bello pyliorum cum helidenſibus ab Neſtore iaculo interfectus.

Ithyreus cum. th. aſpirato: ſequente. y. græco ſcribitur: dicitur quaſi ithyneus: hoc eſt directiuus: ab ιθύνω uerbo græco: quod eſt dirigo. unde epitheton ponitur a Virgilio arcuum parthicorum: cum dixit libro georgicorum ſecundo:

Ithyreos taxi torquentur in arcus.

Itys prima cum. i. latino: ſequens cum. t. exili: ſequente. y. græco ſcribitur: fuit Terei thracum regis filius: qui a matre Progne in fruſta deſectus patri in cibum datus fuit: ut late monſtrauit Ouidius libro metamorphoſeos. & libro ſecundo de ſine titulo ait: Atq; ſua cæſum mare quærũtur itym. & eſt faſianus: ut dixit Seruiꝰ: nam in faſianum conuerſum Itym dixere poetæ.

Iudæus cum. æ. diphthongo ſcribitur: nomen eſt deductum a iudæa: quæ ſimiliter per. æ. diphthongũ ſcribitur. & prouincia eſt palæſtinæ: quam pulcherrime Solinus in collectaneis deſcripſit: & iudei populi: quæ gens eſt teſte Plinio libro. xiii. naturalis hiſtoriæ contumelia numinum iſignis.

Iugurtha cum th aſpirato ſcribitᷣ a græcis: fuit numidiæ rex: de quo Saluſtiuis elegantiſſimã ſcripſit hiſtoriã.

Iulus cum unico. l. ſequente. u. ſcribitur: fuit Aenæ filius: de quo uidimus in dictione Aſcanius. cuius deriuatiuum teſte Priſciano libro ſecundo eſt Iulius: cum. i. latino poſt. l. & ante. u. Virgilius libro æneidos primo: Iulius a magno demiſſum nomen iulo.

Dictionum græcarum: quæ latine ſcribuntur: & ab. i. littera initium ſumunt orthohraphia finit.

Incipit earum: quæ a. k. conſonante ſcribuntur.

Littera conſonans cum eandem habeat in metro poteſtatem: ac in uoce ſonum cum. c. noſtra conſonante: penitus ſuperuacua eſſe uidetᷣ: ut dixit Priſcianus: & ante illuꝫ prius dixerat Quintilianꝰ: nec ulla prorſus uidetᷣ ratio cur in dictionibus græcis. a. ſequenti potius ſcribi debeat. k. q̃;. c. ut nonnulli ex modernioribus abſq; ratione uoluerũt: cõperimus etiam Nigidiũ Figuluꝫ: quo & Varrone nemo apud romanos doctior habitꝰ fuit: nunq̃; in cõmentariis ſuis. k. aut. q. fuiſſe uſum: ideoq; nos omnes dictiões græcas quas latine trãſcribendas nouimus per. c. ipſuꝫ & nõ per. k. ex maioꝝ noſtroꝝ auctoritate ſcribemus. Et maxime cum id idẽ Feſtum approbatiſſimũ auctorem obſeruaſſe nouerimus.

Kyrieleiſon prima cum. y. græco: & reliquæ cum. i. latino ſcribuntᷣ: dictio eſt compoſita ex kyrie quod ſignificat domine: hoc eſt uocatiuuꝫ huius nominis kyrios qui eſt dominus: & eleiſon: quod eſt miſerere: hoc eſt imperatiuum huius uerbi ἐλεω quod eſt miſereor: ſed in compoſitione ꝑ colliſioneꝫ abiicitᷣ primæ dictiõis ultimum. e. per modum quem ſupra uidimus: & proferri debet cum accentu in penultima.

Dictionum græcaruꝫ: quæ latine ſcribuntur: & a. k. littera initium ſumunt orthographia finit.

Incipit earum: quæ ab. l. conſonante ſcribuntur.

Abatus cum. t. exili ſcribitur: nomen eſt uiri propriũ: de quo ſæpe Plutarchus meminit

Labdacus cum. c. exili ſcribitur: fuit Polydori filius filii Cadmi: & frater Laii.

Labynetus cum. y. græco &. t. exili ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo uir babyloniꝰ filius Nictocris reginæ babyloniæ: & ipſe fuit babyloniorum tyrãnus.

Labyrinthus ſecunda cuꝫ. y. græco: ſequens cum. i. latino: & ultima cũ. th. aſpirato ſcribitᷣ: fuit ſtructura pro magna ſui parte ſubterranea: uiarum ambagibꝰ adeo inflexa: ut nemo: qui intraſſet poſſe inde exire diceretᷣ: & teſte Pli. li. xxvi. naturalis hiſtoriæ: in quattuor mundi partibus compertus fuit: ut primus in ægypto: ſecundus in inſula cretæ: tertius in inſula lemni: quartus in cluſio italiæ oppido: ſed creticus famoſior habetᷣ: & a poetis græcis & latinis maxĩe decãtatus: fabricatuſq; a Dædalo ingenioſo fabro: dicente Ouidio li. viii. metamorpho.

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.
Ponit opus: turbatq; notas & limina flexu.
Ducit in errorem uariaꝝ ambage uiaruꝫ. Et ſubdit: Vix ipſe reuerti Ad limen potuit: tanta eſt fallacia tecti.

Sed teſte

Sed teſte Plinio centeſimam tantum portionem labyrinthi ægyptii accæpit:quem pro exemplo habuit.

L acæna cum.æ.diphthongo &.c.exili ſcribitur:genus eſt ueſtimenti.

L achana cũ.ch.aſpirato ſcribit':græcũ eſt uocabulũ & numeri pluralis:atq; oẽ genus oleris in ſe cõpræhẽdit

L acenus cum.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:& facit fœmininum lacena & neutrum lacenũ: nomen eſt deductum a laconia:& dicitur laconicus. Virgi. li.Georgico.ii. Virginibus bacchata lacenis.i.laconicis

L aconia cum.c.exili ſcribitur:prouincia eſt i achaia ſiue pelopõneſo:quæ teſte ſeruio ſuper quartũ georgicorum:œbalia dicta fuit. Idem ſenſiſſe uidetur Virgilius & Statius in achilleide:cum dixit: Soluerat œbalio claſſem de littore paſtor Dardanus. De quo in ea dictione uidebimus.

L acedæmonia ſecunda cum.c.exili:&.e.abſque diphthongo:ſequẽs cũ.æ.diphthongo ſcribit': fuit laconiæ urbs condita a Lacedæmone Iouis filio ex Taygeta.& nonnunq; a poetis declinat' Lacedæmon:huius lacedæmonis.ut Ouidius in prima epiſtolaꝝ:O utinam tunc cum lacedæmona claſſe petebat Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Hæc eadẽ alio noĩe etiã ſparta dicta fuit:ut in ea dictione uidebimus.

L acheſis cum.ch.aſpirato ſcribit':fuit una ex parcis:ut uidimus in dictione Atropos. de qua ait Martialis in primo. Nil adicit penſo lacheſis:fuſoſque ſoroꝝ Explicat:& ſemp̱ de tribus una rogat.

L acinium cum.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit':promontoriũ eſt italiæ inter adriaticũ & ionicum mare: ſic quoq; cognominatũ:ut in quibuſdã Theocriti gloſulis comperi:a Lacinio latrone quodam:qui illum inhabitans:ab Hercule interemptus fuit. Idem Seruius ſuper tertium æneidos:affirmare uidetur. Fuit etiã famoſum ex templo Iunonis laciniæ.ut Virgilius:Attollit ſe diua lacinia contra. Eſtq; ex parte orientali ꝓpinquum crotonæ:ut oſtendit Theocritus in ea ægloga quæ incipit:ειπε μοι ω κορυδων.

L acina eodẽ modo ſcribitur:cognomẽ eſt Iunonis:a lacinio ꝓmõtorio tractũ: ſup̱ quo ædẽ habuiſſe diximus quã Herculẽ interfecto Lacinio latrone & loco expiato:cõſtituiſſe in eiſdẽ Theocriti gloſulis cõperi.

L acydes cũ.c.exili &.y.græco ſcribit':fuit cyrenæus philoſophus Alexãdri filiꝰ: & nouæ academiæ princeps: atq; Arceſilai ſucceſſor. Fuitq; uir mire ſeueritatis:& ab adoleſcẽtia ſtudioſus:ſed pauper. Habuitq; ſcholã in horto:quẽ Attulus rex fieri curauerat:qui & Lacydiꝰ eſt appellatꝰ. Mortuꝰ eſt ex paralyſi:quã ex immodica potatione cõtraxerat:cum iam.xxvi.annos in ſchola regẽda cõſumpſiſſet.

L aocoon cũ.c.exili:precedẽte unico o:& duobꝰ ſequentibꝰ pleno nomine:hoc eſt ſine ſynæreſi ſcribit'. Nam cum ſynæreſi duo illa o:quoꝝ primũ eſt breue:& ultimũ longũ:quia eſt ω mega apud illos:in unum longũ conuertuntur.& ſcribitur apud græcos λαοκων cum accentu circũflexo in ultimo:ut uidebimꝰ in dictõne proſodia. At cum plenum nomen eſt:habet accentũ acutum in penultima:quod in dictõne græce declinata etiam a noſtris obſeruari debet.ut ibidẽ oſtẽdimus. Fuitq; ut nõnulli ferunt:regis Priami filius:& Apollinis ſacerdos.de quo Virgili.lib.æneidos.ii.inquit: Primus ibi ante omnes magna comitante caterua Laocoon ardẽs ſumma decurrit ab arce. Et deinde ꝓſequit': quẽadmodũ haſta percuſſit fatalẽ equm a doloſis græcis confectum:ob quod a duobus ſerpentibꝰ cum duobꝰ paruis filiis poſtea compræhenſum:necatũ depaſtũq; oſtendit. Verum Euphorion referente Seruio dixit: cum poſt aduẽtũ græcoꝝ ad troiam ſacerdos Neptuni lapidibus a troianis occiſus eſſet:quia illoꝝ aduentũ ſacrificiis non prædixit:& poſtea Neptuno troiani ipſi ſacrificare uellent Laocoon tymbræi Apollinis ſacerdos forte ad id ductus eſt:ut ſolet fieri cum deeſt ſacerdos certus. Et cum hic piaculũ commiſiſſet ante ſimulachrũ numinis cum uxore coeundo: ob id quoq; immiſſis draconibus cum ſuis filiis interemptꝰ eſt. Et hoc quidẽ habere hiſtoriã dixit Seruius: Sed Virgiliũ ad troianoꝝ excuſatõem aliter interpretatũ fuiſſe. Cuius rei a Virgilio deſcriptæ ſimulachrũ dixit Pliniꝰ libro xxxvi.naturalis hiſtoriæ:in domo Titi imperatoris romæ ſuo tempore eſſe opus omnibꝰ & picturæ & ſtatuariæ artis præponendũ ex uno lapide euʒ: ac liberos draconũq; mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſummi artifices Argeander Polydorus & Athenodorus.

L acrines cum.c.exili &.i.latino ſcribitur.fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarum primo:uir lacedæmonius miſſus ad Cyrum.

L æmargia cũ.æ.diphthongo ſcribit'.dicit' a noſtris ingluuies.& inde læmergus guloſus.

L æna cũ.æ.diphthongo ſcribit'.genus eſt uirilis ueſtimẽti:quod ſup̱ alia portabat'.ut Virgili.in.iiii.Ardebat murice læna.hoc Homerus clænam uocat.ut in ea dictione uidimus.

L æpherigones prima cũ.æ.diphthõgo:ſequẽs cũ.ph.aſpirato ſcribit':populi ſunt quidã.

L aertes cum.t.exili ſcribit'.fuit Acriſii filius & pater Vlyxis:ipſo dicente apud Ouidiũ lib.xiii.metamorphoſeos:Acriſius illi:Iuppiter huic. Hic cum ob filii abſentiã laborioſam uitam duxerit:tertio anno poſt reditũ Vlyxis mortuus eſt:ut teſtis eſt ditis. Et quia eiuſmodi nomina græca terminata in es mittunt etiã nominatiui terminatõem in a:declinatiõem recipiũt latinã.ut Anchiſes & Anchiſa huius anchiſæ:& Laertes ac Laerta huius laertæ.& ablatiuũ etiã finit in a. Ouidius tertia epiſtolaꝝ:Laertaq; ſatus per quos comitata redirẽ. Nam ſi diceret Laerte:minime ſtaret uerſus:cum illud.e.breue eſſet. Sed de his ſatis ſuperq; uidimꝰ in dictione Anchiſes. Quin & notandũ eſt non ſolum Laertes triſyllabũ inueniri ſed biſſyllabũ: quod in patronymico laertiades apud Horatiũ in primo carminũ annotauimꝰ. Sic enim antiquiſſimos textus ſcriptos cõperimus:Non tu Laertiaden exitiũ tuæ gentis non pylium neſtora reſpicis. ſunt enim uerſus aſclepiadei. Alii

ſolunt ab eo uerſu tu abiiciatur: remanetq; non laertiaden exitium tuæ: ſtaretq; uerſu ſine ſynæriſi: ſicut apud Ouidium in heroidibus:Laerteſq; ſenex Telamachuſq; puer. Et apud Horatiuȝ in ſecundo ſermonũ O Laertiade quicquid dicam aut erit aut non. ubi ea biſſyllabum poſuit. at Ouidius Horatii textum quem adduximus in carminibus. æ. monoſyllabum confirmans in duodecimo ſic inquit:Laertiadæq; fuit tantæ fiducia laudis. ubi aliter uerſus non ſtaret:niſi laertiadæ tetraſyllabum eſſet.

L æſtrygones prima cum. æ. diphthongo ſequens cum. t. exili &. y. græco ſcribitᵉ:fuerũt teſte Martiano libro vi. in extremo Italiæ uerſus Siciliam gentes feritate famoſæ. ad hos teſte Homero libro decimo odyſſeæ cũ diuerteret Vlyxes:& illos aduerſos experiretur unica perdita naue diffugiens peruenit ad Circen. Deinde cum rediens peruenit ad phæacas:& in conuiuio Alcinoi hos & cyclopas humana carne ueſci narrare:tãq; fingentem & mendacem nõnulli aſpernati ſunt. ut Iuuena. in ſatyra: Quis neſcit uoluſi: Fingentem immanes læſtrigonas atq; cyclopas. Sed id uerum fuiſſe aſſeruit Plinius circa initium libri ſeptimi naturalis hiſtoriæ. ob quod Aulus Gellius libro. xv. noctiũ atticarum: præſtantiſſimos inquit uirtute prudentia uiribꝰ Iouis filios poetæ appellarunt:ut Aeacum:& Minoa:& Serpedona. ferociſſimos & imanes & alienos ab omni bumanitate tanq; in mare genitos Neptuni filios dixerunt:ut cyclopa & cercyona & læſtrigonas.

L aius cum. i. latino ſcribitur:fuit unus pater Oedipi. alter filius Polydori filii Cadmi & frater Labdaci.

L amachus cum. ch. aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri athenienſis proprium.

L amius cum. i. latino ſcribitur:mons eſt ioniæ notus fama Endymionis. unde & ipſe Endymion lamiꝰ cognominatus eſt. Ouidius li. ſecundo triſtium:In uenerem anchiſes in lunam lamius heros.
In cererem iaſius qui referatur erit. Et libro tertio de arte amandi: Lamius endymeon non eſt tibi luna rubori & reliqua.

L ampia cum. i. latino ſcribitur:fluuius eſt arcadiæ. de quo meminit Statius in quarto thebaidos cum ait:Cadenſq; iugis lampia niuoſis.

L ampſacum cum. m. ante. pſ. &. c. exili ſcribitur:fuit teſte Cicerone libro tertio uerrinarum oppidum in helleſponto clarum & nobile:cuius ciues lampſaceni dicũtur:quæ dictio abſq;. æ. diphthongo ſcribitur:ex eo oppido oriundus fuit Priapus:qui teſte Seruio ob magnitudinem uirilis membri ab aliis ciuibꝰ pulſus fuit & teſte Pli. li. quinto naturalis hiſtoriæ:eam urbem Homerus adraſtiam uocitauit.

L ampetia cum. t. exili &. i. latino ſcribitur:fuit Solis filia ex Neæra ſororq; Phætuſæ. hæc tranſeunte Vlyxe patri armẽta cuſtodiebant:ut uidebimus in dictione Phætuſa.

L ampheus cum. ph. aſpirato ſcribitur:mons eſt arcadiæ teſte Pli. libro quarto naturalis hiſtoriæ.

L angia cum. i. latino ſcribitur:fons eſt in nemæa ſilua arcadiæ ut oſtẽdit Statius in quarto thebaidos:& nos ſupra uidimus in dictione Hypſiphile.

L aphithæ ab aliquibus cum. ph. aſpirato:a nõnullis cum. p. exili:uidelicet lapithæ:& ultima cum. th. aſpirato ſcribitur:fuerunt in theſſalia alpeſtres populi:qui bella cum centauris geſſere. unde Virgilius li. georgicorum ſecundo ait:Et magno ilæũ laphithis cratere minantẽ. de quibus in dictione centauri uidimus.

L apathum cum. p. exili &. th. aſpirato ſcribitur : herba ea eſt: quá ſolo radicis nomine a uulgo cognominari exiſtimo:eamque uſque ad tria cubita deſcendere dixit Plinius libro. xviii. naturalis hiſtoriæ ubi plura de lapatho loquitur.

L arius cum. i. latino ſcribitur. Quidam græcum nomen eſſe putãt. & a λάροσ aue:quæ latine fulica dicitur deductum. nam lacus eſt Italiæ teſte Seruio ſuper ſecundũ georgicorum uicinus alpibus:apud queȝ fulica maxime abũdat. Idem iuxta Catonem in originibus per ſexaginta tenditur miliaria. & larius huius larii facit:ſicut Iulius Iulii Mercurius Mercurii.

L ariſſa cum. i. latino & duplici. ſ. ſcribitur:fuit theſſaliæ urbs. & ob uicinitatem:quam habebat ad pthiaȝ(ut dixit Seruius)Achillis eſt dicta patria:dicẽte Virgilio libro æneidos ſecũdo:Quos neq; tydides nec lariſſeꝰ achilles. & Lucanus libro ſexto ciuitates theſſaliæ cõnumerans ait:Atq; olim lariſſa potens.

L ariſe:quæ cum. i. latino & unico. ſ. ſcribitur:urbs eſt æoliæ:ut ſcribit Herodotus libro hiſtoriarum primo.

L arodii cum unico. r. ſcribitur:populi ſunt teſte Horodoto libro hiſtoriarum quarto in aſia ſcythica.

L aodonia cum. o. poſt. a. in ſecunda:& per. i. latinũ in penultima ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſexto iliados filia Bellerophontis:quæ ex compreſſu Iouis effecta grauida dium Sarpedanẽ genuit. Sed Laodamiæ (ut ait Homerus)Diana irata mortem attulit.

L aomedon cum. o. poſt. a. ſcribitur:fuit filius Ili regis troiæ:cuius omnẽ genealogiam poſuit Homerus uſq; ad Hectorem & Aeneam:de qua in dictione Priamus plene uidebimus.

L aodocia cum. o. poſt. a. &. c. exili:atq;. i. latino ſcribitur:nomen fuit prouinciæ.

L aodice cum. o. poſt. a. &. i. latino:atq;. c. exili ſcribitur:fuit una ex filiabus Priami formoſa quidem:& quæ Helicaoni filio Antenoris regis thratiæ nupſit:ut oſtendit Hómerus libro iliados quarto:altera fuit Agamẽnonis filia ex Clytæmneſtra:ut idem libro octauo iliados enarrauit.

L aodicus cum. o. poſt. a. & per. i. latinum:atque. c. exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados quarto:Antenoris traiani filius.

Laodocus cũ.o.poſt.a.& ante.c.exile ſcribitur:fuit teſte Homero libro octauo odyſſeæ:Alcinoi regis phæacum filius.Item & Laodamas alter ὁ λαοδὸς παῖς ἀλκινόοιο.

Latona cum.t.exili ſcribitur:fuit Cæi Titani filia:dicente Niobe apud Ouidium libro.vi.Neſcio quam audetis nataꝫ titanida cæo Latonam præferre mihi.fuitq; mater Apollinis & Dianæ:quæ ab illa Latonia dicit᷑.Virgilius:Aſtrorum decus & nemorum latonia cuſtos.

Latomiæ cuꝫ.t.exili ſcribitur:dicuntur a noſtris lapidicinæ.Nec apud nos ſingulare habet q̄q̄ apud græcos λατόμιον comperim in ſingulari.at in plurali dici poſſunt quaſi λίθων id eſt lapidum τομεῖς inciſores.unde Liuius in bello macedonico ſcribit.M.Catonem ſuperiorem:qui dictus eſt cenſorinus in cenſura feciſſe atria duo martium & titium in latomiis.idem in ſexto libro belli punici ſecundi incendium romæ deſcribens ſic ait:Cõpræhenſa poſtea priuata ædificia:neq;.n.tunc baſylicæ erant compræhenſæ latomiæ:forumque piſcarium:& atriũ regium:ædes uix Veſtæ defenſa.

Latymnus cum.t.exili &.y.græco:ſequente in ultima.m.ante.n.ſcribitur:mons eſt cariæ:ſuper quem Endymiona etiam obdormiuiſſe dicunt poetæ:ut Cicero refert libro primo:de queſtionibuus tuſculanis.

Latro cuꝫ.t.exili ſcribitur:dictio eſt græca teſte Seruio ſuper.xii.æneidos circa initiũ.& deducit᷑ a λατρεύω:quod eſt ſeruio.nam(ut ipſe Seruius inquit)latrones dicuntur obſequi & ſeruire mercede:& conducti milites uocantur latrones.Et ſubdit:moris autem erat:ut hos imperator circa ſe haberet:& primos mitteret ad omne diſcrimen.nam ut dixit Virgilius latronis telo.i.uenatoris fixum leonem ideo dixit:quia etiam uenatores operas ſuas locare conſueuerunt.Varro tamen dixit hoc nomen poſſe etiam latinaꝫ habere etymologiam:ut latrones dicti ſint:quaſi laterones:quia circa latera leguntur:quos nunc ſatellites uocant.una tamen eſt ſignificatio licet diuerſa etymologia.

Leæna prima cum.e.abſq; diphthongo:ſecunda cum.æ.diphthongo ſcribitur:græcum eſt uocabulũ:quod leonem fœminam indicat.Virgilius in Alexi:Torua leæna lupum ſequitur.Et libro georgicorũ tertio:Catulorum oblita leæna.Vbi dixit Seruius:leæna græcum eſt:ſicut dracæna.nam nos hic & hæc leo dicimus.lea namq; uſurpatum eſt:quia in.o.exeuntia maſculina ex ſe fœminina non faciunt:ut fullo latro leo.Sane an inter omnem uitam leæna unum pariat:ut ſcripſit Herodotus libro hiſtoriarũ tertio:uel plures gignãt & educet catulos:ut uoluit Homerus:ab Ariſtotele in li.de animalibus determinatum fuit plene.

Lebes cum.e.abſq; aliqua diphthongo ſcribitur:& eſt teſte Porphyrio ſuper nonum iliados:Homeri libruꝫ uas æneum in quo res bulliunt.

Leleges cum unico.l.& abſq; diphthongo ſcribitur:populi ſunt:quos(ut nõnulli ferunt)alio nomine theſſalos uocitamus:quaſi λελογισμένους:hoc eſt rationales:quia cæteris græciæ populis præſtare uidebantur.Lucanus de theſſalia loquens ait:Mox lelegum dextra preſſum deſcendit aratro.Herodotus uero lib.hiſtoriarum primo dicere uidetur hos illos maritimos fuiſſe populos:qui poſtea cares uocati fuerunt.

Lectus cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:uerbum eſt græcum:& apud illos in neutro genere λέκτρον dicitur.Euripides ἑκάβη inquit:λέκτρα γαμέμνον.Homerus ſimiliter in batrachomyomachia.

Leda cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit Tyndari regis coniunx:cum qua Iouem ſub forma Cycni concubuiſſe dixere poetæ.Eamq; ouum unũ perperiſſe:ex quo nati ſunt Caſtor & Pollux.Sed quod duo oua ediderit:intellexiſſe uidetur Horatius cum dixit:Nec gemino bellum troianum orditur ab ouo.Fuit etiaꝫ mater Helenæ.& a Leda ledæus cum.æ.diphthongo in penultima deriuatur.Virgilius li.æneidos tertio:Ledæam hermionem lacedæmonioſq; hymeneos.

Lemnos cum.m.ante.n.ſcribitur:una eſt ex cycladibus ægæo mari circunflua:in quam Iuno Vulcanum filiũ cum eum turpem peperiſſe conſpiceret:e cælo deiecit.Hic poſtea cum deorum faber effectus eſſet:ad hãc inſulã ab ætna refocilatiõis cauſa redire ſolebat.ubi ut ait Statius libro.v.thebaidos:Lẽnius ignifera feſſus reſpirat ab ætna:Veſtit athos nemorumq; obſcurat imagine pontum.

Lenæus prima cum.e.abſq; diphthongo:ſequens cum.æ.diphthongo ſcribit᷑:nomen eſt Bacchi deductum a ληνός:quod eſt torcular.Virgi.li.georgicorum ſecundo:Huc pater o lenæe ueni.

Leochares cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit ſculptor ſua ætate eximius.de quo uidebimus in dictiõe mauſolus

Leonides cum.i.latino ſcribit᷑:fuit nobilis ſparta:& deĩde rex eo modo quo ſpartani regem habebant.Hic non modo miranda contra Xerxem ægit:ſed pene incredibilia:ut apud græcos Herodotus libro hiſtoriarum ſeptimo:& apud noſtros Iuſtinus libro epitomatum ſecundo:oſtenderunt.Quin & genealogiam traxiſſe ab Hercule oſtendit idem Herodotus in eodem libro cõnumerans omnes eius progenitores uſque ad Hyllum & Herculem.Fuit & alius Leonides Alexandri magni pedagogus:qui teſte Quintiliano li.primo:de inſtitutione oratoria eum quibuſdam uitiis imbuit:quæ robuſtum quoq; & magnum regem ab illa inſtitutione puerili perſecuta ſunt.

Leitus cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo iliados:unus ex quinq; boetiorum principibus:qui ad troiam uenere.

Lerna cum.e.abſq; diphthongo ſcribit᷑:regiuncula quædam eſt in arcadia:ſic quoq; a Lerno rege cognominata:iuxta quã fuit argos.iuxta quam fuit Argo oppidum unde græci Argiui dicti ſunt ut uidimus ĩ dictiõe

Argos. Et a lernas lernæus cum .æ. diphthongo deducit᷑. unde lernæa palus: in qua fuit hydra qnquaginta capitum ab Hercule poſtea interfecta: ut uidimus in dictione hydrus. Ideo ait Virgi. libro æneidos octauo:
Lernæus turba capitum circunſtetit anguis.

L ethargus prima cum .e. abſq; diphthõgo: ſequens cum .th. aſpirato ſcribit᷑: ille dicitur qui obliuioné patit᷑. & deſcendit a ληθη: quod eſt obliuio. unde etiam lethæus.

L ethæus eodem modo ſcribit᷑: & eandem habet deriuationem. poteſtq; latine dici obliuioſus.

L ethum eodem modo ſcribit᷑: ponitur a noſtris pro morte. & a ληθη quod eſt obliuio teſte Feſto traductum eſt. Alii teſte priſciano in decimo latinum faciunt: & a leo uerbo ſimplici naſci dicunt: quod in uſu ſic quoq; non eſt: ſed in compoſitione deleo deleui habetur. unde letuʒ dici uolunt: quia uitam deleat. quod ſi ſic eét abſq; aſpiratione ſcribi deberet. Sed magis placet græcum eſſe: & a ληθη deduci. unde etiá teſte Solino fluuius ille: qui in aphrica iuxta beronicé urbem fluit: lethes hoc eſt obliuionis amnis uocatur: quem ut ait putant inferna inundatione prorumpere: & apud priſcos uates latex obliuionis commemoratur. De quo Lucanus libro octauo meminit cum ait: Quam iuxta lethes tacitus prælabitur amnis: Infernis ut fama trahens oblıuia uenis. Et inde lethargus & lethæus: ut ſupra uidimus. At uero lætum quod latinum eſt: & a leo deſcendit: eo quod ex læticia quis faciem delatare dicatur: cum .æ. diphthongo & .t. exili ſcribit᷑. Idque appellamus: quod aſpectu gaudium promit. Nam gaudere proprie eſt intrinſecus: Lætari extrinſecus. Et qa natura ſic inſtitutum eſt: ut quæ bona corporis habitudine ſunt alacriora: quæ uero debili triſtiora ſint: eo fit ut pinguia uocemus læta: ut lætas oues: lætos gregres: læta armenta. & hinc transferimus ad ſimilia: ut ad ſegetes: ad uites: ad oliueta: ad cæteras arbores. Vnde quemadmoduʒ illa: ita hæc quoq; qualia ſint: declarat aſpectus. Verumtamen non appellantur homines læti ob fœcunditatem: pinguedinem: pulchritudinem: grauitatem. & ſimilia. Sed ob ea quæ tantum in noſtros uſus cedunt: læticiam nobis uoluptatemq; pariétia. Qua ſane regula multifariam lætum & ſine ambiguitate in utendo ſuppeditabit. Vnde apud Seruiũ ſignificat fœcũdum: pingue: grauidum: pulchrum: uiride. & multa alia: quæ ex Virgi. annotauit.

L eucothea cum .c. exili: & .th. aſpirato ſcribitur: fuit filia Cadmi ex Hermione cõiuge: quæ & alio nomine dicta fuit Ino uxor Athamantis regis thebarum. quæ ut maritum ſuum furere conſpexit: cuʒ Melicerta filio in mare præcipitem ſe dedit. Et ut ait Cicero de natura deorum dicta fuit a græcis quidem Leucotha: a noſtris uero Albunea: ſeu alba dea. Nam λευκη alba dicitur: & θέα dea. Ab aliquibus uero interpretatur Matuta etiam græco uocabulo. quæ ab Homero ponitur pro Aurora. Vnde teſte Priſciano matutinum deriuatur. At uero Melicertam Palæmona dixerunt: dicente Ouidio: Leucotheaq; deam cum matre palæmona dixit. Sed a noſtris Portunus cognominatus eſt.

L eucothoe ſecunda cum .c. exili: penultima uero per .th. aſpiratum ſequente .o. uocali ſcribitur: & alia fuit a ſuperiori. nam a θέω: quod eſt curro deriuatur: quaſi alba fuerit & currens. fuit Orcami ex Eurimone filia: illa dicente apud Ouidium li. metamorphoſeos quarto:
Rexit achimenias urbes pater orcamus: iſque
Septimus a priſco numeratus origine belo. Et paulo prius dixerat:
Tempore leucothoe multarum obliuia fecit
Gentis odoriferæ: quam formoſiſſima partu
Edidit eurymone. & reliqua.

L eucippus cum .c. exili contra græcorum grãmaticas regulas: & .i. latino: atq; duplicato .p. ſcribitur: fuit philoſophus eleates patria. ſecundũ uero quoſdam alios abderites: & fuit Zenonis auditor.

L eutychides ſecunda cum .t. exili ſequente .y. græco: atq; .ch. aſpirato: & .i. latino ſcribit᷑: fuit teſte Herodoto li. hiſtoriaꝶ ſexto: uir lacedæmonius inimicus Demarati: poſt cuius fugam conſtitutus fuit ſpartanoꝶ rex.

L eucargillon cum .c. exili: & .i. latino: atq; duplicato .l. ſcribitur: dici poteſt latine candida argilla.

L eucas cum .c. exili ſcribit᷑. inſula eſt teſte Pomponio diſpoſita contra ſinum ambracium iuxta epirum: habés montem altiſſimum. & eſt memorabilis uictoria Auguſti contra .M. Antonium & Cleopatram. Eadem fuit hactenus continenti coniuncta: ut oſtendit Ouidi. li. metamorphoſeos .xv. cum ait:
Leucada continuam ueteres habuere coloni:
Nunc freta circueunt. & reliqua. Eſt etiam leucas oppidũ percelebre in acarnania parte epiri: olim teſte Pli. nereitum uocitatum. & a leucas deducitur leucadius. Virgi. li. æneidos tertio:
Mox & leucadii nimboſa cacumina montis.
Et formidatus nautis aperitur apollo.

L yæus prima cum .y. græco: ſequens cum .æ. diphthongo ſcribit᷑: ut in antiquis exactiſq; marmoꝶ inſcriptionibus ſcriptum cõperi: nomen eſt Bacchi: dicente Ouidio li. iii. metamorphoſeos:
Tura quæ dant bacchũq; uocant bromiumq; liæum. Et deriuatur a λύω: quod eſt ſoluo: eo ꝙ mentem & membra uinum diſſoluat. unde ſequitur paralyſis.

L ibanus cum .i. latino ſcribitur: mons eſt inter arabes & phœnices. eſt etiam genus arboris tus producentis.

L ibya prima cum .i. latino: ſequens cum .y. græco ſcribitur: & terminatur in .a. & in .e. ac dici poteſt in recto

libyæ abſq; diphthongo:& ſiqdẽ in.a.deſinat accepta.e.facit genitiuũ cũ diphthõgo: ut libya huiꝰ libyæ.
ſi uero in.e.deſinat in recto:græce declinať huiꝰ libyes. Et eſt regio aphrycæ:quæ ab atlante monte maurita
niæ incipit:& ad canopum uſq; nili hoſtium pandiť.ſic quoq; dicta(ut plurimi aſſerũt)ab Libya uxore Epa
phi Iouis filii. Qua utiq; litteratura omnia ab illa deſcendẽtia ſcribunť:ut libyſſa huius libyſſæ oppidũ bi
thyniæ:libyſtis huius libyſtidis. Virgi.li.æneiodos.v. Horridus in iaculis & pelle libyſtidis urſæ.libyſtinus
libyſtina libyſtinum.

L ibyſſa eodem modo:ut ſuperior:ac per duplex.s.ſcribitur:oppidum fuit bithyniæ:ubi teſte Pli.circa finez
libri quinti naturalis hiſtoriæ:nunc Hannibalis tantũ tumulus eſt.

L ibyſtis ſimili modo cum.i.latino in prima:ſequens per.y.græcum:ultima cuz.t.exili &.i.latino ſcribitur:&
eſt ac ſi libycam diceres.

L ibyſtinus in eadem ſcriptura cum ſuperiori: dictus fuit Apollo ab his: qui pachynum ſiciliæ ꝓmontoriũ in
colebant:eo ꝙ imiſſa libycis:hoc eſt hoſtibus carthaginẽſibus peſte pene cũcti ſubita morte interierunt.

L ibs cum.i.latino:ſequente.bs.ſcribitur:ꝗꝗ.ps.ꝓprie ſequi deberet.nam græce λίψ ſcribitur: & ẽ uentus
aduerſus uulturnum:quẽ aphricum uocamus.& inde libonotus diciť:quem nos auſtrum dicimus.

L iburnum cum.i.latino ſcribitur:græce uero λιβυρνον dicitur.ſed nos illud.y.græcum in.u.noſtrum con
uertimus:& præponẽtes ad.r.dicimus liburnum:genus eſt nauiculæ uelociſſimæ a liburnis primo comptæ
ut Parthenius grãmaticus atteſtatur. Ad cuius ſimilitudinem conſtructum fuit uehiculum:quo romani no
biles uelociſſime portabantur:dicente Iuuenale in tertia ſatyra: Diues & ingenti curret ſuper ora liburno:
cuius uelocitatem oſtendit cum dixit curret.ob quod etiam præco feſtinans liburnus dictus eſt:ut idem ĩ ſa
tyra Criſpini ait: Primus clamante liburno Currite iam ſedit rapta ꝓperabat ab olla.ſed liburnus ꝓ nauibꝰ
uſus eſt Horatius in epodo: Ibis liburnis inter alta nauiuz amice ꝓpugnacula:quas & liburnicas in uita Au
guſti Suetonius appellauit:alia tempeſtate in traiectu bis conflictatus.primo inter ꝓmontoria peloponneſi
atq; ætholiæ.rurſus circa montes ceraunios utrobiq; parte liburnicaruz demerſa:ſimulq; eius in qua uehe
batur fuſis armamẽtis & gubernaculo diſtracto.

L iburnia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:regio eſt inter illyrim & dalmatiam:de qua ait Pli.libro.iii.natura
lis hiſtoriæ:liburniæ finis ad initium dalmatiæ ſalona eſt.

L ycia prima cum.y.græco:ſequens cum.c.exili:&.i.latino ſcribitur:regio ẽ in minori aſia finis pamphiliæ ex
parte orientali:ex parte uero occidentali cariam terminat:ſic quoq; cognominata a Lyco Pãdionis filio: cũ
prius teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ primo:termile diceretur.in hac ciuitas eſt patera in qua ſex menſibus ãni
ab Apolline reſponſa dabantur:reliquũ uero temporis apud delon.unde & lyciæ ſortes a Virgilio nũcupa
tur.eſt etiam in ea ꝓuincia mons chimæra:ut in ea dictione uidimus.

L ycus cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:a noſtris ꝓprie lupus dicitur:ut in dictione agnus uidimus. At eo no
mine & ſcriptura plures legũtur uiri memorandi. Vnus quidem troianus fuit.de quo Virgilius li. æneidos
primo: Et crudelia ſecũ fata lyci. Alius thebanus genere ignobilis:qui cũ a Creõte Herculis ſocio exulaſſet:
& Hercules cum Perithoo & Theſeo ad inferos deſcendiſſet:regnũ thebanuz cæpit:ut plene omnia ſcripſit
Seneca in Hercule furente. Alius fuit etiam thebanus rex:qui cũ uxorez formoſiſſimã Antiopen a Ioue gra
uidam conſpexiſſet:eam a ſe abdicauit:ut in dictione Dirce uidimus. Alius fuit regis Pandionis filius:qui
& a ſe lyciam nominauit.

L ycaon cum.y.græco &.c.exili ſcribiť:fuit arcadiæ rex Titani & Terræ filius:qui cuz ſolitus eſſet necare ho
ſpites:& Iouem ſimiliter hoſpitio ſuſcæptum necare uellet:mutatur a Ioue in lupuz:ut Ouidi.li.metamor.
primo:plene monſtrauit. Fuitq; pater Caliſtonis:quæ in arcton cõmutata:ut ĩ ea dictione uidimus. Tandem
cælo locata fuit:dicente Virgi.li.georgicorum primo: Claramq; lycaonis arcton.& Ouidio li.iii.de triſtibꝰ
Quæq; lycaonio terra ſub axe iacet. Alius fuit Priami filius:& pater Pandari. Cuiꝰ Thoracem teſte Home
ro libro iliados.iii. Paris cum Menelao induit.

L ycæus prima cum.y.græco:ſequens cum.c.exili:&.æ. diphthongo ſcribitur:mons ẽ arcadiæ:in quo bicor
nis Fauni templum fuerat:a quo lycæa ludicra illi ſacra:a nobis lupercalia dicta ſunt. Vnde Ouidius li.fa
ſtorum ſecũdo ait: Quid uetat arcadico dictos a monte lupercos: Faunus in arcadia tẽpla lycæus habet. Nã
(ut diximus) quos græce lycos:latine lupus dicitur. Et queãdmoduz ex illo deriuať lycæus & lycæa:ſic ex no
ſtro lupercal.& lupercalia ludicra quædam dicuntur:quæ ob tẽporis obſeruationẽ(ut dixit Plutharcus in
uita Romuli:quã ego e græcis in latinum tranſtuli)ad expiandos manes conſtituta uidebanť. Fiebant enim
(ut ille ait)nephaſtis diebus menſis februarii:quem piacularem interpretãtur. Vnde priſci quoq; diem illaz
febratam uocabant. Quod Ouidius tetigit cum ait:
Februa romani dixere piamina patres. Et ſubdit in eodem libro:
Tertia poſt idus nudos aurora lupercos
Aſpicit:& fauni ſacra bicornis eunt. Et ut pleriq; exiſtimant ab arcadiis:qui cũ Euandro uenerant hoc ſolen
ne ad eas ꝑtes:ubi nuuc eſt Roma allatũ fuit. Quod expreſſit Ouidius cum de his ludis locutus eſt dicens:
Tranſtulit euander ſilueſtria numina ſecum. Hic ubi nunc urbs eſt:tunc locus urbis erat. Et inde Liuius lib.

primo ab urbe ait: Ferunt Euandrum ſolenne allatum ex arcadia inſtituiſſe: ut nudi iuuenes lycæum Pana uenerantes: per luxum atq; laſciuiam currerent: quem romani deinde uocauerũt Inuum. Hunc Serui⁹ Pana eſſe dixit ab ineundo paſſim cũ aĩalibus. Alii uero referente Plutarcho putant a lupa: quæ Romulũ educauit potius emanaſſe: cum ut ait lupcales ludicrum incohent: ubi expoſitum Romulũ fuiſſe ferunt: tãetſi quæ ad ſacra pertinent: minus conueniant. Nam ut ſubdit: Capellas mactant: deinde gemini adoleſcentes præclari ſanguinolento gladio fædatam ſibi faciem attingunt. Alii ilico cũ lana lacte madida accurrũt atq; abſtergunt ſanguinem. tum uero opus eſt ut rideant adoleſcentes. Et demũ ereptis capraꝝ tergoribus nudi in ſubligaculis ꝑ ciuitatẽ diſcurrunt: quicũq; ſibi obuiam fiunt uerberant coriis. Et ut idẽ Plutarchus proſequitur: Mulieres uero iam adultæ ultro ſe his offeruut. ac palmas uerberandas porrigunt: exiſtimãtes id ſibi fœlicem pariundi facultatem præſtare. Quod Ouidius præfato ſecundo faſtorum libro tetigit cuꝫ ait:
Nupta quid expectas? non tu pallentibus herbis
Nec prece: nec magico carmine mater eris.
Excipe fœcundæ patienter uerbera dextræ:
Iam ſocer optatum nomen habebit aui.
Et Iuue. ſimiliter in ſatyra ſecũda in adoleſcẽtulos: q nubebãt inuehens inquit: Et illis Turgida nõ ꝓdeſt cõdita in pyxide lydæ: Nec ꝓdeſt agili palmas præbere luperco. Sed ut refert Plutarchus: Bucas qdam ĩ illis elegiis: quas de romanaꝝ reꝝ deſcriptionib⁹ inſcripſit: fabuloſam quandã ſup his attulit ſnĩam. Ait. n. q̨ cũ Romulus Amuliũ ſupaſſet: una cũ fratre Remo ad cũ uſq; locũ: in quo lupæ mãmas expoſiti ſuxiſſent: præ lætitia cucurriſſe. Et ut ait Aeterna ei⁹ rei memoria poſteritati foret eos ludos inſtituiſſe: Ideoq; nobiles genere adoleſcẽtes currere: ac ferire eo pacto qcũq; obuiã fiebant: ut ſignificarẽt Romulũ ac Remũ ipſum: cũ oli ſtrictis enſibus ex alba ꝓfugiſſent: atq; gladio illo ſanguinolẽto faciẽ attingere: ut cædis illius & periculi poſteris monumẽtũ eſſet. Et deniq; eo lacte in ſanguinis abſterſione uti: ut indicarẽt eoꝝ mirificã ac pene diuinam educationẽ. Sed mouet q̃ſtionẽ Ouidi⁹: ac in hiſce uerſibus diſſoluit: aliã a Buca ſententiã aſſerens:
Cur igitur currant: & cur ſic currere mos eſt:
Nuda ferant poſita corpora ueſte rogas.
Ipſe deus uelox diſcurrere gaudet in altis
Montibus: & ſubitas concipit ille feras.
Ipſe deus nudus nudos iubet eſſe miniſtros:
Nec ſatis ad curſus cõmoda ueſtis erat. Refert etiã Plutarch⁹. C. Aciliũ ſcripſiſſe Romulũ: cũ ante conditaꝫ urbẽ ſua pecora ꝑdidiſſet: ſupplicatũ Fauno primo cõceſſiſſe: deinde nudũ ne ſudore ĩpediret̃: oẽs ſalt⁹ currendo luſtraſſe. Ideo nudatos lupcales hæc ludicra celebrare. Serui⁹ uero in octauũ æneidos Virgilii: ſuper eo uerſu cũ ait: Hinc exultãtes ſalios nudoſq; lupcos dixit. Cũ in honorẽ Fauni ſeu Panis lupcaliũ ſolẽnitas coleret̃ romanoꝝ pecora repẽte a latronibus rapta ſũt: illi mox ꝓiectis ueſtib⁹ latrones ſunt ꝑſecuti: qb⁹ oppreſſis atq; recæptis aĩalibus ꝓpter rẽ a nudis ꝓſpere geſtã: conſuetudo mãſit: ut nudi lupcalia celebrarent. Iuſti. uero li. xxxiii. ſui epitomatis cũ Ouidio cõcordãs magis ex habitu dei: cui ea ſacra fiebãt: q̃ ex alio nuditatis cãm referre uidet̃. Ait. n. ſub Fauno Italiæ rege Euander arcadiæ urbe pallãteo ĩ Italiã cuꝫ mediocri turba populariũ uenit. Cui Faun⁹ & agros & montẽ: quẽ ille poſtea pallatiũ appellauit: benigne aſſignauit. In hui⁹ radicibus tẽplum lycæo: quẽ græci Pana: romani lupcũ appellant cõſtituit: Ipſum dei ſimulachrum nudũ: caprina pelle amictũ eſt: quo habitu romæ lupcalibus decurrit̃. hæc ille. Veruꝫ quia in his ſacris canẽ immolabant romani: cãm reddens Plutarchus ait: Canẽ ad id ſacrificii genus plurimũ pertinere. Nã & græci ipſi in huiuſmodi piacularibus ſacris (περισκυλάκισμα uocant) catulos mactare conſueuerãt. Vel potius ut Romulus ipſe lupæ eius nutrici gratias referret: quæ atrociſſimos hoſtes canes habet. uel forte ut laceſſeret ad curſum lupercales: quẽadmodum canis ſuccendi ad iracundiã facile conſueuit.

Lycaſtus abſq; aliqua aſpiratiõe: &. y. græco ſcribitur: fuit teſte Homero li. iliados. ii. urbs in creta.

Lycida prima cum. y. græco: ſequens cum. c. exili: &. i. latino ſcribitur: fuit ꝓprium cuiuſdã paſtoris nomen: a lycos deductum. De quo ſæpe Theocritus & Virgilius.

Lycimnius prima cũ. y. græco: ſequens cuꝫ. c. exili &. i. latino ſcribitur: fuit frater Aſtyoches: & in bello troiano a Tlepolemo interfectus: ut in ea dictione uidebimus.

Lycini⁹ pria cũ. y. græco: & ſequẽs cũ. c. exili &. i. latino ſcribit̃: nomẽ fuit ꝓpriũ nõnulloꝝ illuſtriũ uirorum.

Lycomedes cũ. y. græco: &. c. exili ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados nono: Creontis filius.

Lyciſca pria cũ. y. græco: ſequens cũ. c. exili &. i. latino: atq; ſimiliter ultima ſcribitur: nomẽ ẽ cõpoſitũ ex lycos: qđ ẽ lup⁹ & ſcylos canis: q̃ſi lyci. i. lupi: ſcylos canis. Nã canis ẽ nat⁹ ex lupa: ut Vir. Multũ latrãte lyciſca.

Lycopa cum. y. græco &. c. exili ſcribitur: fuit urbs ætoliæ.

Lyctus cum. y. græco &. c. ac. t. exilibus ſcribitur: fuit teſte Homero libro. ii. iliados oppidum in creta ſub regno Idomenei: a quo eum lyctium Virgilius dixit li. æneidos. iii. cum ait: Et ſalentinos obſedit milite cãpos Lyctius idomeneus. & in bucolico: Lyctius ægon.

Lyctonia eodem modo ſcribit̃: & ſimiliter cretæ fuit urbs.

L ychnus prima cum.y.græco:ſequens cum.ch.aſpirato ſcribit᷑:a noſtris dicit᷑ lucerna:quo nomine uſus fuit Virgilius in fine libri æneidos primi cum ait:

Dependent lychni laquearibus aureis. Martialis in quarto:

Pondero poto cano lauo laudo cœno quieſco:

Dum paruus lychnus modicum conſumit oliui. Suetonius in uita Cæſaris: Aſcenditqꝫ capitolium ad lumina ſexaginta elephantis dextra & ſiniſtra lychnos. At lucerna teſte Seruio a lychno deducit᷑. Alii a luce: licet ſyllabæ primæ quãtitatem commutet.

L ychnites prima cum.y.græco:ſequens cum.ch.aſpirato &.i.latino:ultima cum.t. exili ſcribitur: marmor ẽ album:quod in paro inſula effodiebatur:ſic quoqꝫ cognominatū teſte Plinio li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ: ꝙ ad lucernam in cuniculis cæderetur. Idem Varronem dixiſſe affirmat.

L ycophron cum.y.græco &.c.exili ſcribitur.fuit Periandri corinthiorum tyrãni filiꝰ. Hic teſte Herodoto li. hiſtoriarum.iiii. patri(quia matrem occiderat)conciliari nunqꝫ potuit: quem etiam pater iam ſeneſcens cū in ſucceſſionem tyrãnidis aduocaret:conſtantiſſime recuſauit:aſſerens ſe nunqꝫ rediturum corinthuꝫ:quoad pater ſupereſſet. Tandem cū Periander iam decreuiſſet dimiſſo filio cercyram e corintho cõcedere: ubi filius erat:re cognita a cercyrenſibus Lycophron ipſe interficitur:& Periander audito nouo defecit:ut ĩ dictione Periander uidebimus. Alius eodem nomine fuit poeta tragicus.

L ycon cum.y.græco &.c.exili ſcribitur fuit philoſophus troadenſis filius cuiuſdam Aſtyanactis:uir eloquẽs & educandis inſtruendiſqꝫ pueris maxime idoneus. Aiebat adiungi neceſſario pueris pudorẽ & laudis ſtudium:uelut equis calcar. Erat mundiſſimus babitu:& ueſtiū incredibili munditie ac nitore teſte Hermippo utebatur. Erat fortiſſimo corpore:pilæ ſe ludo exercuit. Tenuit ſcholæ principatū annis quadragintaquattuor. Obiit ãnos natus.lxxiiii.feſſus morbo podagræ. Fuere & alii Lycones: Primus pythagoricus. Secundus hicipſe. Tertius uerſificator. Quartus epigrãmatum artifex.

L ycopolis eodem modo:ut ſuperior ſcribit᷑:fuit teſte Diodoro ſiculo libro hiſtoriarum ſecũdo:urbs ægypti ſic quoqꝫ a lupis cognominata:eo ꝙ æthiopes agros egyptios incurſantes:lupi facta acie uſqꝫ ad ciuitatem elephantinam repulerunt. Sed ibidem ciuitatem conſtruentes ægyptii:ubi acieꝫ ſtruxerãt a beſtiis illis lycopolim cognominarunt:ac pro diis lupos ipſos uenerantur.

L ycoris cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:ac a lycos deducitur.fuit cognomen libertæ.

L ycurgus prima cū.y.græco ſequens cū.c.exili:ultima cū.g.cõſonãte ſcribitur:fuit lacedæmonioꝝ princeps uir clariſſimꝰ:& in oibus philoſopbis admirãdus. Hic lacedæmoniis leges ſanctiſſimas tulit. De quo Vale. de ingratis: Iuſtinus li.epitomatū.iii.& Ariſtoteles ĩ politicis plura ſcripſerũt. Alius fuit nemeæ regiõis rex: ꝗ Hypſiphylẽ Thoantis regis filiã ꝓ filio nutricem habuit:ut in dictõe Hypſiphyle uidimꝰ. Alius fuit thracum rex:uel(ut alii uolunt)macedonū:qui Bacchum deū eſſe negabat. Ob quod dum conaret᷑ uites ĩcidere:crura ſibi amputauit. Vnde abſtemium eū fuiſſe Seruius atteſtatur.

L ictor cū.i.latino &.ct.exilibꝰ ſcribit᷑. Quidã græcū uocabulū eſſe uolunt. Et ut ait Plutar.ĩ uita Romuli litor ſine.c.dicebat᷑:eo ꝙ a græcis λειτουργοσ:hoc ẽ populi miniſter dictus ſit. Nã ut ait λέιτον græci adhuc populū uocant:& ἐργάτησ miniſter nūcupat᷑. Sed(ut idẽ pergit)iã iterpoſito.c. romani lictorẽ dicūt. Alii uero(ut late oſtendit Gelliꝰ li.xii.noctiū atticaꝝ)non græcã ſed latinã etymologiã illi tribuūt.& a ligando lictorem appellatū uolunt.eo ꝙ cū magiſtratus populi romani uirgis quempiam uerberari iuſſiſſent: crura eiꝰ ac manus ligari a uiatore ſolitæ ſunt.& is qui ex collegio uiatoꝝ officiū ligandi habebat:lictor eſt appellatus. Tyro uero Ciceronis libertus lictorẽ a lino uel a licio:(quod idẽ eſt)dici ſcripſit. Licio.n.ex trãſuerſo ꝗ miniſtrabant magiſtratibus cincti erant. Nãqꝫ erat lictor miniſter conſulis:ꝓcõſulis:præſidis:& prætoris:ꝗ faſcẽ uirgaꝝ alligatū cū ſecuri portabat. Et erant lictores conſulis duodeni:ſiue a numero auiuꝫ: q̃ Romulo auguriū regni portẽderant.ſiue(ut magis placet Liuio)ab ipſo numero:ꝗ ab hertruſcis accæptus fuit. Nã(ut ait)apud hetruſcos ex.xii.populis cõiter creato rege:ſingulos ſinguli populi lictores dabant:a ꝗbus & ſellã curulẽ:& togam:& prætextã aſſumptã rettulit. Alioꝝ uero(ut diximus)officioꝝ lictores tantūmodo ſeni erãt. Sed ex qua materia uirgæ faſciū fuiſſent:nuſqꝫ memini me legiſſe. Exiſtimari tamẽ põt ꝓ locoꝝ natura nunc ex hac:nunc ex illa arbore fuiſſe. Nõnulli uero ex uitæ:hoc ẽ ex ſarmẽtis uirgas illas fuiſſe cõtẽdunt.qd᷑ ex Iuuenale ꝓbare uolnnt:ꝗ ait in ſatyra Oibus in terris:de Mario tūc uiliſſimo milite loquens:cū nõnunqꝫ uerberaret:Nodoſam poſt hæc frãgebat uertice uitẽ. Ego uero aliū puto eiꝰ uerſus itellectū. Nã ſicut conſulū inſigne erat.xii.faſces hẽre:prætoꝝ ac præſidū ſex:ita cẽturionis erat inſigne nõ ſarmentū:ſed uitẽ manu deferre:aut certe illa milites delinquẽtes uerberare.qd᷑ ſane cẽturionatꝰ fuiſſe ſignuꝫ declaret Luca.de Scæua:ꝗ ex milite factꝰ erat centurio inquiens:Promotus latiã longo gerit ordine uitem. Hac caſtigatū uite Mariū ut uiliſſimū militem non modo in aliis membris:ſed in capite Iuuenalis intelligit Idem declarare uidetur Martianus iuriſconſultus libro digeſtoꝝ : unde quinquageſimo de re militari his uerbis:Is qui centurioni uolenti ſe caſtigari reſtiterit:ſi uitem tenuit militiam mutat:ſi ex induſtria frægit: uel manum centurioni intulit:capite punitur.

L ydus cum.y.græco ſcribitur:fuit Herculis filius ex Iole Eurythi regis œchaliæ filia. Alter eodeꝫ nomine fi-

lius Atyis regis meoniæ:a quo ipſa meonia teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo:lydia cognominata fuit.

Lydia prima cum.y.græco:ſequens cum.i.latino ſcribitur:regio eſt teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ:in minori aſia antiqua regnorum ſedes:quam mæandri ſinuoſi & pactoli unda facit celebrem: cum aureas ducant arenas. Hæc a Lydo filio Atyis & fratre Tyrrheni lydia cognominata fuit:quæ prius meonia dicebať. Nam cum ob regni breuitatem fratres ſe ſimul ferre non poſſent:Tyrrhenus ſorte diſcedẽs:atq; ad Italiam ueniens:eam tenuit partem:quæ ad mare inferum uerſa eſt:& a ſe tyrrheniam nominauit.& Lydius remanens meoniam a ſe lydiam uocari uoluit.In qua ſunt urbes teſte Herodoto li. hiſtoriarũ primo:lepra: epheſus:colóphon:clazemene & phocea.

Lyenteria prima cum.y.græco ſequens abſq; diphthongo uel aſpiratione:& penultima cum.i.latino ſcribiť infirmitas quædam eſt:quæ a noſtris inteſtinoruꝫ diſſolutio interpretatur.Nam cõponitur ex λύω:quod ẽ diſſoluo:& ἔντερα inteſtina.

Lygdamus cum.y.græco in prima ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

Ligyſtus prima cuꝫ.i.latino:ſequens cũ.y.græco:ultima cũ.t. exili ſcribitur:fuit teſte Fabio pictore Phætontis filius:a quo liguria cognominata fuit.

Liguria cum.i.latino ſcribitur:regio eſt Italiæ pro maiori ſui parte montuoſa:& apœnino cõſtituta: ut monſtrat Liuius li.iii.de bello mocedonico.Hanc a legiſto Phaetontis filio conuerſione. y.græci in.u.noſtruꝫ dictam fuiſſe in ſuperiori dictione oſtendimus.Eius caput eſt genua.

Ligyes prima cum.i.latino:ſequens cum.y.græco ſcribitur:populi ſunt aſiatici:qui cum Xerxe teſte Herodoto li.hiſtoriarum quarto:contra græcos militarunt.

Lympha cum.y.græco ſcribitur:& dicitur a noſtris aqua.fitq; ꝑ mutationem.n.in.l.Nã ꝓprie diciť nympha.

Lymphaticus prima cum.y.græco:penultima cum.t.exili &.i.latino:ultima cuꝫ.c.exili ſcribitur:proprie ille dicitur:qui uitium ex aqua contraxit:qui eſt huc atque illuc diſcurrere. Vnde poetæ pro furioſis iam uocabulum accæperunt.

Lilybæum prima cum.i.latino:ſequens cum.y.græco penultima cum.æ.diphthongo ſcribiť:promontoriuꝫ eſt ſiciliæ uerſus zephyros diſpoſitum . quo nomine & ciuitas illi propinqua dicebatur . de quo in dictione Sicilia habebitur.

Lyndus cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados ſecũdo:ciuitas in inſula rhodi:in qua teſte Lactantio li.primo diuinarum inſtitutionum:Herculis ſacra fiebant:ritu omnino diuerſo ab aliis:hoc eſt maledictis & execrationibus.Ita ut ſi inter ſolennia uerbum bonum exciderit:uiolata crederentur:cauſamq; rei illius ibidem explicat. Eſt & eodem nomine teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo : ciuitas altera in dorica regione.

Lynter prima cum.y.græco:ſequens cum.t.exili ſcribitur:& teſte Priſciano libro. v. græce dicitur λουτήρ. Vnde ex diphthongo abiecta.o.uocali:& adiecta.n.fit lynter: quæ apud nos(ut ideꝫ notat Priſcianus)generis eſt fœminini:aqud græcos uero maſculini.Liuius in ſeptimo ab urbe: Iam multum expulſa lyntre.& genus eſt paruæ nauis.

Linus cum.i.latino &.n. ſcribitur.fuit teſte Hermodoro platonico li.primo: diſciplinaruꝫ Mercurii ex muſa Vrania filius:& thebis genitus:ut elogium ſepulchro inciſum oſtendit. Virg.uero ait in bucolico:illi patrẽ fuiſſe formoſum Apollinem.Scripſitq; teſte eodem Hermodoro mundi generationeꝫ: Solis item & Lunæ curſus:animaliũq; & fructuum generationes.Et in primo uerſu ſui operis cuncta ſimul nata dixit:quẽ ſecutus Anaxagoras facta ſimul oĩa ſimiliter dixit:eaq; mente accedente compoſita.Occubuitque in euboia ſagitta ab Apolline tranſfixus.

Lyrneſos cum.y.græco & ſimplo.s.ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.v.phrygiæ ciuitas. Hanc Seruius ſuper decimum æneidos:Briſeidis patriam fuiſſe dicit.& inde lyrneſius. Virgi.Haud partem exiguaꝫ montis lyrneſius agmon.ubi exponit Seruius.i.phryx.

Lyrneſſus cum.y.græco:& duplicato.s.ſcribitur:fuit teſte Homero li.iliados ſecũdo:theſſaliæ ciuitas.

Lyſanias prima cum.y.græco & penultima cum.i.latino ſcribitur:fuit unus orator græcus. Alter uir arcas: qui Lycaonem regno expulit.

Liptote cuꝫ.i.latino ſequente.p.& abſq; aſpiratione ſcribitur dici poteſt latine defectiua.Nam a λέιπω:qđ eſt deficio deriuať.Et eſt figura quæ fit cum minus dicitur:& plus intelligiť.ut Virgiliꝰ in bucolico : Quid ꝓdeſt ꝙ meipſe aĩo non ſpernis amynta.i.libentiſſime amas.Et li.georgicorum primo:Nec nulla interea ẽ inaratæ gratia terræ.i.multa gratia.& li.iii.Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo: ideſt ualde placeat & Munera nec ſperno:ideſt libenter accipio.

Lipſana cum.i.latino ſequente.ps.ſcribiť:dicuntur a nobis reliquiæ:quæ tantũ pluraliter declinantur.

Lynx cum.y.græco ſcribiť:fuit teſte Seruio ſuper primũ æneidos:rex ſcythiæ:qui miſſum a Cerere Triptolemum(ut hominibus fruměta monſtraret)ſuſcæptuꝫ hoſpitio(ut in ſe tanta gloria demigaret)iterimere cogitauit.ob quã rem irata Ceres:eũ cõuertit in lyncẽ ferã uarii coloris.Nã quadrupes ẽ habẽs terga maculis diſtincta:ut pardus:ſed lupo ſimilis:& forte eiuſdem generis : dicente Virgilio libro georgicorum tertio:

Quid lynces bacchi uariæ:& genus acre luporum: At lynx uiſus acumine cætera animalia ſuperare ſcribit': cuius urina teſte Plinio libro octauo naturalis hiſtoriæ ubi reddit' glaciatur in gemmas carbunculis ſimiles: & igneo colore fulgentes. lyncurium dictas. Vnde Ouidius li. xv. metamorphoſeos:

Victa racemifero lyncas dedit india baccho:
E quibus (ut memorant) quicquid ueſica remiſit
Vertitur in lapides:& congelat aere tacto.

Et eſt generis fœminini: ut Lynces bacchi uariæ.

L yncurium prima cum. y. græco:& ſequens cum. c. exili ſcribitur: dicitur lyncis urium ideſt urina.

L ynceus eodem modo ſcribitur: fuit uir quidaꝫ teſte Seneca in Medea ſummæ i uidendo acuitatis: ut Quiq; transpontum quoq; ſummota Lynceus lumine immiſſo uidet.

L yra cum. y. græco ſcribit'. inſtrumentum eſt muſicum: quod teſte Heratoſthene poeta græco Mercurius primus ex teſtudine fecit: atq; Orpheo tradidit: qui Calliopes & Oeagri fluminis fuerat filius:& eius rei maxime ſtudioſus. Et a lyra lyrici illi dicti ſunt poetæ: qui uerſus ad lyram decantandos componebant.

L yſias prima cum. y. græco: ſequens cum. i. latino ſcribitur: fuit orator græcus miræ iucūditatis. Immo (ut ait Quintilianus) ſubtilis eſt atq; elegans. & quo nihil (ſi oratori ſatis ſit dicere) quæras perfectius.

L yſius prima cum. y. græco: ſequens cum. i. latino ſcribitur: fluuius eſt Arcadiæ: iuxta cuiꝰ ripas tumulus fuit Aeſculapii.

L yſippus prima cum. y. græco: ſequens cum. i. latino ſcribit'. fuit in arte ſculptoria artifex clariſſimꝰ: ut Martialis in epigrammatibus libro nono: Nobile Lyſippi munus opuſq; uides. Vnde Carolus arretinus conterraneus meus: ludens cum Poggio de Mercurio ſibi miſſo a kyriaco anconitano: in quodam carmine elegiaco inquit:

Deniq; lyſippus fingat ſpirantia ſigna.
Omnia mercurio cedere uiſa meo.

Nam animoſa ſigna effingere dicebatur. & teſte Quītiliano libro duodecimo ad ueritatem optime acceſſit. Ac ut refert Plinius libro: xxiiii. naturalis hiſtoriæ ad ſexcenta decem ſignorum opera effeciſſe dicitur.

L yſippe eodem modo ſcribitur: fuit una ex natis Prœti: quæ in uaccas commutatæ fuerunt: ut uidebimus in dictione Prœtis.

L yſimachus prima cum. y. græco: ſequens cum. i. latino: ultima cum. ch. aſpirato ſcribitur. fuit macedo uir illuſtris:& Calliſthenis diſcipulus: de quo clariſſima ſcripſit Iuſtinus libro decimo. Alius fuit unus ex principibus Alexandri.

L yſmachia eodem modo ſcribitur. nam tam hæc dictio: q̃ ſuperior ex lyſio:& machia (quod eſt bellum) componitur. Veruꝫ lyſimachia teſte Iuſtino libro. xviii. ſui epitomatis fuit urbs helleſpōti: quæ terræmotu corruit uigeſimoſecundo anno poſtq̃ a Lyſimacho rege uno ex principibus Alexandri magni fuerat condita. Sed poſtmodum reædificata: cauſa fuit multarum cladum: dicente. L. Floro in ſecundo ſuarum hiſtoriaruꝫ li. Lyſimachia urbs a regibus ſyriæ condita: ab Antiocho magno hæreditario iure poſcebatur: ſed a romanis negata: fuit cauſa potiſſima ſecundi belli macedonici.

L yſander cum. y. græco: ſequente. ſ. ſcribitur: fuit uir lacedæmoniꝰ:& fœlicitate magis q̃ uirtute glorioſus: Nam bellum athenienſium cum peloponneſis: quod iam ſex & uiginti annis durauerat: ille non ſui exercitus uirtute: ſed aduerſariorum immodeſtia: athenienſium omnen claſſem apud egon fluuium cœpit:& bellum confecit. Quo facto athenienſes ſe lacedæmoniis dedidere. & Lyſander mirum in modum elatus eſt. Quo id ſecutum fuit: ut lacedæmonii in maximum odium gratiæ peruenerint. Nam cum ſemper factioſus fuiſſet: nil aliud moliebatur: q̃ ut omnes ciuitates in ſua teneret poteſtate: quod ſed lacedæmonioruꝫ cā facere ſimulabat. Sed ille tandem a thebanis occiſus fuit.

L inum cum. i. latino ſcribitur: dictum eſt a lineo uerbo græco & antiquo: quod detinere ſignificat: quia illo omnia detinentur: ac primam producit. Virgilius libro georgicorum primo: Vrit enim lini campum ſeges: urit auenæ. & ſimili mō apd' grecos producit. At pro homine breuis eſt. Virgilius in bucolico: ut linus hæc illi diuino carmine paſtor. Sunt lini genera nōnulla: ſed illud famoſius: quod a græcis ἄσβεστην: hoc eſt inextinguibile ex argumento naturæ ſuæ teſte Plinio libro decimooctauo naturalis hiſtoriæ: denominatur eo ꝙ non abſumatur ignibus. Id noſtri (ut ait) uiuum uocant: ardenteſq; in focis conuiuiorum ex eo ſe uidiſſe mappas Plinius atteſtatur: quæ ſordibus exuſtis ſplenduerunt igni magis: q̃ poſſent aquis & (ut idem aſſerit) regum inde funebres tunicæ corporis fauilla ab reliquo ſeperatur cinere. Naſcitur in deſertis aduſtiſque ſole indiæ locis: ubi non cadunt imbres inter diras ſerpentes: aſſueſcitq; uiuere ardendo: rarūm inuentu: difficile teſtu propter breuitatem. cum inuentum eſt æquat precia excellentium margaritarum. Hæc de illo Pli. & huic proximum dicit byſſum: de quo in ea dictione uidimus.

L ipare cum. i. latino & unico. p. ſcribitur inſula eſt una ex æoliis: ſic quoq; teſte Plinio libro tertio: naturalis hiſtoriæ a Liparo rege (qui poſt Aeoluꝫ regnauit) cognominata: ut interpretatur λιπαρος pinguis. Vnde liparæus deducitur: cum. æ. diphthongo in penultima ſcribitur. Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunque malo: Et ſiccato nectore tergens Brachia uulcanus liperæa nigra taberna.

Liſus cũ.i.latino & ſimplici.s.ſcribit᷑:fluuius eſt thraciæ p̱ thaſiorum mediũ fluens. Ad hunc cũ ueniſſet Xerxes rex pſarum cũ exercitu:ut teſtat᷑ Herodot⁹ libro hiſtoriarum.vii.nõ ſufficiens ad potũ deficit. Vnde ait Iuuenalis in ſatyra:Omnib⁹ in terris:Epotaq; flumina medo Prandente.

Lithargyriũ prima cũ.i.latino:ſequẽs cũ.th.aſpirato:tertia cũ.y.græco:& penultima cũ.i.latino ſcribit᷑:ſpuma eſt argenti:& uocabulũ eſt compoſitũ ex λιθος quod eſt lapis:& argyriũ:quaſi ea ſpuma in lapidem argenteum ſit compacta.

Lithoſtratum prima cum.i.latino:ſequens cum.th.aſpirato:& reliquæ ſine aſpiratione ſcribũtur.& ẽ λιθων i.lapidum ſtratum pauimẽtum.unde ex græco & uerbo latino a ſterno deducto componitur.

Lituus cum.i.latino &.t.exili ſcribit᷑:nonnulli uocabulum græcuꝫ putauerũt.ac nomen accepiſſe a ſonitu ex auctoritate Homeri conantur. Alii latinum uolunt:& a lito uerbo deducunt.erat nanq; baculus incuruus:quo ſedentes augures:auibus templa deſignabant. Et(ut rettulit Plutarchus in uita Romuli)fuit Romuli lituus conſeruatus in palatino colle uſq; ad celtarum tempora:a quibus capta urbs:incenſa fuit.Sed poſtea expulſis a Camillo hoſtibus inter altiſſimas fauillas illeſus(cum omnia ignis conſumpſit)inuentus ẽ.Eſt etiã teſte Feſto lituus genus buccinæ incuruæ:qua qui cecinerit dicitur liticen.Ennius:Inde loci lituus ſonit⁹ effudit acutos.Virgi.li.æneidos.vi.Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.

Lyus cum.y.græco ſcribit᷑:fluuius eſt minoris aſiæ in pontum defluens.

Lolligo cum duplici.ll.&.i.latino ſcribitur:piſcis eſt:ut ſepia:uel forte ipſa ſepia:& inde diminutiuum lolliguncula.Plautus in Caſina:Emito ſepiolas lepidas lolligunculas.

Locrinus cum.o.poſt.l.&.c.exili atq;.i.latino ſcribit᷑:mons eſt in brutiis ad extremum Italiæ:ex oppoſito ad pelorum:ſuper quo locrus ciuitas ab Aiace Oileo.& naritiis(qui illum ſecuti ſunt ad Italiam)condita fuit dicente Virgilio li.æneidos tertio:Hic & naritii poſuerunt mœnia locri.de quibus Iuſtin⁹ libro.xxii.ſui epitomatis plura dixit.Nam cum nauigaret Aiax a troia procella naues diſpergens:cum illarum partem in libyam tranſportaret remanentes ibidem illi oppidum condiderunt:quod locrum uocauere. de quib⁹ Vir. libro ænedos.xi.Libyco ne habitantes littore locros.partem uero aliam cũ Aiace in Italiam deportauit:ubi condiderunt ſotii oppidum:quod ſimiliter locrum uocauerunt.Et fuit hactenus teſte Platone libro primo timæi flos Italiæ nobilitate diuitiis & gloria geſtarum rerũ:quã uſq; ad ſua tempora dicit in arte ſapientiæ triumphaſſe.In hac & crotone teſte Plinio libro.ii.naturalis hiſtoriæ uſq; ad ſua tempora epidimia nuſquã fuit:nec terræmotus aliquis annotatus eſt.At Lucrinus cum.u.poſt.l.ſcriptus:lacus eſt campaniæ inter baias & cunas:& dictio eſt latina a lucro deducta.Naam cum in eodem multitudo piſcium caperetur:e quibus lucra mercatores conſequebantur:lucrinus a lucro uocitatus eſt.Verum cum ei proximuꝫ ſit mare:& ſæpe in lacum exæſtuaret:grandia quandoq; damna mercatoribus ipſis & piſcatoribus inferebat.ob quod grande uectigal:quod romanis perſolui debebant:ſæpius fruſtrabatur.Vnde a ſenatu Iulio Cæſari cõmiſſum fuit:ut lucrinum a maris impetu immunem redderet:qui oppoſitis murorum molibus:& paruulo relicto mari:quod ad lacum tranſcenderet rem ipſam confeciti.Ob quod aquas iulias uocari uoluit. Vnde Virgi. libro georgicorum.ii.in illius laudes hæc ipſa commemorat dicens:An memorem potius lucrinoq; addita clauſtra:Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor:Iulia qua ponto longe ſonat unda refuſo.Verum ea loca ſaxoſa eſſe & oſtreis referta oſtendere uidetur Iuuenalis:cuꝫ ait in ſatyra Criſpini:Nulli maior fuit uſus edẽdi Tempeſtate mea circeis nata forent:an Lucrinum ad ſaxum rutupinoue edita fundo Oſtrea callebat primo depræhendere morſu.ſane teſte Plinio libro.ix.naturalis hiſtoriæ:Oſtrearum uiuaria primum omniuꝫ Sergius orata inuenit in baiano ætate Lucii Craſſi oratoris.Et ut pergit.Is primum optimuꝫ ſaporẽ oſtreis lucrinis adiudicauit:quando eadem aquatilia generantur alibi meliora:ſicut lupi piſces i thyberi amne inter duos pontes:rõbus rauennæ:muræna in ſicilia:elobs rhodi:& alia genera ſimiliter.

Locrus cum.o.poſt.l.&.c.exili ſcribitur.ciuitas eſt in brutiis ſuper monte lucrino:ut in præcedenti dictione uidimus.

Lodix cum.i.latino ſcribitur:& ut quidam uolunt a λῆνος dictione græca deducitur:quæ apud nos ẽ lotio ita ut ſit omne:quod lectulo imponitur:& lauari poteſt. Alii uero latinum magis putant:atq; id apud nos deſignare uolunt:quod apud græcos σάγιον.hoc eſt lecti comparatorium .Iuuena.in ſatyra:Credo pudiciciam:Modo ſub lodice relictis.at penultimam producit.

Lotus cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte Ouidio libro.ix.metamorphoſeon nympha:quam cum amatam Priapus perſequeretur:illa fugiens:& deorum adiutorium implorans:illorum miſeratione conuerſa eſt in arboreꝫ ſui nominis:quæ i aphrica teſte Plinio libro decimotertio naturalis hiſtoriæ ea parte:quæ ad nos uergit naſcitur inſignis:& præcipue circa ſyrtes & naſanonas.Eius magnitudo eſt:quæ Piro.q̃q̃ Cornelius nepos breuem dicat inciſura:& folia breuiora q̃ quæ ilicis uidentur.Sed quanto tempore hæc arbor durare poterit:oſtendit idem ipſe Plinius circa finem libri.xvi.naturalis hiſtoriæ dicens:Lotus eſt romæ in area lucinæ:quæ eo anno condita fuit:q ſine magiſtratib⁹ tricenteſimo ſexageſimonono urbis fuerat incertũ quanto uetuſtior eſſe quidem uetuſtiorẽ non eſt dubium:cũ ab eo loco lucina nominetur.Sed incerta eius loci ætas:quæ capillata dicitur:quoniam ueſtalium uirginum capillus ad eam defertur.

Verum altera Lotos in uulcanali: quod Romulus conſtituit ex uictoria de cunis. Ea æquæua urbi intelligit̃ ut teſtis eſt Maſſurius. radices eius in foro uſq; ad cæſaris præſtationes municipioꝝ penetrant. Et ut pergit fuit cũ ea Cupreſſus æqualis ætatis circa ſuꝑma Neronis principis ꝓlapſa atq; neglecta. Ex hac arbore teſte Iulio Polluce de uocabulis reꝝ ad Commodũ cæſarẽ optime cõficiunt̃ tibiæ. Sane teſte Plinio libro. xxii. Qui lotum arborẽ tantum putant: Homero auctore argui poſſunt. Is enim inter herbas ſubnaſcẽtes: deorum uoluptati Lotum primũ nominauit.

Lotophagi cũ. t. exili &. ph. aſpirato ſcribit̃: populi ſunt libyci: quoꝝ quidã littora libyæ iuxta ſyrtes inhabitant: quidã uero magis ad auſtrũ tendẽtes uſq; ad fluuiũ Tritona ꝓtendunt̃. Hi teſte Herodo. li. hiſtori. iii. uiuunt ex fructibus arboris loti: qui dulciores ſunt dactylis: ex quib⁹ etiã uinũ eos cõficere dixit. Ad hos teſte Homero in odiſſea: tẽpeſtate maris ꝑductus acceſſit Vlyxes: a quib⁹ in ſiciliã nauigauit.

Lucani cum. c. exili ſcribit̃: populi ſunt inter campaniã & aprutiũ: ſiue inter appulos & calabros. Hi teſte Pli. lib. iii. naturalis hiſtoriæ: in ſannitibus originẽ habuerunt.

Lucrinus cum. c. exili ſcribitur: & eſt dictio latina denotans lacum campaniæ: a lucro deducta. ut uidimus in dictione locrinus.

Luthum ꝓ colore. Et inde lutheus thea theum: cum. th. aſpirato ſcribit̃. Nam a λυθρον quod eſt ſanguinolentũ traductũ eſt. Eſt enim color rubeus ſanguini conſimilis. Perſius: Iam chlamydes regũ: iam luthea cauſapa captis. & inde lutheolus la luꝫ. Virgi. in bucolico: Mollia lutheola pingit uaccinia caltha. habetq; primam longã. At cũ ꝓ cœno ponit̃ & ſorde: abſq; aſpiratõe ſcribit̃: & habet primã breuẽ. Iuuenalis in ſatyra: Credo pudiciciã: Dum reddit: terrãq; luto ferit inteſtino. Verũ & pro colore nonnulli latinum putant: & a luce nomen aſſumpſiſſe. Gellius libro. ii. noctiũ atticaꝝ: Lutheus cõtra ruffus color eſt dillucidior. unde ei⁹ nomẽ quoq; eſſe factũ uidet̃. Sed magis placet græcũ eſſe: & cũ. th. aſpirato ſcribit̃.

Acarius cum. c. exili &. i. latino ſcribit̃: fuit nomen uiri ꝓpriũ: & interꝑtat̃ beat⁹.

Machaon cum. ch. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Homero libro. ii. iliados: filius Aeſculapii: & frater Polydarii: ut in ea dictiõe uidebim⁹. Hic ob ſolertiam medicinæ artis cum aliis heroibus græcorũ ad troiam e creta conuocatus fuit: a quo Mochaonius deducit̃. ut Ouidius libro primo de ponto: Vtq; machaoniis pæantius artib⁹ heros Lenito medicam uulnere ſenſit opem.

Maceria cũ. c. exili &. i. latino ſcribit̃: græcũ multi eẽ uolũt: & a μακραν: qđ ẽ lõgũ deriuari. Nam parietes ſunt ex lapidibus abſq; cemento: quibus ſepiri cõſueuit uinea: qui non niſi longi eſſe poſſunt.

Machæra cũ. ch. aſpirato &. æ. diphthõgo in penultima ſcribit̃: dicit̃ a noſtris ſica culter cultell⁹ gladi⁹. Iuue. in ſatyra: Et ſpes & ratio ait: Nam ſi pieria quadrãs tibi null⁹ in arca Oſtẽdat̃ ames nomẽ uictũq; machæræ.

Maccabe⁹ cũ duplici. c. & i penultĩa cũ. æ. diphthõgo ſcribit̃: nomẽ ẽ barbaꝝ: ſed a græcis ſic cõſcriptũ.

Macedonia cũ. c. exili & abſq; aliq̃ diphthongo ſcribit̃: ꝓuincia eſt in europa a Macedone filio Oſiridis teſte Diodoro ſiculo libro hiſturiaꝝ. i. cognominata. Hæc anguſtos primit⁹ terminos habuit: ſed uirtute ſuoruꝫ regũ & gẽtis induſtria ſubactis finitimis ita ampliata ẽ ꝙ de ea ſic Solin⁹ ſcripſerit: Qui edoni olim populi: quæq; mygdonia erat terra: aut emathiũ theſſalicũq; erat ſolũ: nũc oẽ uniformi uocabulo macedonica res eſt: factũq; corp⁹ unũ. Nãq; teſte Pli. li. iiii. naturalis hiſtoriæ: centũ quinq̃ginta populos tenuit. Quod ſane facit ad auctoꝝ quorũdã cõcordiã qui in eiuſmodi ꝓuintiis deſcribẽdis diſcordare uident̃. At teſte Solino macedoniã ab oriente præcingit thracius limes: meridiana theſſaliæ epirotæ tenent: ab occidente dardanii ſunt & illyri. Qua in ſeptentrionem tendit: pæonia paphlagonia protenditur.

Macyberna cum. c. exili &. y. græco ſcribitur: fuit teſte Herodoto urbs ſithoniæ: ut in ea dictione uidebimus.

Machina cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur. nam græce dicitur μηχανη: quod apud nos inuentionem indicat. & inde mechanicus cum. e. abſq; diphthongo deducitur.

Macrocoſmus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur. & dicitur a noſtris lõgus mũdus. Nã cõponitur ex μακρὸς quod eſt longus: & κοσμος mundus.

Macrologia ſimiliter abſq; aſpiratione ſcribitur: & dicitnr longus ſermo.

Macrobius ſimiliter ſcribitur: & dicitur longæuus. Nam βιοσ quoq; uita nuncupatur.

Mactrochir ſecunda cum. c. exili: penultima cum. ch. aſpirato ſcribitur: &. i. latino. dicitur a noſtris longimanus. Nam componitur ex macros: quod eſt longa: & chir manus.

Mæander cum. æ. diphthongo ſcribitur: fluuius eſt phrygiæ. ut Oui. libro. viiii. metamorphoſeos: Non ſecus ac liquidis phrygius mæander in undis Ludit. & reliqua quæ de eodem ſcribit. & inde Mæandrius: qui etiã pro nomine proprio ab Herodoto ponitur: & Polycratis amicus.

Mænalus cuꝫ. æ. diphthõgo ſcribit̃: mons ẽ arcadiæ teſte Pli. li. iiii. naturalis hiſtoriæ: altiſſim⁹ & amœniſſim⁹ propinquuſq; ad argos: ut dixit Liuius lib. iii. de bello macedonico: & refertus pinis: ut oſtendit Virgilius in bucolico cum ait: Mænalus argutumq; nemus pinoſq; loquẽtes Semper habet. ſemper paſtorum ille audit amores. Sed in plurali facit mænala in neutro genere: atq; idem quod ſingulare ſignificat.

Mænades cũ.æ.diphthongo ſcribitur:deſcenditq; a Mænomæ:quod eſt furio. Quare apud nos furioſæ ſeu
inſanæ:uſitatiori uocabulo mulieres illę dicebant̃:quæ Bacchi ſacra capillis ſperſis hinc inde curſitabant
Iuue. in ſatyra:Credo pudiciciaꝫ:Crineq; rotant ululante priapo Mænades.& Perſius:Baſſaris & lyncem
mænas flexura corymbis.

Mæotis cum.æ.diphthongo &.t.exili atq;.i.latino ſcribit̃:eſt ſcytharum maxima palus.quæ ex tanai ab aqui
lone in pontum defluit.& ut ait Virgilius li.Georgi.iii.Puppibus illa prius patulis nunc hoſpita plauſtris:
& alia q̃plura:de qua pleniſſime Ouidius li.iii.triſtium epiſtola.x.

Mæra cum.æ.diphthongo ſcribitur:fuit quarta Prœti filia ex Antia uxore.

Magnes cum.g.imediate poſt.a.& ante.n.ſcribitur:lapis eſt attrahens ferrum:cuius plures ſpecies Pli.cõnu
merat li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ:Et eodeꝫ teſte ſic quoq; appellatus eſt ab inuentore:ut auctor eſt Nicãder:
& in ida primum compertus.

Magneſia eodẽ mõ atq; per.i.latinũ ſcribitur:regio eſt teſte Pli.li.iiii.naturalis hiſtoriæ theſſaliæ ãnexa.Vnde
& magneſii populi noiant̃.Itẽ & eodẽ noie urbs ẽ in aſia:iuxta quã Scipio aſiatic⁹ Antiochũ regẽ perculit.

Magnetes eodem modo ac per.t.exile ſcribit̃.populi ſunt theſſaliæ in equeſtri certamine docti.de quib⁹Lu-
canus libro ſexto:gentes theſſalicas deſcribens inquit:Et magnetes equis minyæ gens cognita remis.Hos
& alio uocabulo magneſios uocitamus.

Magus cum unico.g.ſcribitur.uocabulum eſt perſicum id denotans quod apud græcos philoſoph⁹:& apd̃
latinos ſapiens dicitur.hos galli dryiudas uocauere:ut in ea dictione uidimus. Aegyptii uero in ea ſignifi-
catione qua nos ſacerdotes:& græci ꝓphetas dixere. Indi gymnoſophiſtas græco uocabulo:& ſua interp-
tatione uocabant:ut ſimiliter in ea dictione uidimus. Babylonii nõ & aſſyrii ſuos magos ſeu ſapiẽtes chal-
dæos uocauere.Itaq; Laertio teſte:magi apud perſas deorũ cultui maxime inſiſtunt: preces illis ac uota &
ſacrificia offerũt:de deorum ſubſtantia & generatõe diſſerunt:ſigna ſtatuaſq; repræhẽdunt:improbãt illo
rum errores qui dicunt mares etiam & fœminas in deis imperium eſſe.Dicunt teſte Socione:matri aut filiæ
miſceri.Plena eſſe dæmonum aera aſſerunt.cultum & uſum auri interdicũt.his eſſe ueſteꝫ candidam:lectũ
humum:æſcas olus caſeum paneꝫ:arundine uti pro baculo. Hos magicæ eſſe diuinatõis ignaros dixit Ari-
ſtoteles in libro de magico.Quin & Zoroaſtrẽ ipſum cui eius artis initia ac principatũ tribuũt.Dion ex in-
terpretatione eius nominis aſtrorum aſſerit fuiſſe cultorem.Duoq; eſſe apud illos principia bonuꝫ dæmo-
na & malum.Vnum ex his Iouem:quem Horamaſdem:alterum Plutonem:quem Arinnanium uocant.Di
xeruntq; teſte Eudoxo homines reuicturos.eos fuiſſe antiquiores ægyptiis dixit Ariſtoteles libro de philo-
ſophia primo.ab his fuiſſe gymnoſophiſtas Clearcus ſolenſis aſſeruit.Sed poſt hæc tractu temporis hi tan-
tummodo magi dicti ſunt:qui ob facinorum magnitudinem uulgo malefici appellãtur.Nam & elementa
ſæpe concutiunt:turbant mentes hominuꝫ:& ſæpe ſine ullo ueneni hauſtu:uiolentia tantuꝫ carminis interi
munt:dicente Lucano:Mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni.Incantata perit:Et Virgi.i Damone:Carmi-
na uel cælo poſſunt deducere lunam.Carminibus circe ſocios mutauit ulyxis. Frigidus in pratis cantando
rumpitur anguis.Et alia quæ ſtatim uidebimus.Magos ergo ex Zoroaſtre pſa habuiſſe initium dicunt:quẽ
ſex milibus annorum fuiſſe ante Platonis mortẽ Plinius libro.xxxv.naturalis hiſtoriæ ex teſtimonio Eudoxi
prodidit.Hermodorus uero platonicus in libro diſciplinarum uſq; ad excidium troiæ teſte Laertio annos
quinq; milia cõputauit.Sed unus hic tantũ Zoroaſtres fuerit an poſtea:& aliuſ nõ ſatis conſtare Pli.dixit.Et
paululum ſupra oſtendit eam artem:quam magicam dicimus:ab ipſo Zoroaſtre:ut omnes auctores conue-
niunt in pſide ortum habuiſſe:quæ(ut ait)fraudulentiſſima artium in toto terrarum orbe plurimis ſæculis
ualuit.Et ſubdit auctoritatem ei maximam fuiſſe:nemo miretur.ꝙ ſola artium tres alias iperioſiſſimas hu-
manæ mentis complexa:in unam ſeſe redægit.natam primo e medicina nemo dubitauit.hac ſpecie ſalutari
irrepſiſſe uelut altiorẽ ſãctioreq; q̃ medicinã. Ita blandiſſimis deſideratiſſimiſq; promiſſis addidiſſe uires
religionis:ad quã maxime alligatur humanũ genus.Atq; ut hoc quoq; ſuggeſſerit:miſcuiſſe artes mathe-
maticas:nullo non auido futura de ſeſe ſciendi:atq; ea e cælo ueriſſime peti credenti:Ita poſſeſſis hominuꝫ
ſenſibus triplici uinculo in tantum faſtigii adoleuit:ut hodie etiam in magna parte gentium præualeat.&
in oriente regum legibus imperet.Sine dubio illic orta in pſide a Zoroaſtre:ut inter auctores conuenit.Et
infra ſubdens idem auctor pergit:mirum hoc in primis duraſſe memoriam ardentemq; tam longo æuo cõ-
mentariis non intercedentibus.præterea nec claris nec continuis ſucceſſionibus cuſtoditam.Mirum eſt etiã
in bello troiano tantum de ea parte ſilentium fuiſſe Homoro.& tantum operis ex eadeꝫ in Vlyxis errorib⁹:
ut totum opus non aliunde conſtet.Et infra ſubdit:troianis itaq; temporibus Chironis medicinis contenta
eſt ætas ſolo Marte fulminante.hæc ille.Sed qui fuerint ei⁹ artis ſcriptores:aut quo ordine ſucceſſerit:diffi
cile eſt comperire.putant quidam Orpheum thraca primitus intuliſſe ad medicinæ profectum. Deĩde mor
tua uxore Eurydice.temptaſſe eam quibuſdam carminibus teſte Seruio ſuper.iiii.georgicorum Virgi.ad
lucem reuocare.Quod quia facere nequiuit:fixiſſe poetas coniugem iam receptam iterum necauiſſe dura
Plutonis lege.quin & id Virgilium ſenſiſſe confirmat:cum ait:Si potuit manes arceſſere coniugis orphe⁹.
cum arceſſere proprie euocantis ſit.Sed eius rei non inexpertem fuiſſe Orpheum prorſus exiſtimauit Pli.

exco

ex eo tunc quoq; ꝙ tota thracia magices fuiſſet. Sane non thraciam: ſed theſſaliaʒ ſolam in eo orbe eius ueneficii infamem fuiſſe oſtendit Lucanus libro ſexto ſuæ pharſaliæ. Et Apuleius de magia libro primo & ſecundo. Quin & ipſe Plinius qui ait: Miror equidem illis theſſaliæ populis famam eius artis tantam adeſſe: ut Menander quoq; litterarum ſubtilis illis in locis genitus: theſſalam cognominaret fabulam complexam ambages fœminarum detrahentium lunam. quare primum de ea arte cõmentatum Hoſtenem putat: q(ut ait) maxime ad rabiem non auiditatem modo eius ſcientiæ græcorum populos ægit. Ita ut ſummam litterarum claritatem gloriamq; ex ea ſcientia peterent. hinc certe Pythagoras Emphedocles: Democritus: Plato ad hanc diſcendam nauigauere: exiliis uerius q̃ peregrinationibꝰ ſuſcæptis. hanc reuerſi prædicauere. hãc in arcanis habuere. Dixit etiã Plinius Xerxem pſarum regem in ea uerſatum fuiſſe. & ut pergit diligentiores inquiens ante hunc ponunt Zoroaſtrem alium percõneſium: quem ego illum puto: de quo Xanthus lydius teſte Laertio inquit: a Zoroaſtre uſq; ad Xerxis tranſitum ſexcenti connumerantur anni. poſt queʒ plures magos ſibi inuicẽ ſucceſſiſſe dixit idem Laertiꝰ: ut Hoſtanes: Aſtropſychos: Gobrias: Paratas: donec ab Alexandro euerſum perſarum regnum fuit. concluſit ergo Plinius in eodem libro medicinam & magicem pariter eadem ætate effloruiſſe. illam Hippocrate: hanc Democrito illuſtrantibus circa peloponneſiacum græciæ bellum: quod geſtum eſt a trigenteſimo noſtræ urbis anno. hæc ille. ſubdens eam artem totum orbem peragraſſe: atq; tranſgreſſam oceanum: & britaniam uſq; peruectã: quam ſuo tempore tantis cerimoniis celebrare dicit: ut deſiſſe perſis uideri poſſit. nãq; & antiquioribus tẽporibus in Italia fuiſſe oſtẽdit Homerus in tota odyſſea. & cæteri poſt illum poetæ referentes Circem habitãtem montem circæuʒ iuxta caietam: ex ea arte mirandos oſtendiſſe effectus: ut Virgilius in bucolico: Carminibus circe ſocios mutauit ulyxis. & libro æneidos. vii. Hominum ex facie dea ſcæua potentibus herbis Induerat circe uultus ac terga ferarum. Qua de re Aeſchylum antiquum poetam græcum dixiſſe puto Italiam herbarum potentem. unde etiam Virgilius in Mœri quædam de his talibus dicit: quæ lege fœliciter. Durauit etiam & hæc uenefica ars in Italia per longa chriſtianoꝝ tempora: Ita ut temporibꝰ Theodoſii iunioris chriſtianiſſimi principis dicat celeberrimus Auguſtinus libro. xv. de ciuitate dei: Cum eſſemus in Italia audiuimus quaſdam mulieres imbutas his malis artibus dato caſeo ſtatim homines in iumenta conuertiſſe. quæ(ut alia iumenta) neceſſaria quæq; portabant: & finita opera iterum homines ab illis reſtitui. quibus(ut ait) mens ſemper humana conſeruata fuit. Quid non ne & Apuleius ipſe platonicæ ſectæ philoſophus hiſtorice ſcripſit ſe in aſinuʒ apud theſſaliam ueneficiis cuiuſdam mulieris: dum per magicam fieri auis conaretur: cõuerſum fuiſſe? & tractu temporis in hominem reſtitutum? atq; ſuæ metamorphoſeos librum ſcripſiſſe? Nõne etiam Plinius: Seneca & Cicero certiſſime affirmarunt meſſes in uarios agros magorum præſtigiis traduci poſſe? Vnde etiã apud Vrgilium in Mœri. Atq; ſatas alio uidi traducere meſſes. Ouidius etiã de ſine titulo inquit: Carmine læſa ceres ſterilem uaneſcit in herbam. Deficiunt læſi carmine fontis aquæ: Ilicibus glãdes. cantataq; uitibꝰ uua Decidit. & nullo poma mouente fluũt. Quãobrem dixit Plinius libro. xxviii. romæ ſcriptum in. xii. tabulis: qui fruges excantaſſet. & alibi qui malum carmen incantaſſet. Et alibi teſte Seruio: neue alienam ſegetẽ pellexeris. Sed mirabiliora etiam ex hac arte patrata narrant poetæ. ut Medea apud Ouidium libro metamorphoſeos. vii. Cum uolui ripis ipſis mirantibus amnes In fontes rediere ſuos: concuſſaq; ſiſto: Stantia concutio cantu freta: nubila pello. Nubilaq; induco: uentos abigoq; uocoq;: Viuaq; ſaxa ſua conuulſaq; robora terra. Et ſiluas moueo: iubeoq; tremiſcere montes. Et mugire ſolum maneſq; exire ſepulchris. Te quoq; luna traho. & reliqua. Tibullus etiam de maga locutus ait: Hanc ego de cælo ducentem ſydera uidi. Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter. Hæc cãtu funditq; ſolũ: maneſq; ſepulchris Elicit. & tepido deuocat oſſa rogo. Cum libet hæc triſti depellit lumina cælo: Cum libet æſtiuo conuocat orbe niues. & alia q̃plura: quæ ipſe & alii poetæ loquũtur. non ergo tam grauiter romanis legibus ars hæc plecteret᷑: ſi non ꝑniciosa & cũ effectu multarum rerum cognita fuiſſet. Quare coactam & inuitam Didonem induxit Virgiliꝰ libro æneidos. iiii. cum ait: Inuitam magicas accingier artes. ſane non omnia quæ per eam monſtrantur arteʒ uera eſſe noſcuntur. ſed multa dæmonum illuſionibus oſtenduntur: quæ ueridice facta minime fuerunt: ut hemineʒ cõuerti in lupum: aut in iumentum: lunam trahi & ſimilia: quæ per humanorum ſenſuũ alterationem: quibus illi plurimum præſunt: & non per uerum inducũtur effectum. Nam ſoluʒ ea uere exequi poſſunt: quæ naturali uirtute ducũtur: ſed cum rerum cognitione ex ingenii acrimonia & longa experientia ac agilitate naturæ alterabilia facile cõiungere ualeant: ea nõnunq̃ inducunt: quæ miracula hominibꝰ eſſe uidentur: & non ſunt. Sed hæc hactenus. Nunc ad eiꝰ artis ſpecies tranſeamus: quaruʒ nõnullæ a romanis legibus ꝑmittebantur. M. Varro libro. vii. rerum diuinarum quattuor tantũmodo ſpecies aſſignauit: pyromantiã: aeromantiam: hydromantiam: & negromantiam: pyromantiam illam uocitauit: quæ per ignem diuinare cõſueuit. Nam pyr ignis & mantia diuinatio a græcis dicitur. hæc inſpicit quid fulgur: quid fulmen quiſq; ignis ſignificet. per quem modum Ciceronis uxor eum ſequenti anno futurum conſulem diuinaſſe dicitur: quia cum poſt pactum ſacrificium quædam in cineribus conſpicere uellet: flãma repente exiluit: ut ipſe libro de diuinatione deſcripſit. iuxta quod Virgilius in Damone: Aſpice corripuit tremulis altaria flãmis Spõte ſua dum ferre moror cinis ipſe bonum ſit. Et Tanaquil Tarquinii priſci uxor uidens flammam lambere Seruii

Tullii caput dixit:teſte Liuio libro.i.ab urbe futuꝝ ut puer unica fieret ſalus regis in rebus dubiis:& regnũ
illi prædixit.Simili modo poſt captã troiam diſceptante Aenea de fuga cũ Anchiſe patre flãmula quædã ap
paruit uerticem lambẽs Aſcanii:& nullam illi inferens læſionẽ:quæ cũ regnũ Aſcanio futurũ portenderet:
diſcedere pſuaſit.Aeromantia ea diuinatio erat:q̃ i aere fieri uidebat̃:ut auiũ auſpicia:auguriaq; & uẽtoꝝ
aut grandinũ inſuetæ procellæ.Queãdmodum etiã teſte Plinio li.ii.naturalis hiſtoriæ:relatũ ẽ in monumẽ
ta.M.Actilio &.C.Portio.coſſ.lac & ſanguinem pluiſſe:quod ut alii ferunt ſequẽti ãno peſtem ualidã ro-
mã inuaſuram prænunciauit. Tempore etiam quo Hãnibal lacerabat Italiam teſte Liuio de ſecundo bello
punico aquæ ſanguini permixtæ e cælo deciderunt in modum pluuiæ.& libro octauo de bello macedoni
co ãno inquit:quo deceſſit Hannibal per biduuꝫ pluit ſanguis.Item teſte Plinio eodem libro ſecundo fer-
rum in lucanis(anteq̃.M.Craſſus in pthis interremptus eſt)pluit.omneſq; deinde lucani milites:quoꝝ ma-
gnus numerus in exercitu erat:cũ eo interfecti ſunt.Et ſubdit.Eſſygies ferri quæ pluit ſpongiaꝝ ferro ſimi-
lis erat etiã.L.Paulo &.C.Marcello cõs.lana:(ut idẽ inquit auctor)circa caſtellũ cariphanũ pluit.iuxta qđ
poſt annũ Titus Mamili⁹ occiſus eſt.Et ſubdit Armorũ crepitus & tubæ ſonit⁹ auditos e cælo cimbricis bel-
lis accæpimus.Tertio uero cõſulatu Marii a mamertinis & tudertinis ſpectata arma cæleſtia ab ortu occa-
ſuque inter ſe concurrẽtia:& ſimilia plura:quæ diuerſis tẽporibus cõtigerunt:ex q̃bus ſemper aliquid præ
diuinatum fuit.Hydromantia uero diuinatio illa ẽ:quæ in aqua cõcipit̃:ut teſte Varrone uidit puer i aqua
Mercurii effigiem:quæ centũquinquaginta uerſibus oẽm mithridatici belli euentum prænũciauit:& ſimi-
lia:quæ multa ſimiliter fuiſſe cõſpecta iam legim⁹.Necromãtia eſt per mortuos diuinatio. νεκρων enim.i.
mortuoꝝ:& mantia diuinatio.ut Ericto apud Lucanũ li.vi.mortuũ ſuſcitans euentũ belli pharſalici:Sexto
Pompeio prædixit.Verũ & a nõnullis aliis plures ſubdunt̃ diuinationũ ſpecies.& chiromãtia quæ per ma-
nuũ inſpectionẽ diuinat.Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciã:Frontẽq; manũq; præbebit Vati. Geomantia
quæ ex terræ cõcuſſionibus & aperitionib⁹ diuinare cõſueuit:q̃ſi ſit terræ diuinatio.Haruſpicina & ſacrifi-
ciis aĩalium & extis diuinat.Iuuenalis in præfata ſatyra:Armenius uel cõagenus haruſpex Pectora pullorũ
rimat̃ & exta catelli.interdũ & pueri.Et ut uult Donat⁹ in cõmẽto phormi.haruſpex cũ aſpiratõe ſcribitur
& a fari quæ inſpicit ſeu inſpexit dicitur:q̃ſi faruſpex:ita ut.f.digãma in aſpirationẽ fuerit cõuerſum ſecun
dum ea:quæ ſupra circa hoꝝ cõmẽtariorũ initia demõſtrauimus. Arioli a ſacrificiis aræ ſuperipoſitis diui-
nare ſatagebãt.unde & nomẽ aſſumpſere.Sed præ cæteris auguria & auſpicia lege permittẽte:immo & in
publicis negociis iubente a romanis obſeruabant̃.& augures illi dicebant̃:qui ex auiũ garritib⁹ & uolati-
bus diuinabant.cõtra quos acrianũ illud eſt: qđ refert Gelli⁹ li.xiiii.noctiũ atticarũ:Nihil inquit credo au
guribus:q aures uerbis diuitãt alienas:ſuas ut auro locupletẽt domos.ſed horũ initiũ & ꝑgreſſum uidebi
mus in dictione Tages.Auſpicium uero dicit̃ uel a paſtu:uel ab inſpectiõe auiũ. Sed quia cõſul anteq̃ iret
in expeditionẽ capiebat auſpiciũ.hinc factũ eſt:ut dicamus auſpicio ductũ:anteq̃ principio quæ a ſolo du-
ce capiuntur. Et hinc auſpicari non modo auſpiciũ capere:ſed & incipere dicit̃.Nec in bonam tãtum par-
tem:uerũ in malã quoq;:ut apud Pliniũ nepotẽ:At homo infœliciter nat⁹ manibus pedibuſq; deuinct⁹ aĩal
cæteris imperaturũ:ab auſpiciis uita auſpicat̃.ſed plerũq; in bonum accipit̃:ut apud Terẽtiũ:Haud auſpi-
cato me huc attuli.i.non fœliciter:q̃ſi auſpiciis repugnãtib⁹.quod melius Quinti.ipſe declarauit in decla-
mationib⁹:cũ de Achille:ut opinor locutus:qui ad mortem:quam dii futura denũciauerãt:cupiditate ulci
ſcendi Patrocli ruebat.ſic ait:Eant nũc antiquaꝝ cõditores fabularũ poetæ:& ſe ad exortandũ amiciciæ fi-
dem magna quædã compoſuiſſe carminib⁹ putẽt:ſi dixerint aliquos per maria terraſq; aſperiorẽ fortunaꝫ
amicorũ cã ſecutos:aut principem græciæ uirum in ultionẽ interfecti amici inauſpicata bella geſſiſſe:& ali-
bi li.ix.de inſtitutione oratoria:Itaq; ut apud illos Homerus:ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimũ dederit
exordium.Dicebat̃ etiã auſpex:qui præerat celebrãdis nuptiis:quia auſpiciũ pro nuptiis capere ſolebant.
Iuue.in ſatyra Omnib⁹ in terris:Veniet cũ ſignatoribus auſpex. & adhibebat̃ hic ꝑ parte mariti:ut ꝓnuba
quæ præeſt & ipſa nuptiis celebrandis pro uxore:ut uidebim⁹ in dictione paranymphus. Aliquando etiam
auſpex magis ꝓprie accipit̃ pro eo:q dux ẽ militiæ:ut apud Horatiũ li.i.carminũ.Nil deſperãdũ teucro du
ce:& auſpice teucro.Præter hos aũt & alii ſunt peiores malefici:ut ſpecularii qui in ſpeculis & terſis corpo
rib⁹:uti ſunt enſes pelues & ſimilia:futura ſe poſſe prædicere prædicãt.Phytonici ſimiliter & dicunt̃:quos
phytonic⁹ ideſt Apollinis ſpiritus replet.& loquẽdo futura prænũciãt.Præſtygiatores cum.t.exili ſequente
y.græco ſcribitur:& a ſtyge:in qua ſunt tenebræ cõponit̃.hi enim humanis ſenſib⁹ tenebras & fantaſmata
incutiunt.Geneathliaci ſũt q ex die natiuitatis fortunã hõis ac ſucceſſum etiã in ſingulis actib⁹ prænũciare
ſe poſſe iactant.Iuue.in præfata ſatyra: Si prurit frict⁹ ocelli:Angulus in ſpecta geneſi collyria poſcit. His
ſimiles ſunt:q mathematici uocitant̃:quos teſte Gellio gentilitio uocabulo chaldæos dicere oportebat. Et
ut Iuue.ait:Nemo mathematicus geniũ indẽnatis hẽbit.Ex iſtis hi ſunt:q aſtrologi nominant̃:nõ ſolum ex
aſtroꝝ naturali curſu futura prædicẽtes:ſed & minuta quæq; ex aſtris ſe poſſe prædicere ꝓmittũt:ut cõſilia
ipſa hoĩum:arbitria & uarias uolũtates:appetitiões q; & declinatiões:& fortuitos repentinoſq; i leuiſſimis
reb⁹ aĩorũ impetus:receſſuſq; moueri:agitariq; deſuper e cælo credũt.Ita ut ex neceſſaria quadã ſydeꝝ er-
rantiũ reciprocatiõe:eiuſmõi talia cõtingere pertinaci fronte aſſerãt. Et hi cæteris uaticinãtib⁹ præſtare ui-

debant̄. Vt Iuue. in eadē ſatyra: Sed maior erit fiducia qęqd Dixerit aſtrologus: credūt a fronte relatū Ammonis. Sortilegi ſūt q per ſortes futura prænūciare ſe credūt. Prodigiatores q ex prodigio futura ꝑnūtiāt. Sed teſte Seruio ſuper. ii. æneidos in longum tempus dirigit ſignificationem. Vnde explanant aliqui prodigiuꝫ dici: quaſi ꝓcul elogiū. Sed cū oīa hæc: & ſimilia cū ex ſapientiſſimis antiqs: tum ex chriſtiana religiōe uana & deceptoria fuiſſe claruerit. Reliquū ē ut ab oīb⁹ quoqꝫ abiiciant̄ & abominentur.

Maia cū. i. latino ſcribit̄: & apud græcos ē diphthōgus αι. ſed apud noſtros diuidit̄: ut in antecedentib⁹ uidimus. Fuit atlantis filia ex Pleione coniuge & mater Mercurii: quā ſolā præcæteris Iouis pellicib⁹ Iuno adamauit: ut uidim⁹ in dictiōe Mercurius. Ab hac nōnulli antiq uoluerūt mēſem maii denominatū: id maxime ex eo ꝓbātes: quod illo mēſe mercatores oēs Maiæ pariter & Mercurio ſacrificabāt. Sed ut rettulit Macrobius in prīo Saturnalioꝝ Cornelius Labeo dixit eā Maiā: cui mēſe maio res diuina agit̄: terrā eſſe hoc adeptā nomē a magnitudine: & ipſam eandē bonā deā eſſe ex ipſo occultiori ritu ſacroꝝ faunāqꝫ & opem & fatuam pontificū libris indicari. Bonā ꝙ oīum nobis ad uictum bonoꝝ cā eſt. Faunā quod omni uſu animantium fauet. Opē quod ipſius auxilio uita cōſtet. Fatuā a fando ꝙ infantes partu editi non pri⁹ uocē edunt: ꝗ̄ attigerint terrā. Hæc apud græcos ut idem aſſeruit Macrobius θεός γυναικεια dicitur: quam Varro Fauni filiam tradidit adeo pudicam: ut extra γυναικωνίτην. i. gynecium nunꝗ̄ ſit egreſſa. Nec nomē eius in publico fuit auditū: nec uirū unꝗ̄ uiderit: uel a uiro uiſa ſit: ꝓpter quod nec uir tēplum eius ingredit̄. Vnde Iuue. conqueſtus de turpitudinib⁹ fœminaꝝ ſui tēporis inquit in ſatyra Credo pudiciciā: Nota bonæ ſecreta deæ: & p⁹ pl̄res uerſus oſtēdit nō licere uirilis ſexus figurā i eo tēplo deſcribere: aut maſculū murē adeſſe

Malachias cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur: nomen uiri ꝓprium.

Malagma cū unico. l. &. g. ante. m. ſcribitur. Id dicit̄ cū res dura per admixtionē alterius rei in mollē eſt redacta. & deriuatur a μαλακια: quod ē mollicies. adde quod malua herba eſt. ideo ſic dicta ꝙ molliat aluū ut ait Macer. dixerūt maluā ueteres ꝙ molliat aluū unde Marcialis utere lactucis & mollibus utere maluis

Nam faciem durum phœbe cacantis habes.

Malea cum unico. l. &. e. abſqꝫ diphthongo ſcribitur. nā licet apud græcos ſit ει diphthongus: tamē abiecto i: ꝑ ſolā. e. ꝓductam a nobis ſcribitur: atqꝫ ei⁹ prima corripit̄. ut Homerus li. odyſſeæ. ix. περιγνάμπτοντα μάλειαν. Et ut ibidē oſtendit Homerus, ꝓmontoriū eſt laconiæ: quod teſte Seruio ſuper qntuꝫ æneidos per quinquaginta miliaria in mare ꝓtendit̄: ubi unda adeo ſæua eſt: ꝙ pſeqni nauigantes appareat: dicēte Statio li. vii. thebaidos: Et raucæ circū ſonat ira maleæ. Virgi. li. v. Ionioqꝫ mari maleæqꝫ ſequacib⁹ undis. Aſſūpſitqꝫ nomē a Maleo argiuoꝝ rege: q ſup illo ſūptuoſiſſimū ēt Apollini tēplū cōſtruxit: qd' maleoticū dixit

Malica cū unico. l. &. i. latino ſcribit̄: urbs fuit iuxta theſſaliam: cui⁹ populi mailees: & mare maliacū uocitat̄.

Malimnus cū. i. latino: &. m. ante. n. ſcribit̄. ponitur a Theocrito ſiciliæ mons.

Mandane abſqꝫ diphthongo ſcribitur: fuit Aſtyagis filia: quā teſte Herodoto li. hiſtoriaꝝ primo pater in ſomniis tantū minxiſſe uidit: ut oēm ei⁹ ciuitatē repleret. hæc Cambyſæ perſæ nupſit: ex qua natus ē Cyrus.

Mantia cuꝫ. t. exili &. i. latino ſcribit̄: eſt tamē apud græcos ει diphthongus i penultima: & dicitur a noſtris diuinatio: & mantis diuinus uel uates: quæ oīa ſimilia per. t. exile ſcribuntur ut Necromātia: Chiromātia: Pyromantia: Hydromantia: & ſimilia.

Manto cū. t. exili ſcribitur: fuit Tireſiæ uatis thebani filia: quæ poſt thebanoꝝ clades ſeruitutē primo ſub Creonte: poſtea ſub Theſeo: qn & poſt patris interitū ad diuerſa loca diffugiens: primo in aſiā uenit: in cui⁹ litore lebedon & clarii Apollinis fanū ſtruxit: deinde Italiam ueniēs: ſotiis ſuis græcis mantuā oppidū condidit. Sed cū interim ex Thyberino tuſco rege Ocnus ei natus eſſet: qui & Bianor deinde cognominat⁹ fuit: & ad ipm oppidū tuſci quoqꝫ & ueneti confluerent: circūdedit Ocn⁹ oppidū muris: & in aliam formā redægit. Quin & a matre mantuā appellauit: dicente Virgilio li. æneidos. x.

Ille etiam patriis agmen ciet ocnus ab oris
Fatidicæ mantus: & tuſci filius amnis:
Qui muros matriſqꝫ dedit tibi mātua nomē. Veꝝ cū māto diuina fuerit: ab ea mātiā. i. diuinatiōeꝫ deduci ꝗ̄ plurimi putauerūt. & teſte priſciano i. vi. declinat̄ hæc Māto hui⁹ māt⁹. Inducit uerſū Virgi. quē mō uidim⁹

Mantua cum. t. exili ſcribitur. ciuitas eſt in uenetia galliæ ciſalpinæ condita ab Ocno Mantus filio: ut in præcedenti dictione uidimus.

Mantius cū. t. exili &. i. latino ſcribitur: fuit Melampi filius ex Iphianaſſa filia Prœti. Ex qua teſte Homero li. xv. odyſſeæ duos filios genuit Polyphicleum & Cletum.

Manichæi cū. i. latino &. ch. aſpirato. atqꝫ. æ. diphthongo in penultima ſcribitur: fuerūt hæretici qdam: q ab auctore hæreſeos Manichæo ſic quoqꝫ cognominati fuerunt.

Mapalia cū unico. p. atqꝫ unico. l. &. i. latino ſcribitur. Vocabulū ē aphrū. De quo Hieronymus ſuper amos: agreſtes inquit caſas & furnoꝝ ſimiles aphri appellāt mapalia. Eadē & magalia eſſe dixit Seruius ſuper. iii. æneidos: ubi ait Virgi. Miratur molē æneas magalia quondā. Et in eodē li. Vt primū allatis tetigit magalia plantis. ubi magalia primā ꝓduxit. Sed mapalia primā corripit: ut idē: Et raris habitata mapalia tectis.

Marcylas cū. y. græco ſcribitur: fuit latro quidam in ſilua dodonæa.

Maræa penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:ciuitas fuit æthiopiæ.

Mardonius cū.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarū.vii.Gobryæ filius ex ſorore Darii: qui primum Xerxem Darii filium ad bellū cōtra græcos incitauit.

Marathon cū.th.aſpirato ſcribitur:fuit ciuitas atticæ:diſtans ab athenis paſſus circiter decē milia:in cuiꝰ campis Artaphernes & Dathis Darii perſaꝝ regis præfecti cū centū milibus peditum & decem milibꝰ equitum: ab athenienſibus ſolū decem milibus armatis conſilio & induſtria Milciadis præfecti ꝓfligati ſunt:& adeo perterriti:ut non caſtra:ſed naues petierint:ut late deſcripſit Herodotus li.hiſtoriaꝝ.vii.Quæ oīa contigerunt teſte Gellio anno ducenteſimo & ſexageſimo poſt urbem conditam.

Marathron cū.th.aſpirato ſequēte.r. ſcribit᷑:& dicitur a noſtris fœniculū:ſed græco uocabulo Plinius & alii nōnulli ſæpe utuntur.

Mariandyni ſecūda cū.i.latino:& penultima cū.y.græco ſcribitur:populi ſunt teſte Herodoto li. hiſtoriarū primo:iuxta pontum:olim ſub tyrānide Crœſi.

Maris cū.i.latino ſcribit᷑:fluuiꝰ ē teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.iiii.agathyrſoꝝ in iſtrum defluens.

Marſi cū.i.latino ſcribitur:populi ſunt in Italia: nō multū ab urbe longinqui:de ꝗbus Plinius li.vii.&.xxiii. naturalis hiſtoriæ ait:Gens marſoꝝ a marſo Circes filio ortum habuit.ïōq; marſis ui quadā genitali aſſerit datum eſſe:ut nō ſolū a ſerpentibus ſint illæſi:ſed ſerpentū ſint ipſi domitores:& incantationibus:atq; herbarū ſuccis faciant miracula medelarū.Alii ſunt teſte Herodo.li.hiſtoriaꝝ.iiii.eodē nomine populi ſcythiæ quæ eſt in aſia.

Marſya cū.y.græco ſcribitur:& apud nos terminat᷑ in a:quæ apud græcos in.as.deſinit: habetq; accentū ī prima:fuit uir ꝗdā:ꝗ cum Mineruæ ſonorā tibiā cōperiſſet:& afflatam pulchrū habere ſonum ſenſiſſet:cœpit inter nymphas pulſitare.Vnde ex ea iam arte ſuperbus effectus:teſte Ouidio li.vi.faſtorum:

Prouocat & phœbum:phœbo ſuperante pependit.

Cæſa receſſerunt acute mēbra ſua.Idem & latius li.vi.metamorphoſeon enarrauit.Ob quod inquit Iuue. ad Neuolā:Occurris fronte obducta ceu marſya uictus.ſic ergo a Phœbo excoriatus & uictus:dicit᷑ a poetis cōuerſus in fluuiū ſui nominis:qui teſte Liuio li.vii.de bello macedonico a celenis phrygiæ ciuitate:nec procul a mæandri fontibus orit᷑.Quin & in ipſum mæandrū cadit:dicente Lucano li.iii.Qua celer & rectis deſcendens marſya ripis Errantē mæandron adit mixtuſq; refert᷑.& reliqua.Solinus uero nō a celenis: ſed ab apamia magis dicere uidet᷑.Quam ſane diſſonantiā ſoluerat Plinius li.vi.naturalis hiſtoriæ:cū ait:Apamia quæ prius celene dicta eſt.Iuxta hūc fluuiū:teſte Herodoto circa finē libri ꝗnti ſuarū hiſtoriarum:Perſæ & cares grande prælium inierunt.

Marmaridæ cū.i.latino ſcribitur:populi ſunt aphroꝝ:teſte Plinio li.v.naturalis hiſtoriæ:& ægypto cōtermini:qui & uſq; ad maiores ſyrtes ꝓtenduntur.

Martyr cū.t.exili &.y.græco ſcribitur:& nōnunꝗ; more græco cū.s.ī fine terminamꝰ:dicit᷑ a noſtris teſtis.

Martha cū.th.aſpirato a græcis ſcribitur:nomen eſt hebreæ fœminæ ꝓprium.

Marpiſſa cū.i.latino & duplici.s.ſcribit᷑. fuit teſte Homero li.viiii.iliados: filia Eueni & ſpecioſa inter paucas nympha:uxorq; Idæ oīum illius ſæculi uirorū formoſiſſimi.fuitq; mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ & amantiſſimæ uxoris Meleagri. Et ut ſubdit idē Homerus cū eadē raperet᷑ ab Apolline eius uir Idas arcu ſagittiſq; ſumptis Apollinē inuadere non dubitauit.Quā poſtꝗ; rapta eſt:parentes Halcyonē cognominauerunt:quod mater eā domi deflebat ſortita luctuoſum ac flebile Halcyonis fatum.

Marpeſia cū.e.abſq; diphthongo & unico.s.atq;.i.latino ſcribit᷑.mons eſt teſte Seruio ſuper.vi.æneidos ī inſula paro.de quo Virgilius:Quā ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes.

Maſaniſſa prima cū.a.ſecūda ſimiliter cū.a.poſt unicū.s.penultima cū.i.latino ſubſequēte duplici.s.ſcribit᷑: non enim primū.s.aliquo pacto duplicari potuit:ut ignari ꝗdam ſyllabarum uoluerūt:cum eius prima.a. poetis breuis ponatur.Ouidius li.vi.faſtorum:

Poſtera lux melior ſuperat maſaniſſa ſyphacem:

Et cecidit telis haſtrubal ipſe ſuis:At uero ex noſtris conſueuere ꝗdam ſecundū.a.in.e.cōmutare: ac dicere Maſeniſſam.Nōnulli uero in.i.ſed melius ē more græco per.a.ꝗꝗ; barbarum ſit uocabulū.Fuit Galæ numidarū regis filius:cui ſuccedens in regno primo romanis capitalis hoſtis fuit:deinde amiciſſimus effectus uſq; in finem perſeuerauit.De quo oīa Liuius de ſecūdo bello punico:& maxime li.vii.

Maſſagetæ cū duplicato.s.&.t.exili ſcribitur:diciturq; in ſingulari maſſagetes:ſunt teſte Plinio li.vii.naturalis hiſtoriæ:nobiles populi ſcythiæ aſiaticæ. Hi cū per deſerta diſcurrunt:ſanguinē ſuoꝝ potant equorū: dicente Lucano in li.iii.Longaq; ſarmatici ſoluens ieiunia belli.

Maſſagetes quo fugit equo:uolucreſq; geloni.Et Claudianus in Rufinum:Et ꝗ cornipedes in pocula uulnerat audax Maſſagetes.De ꝗbus late ſcripſit Herodotus li.hiſtoriaꝝ.iii.

Maſſilia cum duplicato.s.atq;.i.latino utrobiq;:& unico.l.ſcribit᷑:urbs eſt in ſinu galliæ tranſalpinæ:ſeu teſte Solino in narbonēſi ꝓuincia:a phocenſibus quondā fugatis perſarū aduētu quadrageſimaquinta olympiade condita fuit.Iuſtinus uero li.lxiii.inquit:Phocenſes coacti exiguitate terræ:mare curioſius exercebāt

piſcando mercando:plærūq; latrocinio maris:quod illis tēporibus decus erat:uenientes in ſinum gallicum ad hoſtium amnis rhodani:cuius loci amœnitate capti:reuerſi domū ſollicitauere plures. Qui tandem duce Proto uenietes:maſſiliam condidere:ut idem late ꝑſequitur.

Maſſylia cū duplicato.ſ.atq;.y.græco ſubſequēte:& penultima cū unico.l.&.i.latino ſcribitur:nōnulli uero illud.y.græcū in.u.noſtrum cōuerterūt:& maſſuliā uocauerunt. Quod ſæpe fieri in antehabitis oſtendimꝰ Hæc teſte Seruio ſuper.iiii.æneidos mediterranea eſt beronicæ ciuitatis libyæ.unde haud longe ſunt horti heſperidū:& mons atlas:dicente Didone apud Virgilium eodem in libro:

Hinc mihi maſſyliæ gentis monſtrata ſacerdos:
Heſperidum templi cuſtos epulaſq; draconi
Quæ dabat.& ſacros ſeruabat in arbore fœtus. Martialis in.x. Nō mea maſſylius ſeruat pomaria ſerpens.

Ab hac teſte eodē Seruio ſuper ſextū æneidos populi dicti ſunt maſſylii:quos alio nomine mauros dicimꝰ. Liuius uero li.viii. de ſecūdo bello punico non mauros ſed mauris affines dixit. Hos fuiſſe ualidiſſimos teſtatur Plinius li.v.naturalis hiſtoriæ. Ipſi quoq; neq; ſellam:neq; fræna quærētes:ſed ſola uirga cōtenti ſuos uelociter equos exagitant:dicente Lucano libro.iiii.

Et gens quæ nudo reſidens maſſylia dorſo:
Ora leui flectit frænorꝫ neſcia uirga. Sed hāc gentē bellis fuiſſe extinctā:dixit Plinius præallegato libro.

Maſſulii cū duplicato.ſ.ſequēte.u.uocali:& unico.l.ſcribiť:populi ſunt:q & maſſylii cum.y.græco ſcribunť ut in præcedente dictione uidimus.

Maſtiche cum.t.exili:ſubſequente.i.latino:&.ch.aſpirato ſcribiť genus eſt gummi:& teſte Plinio libro.xii.naturalis hiſtoriæ:gemma eſt. Laudatiſſima autem chia:quæ & candida eſt.

Mathematica ſecūda cū.th.aſpirato:& abſq; diphthongo : reliquæ ſine aſpiratione ſcribūtur:dici pōt latine diſciplinalis.ad diſciplinā enim mathematicæ maxime ſpectant:ut geometria:arithmetrica:muſica:& aſtrologia.ſed alia eſt ſuperſticioſa:de qua in dictione magus uidebimus.

Matuta abſq; aliqua aſpiratiōe ſcribitur:poniť ab Homero ꝑ aurora.unde teſte Priſciano matutinꝰ deriuať. A nōnullis uero græcis λευκοθέα ideſt alba dea uocatur.

Matthæus cū duplici.t.& ſecūdo aſpirato:ſubſequēte.æ. diphthongo ſcribiť:nomē ē hebræū & uiri ꝓpriuꝫ.

Mauritania cū.t.exili &.i.latino ſcribiť:nomē ē regionis cuiuſdā in aphrica : deductum a μαυρον : qđ eſt nigrum:eo ꝙ nigros colonos habeat. Eſtq; in ultimo aphricæ uerſus gaditanū fretū: & occidentale oceanū gignitq; ſimias:dracones:ſtruchiones:& olim plena elephantibus fuit:quos iam ſola india gignit.

Mauſolus prima cū.au.diphthongo:ſequens cū unico.ſ.&.o.uocali:ultima cū unico.l.&.u. uocali ſcribitur ſic græci:ſic Cicero:ſic Plinius:& Gellius ꝑ proprio uiri nomine ſcribūt. At uero poetæ noſtri cū ꝑ monumento accipiūt:inter.ſ.&.o.īterponere unū.e.cōſueuerūt:& dicere mauſeolum : ut id Caroli mei arretini:

Nunc caria antiquo fuerit ſpoliata ſepulchro. Vel mauſeoli nobilis extet opus. Nam fuit eo nomine dictꝰ maritus Artemiſiæ cariæ rex:cui iā mortuo amantiſſima uxor nobile ſtruxit ſepulchrū:& de mariti nomine mauſeolū uocauit.ut Martialis li.x.epigrāmatum:Marmora ꝑua ꝙdem:ſed nō ceſſura uiator Mauſeoli ſaxis pyramidūq; lege. Quādoq; uero &ꝑ ſepulchro addiderūt nōnulli poetæ ante ſyllabā eius dictiōis ultimam in plurali alterum.e.& dixerūt mauſeoleā:ut ideꝫ Martialis li. epigrāmatū primo:Aere nec uacuo pēdentia mauſeolea. Et Lucanus li.viii. Pyramides claudāt indignaq; mauſeolea. Sane id opus teſte Plinio li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ:inter ſeptē miracula cōputať. Quod maximi eiꝰ tēporis ſculptores Scopas:Bryas Timotheus:& Leochares pariter cælauere.patetq; ab auſtro & ſeptētrione ſexagenos ternos pedes:breuis a frontibus:toto circuitu pedes quadringentos:undecim attolliť in altitudinē:uigintiq;q; cubitis cingitur colūnis trigintaſex.ab oriente cælauit Scopas:a ſeptētrione Bryas:a meridie Timotheꝰ:ab occaſu Leochares:& ut ſubdit priuſꝙ ꝑagerent:regina Artemiſia(quæ mariti memoriæ id opus extrui iuſſerat)obiit.non tamē ſculptores illi receſſerūt niſi abſoluto:id gloriæ ipſorꝫ tēporꝫ artiq; monumentū iudicantes: ſed ante mortē regina Artemiſia teſte Gellio li.x.nocticum atticarꝫ monumētū illud diis manibus ſacris Mauſoli dicauit:fecitq; agona:ideſt certamē laudibꝰ eius dicūdis:& præmia poſuit pecuniæ aliarūq; rerum bonarum ampliſſima. Ad eas laudes decertādas ueniſſe dicūtur uiri nobiles: ingenio atq; lingua præſtabili Theopōpus:Theodoctus:Naucrites. Sunt etiā q Iſocrateꝫ ipm cū his certauiſſe memoriæ mādauerint:ſed eo certamine uiciſſe Theopompū iudicatū eſt. Is fuit Iſoratis diſcipulus:&(ut idem Gelliꝰ teſtatur)extat nūc quoq; Theodocti tragœdia:quæ inſcribiť Mauſolus:in qua eū magiſꝙ in proſa placuiſſe Iginius in exēplis refert

Mazares cum.z.conſonante ſcribitur:fuit Cyri miles.

Mechanicus ſecūda cum.ch.aſpirato:ultima cum.c.exili ſcribitur.diciť uilis artifex.

Meciſteus abq; aſpiratione aliqua &.i. latino:atq;.eu. diphthongo in fine ſcribitur. fuit teſte Homero libro viii.iliados filius Echii:& ex ſotiis Aiacis thelamonii.

Medea abſque aliqua diphthongo a noſtris ſcribiť:licet in penultima apud græcos ſit ει. diphthongus : ſed nos abiicientes.i.ſolum.e. productam retinemꝰ:fuit filia Oetæ regis colchorum ex Hypſea coniuge:quæ Iaſonem ſecuta:ab illo deinde ob Creuſam Creontis corinthiorum regis filiam abdicata fuit:ex quo furiis

exagitata filios:quos ex Iaſone ſuſceperat interfecit:atq; athenas aduolans Aegæo rege annoſo nupſit: ex quo filium ſuo nomine Medum ſuſcæpit. ſed cum deide Theſeus Aegæi ex priori uxore filius a longa peregrinatione rediſſet:uidens illum Medea teſte Iuſtino libro.xlii.magnæ uirtutis uirum:& Medum filiū infātem eſſe:ac maritum ſenem ab Aegæo per diuortium diſceſſit:& in aſiam cum filio deinde perrexit: atque ibi urbem condens:ab eius nomine mediá dixit. A qua tota deinde regio media dicta fuit. Hæc eadeʒ a poetis nónunq̄ dicta eſt Phaſides:ut in dictione phaſis uidebimus. A medea etiam medeides deriuatur. Ouidius libro ſecundo de arte amandi:Non facient ut uiuat amor medeides herbæ.

Media cum.e.abſque diphthongo ſcribitur:regio eſt in aſia contermina aſſyriæ & perſiæ:atque mari hircano:ſic quoque cognominata a Medo medeæ filio.

Medon cū.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero li.ii.iliados:filius nothus Oilei ex matre Rhena.

Medeſicaſtes abſq; aliqua aſpiratione uel diphthongo ſcribitur:fuit teſte Homero:filia notba Priami.

Mediſtuticus abſque aliqua aſpitatione a græcis hiſtoricis tranſlatum comperi. nomen eſt magiſtratus qui in campania ſummus habebatur.

Meduſa abſque aliqua diphthongo:& cum unico.s.ſcribitur:fuit filia Phorci ex Cetho coniuge. De qua plene uidebimus in dictione pegaſus.

Megæra prima cum.e.abſq; diphthongo:ſecunda cum.æ.diphthongo ſcribitur:cum pro furia ponitur:primamque ſemper corripit:& ſecundam producit. Virgilius libro duodecimo æneidos:

Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ:
Quas & tartaream nox intempeſta megæram
Vno eodemque tulit partu. Et alibi:Furiali a ſede megæra. Claudianus ſimiliter de laudibus Stiliconis inquit:Improba mox ſurgit triſti de ſede megæra.

Megara prima cum.e.abſq; diphthongo:ſequens cum.g.ſequente.a.ſcribitur:& primam ſemper producit: ac ſecundam corripit. Fuitq; filia Creontis:dicente Homero libro.xi.odyſſeæ: καί μεγάρην κρείοντοσ ὑπερθύμοιο θύγατρα. Eadem fuit uxor Herculis :quam inſaniens interfecit:ut idem Homerus: & Seneca in Hercule furente oſtenderunt.

Megabyzus cum.y.græco:ſequente.z.conſonāte ſcribitur:fuit nobilis perſaunus ex his:qui cū Dario in magum cōiurauerunt:ut in dictione Darius uidimus. Et fuit Zophyri pater:ut in ea dictione uidebimus:qui Zophyrus filium ſimiliter Megabyzum habuit.q teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.vii.un⁹ fuit ex ducib⁹ Xerxis

Megacles cum.c.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarum primo:uir athenienſis:& fili⁹ Alcmeonis.

Megaleſia cū unico.l.&.i.latino ſcribit᷑:fuerunt ludi magnæ matri deum facti. De quibus Liuius in bello macedonico inquit. M.Iunius Brutus ædem magnæ matris deū in palatio dedicauit:& ludos ob eam dedicationem factos:megaleſia appellauit:& a mega:quod eſt magnum deductum uocabulum eſt.

Meges cū.e.abſq; diphthongo ſcribit᷑:fuit teſte Homero Phylei filius:& unus ex græcorum ducibus.

Melan cum.e.abſque diphthongo:& unico.l.ſcribitur:dicitur apud non nigrum:ſed nō niſi in compoſitione utimur:ut melancholia:melancholicus dicitur:aut ſimile.

Melancholicus antepenultima cū.ch.aſpirato:ſequens cum unico.l.&.i.latino ultima cum.c.exili ſcribitur: componiturq; ex melan:quod eſt nigrum:& cholicus:quod a chole:quæ apud nos eſt bilis deducit᷑. Nam ille eſt:qui nigram bilem habet. Et ut refert Cicero libro tuſculanarum primo:Ariſtoteles quidam ait ingenioſos melancholicos eſſe:ut ego me tardiorem eſſe non moleſte feram.

Melanthius cum.th.aſpirato:&.i. latino ſcribitur:nomen eſt uiri proprium. Et unus teſte Homero fuit uir troianus:quem Eurypylus in eo bello interemit. Alius teſte Theochrito fuit paſtor. Alius Quintiliano teſte pictor fuit curapingendi præcipuus.

Melanthia eodem modo ſcribitur:fuit teſte Ariſtarcho ſuper.x.odyſſeæ Homeri:filia Deucalionis ex Pyrrha

Melas cum unico.l. ſcribitur:nomen eſt nōnullorum fluuiorum. Nam unum eſſe in mygdonia oſtendere uidetur Ouidius:cum ait li.metamorphoſeos.ii.Mygdoniuſq; melas:& trænarius eurotas. Alium eſſe ī minori aſia & ſmyrnam circūeuntem Solinus in collectaneis dixit. Alium nauigabilem eſſe in cilicia: & ipſius terminum dixit Plinius libro quinto:hoc eſt ciliciam a pamphilia diuidens. Alium in thracia:ut in eodē lib. Plinius idem confirmat. Alium dixit eſſe Plinius li.ii.in boetia:qui a parnaſo profluens:Mineruæ ſacer dicitur a poetis:quia ripæ eius oliuis ſint refertæ. De quo meminit Herodotus li.hiſtoriarum.vii. Aliuʒ eſſe in ſicilia oſtendere uidetur Ouidius li:faſtoꝝ.iiii.cum de fluminibus:& locis ſiciliæ quæ pagrauerat Ceres loquens inquit:Sacratumq; melam paſcua læta boum.

Melampus abſq; aliqua diphthongo:& cum unico.l. ſcribitur.& declinatur in genitiuo huius melampodis: ſicut huius Oedipodis. Nam nomen compoſitum eſt ex melan:quod eſt nigrum:& πους pes. ob quod ultimæ dictionis declinationem ſequitur. Fuit teſte Homero libro.xv.odyſſeæ filius Amythaonis ex patria argo:qui (ut ait) mantes fuit egregius:iuxta quod Statius libro thebaidos.iii. Amythaone cretus Iam ſenior:

ſed mente uirens phœboq; melampus
Aſſotiat.paſſus dubium cui pronus apollo:

Oraq; cirrhea ſatiaret largius unda. At alii dicũt eum fuiſſe medicũ illuſtrẽ & filias Prœti helleboro ſana-
uiſſe. Quod tetigiſſe uidet Virgilius: cum dixit in. iii. georgicorum: cum de medicinis ꝓ ſæua peſte loque-
retur. Nocent artes: ceſſere magiſtri Phylirides chiron amythaoniuſq; melampus.

Meleager abſq; aliqua diphthongo & cum unico. l. ſcribit: & habet accẽtum in penultima. fuit Oenei regis
calydoniæ & Alteæ filius: in natiuitate cuius infert Ouidius pcas tres ab Altea iam labore partus ſoluta ui-
ſas circa ignem ſtamina nentes: & cum flãmis ligni ſtipitem poſuiſſent dixere: omne nati erit æqua cum ſtipi-
te uita. Quod cũ audiſſet Altea illis diſcedentibus ſurgens: ſtipidem igni ſubtraxit: illũq; ne cõbureret dili-
genter ſeruauit. Quid uero de eo poſt fuerit: ipſe Ouidius late deſcripſit metamorphoſeos in. viii.

Melibœus cum unico. l. ſequente. i. latino: penultima cũ. œ. diphthongo ſcribitur: pro paſtore ponitur a poe
tis: & eſt quaſi curam boum gerat.

Melibœa cum eadẽ orthographia ſcribit: fuit urbs litoralis magneſiæ ꝓpiqua theſſaliæ: ut teſtis eſt Herodo.
libro hiſtoriarum. vi. Et fuit patria Phyloctetæ: dicente Lucano li. vi. Precioq; nephandæ Lampados hercu
leis fortis melibœa pharetris.

Milicerta cum. i. latino & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: fuit filius Leucotheæ: & Athamantis regis theba
rum: cũ quo mater uidens furentem maritũ in mare ſe præcipitẽ dedit. Et cũ apud nos terminet in. a. apud
græcos deſinit in. s. de quo Parthenius poeta græcus: γλαύκῳ καὶ νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ μελικέρτῃ.

Melciades cum. c. exili & . i. latino ſcribitur: fuit teſte Herodoto li. hiſtoriarum. vi. uir athenienſis Cypſeli filius
Vel (ut ait Aemilius Probus) Cimonis: qui factus dux belli contra Darium Hyſtapſis filium: mirãda contra
illum confecit: ut uidimus in dictione marathon. Habuitq; duos filios Cimonem & Metiochum. Tandem
ob crimen peculatus in carcere defunctus eſt: ut omnia de illo Aemilius Probus breuiter collegit.

Melicratum cũ unico. l. & . i. latino & abſq; aſpiratiõe ſcribit: dicitur uinum coctum cum melle. Nam meli cũ
unico. l. apud græcos dicitur mel: & cratum potens uinum.

Melimella in primis habet ſimplum. l. in ultimis duplicatum. Et puto cãnas illas eſſe: ex quibus iam ſaccharũ
elicimus. Martialis in primo:
Dulcibus aut certant quæ melimella fauis.

Meliſphyllum ſecunda cum unico. l. & . i. latino: penultima cum. ph. aſpirato & . y. græco: atque cum duplici
l. ſcribit: dicitur apud nos apiaſtrum: hoc eſt μελισσης: ideſt apis: φύλλον folium. Nam herba eſt cuius
folia ſapiunt mel: uel quia ex illis apes ꝗ̃ facillime mel excudunt. Itaque famelicis apibus conuenire dixit
Virgilius libro georgicorum quarto: cum ait: Trita meliſphylla: & cerinthe ignobile gramen. Plinius ſimi
liter libro. xx. naturalis hiſtoriæ: Apiaſtrum Iginius quidem meliſphyllum appellat Sed in confeſſa damna
tione eſt uenenatum in ſardinia.

Meliloton cũ. i. latino & ſimplo. l. utrobiq;: atq;. t. exili ſcribit: herba eſt cũ flore: quam teſte Plinio libro. xxi.
naturalis hiſtoriæ: ſertulam campanam uocant a ſertis: quæ ex illa fieri cõſueuerãt. Odor eius croco uicinus eſt
Et flos ipſa cãna placet maxime filiis breuiſſimis & pinguiſſimis. Vnde Ouidius. iiii. faſtorum:
Pars thyma: pars rores: pars meliloton amant.

Meliſſus cum. l. & . i. latino atq; duplicato. s. ſcribitur: fuit rex cretenſis antiquiſſimus: qui teſte Didimo in li.
narrationis tyndaricæ: ut rettulit Lactantius libro inſtitutionũ primo: primus diis ſacrificauit. Habuitque
filias duas Amaltheam ſcilicet: & meliſſam: quæ Iouem puerum caprino lacte ac melle pauerunt. Vnde me-
liſſa apes dicta fuit: & Amalthea capræ cuiuſdem nomen accæpit. Fuit Meliſſus alius philoſophus ex ſamo
inſula Ithagenis filius ab Ariſtotele ſæpiſſime nominatus. fuitq; Permenidis auditor: deĩde præfectus claſſis
electus: magna dedit uirtutis documẽta.

Melita cum unico. l. & . i. latino atque. t. exili ſcribitur: inſula eſt in ſiculo mari: haud longe a ſicilia: periculoſo
tamen diſiuncta mari: ut atteſtatur Plinius libro tertio naturalis hiſtoriæ: & Cicero libro ſexto uerrinarum
In hac etiam fuit oppidum eiuſdem nominis: a quo non longe in ꝓmontorio fanum Iunonis erat: a cunctis
ſumma cum reuerentia celebratum.

Melodia ſecũdum rectam traductionem deberet ſcribi in ſecũda cum. œ. diphthongo: ac dici melœdia. Naꝫ
componitur ex meli: & ᾠδία cuius prima apud nos in. œ. diphthõgum transfert: ut ſupra uidimus. Sed
ut ſeruet ſonus græcus abiicit. e. & ſolum. o. retinet. ſignificatq; dulcem ſonum.

Melobosis cum unico. l. & . i. latino ſcribitur: fuit teſte Heſiodo nympha oceani & Tethyos filia.

Melpomene cũ. p. non aſpirato ſcribit: fuit una muſaꝝ: ut uidebimus in dictione muſæ.

Memnon cum. m. ante. n. in eadem ſyllaba ſcribitur: fuit teſte Homero Tithoni filii Laomedontis troiani re-
gis filius. De quo Diodorus ſiculus libro tertio hiſtoriaꝝ: ſcribit Theutamo in aſia regnante: qui uigeſimus
a Nino atque Semiramide deſcendit Agammenon aduerſus Troiam: cum græcis bellum mouit: cum iam
aſſyrii amplius mille annis aſiæ imperaſſent. Priamus uero bello oppreſſus ab rege Theutamo præſidi-
um (ut poetæ) aſſyriis ſubditus per legatos poſtulauit. Ille decem milia æthiopum: totidemque ſuſia-
nos cum ducentis curribus duce Memnone ad Troiam miſit.
Erat tũc quoq; Tithonus illius pater præfectus pſaꝝ accæptus maxĩe regi. Mẽnon uero ætate florens ac animi

corporiſq; præſtans uiribus:ea maxime tempeſtate uigebat. Aedificaſſe eum ferunt in ſuſis loco excelſiori regina:q̃ uſq; ad perſaꝝ īperiū permanſit:mēnonia ab illo denominata. Strauit & uiá leopherá ī ea regiōe quæ adhuc mēnonia uocatur. Hic cum apud troiam multos græcos in bello occidiſſet:tandem a theſſalis ꝑ inſidias interficitur:cuiꝰ corpus ab æthiopibꝰ ereptū fuit:& crematū:ac illius oſſa ad Tithonū patrē delata. Plato uero li.iii.de legibus dixit troiam nō aſſyriis ſubiectā:ſed illoꝝ potētia frætuȝ. Ait enim: Nemo ꝑfecto ambiget:troianoꝝ exēplo cōmonitus:q aſſyrioꝝ potentia fræti:quæ a Nino traxit originē:bellum ī ſeipſos concitarūt. Erat enim adhuc principatus non contemnenda potentia. Et ſubdit: Aſſyriorum eni principatus particula quædam troiæ potentia fuit.

Memphis cum.i.latino ſcribitur.fuit urbs in ægypto:quam teſte Diodoro ſiculo li.hiſtoriaꝝ.ii.Ogelous rex ægypti condidit:ambitꝰ ſtadioꝝ centū & quinquaginta:urbē oīuȝ ægypti præclariſſimā opportuniori totius eius oræ loco:ubi nilus in plures ſciſſus ꝑtes efficit formam deltæ:quo fit ut tanq; in nili clauſtro poſita aditum præbeat.ꝓhibeatq; ad ſuperiora loca nauigātibus:& ad cohibēdaȝ aquaꝝ inundationē uerſus notum aggeres ingentes oppoſuit. Et a ꝑtibus cæteris undiq; effoſſus eſt lacus ingens:ac ꝓfundus:q urbē efficit munitiſſimā. Vnde & poſteri reges fere omnes relictis thebis: & regiam habitationem in ea ædificarint. Refertque etiam idem auctor quoſdam dixiſſe denominatam memphim a conditoris filia : aliamq; referemus opinionem in dictione Oſiris.

Menalippe cū unico,l.&.i.latino atq; duplicato.p.ſcribitur:fuit Antiopes amazonum reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello:quod cōtra amazones geſſit:quā cū ſorori reſtitueret : accæpit ī præciuȝ reginæ arma & baltheum. Nam hæc quoq; ex eo bello reportare fuerat iuſſus ab Ariſteo. De illa etiam Iuuenalis meminit in ſatyra:quæ incipit Stemmata quid faciunt:cum ait: Tu perſonam menalippes.

Mendenſium cum.i.latino ſcribitur:unum eſt ex nili hoſtiis.

Menechæus penultima cum.ch.aſpirato:&.æ.diphthongo ſcribitur. De uiro hoc meminit etiam Cicero circa finem libri primi tuſculanarum:qui oraculo edito:largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem.

Menedemus abſq; aliqua diphthongo ſcribitᷣ:fuit erethrienſis philoſophus: Phædonis cuiuſdā uiri nobilis filius:ſed pauperis architecti. Alii ſutorem tabernaculoꝝ aiunt fuiſſe:& utrāq; artem Menedemū didiciſſe cōcedens deīde ad Platonē militiā deſeruit. Fuitq; honeſtate & grauitate celebris:& præcipue auctoritatis in obiurgando. Fuit magnanimus & plane liberalis. Corporis in eo ſene:ut in iuuene ſtatus fuit:athletæ inſtar firmus & ualidus atq; aduſtus. Amabat inter poetas Aratum & Lycophronē tragicū. Maxime ſtudebat Homero.deinde lyricis.deinde Sophocli. Atq; Achæo ſecūdas ꝑtes inter tragicos dabat: Aeſchylo primas Magiſtros Platonē & Xenocratē pariter aſpernabatᷣ. Stilponem admirabatᷣ ſolū infinitamq; oratiōis copiā fundebat. Prius habitus ludibrio ab oībus:poſtea in tanta fuit oīum admiratōe:ut ei gubernacula ciuitatis traderent. Et cū ob calūniam ad Antigonū ꝓficiſceretᷣ:nec induci poſſet:ut patriā eriperet: ſeptē dies cibo abſtinuiſſe ferūt.& ſic.lxxiiii.ſuæ ætatis āno aīam exhalaſſe. Alius fuit Menedemꝰ ſimiliter philoſophꝰ Caloti lampſaceni diſcipulus. Hic teſte Hippoboto eo uenerat:ut ſumpto habitu furiæ circūiret dicēs;ueniſſe ex inferno ſpeculatorē peccantium:ut iterato deſcēdens omnia dæmonibus renūciaret:quæ uidiſſet. Veſtis hæc erat pulla tunica tallaris aſtricta puniceo baltheo:pilleus arcadicus capiti impoſitus:habens ītexta elementa.xii.cothurni tragici:prolixa barba:uirga in manu fraxinea.

Menippus cū.i.latino & duplicato.p.ſcribitᷣ:fuit philoſophus cynicus genere phœnix. & ut ſcripſit Achaicꝰ in æthicis conditione ſeruus:cuius dominus teſte Diocle fuit Bathus quidam ponticus.&(ut rettulit Hermippus)fuit diurnus fœnerator:& uocatus Hemerodaniſtes. tandem inſidias paſſus:omnia quæ habebat amiſit . ex qua re ſe ſuſpendit. Fuere ſex Menippi. Primus qui de lydiis ſcripſit: Xanthumque breuiauit. Secundus hic ipſe. Tertius ſtratonicus ſophiſta. Quartus ſcupltor. Quintus & ſextus pictores:quorum meminit Apollodorus.

Menalcas abſq; diphthongo & cum.c.exili ſcribitur:nomen ponitᷣ a poetis paſtoris ꝓprium.

Meneſthius cum.th.aſpirato:&.i.latino in penultima ſcribitᷣ:fuit teſte Homero in initio libri ſexti iliados ex arna urbe Arithoi & Philomeduſæ filius:quē Paris in bello occidit.

Meneſtheus cum.e.poſt.th.aſpiratum:fuit Petei filius:& Diomedis auriga. Alius fuit athenarum dux Theſei & Phædræ filius:ac frater Demophontis. At uero cum ſcribitur.n.imediate poſt.m.uidelicet Mneſtheus: fuit uir troianus:ut in ea dictione uidebimus.

Meneſtho cum.th . aſpirato ſcribitur : una eſt ex nymphis: quæ teſte Heſiodo in theogonia filia fuit Oceani & Tethyos.

Menœtius ſecunda cum.œ.diphthongo:& penultima cum.t.exili &.i.latino ſcribitᷣ:fuit teſte Homero libro undecimo iliados Actoris filius:& Patrocli pater:a quo Menœtiades Patroclus a poetis noſtris ſæpe dictꝰ eſt:ut Ouidius in prima heroidum:ſiue menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis.

Mentor cum.t.exili ſcribitur:fuit in uaſis cælandis mirus artifex . de quo Plinius libro duodecimo naturalis hiſtoriæ: Mentori inquit quotidie teſtimonium perhibet capitolinus Iuppiter : & Diana Epheſia : quibus fuere conſecrata artis eius uaſa.

Quare ait Iuue.i ſatyra Stēmata qd faciūt: Raræ ſine mētore mēſæ. & Carolus noſter Arretinꝰ ad Cyriacū:
Parrhaſium tabulis uinces: uinceſq; cauandis.
Pyrgotelem gemmis: mētoraq; in pateris.

Menander cū.e.abſq; diphthongo ſcribitur: & nōnunq; Menandrus etiam traducit̄: atq; primā ſemper corripit. Ouidius de triſtibus:
Fabula iucundi nulla eſt ſine amore menandri.
Et ſolet hic pueris uirginibuſq; legi. Nam fuit hic poeta comicus: & Teophraſti diſcipulus: atq; ab eo teſte Pamphila.xxii.cōmentarioꝝ li.inſtitutus. Qui uel unus: ut ait in hæc uerba Quintilianus de inſtitutōe oratoria li.viii. Meo qdem iudicio diligenter lectus ad cūcta: quæ præcipimus efficienda ſufficiat: ita oēm uitæ imaginem expreſſit: tanta in eo inueniēdi copia: eloquēdi facultas. Ita eſt omnibus rebꝰ pſonis affectibꝰ accōmodatus. hæc ille. Ob quæ putauerat illū Ouidius ppetuo duraturū: cū de illo li. de ſine titulo dixerat:
Dum fallax ſeruus: durus pater: improba lena
Vixerit: & meretrix blanda: menādrus erit. Hūc & apoſtolus Paulus ſe legiſſe indicat: cū ad corinthios ſcribens inquit: Vt ait unus ex ueſtris: Corrūpunt bonos mores cōfabulatiōes peſſimæ: q uerſiculus ē Menādri

Menyllus cum.y.græco & duplici.l.ſcribitur: fuit uir qdam athenienſis.

Mentha cū.th.aſpirato ſcribitur: & uocabulū ē græcū herbæ nobis notiſſimæ. De qua Pliniꝰ li.xix.naturalis hiſtoriæ: Mēthæ inqt nomē ſuauitas odoris apud græcos mutauit: cū alioqn menta uocaretur. Vnde ueteres noſtri declinauerant.

Meonia cū.e.abſq; diphthongo &.i.latino ſcribit̄: regio ē in minori aſia: quæ deīde lydia a Lydo fratre Tyrrheni cognominata fuit: ut in ea dictiōe uidimꝰ. Et a meonia meonis patronymicū fœmininū deducitur: ut Ouidius li.ii.de ſine titulo: Meonis aſſyriū fœmina tinxit ebur. & meonides maſculinū: ut idē li.iii.
Aſpice meoniden: a quo ceu fonte perēni
Vatum pieriis ora rigauit aquis.

Mephitis cū.i.latino utrobiq;: &.t.exili ſcribit̄. Nā teſte Priſciano li.vii. Mephitis quoq; quod ꝓpriū ē a græco μεσιτις (ut qbuſdā uidet̄) mutatiōe.s.in.ph.tranſlatū: rationabiliter in.in.facit accuſatiuū. Et proprie teſte Seruio ſup.vii.æneidos ē terræ putor: q de aquis naſcit̄ ſulphuratis: & ē in nemoribꝰ grauior ex denſitate ſiluaꝝ. Vnde ait Virgi. Lucoſq; ſub alta Conſulit albunea nemoꝝ: quæ maxima ſacro Fonte ſonat ſæuāq; exhalat opaca mephiti. Et ob hoc Iunonē eā eē qdā uolūt: quā aerem eſſe cōſtat: ex cuiꝰ corruptiōe putor naſcit̄: ita ut dea ſit odoris grauiſſimi. Alii mephiti deū eē uolūt leucotheæ cōnexū. ſicut Veneri Adonis

Menones cū.i.latino ſcribit̄: fuit teſte Homero li.x.iliados: Moli filiꝰ: & li.ii.dixerat fuiſſe aurigā Idomenei: & cū eo ducem nauiū: quæ uenerāt ad troiam: ipſi Marti (ut ait) Martis arbitrio cōparandū. Habetq; accētum in antepenultima. De quo Horatius in primo carminū ad Agrippam memor fuit his uerſibus:
Quis martem tunica tectum adamantina
Digne ſcripſerit: aut puluere troico
Nigrum merionen: aut ope palladis
Tydiden ſuperis parem:

Mercurius cū.c.exili ſcribitur. Nec dictō græca ē: ſed latina a mercibꝰ (ut qdā aſſerūt) deducta. Nā græce hermes dicit̄: ut in ea dictōe uidimꝰ. Fuit Iouis filiꝰ ex Maia Atlantis filia: quā Iuno præ oībꝰ pellicibus adamauit: ita ut illū mox natū (teſte Martiano Capella) ſuis uberibꝰ allactauerit: ſicq; diuīo lacte perfuſus (licet ex mortali fœmina natꝰ) īmortalis tamen effectꝰ ē. dictuſq; deus facūdiæ: mercatoꝝ: palæſtræ: furū: nūtiuſq; & interpres deoꝝ. Eundē dicūt ex ſorore Venere Hermaphroditū. Exq; Lycaone Dædalionis filia Autholiū genuiſſe. Idē ꝓcibꝰ Iunonis Martē e duris carceribꝰ liberauit: ut uidimꝰ i dictōe Alœus. Iꝑe idem Arguꝫ interemit. Prometheum in caucaſo religauit. & mille alia: quæ de illo poetæ cōfingunt. Iꝑe lyrā ſeptichordē cōperit. Illi dat̄ uirga caducea: & tallaria allata ſibinnectit: dicente Virgilio in.iiii.æneidos:
Primum pedibus tallaria nectit
Aurea: quæ ſublimē allis ſiue æquora ſupra:
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tunc uirgam capit: hac animas ille euocat orcho:
Pallentes: alias ſub tartara triſtia mittit.
Dat ſomnos: adimitq;: & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit uentos: & turbida tranat Nubila.
Addidit etiam his Statius galerum cum ait:
Obnubitq; comas: & temperat aſtra galero.
De quo Horatius in primo carminum hymnum ſcripſit:
Mercurii facunde nepos atlantis:
Qui feros cultus hominum recentum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Voce formaſti catus:& decoræ
More palæſtræ.
Te canam magni Iouis:& deorum
Nuntium:curuæq; lyræ parentem
Callidum quicquid placuit iocoſo
Condere furto.& plura.

Meroe cũ.oe.diuiſis ſyllabis ſcribit᷑:eſt teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.ii.& Diodoro li.primo: ĩſulæ cuiuſdã nili metropolis:a qua & tota inſula nomen aſſumpſit:quã Cambyſes condidit.atq; a matre denominauit. Et(ut ſubdit Diodorus)inſulæ forma ſcuto ẽ perſimilis:atq; magnitudĩe ſuperat cæteras nili inſulas. patet enim longitudine ſtadiis tribus milibꝰ:latitudine mille.ciuitates ĩ ea ſunt plures:ſed cæteris nobilior meroe ab cuiꝰ uno latere libyã uerſus plurimi arenæ cumuli:ab altero ad arabiam poſito præcipitia montiũ inſulam cingũt.Effodiunt᷑ in ea auꝝ:argentũ:æs: ferꝝ:inſup & hebenũ fert.Lapidũq; multiplex genus.diſtatq; a ſyene teſte Plinio li.ii.naturalis hiſtoriæ:qnq; milibus ſtadioꝝ:in qua bis in ãno abſumit᷑ umbra reꝝ:Sole ſcꝫ tenẽte duodecimã partem tauri:& quartãdecimaꝫ leonis.Quare dicebat Achoreus ad Cæſarẽ apud Lucanum libro.x.

Ambitur nigris meroe fœcũda colonis:
Læta comis hebeni:quæ quãuis arbore multa
Frondeat æſtatem nulla ſibi mitigat umbra:
Linea taꝫ rectũ mũdi fert illa leonẽ.

Cuius incolis teſte Põponio li.iii.dimidio ẽ ꝓtenſior uita q̃; noſtra. Horum fœminæ mãmas hẽnt grãdes:& æquales ĩfantibꝰ.Vnde Iuue.in ſatyra Exẽplo quodcũq; malo inquit:

Quis tumidum guttur miratur in alpibus.& quis
In meroe craſſo maiorem infante mamillam?

Meſana cũ unico.s.ſcribitur:ciuitas eſt teſte Plinio li.iii.in ſicilia ꝓpinqua peloro mõti.fuitq; teſte Floro li.ii. cã primi belli punici.& inde meſani eius urbis ciues.

Meſpila cũ.i.latino ſcribit᷑:& uocabulum eſt græcum arboris nobis notiſſimæ.

Meſopotamia cum unico.s.atq; unico.p.&.t.exili ſcribit᷑:regio eſt maioris aſiæ in medio euphratis & tigris. Vnde & nomẽ aſſumpſit.nã meſos græce latine mediũ:& potamos:fluuiꝰ.Itaq; habet tigrim ab oriente:& euphratem ab occidente:a meridie uero babyloniã:& a ſeptẽtrione caucaſum.

Meſonyction cũ unico.s.&.y.græco:ſequentibus.ct.exilibus:atq;.i.latino in penultima ſcribitur:tẽpus ẽ mediæ noctis:quaſi μέσω:quod eſt medium & νοκτιων noctium.

Meſſalina cum duplici.s.& unico.l.atq;.i.latino ſcribit᷑:putant qdam dictionẽ hanc originaliter eſſe græcam & a meſſala quod cognomẽ fuit uiri a deuicta meſſana teſte Caſſiodoro accæptũ.& fuit fœmina romana filia Barbati Meſſalæ cõſobrini Tibeni Claudii quinti imperatoris:quæ cuꝫ adoleſcentula eſſet: ĩpi Claudio ſeni nupta fuit.Eadẽ tantæ libidinis fuiſſe fert᷑:ut ĩnumeris adulteris ſe ſubmiſerit.& ſæpe mutata ueſte lupanaria celebrauerit.Quin teſte Plinio li.x.naturalis hiſtoriæ:& Suetonio in uita Claudii certauit cuꝫ ſcorto famoſo ad libidinis actus:ſeq; meretricem ſuperaſſe inter diem & nocteꝫ quinq; & uiginti cõcubitꝰ affirmauit.Et interrogata reſpondit:potius labore feſſa:q̃; cõcubitu ſaciata. Quod Iuue.ꝑ plures uerſus lepidiſſime tetigit in ſatyra Credo pudiciciam:quos qui uoluerit ibidẽ legere poterit:ubi tandẽ cõcludens inquit.Et quod potuit tamẽ ultima cellam Clauſit:adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ:

Et laſſata uiris nondum ſatiata receſſit.

Tandem teſte Cornelio Tacito li.xi.ſuarũ hiſtoriaꝝ Meſſalina ita fuit libidinis ſtimulata furore in.C.Siliuꝫ iuuẽtutis romanæ pulcherrimum genere nobilẽ:ingenio perſpicacem:ꝙ Iuliã Syllanam nobilẽ fœminam eius matrimonio exturbauit:ut uacuo adultero potiret᷑. Nec illa furtim: ſed multo comitatu ueniebat ad domum:eius greſſibus adhærebat:largiebat᷑ opes:cum honoribꝰ ſublimabat. & cũ iam illa facilitate adulterorum in faſtidiũ uerſa eſſet: ne Silius eã adulterã aſpnaret᷑:nomẽ matrimonii concupiuit.Cũ ergo Claudius ſacrificii gratia hoſtiam iuiſſet:cũcta nuptiarum ſolẽnia celebrauit.duxitq; inſomnẽ noctẽ licentia cõiugali.Timebãt oẽs principi narrare patrata:reputãtes hebetẽ Claudiũ:& faſcinatiõibus uxoris deuictum Reminiſcebãtur multoꝝ necis iuſſu meſſalinæ factæ.tandẽ cũ longa mora eſſet principis apud hoſtiã: dixit Narciſſus imperatori:Veniã peto.matrimoniũ Silii & Meſſalinæ uidit populus & ſenatus. Et ni ꝓpere reuertaris:tenebit maritus urbẽ.Reuertit᷑ ergo princeps:moxq; adulterũ iuſſit ad ſe uenire.Cui & Meſſalinæ cuſtodẽ dedit:traxiſſetq; Claudiũ Meſſalina in iudiciũ ſuũ ni in cædem eius Narciſſus properaſſet: dicẽdo centurioni & tribuno:qui aderat ĩperatorem iubere cædẽ.tribuni ergo ictu necata eſt: dũ cũ matre ĩ horto eſſet.fuitq; corpus cõceſſum matri.Quæ hoc in loco transferre uolui:ut id Iuuenalis intelligi poſſet:quod ille in ſatyra:quæ incipit Omnibꝰ ĩ terris:ĩ hæc uerba explicauit: Sed caſto qd forma nocet? Et ſubdit:Elige qdnam Suadendũ eſſe putes?cui nubere cæſaris uxor

Deſtinat.optimus hic:& formoſiſſimus idem
Gentis patritiæ.rapitur miſer extinguendus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Meſſalinæ oculis.& reliqua:quæ elegantiſſime pluribus uerſibus exequitur.

Meſſena cũ duplici.ſ.ſequẽte.e.ſcribitᷣ.fuit ciuitas græciæ ꝓpinqua pylo:quam teſte Lactãtio ſuper.iiii.the-
baidos amyſus amnis interfluit.

Meſthles cum.th.aſpirato ſequẽte.l.ſcribitur:fuit teſte Homero li.ii.iliados:unus ex his ducibus:qui in auxi-
lium troianoꝝ aduentarunt.

Metapontũ abſq; aſpiratiõe ſcribitur:fuit Italiæ oppidũ in ſinu tarentino conditũ teſte Solino a locrenſibꝰ.
Et inde metapontini populi:de quibꝰ Herodotus li.hiſtoriaꝝ.iii.meminit.

Metaplaſmus cũ.t.exili ſcribitur:dici põt a noſtris tranſformatio.Nam cõponitᷣ ex meta:quod dicitᷣ trans:&
plaſma figmẽtum.unde tranſlatio quædam ẽ recti ſolitiq; ſermonis in alterã ſpeciem metri ornatus:uel ne-
ceſſitatis cã.cuius ſpecies ſunt ꝗ̃plures:ut diuerſis in dictionibꝰ apparebit.

Methaphora cũ.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitᷣ.dicitur a Cicerone & Quintiliano latine trãſlatio.Fitq; Quin-
tiliano auctore li.viii.de inſtitutõe oratoria:cum nomen aut uerbũ ex eo loco:in quo ꝓprium ẽ:transfertur
in eum in quo aut propriũ deeſt:aut(ut dixi)quia decẽtius:ubi nihil horũ præſtabit:quod transfert impro-
prium erit.Et a comparatiõe diſtat:eo ꝙ illa comparatᷣ rei:quam uolumꝰ exprimere.hæc ꝓ ipſa re dicitur.
Nam comparatio eſt:cũ dico feciſſe quid hominẽ ut leonem.tranſlatio cum dico de homine leonẽ. Huius
uis omnis maxime quadruplex uidetᷣ:cum in rebꝰ animalibus aliud pro alio ponitᷣ. Vt Liuius Scipionem a
Catone allatrari ſolitum refert.In aĩa pro aliis generis eiuſdem ſumuntᷣ:ut Virgiliꝰ in.vi. Claſſiq; immittit
habenas.Aut ꝓ rebus aĩalibus in aĩa:ut ferro an fato metus argiuũ occidit?Aut cõtra:ut Virgiliꝰ li.ii.ænei-
dos:Sedet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de uertice paſtor.Quid ꝙ ex his teſte Quintiliano oritᷣ mira
ſublimitas:quæ audaciæ proxia periculo tranſlatiõis attollitur. Cum rebus ſenſu carentibꝰ actum quẽdam
& animos damus.Qualis ẽ id Virgilii in.viii.Pontem indignatꝰ araxes. Et illa Ciceronis ꝓ Ligario Quid
enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat?cuius latus ille mucro petebat.Qui ſen-
ſus erat armoꝝ tuorũ?Duplicatᷣ interim hæc uirtꝰ apud Virgi.cũ ait in.vii.Ferrũq; armare ueneno.Nam &
uenenũ armare:& ferrũ armari:tranſlatio eſt.

Metallu; cũ.t.exili & duplicato.l.ſcribitur:dici põt apud nos perſcrutatũ.Nã a μεταλλω uerbo græco:qđ
apud nos perſcrutor dici põt:certiſſime deriuatᷣ.Vnde dicebat Iuppiter apud Homeru;: μητε συ ταῦτα
ἔκαςα διείρεο μήτε μετάλλα.Ad quem Iuno reſpondens ait: και λιην σε παρος γ̕ου τ̕ειρομαι οὔ-
τε μεταλλω

Metis cũ.t.exili &.i.latĩo ſcribitᷣ:fuit teſte Heſiodo ĩ theogonia nympha ꝗ̃dã una ex filiis Oceani & Tethyos

Methymna penultima cũ.th.aſpirato ſequẽte.y.græco:ultima cũ.m.ante.n.ſcribitᷣ.Ciuitas ẽ ĩ leſbo optimũ
uinum bibẽs.Ouidiꝰ in primo de arte.Gargara quot ſegetes:quot habet methymna racemos.& inde me-
thymnæus cũ.æ.diphthongo in penultima deducitᷣ.Virgi.in.ii.georgicoꝝ:Non eadẽ arboribꝰ pẽdet uin-
demia noſtris:Quã methymnæo carpit de palmite leſbos.Ouidius in.xi.metamorphoſeos.
Et methymnæi potiuntur litore leſbi.

Metatheſis ſecũda cũ.th.aſpirato:& ultima cũ.i.latino ſcribitᷣ:dicitᷣ ad uerbũ trãſpoſitio. Nam meta trans:&
θέσισ poſitio.Fitq; apud poetas cu; unica littera neceſſitatis cã ex uno dictiõis loco in alium tranſponitᷣ.
Virgi.in.x.At tibi tymbre caput euãdrius abſtulit enſis.Nã dixit teſte Seruio thymbre pro thymber.Apud
oratores uero fieri dicitᷣ:cum aĩos iudicum in res præteritas transfert.

Metamorphoſis cũ.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitᷣ:dicitᷣ a noſtris trãſformatõ.Nã cõpoſitũ ẽ nomẽ ex meta qđ ẽ
trãs:& morphoſis mutatio.Vnde & nobile illud opus Ouidii ĩſcribitᷣ metamorphoſeõ.i.de trãſformatõibꝰ

Methpna cũ.th.aſpirato ſcribitur.Vrbs eſt litoralis in peloponneſo.

Metalepſis cũ.t.exili &.p.ante.s.ſequẽte.i.latino ſcribitur:figura ẽ quã teſte Quintiliano li.iii.de inſtitutiõe
oratoria nos uarie tranſlatiuã:tranſumptiuã:trãſpoſitiuã uocamꝰ.Nã ex meta:& λῆψισ:quæ ẽ accæptio
cõponitᷣ.Fitq; cũ aliqua dictio aliud a ſua propria ſignificatiõe ex his:quæ præceſſerunt denotat.Virgi.in
Tityro:Poſt aliquot mea regna uidẽs mirabor ariſtas.hoc ẽ ſegetes.& ſic æſtates:& ob id annos.

Methodus cũ.th.aſpirato ſcribitur:ut in antehabitis uidimus.dicit apud nos uiam:quæ ꝓ ratione ſumitur.
Virgilius in primo georgicorum:
Ignariſq; uiæ mecum miſeratus agreſtes.

Metonymia ſecũda cũ.t.exili:ſequens cũ.y.græco:penultĩa cũ.i.latino ſcribitur:dicitᷣ a Cicerone denõinatio
ut Bacchꝰ ꝓ uino:Ceres ꝓ pane.Terẽtiꝰ ĩ eunucho:Sine Cerere & Baccho friget Venus.Et ĩ andria:Fac pi-
culũ.i.experiẽtiã:ꝗ̃ ex periculis grãdis accipitᷣ.Ad idẽ.i.Virgilii:Iã ꝓximꝰ ardet Vcalegon.i.domꝰ Vcalego
nis.Dicimꝰ ẽt ꝑ hãc figurã pigrũ frigus:qa hoĩes pigros facit:pallidum timorẽ:eo ꝙ pallidos hoĩes reddat

Metiochꝰ cũ.t.exili &.i.latĩo:atq;.ch.aſpirato ſcribitᷣ:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.vi.filiꝰ Melciadis athe-
nẽſis nõ ex Hegeſiphyle filia Oloris regis thraciæ:ſ; ex priore defũcta:cuiꝰ nomẽ nõ explicat Herodotꝰ:Et
ut pergit idem auctor cũ hic a phœnicibꝰ caperetᷣ:& Dario perſaꝝ regi:cõtra quẽ pater bellũ agebat præ-
ſentaretᷣ:in nullo prorſus læſus fuit:ſed eũ donauit Darius pulcherrimo palatio multis poſſeſſionibꝰ & di-
uitiis:quin & uxorem Perſam illi dedit:ex qua fœliciter libros ꝓcreauit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Metrum cum.t.exili ſcribitᷣ:dicitur a noſtris menſura:quia quia uerſus cōmēſurantur:græco etiam uocabulo a nobis metra dicūtur.Sūtq; eius genera multiplicia:de qbꝰ diuꝰ Auguſtinꝰ ī muſica abſolutiſſime pſecutꝰ ē

Metrodorus cū.t.exili ſcribitur:interpretari pōt mēſuræ donum:uel mēſuratū donū:fuit athenienſis pictor:idemq; philoſophus:& in utraq; ſcientia teſte Plinio li.xxxv.naturalis hiſtoriæ:magnæ auctoritatis. itaque cum.L.Paulus deuicto Perſe petiiſſet ab athenienſibus:uti ſibi q̃probatiſſimū philoſophū mitterent ad erudiendos liberos athenienſes:Metrodoꝝ elegerunt:profeſſi eundem in utroq; deſiderio præſtantiſſimū Quod ita Paulus quoq; iudicauit.

Metrocles cuꝫ.c.&.t.exilibus ſcribitur:fuit philoſophus maronites:frater Hipparchiæ:auditor primo Teophraſti:deinde Cratis thebani leuiri ſui.Obiit ſenex a ſeipſo ſuffocatus.

Metropolis abſq; aliqua aſpiratione ſcribitᷣ:dici pōt ad uerbum matricia ciuitas.Nā cōponitᷣ ex μητηρ:quæ eſt mater.& πόλισ:ciuitas.Et inde metrapolites is dicitur:q ei ciuitati ſacerdotio præeſt.

Myia prima cū.y.græco &.i.latino unam facientibus diphthongon ſcribitur.dicitᷣ a noſtris muſca. Quā ſane dictionē cum aliis dictionibꝰ compoſitam nos eo modo ſemper tranſcribimꝰ:ut cynomyia.i.canina muſca:quēadmodum in ea dictiōe uidimus.Eſt itaq; muſca animal imundiſſimū:& prorſus ſine memoria. Et ut teſtis eſt Plinius li.xxi.naturalis hiſtoriæ:mons qdam eſt in creta carma nomine nouem milia paſſuū ambitu:intra quod ſpatium muſcæ non reperiūtur.natūq; ibi mel nuſq̃ attingunt.

Mycale cum.y.græco &.c.exili:atq; unico.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo ciuitas apud Ioniam:ubi eſt panioniū:ut in ea dictione uidebimus.Fuit etiā cuiuſdam concubinæ nomē: ut Iuuenalis in ſatyra Si te propoſiti:Sed tua nunc mycale.

Mycaleſſus cum.y.græco &.c.exili:atq; unico.l.& duplici.s. ſcribitur.puto regionem fuiſſe boetiæ: cum dicat Homerus de boetia tractans lateq; diffuſam mycaleſſum.

Mycenæ prima cū.y.græco:& ſequēs cū.c.exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitᷣ:urbs fuit teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſtoriæ in achaia:hoc eſt in argolica achaiæ regiuncula: ſic quoq; cognominata teſte Porphyrio in ſecundū iliadis Homeri librū a Micena nympha laconica.Fuitq; Agamēnonis patria & regnū:dicente Virgilio:Eruet ille argos:agamēnoniaſq; mycenas.Ponitᷣ a poetis etiā nōnunq̃ in ſingulari.ut Virgi.i.v.æneidos:Argolicoue mari depræhenſus & urbe mycenæ.ubi dixit Seruiꝰ declinari mycene mycenes:ſicut Agaue Agaues.Vel latina declinatione mycena mycenæ.

Mycerinus prima cū.y.greco:ſequens cū.c.exili:penultima cū.i.latino ſcribitᷣ:fuit teſte Herodoto filiꝰ Cleopis regis ægypti:poſt quem & ipſe in ægypto regnauit.

Micythus prima cū.i.latino:ſequens cū ypſilo:& cū.c.exili ultima cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit uerna Anaxilei procuratoris reginoꝝ:& cauſa magnæ cladis tarentinorum.

Mycone prima cū.y.græco:ſequens cū.c.exili ſcribitur:inſula eſt una ex cycladibus uicina delo:ita ut Apollo ipſam delon p mare errantem(ut dixit Virgilius in tertio)Mycone gyaroq; reuinxit.

Microcoſmus cum.i.latino:& abſq; aliqua aſpiratiōe ſcribitur:dicitur minor mundus.Nam componitur ex μικρός:quod eſt paruus.& κόσμος mundus.

Micrologus eodē mō ſcribitur:& dicitᷣ paruus ſermo:uel etiā pua ratio.Nam utrūq; logos deſignat.

Micropſychos penultima cū.y.græco:& ultima cuꝫ.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur puſillanimus.Naꝫ a ψυχή: quæ eſt anima componitur.

Midas cū.i.latino ſcribitur:& a nōnullis abſq; finali.s.fuit Gordiæ bubulci filius:& rex phrygū:q cūctorū pene regū opes pecuniæ abūdantia anteceſſit.de quo Herodotus in li.hiſtoriaꝝ:& Iuſtinus li. epitomatū.xi. plura ſcripſerūt.Quin & Ouidiꝰ ſimiliter li.xi.metamor.illiꝰ fabulā elegātiſſime ē pſecutus. Ita ut cū ultro inter Apollinē & Marſyam decertantes in canēdo iudex cōſtitutꝰ eſſet:& ipſe ex hebeti ingenio ꝓ Marſya ſentētiā ferret:aſininis auriculis a Phœbo deturbatꝰ ē:ut tetigit etiam in prima ſua ſatyra Perſius.

Mydon cū.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero in. v. iliados auriga Pylæmenis ducis paphlagonum : quem Antilochus Neſtoris filius in bello troiano occidit.

Mygdonia prima cū.y.græco:ſequēs cū.g.ante.d.penultima cū.i.latino ſcribitur:regio ē macedoniæ litoralis:incipiens ab ænea ciuitate craſſææ:quæ teſte Herodoto in.vii.hiſtoriaꝝ ab oriēte ē illi cōtermina:& uſq; in thermopontū ſeu thermicum ſinum(ut alii uocāt)ꝓtenditur. In hac Niobe in ſaxum conuerſa cōſpicitᷣ. ut Ouidius in.xiiii.epiſtola heroidum:

Quæq; ſuperba parens ſaxo per corpus aborto:
Nūc quoq; mygdonia flebilis aſtat humo.Et Sappho in epiſtola ad Phaonē:Quæ mihi mygdonii marmoris inſtar erant.Iuxta hāc eſt inſula mygdon:de q̃ meminit Iuue.i.iii.ſatyra cū dixit.Aſt hic mygdone relicta

Mygdonus eodē mō uti ſuperior ſcribitur:fuit frater Otrei.ac teſte Porphyrio ſuper tertiū iliados Homeri librū ābo fratres Hecubæ uxoris regis Priami:& Ciſſei filii.Ambo reges i thracia:& Patrueles Polymeſtoris & a Mygdono eiꝰ filiꝰ Chorebus mygdonides.Nā teſte Seruio patronymicū ē:quia ſi gentis eſſet:mygdonius diceretᷣ.Nam(ut ait)nullum gentis patronymicum in des.exit.

Miletus cū.i.latino & unico.l.atq;.t.exili ſcribitᷣ:fuit teſte Plinio li.v.naturalis hiſtoriæ:urbs in ionia atq; eius

regionis

regionis caput.in qua teſte Seruio ſuper.iii.georgicoꝝ Virgilii lana optime tīgebat᷑: a qua mileſia uellera dicta eius cẽſemus.ut Virgilius in.iiii.georgicoꝝ:Mileſia uellera nymphæ Carpebāt.Alia fuit teſte Home. li.ii.iliados in creta.Alia in leſbo:a qua nōnulli magis mileſia dici uellera uoluerunt.

M ily prima cum.i.latino:ſequens cum.y.græco ſcribit᷑:fuit teſte Herodoto locꝰ in aſia:qui ante ſolyma uocabatur:quem lycii incolunt.

M ylitta prima cū.y.græco:ſequens cū unico.l.&.i.latino:atq; ſubſequēte duplicato.t.ſcribitur:dicitur teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ primo:aſſyriorum lingua Venus.

M ilo cū.i.latino & unico.l.ſcribitur:fuit uir crotonēſis athleta illuſtris:& q ſupra humanas uires feciſſe dicit᷑ Nam tauꝝ in olympico certamine ictu nudæ dextræ occidiſſe tradit᷑:& ꝑ ſtadiū in humeris ſine fatigatione portaſſe:totūq; die(quo illū mactauerat)comediſſe.Hūc teſte Gellio li.xv.noctiū atticarū in chronicis ſcriptum ē:Olympiade primum coronatū eſſe.Exitūq; habuit uita miſerandū:& mirandū:ut idē late ꝓſequit᷑ Et Valerius de mortibus non uulgaribus.

M imas cū.i.latino ſcribit᷑.mons eſt in minori aſia:ut oſtendit Homerus in hymnis.In quo cū Bacchus mirum ī modū a mulieribus celebraret᷑:dictæ ſunt bacchantes mimallonides.

M imallonides cū.i.latino & duplicato.l.ſcribit᷑:cognomē fuit bacchantiū mulierū deductū a monte minoris aſiæ:q mimas uocat᷑:de qbꝰ Ouidiꝰ de arte amandi li.i.tetigit:Ecce mimallonides ſparſis ī terga capillis.

M imus cū.i.latino ſcribit᷑:dici pōt a noſtris effictor.Nam a μιμοῦμαι:quod eſt imitor deriuat᷑:& uel ītra uel extra ſcænam geſticulationes quaſdam exercebat:qbus geſtis hominum ac naturas effingens:lætiſſimis ſententiis populum in riſum cōuertebat.

M inerua cū.i.latino ſcribit᷑:nec dictio græca eſt:ut qdam ignari putauerūt:ſed latina:cuiꝰ interpretationē dixit Balbus apud Ciceronē in ſecūdo de natura deoꝝ: quaſi uim minet᷑.Nam græce quoq; Pallas dicit᷑: ut ī ea dictione late uidebimꝰ.Et a uerbo παλλω:quod ē uibro:deducta ē:eo ꝙ haſtam uibrare & docuerit: & conſueuerit:Vnde palladiū eius ſimulachrū dictū fuit:quod romæ in æde Veſtæ fuiſſe oſtendit Pliniꝰ li.vii.naturalis hiſtoriæ.Nam cū laudes ſummas.L.Metelli eiꝰ fœlicitatē īdicātes enarraſſet:q̄ nulli alii poſt romam cōditā cōtigere:ſubdit hæc oīa abunde uno caſu refutari poſſunt:quoniā is Metellus orbā luminibꝰ exægit ſenectā amiſſis incēdio cū palladiū raperet ex æde Veſtæ memorabili cā:ſed euentu miſero. Quo fit ut infœlix qdē dici non debeat:fœlix tamē eſſe nō poſſit.Tribuit ei populus romanꝰ quod nulli alii abs cōdito æuo:aut quotiens in ſenatū iret:curru ueheret᷑ ad curiam.Magnum ei & ſublime:ſed ꝓ oculis datum de quo certa intellexit Iuuenalis:cum ait in.iii.ſatyra:

Da teſtem romæ tam ſanctum ꝙ; fuit hoſpes
Numinis idæi:procedat uel numa:uel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde mineruā.

Fuit nāq; hoſpes numinis idæi.Scipio Naſica eius.Cn.Scipionis filius:teſte Liuio li.ix.de ſecūdo bello punico:qui cū.P.Scipione patre maioris Aphricani ī hiſpania cæſus eſt dictus Naſica:Donato teſte in arte maiori cū de agnomine tractat: qa maiores nares habuit. hic teſte Plinio li.vii.naturalis hiſtoriæ:& eiꝰ nepote de uiris illuſtribꝰ cū adoleſcens eſſet:uir optimꝰ oīum romanoꝝ iudicio ſenatus & populi decretꝰ ē.Quare idæā matrē peſſimunte uenientē nō mō in urbē:uerū a mari ī palatium detulit. Procedat Numa:qui teſte Liuio lib.i. ab urbe:ſecūdus fuit romanorū rex e curibus ſabinis claro oppido natus:Pompilii filius ſuo ſæculo iuſtitia & religione clariſſimus:plene ius diuinū & humanū nouerat.Quare dixit Ouidius in.xv.metamorphoſeos:

Deſtinat imperio clarum prænuntia ueri
Fama numā.

hāc tantā prudentiā natura portēdit:cū prima fuerit ætate canus:uel ꝓcedat q ſeruauit a flammis illæſam trepidā mineruā quæ lignea erat:& facile ab igni cōburi poterat:quo ſane incēdio luminibꝰ orbatus euaſit.Quare dixit idē Iuue.in ſatyra Credo pudiciciā:Dicite uos neptes lepidi cæciq; metelli: quando ſcilicet mineruam ꝑ flāmas ex flagranti æde.ſ.Veſtæ eripuit. Vnde Liuius in.vi.belli punici ſecūdi incendium deſcribēs quo tabernæ argentariæ arſerūt:ſubiunxit cōpræhenſa poſtea priuata ædificia:neq; enī tūc baſylicæ erāt cōpræhenſæ latomiæ:forūq; piſcarium & atriū regum ædes uix Veſtæ defenſa eſt:ſed ut puto aliud fuit eius ædis incendium uel forte alterius.

M inyæ prima cū.i.latino:alia cū.y.græco ſcribitur:fuerunt theſſaliæ populi qui teſte Orpheo ī argonautica Iaſonē ad colchos ꝓficiſcentē ſecuti ſunt:unde ait Ouidius in initio ſeptimi metamor.Iāq; fretū minyæ pegaſea puppe ſecabant.Quare dixit Lucanus in.vi.theſſaliam deſcribēs:Vnde minyæ gens cognita remis.

M inyæus eodē modo uti ſuperior dictio ſcribitur:fluuius eſt a theſſalia ueniens:qui teſte Homero in.xi.iliados:oppido arenæ uicinus hoſtia mari facit.

M inos cū.i.latino ſcribit᷑:fuit Iouis filius ex Europa:ut poetæ fere oēs aſſerunt.Alii uero nōnulli affirmāt eū nō Iouis:ſed Xanthi regis cretenſiū ex Europa filiū fuiſſe.cui in regno ſucceſſit.Herodotus uero in li.hiſtoriarū primo:de illo loquēs dixit cū fratre Sarpedone de regno cretæ diſſenſiſſe:ſed illo fugato regnū obtinuiſſe.idem teſte Ariſtotele in æthicis & politicis primus cretēſibus leges dedit.

M inotaurus cū.i.latino &.t.exili ſcribit᷑:dictio eſt compoſita ex Minoe & tauro: quaſi Minois taurus. Nā ut

ſcribit Homerus li.viii.odyſſeæ:cũ Minos bellò cõtra athenienſes & megarenſes:q Androgeuꝫ filiũ interemerant detineret᷑: Paſyphæ eius uxor a Venere:quæ in ſobolẽ Solis irata erat:ad infauſtuꝫ amorẽ formoſi tauri cõpellitur:cum quo arte Dedali in uacca lignea corio amatæ uaccæ circũpoſita cõcubuit:ac grauida facta Minotaurũ genuit:dicente & Virgilio in.vi.æneidos.

Contra elata mari reſpondet gnoſia tellus
Hic crudelis amor tauri ſuppoſtaq; furto
Paſyphæ:mixtumq; genus ꝓleſq; biformis
Minotaurus ineſt:ueneris monumẽta nefandæ.Idem in bucolico
Et fortunatam ſi nunq̃ armenta fuiſſent
Paſyphæn:niuei ſolatur amore iuuenci.

Quod cũ reſciuiſſet Minos monſtruoſum filiũ ex uxore natũ:qa media parte hõ:& altera media taurꝰ erat illum in labyrintho cõcluſit:dicente etiam Ouidio in.viii.metamorphoſeos.

Quo poſtq̃ geminam tauri iuueniſq; figuram
Clauſit:& actæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis.

Nam uictis athenienſibus iuſſit Minos in uindictam Androgei illos quotãnis ſeptẽ ex filiis dare:quos minotauro deuorandos præbebat:dicente Virgilio in.vi.Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi:miſerũ ſeptena quotãnis Corpora natoꝝ:ſtat ductis ſortibus urna.Et(ut nonnulli ferũt)primis tribus ãnis plæbeiorũ natos:ſecũdis tribus ãnis populares: tertiis uero nobiles exhibuerũt:inter quos Theſeus ſorte miſſus adiutorio Ariadnes minotaurũ interemit:& ex ipſo labyrintho euaſit ac clam diffugiens Ariadnen & Phedram ſorores & minois filias tranſportauit:ut uidimꝰ i dictiõe Ariadne

Minturne cũ.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit oppidum in campania habẽs ꝓpinquas paludes:in quibꝰ Mariꝰ cũ Syllæ rabiẽ effugeret delituit.De quo Iuue.in ſatyra Oibus in terris inqt:Exiliũ & carcer minturnarũq; paludes:Et mẽdicatus uicta carthagine panis:de Mario loquit᷑:ſed ſubobſcure quædã tangit:quæ explanatione indigent:itaq; ꝓ loci huius declaratione traducẽdũ duxi id Plutarchi quod in uita Marii ad rẽ hãc ſpectare uidet᷑:cũ narrauerit Plutarchus diſceſſum Marii ex minturnis:q fere nudus & omni auxilio deſtitutus abſceſſit:& delatũ eũ ad ænariam inſulã dixerit: ubi Graniuꝫ & amicos alios quoſdã cõperit:ꝓſequit᷑ quẽadmodũ cũ illis ad Hiempſalẽ numidaꝝ regẽ ꝓ auxiliis nauigare decreuerat:Sed oim egẽs cũ & aquæ inopia grauaret᷑:ericem uſq; ſiliciã maxime aquatũ uenit:ubi a locis eius quæſtore nõnullis ex ſotiis amiſſis uix ipſe euadere potuit:quin cõpræhenderet᷑.Sed ad nauẽ reductꝰ ad meningam inde inſulã nauigauit:in qua certitudine ſuſcæpta de ſalute filii:q cum Cethego erat paulũ reſpirauit:interim uenit in mẽteꝫ petere carthaginẽ:& hoc iõ quia erat libyæ & eius urbis præfectꝰ Sextilius uir qdem romanus ſibi diu cognitꝰ qui licet a ſe hactenus neq; grata neq; ingrata ſuſcæpiſſet:ſperabat tamẽ illũ quadã cõmiſeratiõe in ſe cõmoturum:& ſibi ad minus in cõmeatu præſidio affuturũ:q̃re carthaginẽ attingens cũ paucis ſotiis naui egreſſus eſt.Quod cũ Sextilius præfectꝰ perſenſiſſet:ſtatim obuiã Mario lictorẽ emiſit:q illi quoq; nũtiaret ex aphrica q̃primũ diſcederet:quod ſi ſecus faceret:uelle ſe decretis ſenatus obtẽperare:& romanoꝝ hoſtẽ habere Quibꝰ a lictore auditis magna Marius mæſticia afficit᷑:& ingenti dolore cõfractꝰ ĩmobiles in lictorẽ oculos defixit:ac diu ĩtra ſilẽtiũ ſe cõtinẽs:repẽſitabat caſuſ acerbitatẽ:& cõmeatus neceſſitatẽ cõſiderabat.Sꝫ inſtãte lictore ac ĩterrogãte qd præfecto reſpõderet.Mariꝰ tũc ſuſpiriis ab alto pectore tractis:& atrocis oculos ĩ lictorẽ ĩtẽdẽs:in hæc tandẽ uerba prorupit:nuntia Sextilio te uidiſſe.C.Mariũ in ruinis carthaginis ſedentẽ:exulẽq; & panẽ mẽdicãtẽ.Nec plura dicẽs ad nauẽ q̃primũ rediit. hæc ex Plutarcho traducere uolui:ut id Iuue. intelligi poſſit:Et mẽdicatꝰ uicta carthagine panis:hoc eſt apud carthaginẽ uictã:qa ĩ ipſius carthaginis ruinis nec impetrare ualuiſſe.

Myoparo cũ.y.græco ſcribit᷑:genus ẽ nauis qua piratæ uti cõſueuerãt:a qua & ipi myoparones uocati ſunt.

Myoparones cum.y.græco ſcribitur:dicti ſunt piratæ ut in præcedenti dictione uidimus.

Myophones cum.y.græco ſcribit᷑:dicit᷑ myon.i. murium interfector:quo nomine nonnulli aconitũ uocauere:ut in ea dictinoe uidimus.

Mipſæi prima cum.i.latino:ſequens cũ.ps.ſequente.æ.diphthõgo ſcribitur: populi ſunt thraciæ:ut oſtendit Herodotus in.iiii.hiſtoriarum libro.

Miraciũ cũ.i.latino &.c.exili ſcribitur.Nõnũq̃ ab antiqs habitũ eſt in uſu:& adoleſcentulum denotat.

Myriandrus prima cũ.y.græco:ſequens cũ.i.latino ſcribitur:nomẽ eſt uiri ꝓpriũ:qđ decẽmilia uir ſignificat

Myrica prima cũ.y.græco:ſequens cũ.i.latino & ultima cũ.c.exili ſcribit᷑:genus eſt uirgulti humilis: ut dixit Seruius:quod apud nos geneſtam qdam dici putant.Ideo ait Virgilius in bucolico:humileſq; myricæ.

Myrmix prima cum.y.græco ſequens cum.i.latino ſcribit᷑:dicitur apud nos formica.

Myrmidones prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.i.latino ſcribitur:populi fuerũt theſſaliæ a myrmidone Iouis filio & eoꝝ duce cognominati:ut ſcripſit Heratoſthenes.Seruius uero ſuper.ii.æneidos librũ:dicit fuiſſe in atica regione puellã Myrmionen nomine:ob ſolertiã & caſtimoniã Mineruæ gratã: quæ cũ aratrum ĩ odiuꝫ Cereris a Minerua cõditum hominibꝰ demõſtraret:a turbata Minerua in formicam uerſa fuit : quæ græca

lingua myrmix dicitur:quam damnauit ut nunꝙ̄ deſiſteret a congregandis granis:ſed qa adueniente peſte in ægina inſula ex formicis deinde populi reſtituti ſunt:ut late narrauit Ouidiꝰ libro metamorphoſeos:populi illi dicti ſunt myrmidones.

Myrmilon eodẽ mõ ut ſuperior dictio ſcribit᷑:fuit hiſtrionis nomen ut Iuuenalis:Aut myrmilonem ex prima infans:& a myrmice quæ latine formica dicit᷑:quaſi ferans micam deſcendit.

Myron cũ.y.græco ſcribitur:fuit teſte Plinio li.xxiiii.naturalis hiſtoriæ:ſtatuarius Eleutheris natus:& Hegeſiladis diſcipulus.Eſt etiã myron apud græcos quod a noſtris unguentũ dicit᷑:& ut dixit Plinius in initio libri.xiii.unguenta qs primꝰ inuenit nõ tradit᷑:Iliacis tẽporibus nõ erãt nec ture ſupplicabit᷑:cedri tantum & citri ſuoꝝ fruticũ & in ſacris fumo cõuolutũ in nidorẽ uerus ꝙ̄ odorẽ nouerãt:iam roſæ ſucco recæpto.Et ſubdit primũ quod equidẽ inueniã caſtris Darii regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexãder cæpit ſcrineũ unguentoꝝ.Et in ſequentibꝰ inquit:unguentis cognomina dederũt aliis patriæ aliis ſucci:aliis arbores:aliis cauſæ:& ut alibi ait:fuit unguentaria uoluptas etiã a romanis inter laudatiſſima:atꝗ etiam honeſtiſſima uitæ bona admiſſa.

Myrapia prima cũ.y.græco & penultima cũ.i.latino ſcribit᷑:genus ẽ pyroꝝ ſic quoꝗ teſte dictoꝝ Plinio lib.xv.qa odorem gratiſſimum gerunt:unde a myron deducit᷑:quaſi odorem redolentia.

Myrobalanũ cũ.y.&.o.ante.b.&.a.ante.l.ſcribit᷑:fructus eſt teſte Plinio li.xii.naturalis hiſtoriæ:arboris quã helitropiũ uocãt:magnitudine auellanæ nucis Cõmunis trogoditis:& thebaidi:& arabiæ:quæ iudæam ab ægypto diſterminat.Noſcentibꝰ unguẽta cognitus:ut ipſo nomine apparet.Nam μύρον unguẽtũ deſignat & βάλανος nucẽ ſeu glandẽ:unde alio in loco de quodã palmarũ fructu ĩquit rotundi ſunt:& ꝙ̄ balanis ſimiliores:& illũ eſſe puto:quẽ alibi phœnicobalanum uocauit.

Myronides prima cũ.y.græco ſcribit᷑:nomẽ fuit ꝓprium uiri athenienſis.

Myrtus cũ.y.græco &.t.exili ſcribit᷑:& non cũ.th.aſpirato ut qdam putauerũt:arbuſcula ẽ nobis notiſſima:&(ut dicũt poetæ)Veneri ſacra:& hoc teſte Seruio ſuper.ii.georgicoꝝ:uel quod gaudet litoribꝰ:& Venꝰ de mari dicit᷑ ꝓcreata:uel quod(ut medicoꝝ indicant libri)apta ẽ mulieꝝ neceſſitatibꝰ plurimis:eadẽ teſte Plinio in.xv.naturalis hiſtoriæ:primũ Celænis ĩ Elpenoris tumulo uiſa tradit᷑ & eodẽ libro ait:uirgæ quoꝗ eius geſtatæ uiatori pediti in longo itinere ꝓſunt.hac etiã coronabant᷑ ouãtes:ut uidebimꝰ in dictiõe ſtẽma.

Myrſus prima cũ.y.græco ſcribit᷑:fuit pater Candaulis:ut in ea dictione uidimus.

Myrſilus prima cum.y.græco:ſequẽs cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo:ille idẽ qui & Candaules dictus fuit.

Myrtilus prima cũ.y.græco:ſequens cũ.t.exili &.i.latino:ultima cũ unico.l.ſcribitur:fuit teſte Iginio in li.de aſtronomia poetica Mercurii filiꝰ ex Clytia:& Oenomai regis bellidis:& piſæ auriga:a Pelope ĩ mare proiectus:unde pelagus myrtoum nomẽ aſſumpſit:ut in dictione Hippodamia uidimus.

Myrtoũ cũ.y.græco &.t.exili ſcribit᷑:Pelagus eſt pars maris ægæi nomen ab Myrtilo accipiens:q ĩ illo ꝓiectꝰ fuit.Horatius in primo carminum:Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.

Myrrha cũ.y.græco & duplicato.r.atꝗ ſecũdo aſpirato ſcribitur:fuit Cynaræ cyproꝝ regis ex Concrea coniuge filia:quæ id illa ꝓcurante a patre inſcio effecta grauida:atꝗ deinde recognita:eius iram ĩ ſabæã diffugit:ubi deoꝝ cõmiſeratiõe in arborẽ ſui nominis tranſformata fuit.Cuius pariẽdi tpe inſtante:& agente ſolis calore Adonẽ peperit:quẽ nymphæ liquoribꝰ unxere maternis:atꝗ adhibita diligentia nutriuere:ut late oĩa pertractauit Ouidius li. metamorphoſeon.x.hãc arborem referente Plinio li.naturalis hiſtoriæ.xii.in eiſdẽ ſiluis cũ ture permixtã naſci tradidere nõnulli:plures ſeparatim:& multis in locis arabiæ gignitur.Eſtꝗ arboris altitudo ad qnꝗ cubita:nec ſine ſpina:caudice duro & intorto:craſſiore ꝙ̄ turis.Et(ut ipſe Plinius dixit)nõ dant ex myrrha ſabæi portionẽ deo quoniã & apud alios naſcitur.

Myrrhina cũ.y.græco & duplicato.r.atꝗ ſecũdo aſpirato ſequente.i.latino ſcribit᷑:Nonnulli uero ex latinis illud.y.græcũ in.u.noſtrum conuertunt ac ſcribunt murrhina : quã humorem ſubterraneũ eſſe dixit Plinius libro xxxvii.naturalis hiſtoriæ:& ſub terra calore denſatũ:dixitꝗ habere nitorẽ potiꝰ ꝙ̄ ſplẽdorẽ.Sed in precio uarietatẽ coloꝝ eſſe ſubinde circũagentibus ſe maculis in purpurã candorẽꝗ:& tertiũ quendã ex utraꝗ igneſcentẽ ueluti per tranſitũ coloris purpuræ:aut rubeſcentẽ lacteo.Sũt q maxime in his laudãt quoſdã coloꝝ repercuſſus:quales in cæleſti arcu ſpectant᷑:maculæ pingues placẽt:tranſlucere qcꝙ̄ aut pallere uitium ẽ.Et(ut idem auctor ait)myrrhinã primus ĩ urbẽ Pompeiꝰ ex uictoria mitridatica ĩuexit.Eiuſꝗ luſum in pocula excreſcere quotidie.fuiſſeꝗ romæ myrrhinũ calicẽ.lxx.talentis emptũ:capaceſꝗ ad ſextarios tres idẽ auctor rettulit:At Titum Petroniũ cõſularẽ trullã myrrhinã trecentis talẽtis emptã moriturũ fregiſſe Neronis inuidia:rettulit etiã ipſe Plinius ſe annumerari uidiſſe unius ſcyphi fracti mẽbra:q corporis Alexandri magni conditorium fuit.Oriens myrrhinam mittit.Inuenit᷑ ibi ĩ pluribus locis:nec in ſingulis præcipua in carmania.

Myrina prima cũ.y.græco ſequens cũ unico.r.&.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Homero in.ii.iliados:urbs ĩ æolia.

Myrſinus pria cũ.y.græco ſequens cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero li.ii.iliados:ciuitas ĩ peloponneſo.

Myſon cũ.y.græco & unico.s.ſcribitur:fuit teſte Hermippo cheneus patria:ſed floruit athenis philoſophus

inſignis:habuitq; teſte Siſocrate patrem Strimonem nomine:quem tyrãnuꝫ fuiſſe aiunt.huius opera Piſiſtrato tyráno aſcripta creduntur.

Myſia prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ unico.s.&.i.latino ſcribit᷑:ꝓuincia eſt phrygiæ adiacens helleſpõto:teſte Plinio li.v.naturalis hiſtoriæ:conterminã habet æoliã:in quã ciuitas eſt Mœſia:dicente Seruio ſuper primũ georgicoꝝ:myſia ꝓuincia eſt:mœſia uero ciuitas haud longe a troia:de quã in ea dictione uidebimus.

Myſteriũ prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.t.exili ſcribit᷑:& teſte Clemente in ſtromatib⁹ μύσοσ:quod ẽ odiũ deducit᷑.Apolodor⁹ uero ait a Myunte quodã atteo q̃ uenãdo periit nomẽ funebris honoris accæpiſſe.Itaq; uti orgia abuſiue ꝓ ſolis bacchi ſacris poni conſuetum eſt.

Myſticum eodẽ mõ ſcribit᷑:& a myſterio deducitur:at miniſterium a miniſtrando latinum eſt.

Miſis cum.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriaꝝ.ii.primus ægypti rex.

Mitylene prima cũ.i.latino:ſequẽs cũ.t.exili &.y.græco ſcribit᷑:inſula ẽ nobilis ĩ ægæo mari:alio noĩe leſbos cognominata:unde leſbides patronymicũ fœmininũ:quod in prima detinet accentũ:ut Ouidius:

Leſbides euerſa corpora capta domo.

Mithridates prima cũ.i.latino:ſequẽs cũ.th.aſpirato:&.i.latino:ultima cũ.t.exili ſcribit᷑:fuit rex ponti:& fili⁹ Pharnacis regis parthoꝝ:& romanoꝝ amiciſſimus:qui & filiũ habuit Mithridatẽ romanorũ hoſtem:& ter a romanis uictum.Nã ut ait Plini⁹ li.xxv.naturalis hiſtoriæ:quotidie Antidotũ cõtra uenena ſumebat:adeo ut cũ q̃dragintaſex ãnis cũ romanis bella fouiſſet:ut late oſtendit Iuſtinus li.xxxviii.tribus demũ ingentib⁹ bellis fœlicitate Syllæ:uirtute Luculli:& Pompeii magnitudine uictus eſſet:& iam mortẽ ſibi inferri decreuiſſet:ut dixit Gellius li.xvii.& fruſtra uiolẽtiſſima uenena ſumpſiſſet:ultimo gladio ſe tranſfixit.Plini⁹ uero nepos in li.de uiris illuſtribus dixit illũ uenenũ ſumpſiſſe:quo tarde agente pcuſſorem gallũ atroci uultu territũ reuocauit:& in cædem ſua manũ trepidãtis adiuuit.Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum illuꝫ fuiſſe aſſerunt.Quos Lucanus ſecutus in primo libro ait:

Poſt cilicas ne uagos & laſſi pontica regis

Prælia barbarico uix cõſummata ueneno.De cui⁹ ſingulari memoria uidebim⁹ in dictiõe Themiſtocles.

Mitra cũ.i.latino &.t.exili ſcribit᷑:nomẽ eſt barbarũ:eratq; teſte Seruio ſuper.iii.æneidos:incuruus pilleus:de quo(ut ait)pendebat buccarũ tegmen:quo phrygii & lydii utebant᷑:iõ Hiarbas in Aeneam dixit apud Virgiliũ præfato li.Meonia mentum mitra crinẽq; madentem Subnixus.Et Iuuenalis:Ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.

Mythus cũ.y.græco &.th.aſpirato ſcribit᷑:apud nos interpretat᷑ fabula:& inde mythicus fabuloſus:& fuit fabulandi cõſuetudo teſte Gellio a græcis primũ cõperta:quoꝝ leuitas inſtructa dicẽdi facultate & copia:incredibile eſt quantas mẽdacioꝝ nebulas excitauerit.

Mnestheus cũ.n.poſt.m.&.th.aſpirato ſequẽte.eu.diphthongo ſcribit᷑:nomẽ fuit ꝓpriũ uiri troiani:ut Virgilius in primo æneidos:Mneſthea ſergeſtũq; uocat:fuit ex domo regia ab Aſſaraco genus trahens:ut ideꝫ in.xii.Et genus aſſaraci mneſtheus.Nõnunq̃ uero cã metri addit᷑ imediate poſt.m.alteꝝ.e.& dicit᷑ a poetis Meneſtheus:ut Virgilis in.x.Nec litio genitore minor:nec fratre meneſtheo:nec aliter uerſus ſtare poſſet:ut etiã Seruius ãnotauit:atq; in ultima ſynæreſim fecit ex.e.&.o.ꝓpter rectam ſcanſionem.

Mna cũ.n.poſt.m.in eadem ſyllaba ſcribit᷑:id dicitur quod noſtri minã uocant:quæ teſte Varrone & Priſciano:unam continet libram.

Monas cum unico.n.ſcribitur:dicitur a noſtris unitas:& monos unus.

Monachus cũ.ch.aſpirato ſcribit᷑:& a monos deducitur:atq; a noſtris ſolitarius dici poſt.Vnde & monoculũ unicum habentẽ oculum dicimus.

Monarcha cum.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris unicus princeps:μόνοσ eniꝫ ſolus:& αρχόσ prĩceps dicitur:& monarchia unicus principatus.

Monacris cũ.c.exili ſcribitur:mons eſt arcadiæ quaſi μονη αρκίσ ideſt ſola ſummitas.

Monychus cũ.y.græco &.ch.aſpirato ſcribit᷑:nomẽ ẽ cẽtauri ꝓpriũ:ut latini poetæ atteſtant᷑:atq; cõpoſitum ex μόνοσ & ονυξ:quaſi ſolus ſiue unicus unguis.Nõ eñi erat ei pes aut unguis ut bob⁹:ſed ut eq̃s.At ĩ cõpoſitiõe a prĩo nomĩe ultĩa aufert᷑ ſyllaba:uidelicet νοσ:& remanet.mo.cũ.o.micro:qđ naturaliter ſemꝑ ẽ breue.ſecũdũ uero nomẽ ſimiliter ab.o.micro incipit:q̃ duo breuia ĩuicẽ cõiũcta ꝑ ſynæreſim unũ.ω.mega cõficiũt:quod ſemꝑ ẽ longũ.Vnde ab Homero ſcribit᷑ μώνυξ cui⁹ genitiu⁹ μώνυκοσ.a quo poetæ noſtri nomẽ ipm ꝓpriũ formauerũt:uidelicet monychus cũ prĩa longa:ut Iuue.ĩ prĩa ſatyra:Quantas iaculet᷑ monychus ornos.& Ouidius.viii.metamorphorſeos:Monychus exclamat.Lucanus ſimiliter li.vi.

Aſpera te pholoes frangentem monyche ſaxa:

Teq; ſub oetheo torquentem uertice uulſas

Rhete ferox q̃s uix boreas inuerteret ornos.& hoc uel q̃a uterq; potuit & ſaxa uellere & ornos iaculari.uel Iuue.Monychũ ꝓ Rheto poſuit:ut Virgi.in.i.æneidos:Teucrũ ꝓ Dardano:ĩ bucolico:Philomenã ꝓ Progne:& in li.georgicoꝝ.iii.Pollucẽ ꝓ Caſtore.Sane Homerus nõ ꝓpriũ illđ:ſed appellatiuũ poſuit:uideliꝗ ꝓ epitheto equoꝝ:cum ait in.v.iliados αυτω τεκτεινη καὶ ἐλάση μώνυχουσ ιππουσ:hoc eſt ſi diceret

poſſemus unguichinos equos cum prima longa:a quo poetæ noſtri ꝓprium deduxerunt: atq; eodem mō productam primam ſeruauerunt.

Monymus cū.y.græco ſcribitur:fuit mēſarii cuiuſdā corinthii famulus:ad quē cū Xemides:q Diogenē emerat ſæpe ꝑgeret:& laudes eximias uiri:quē emerat prædicaret:Monymuſq; ſæpiſſime illū audiret:ī Diogenis deſideriū tractꝰ finxit ſe inſanū:& monetā ſpargere cœpit: quare a domino repudiatꝰ ad Diogenē ſe cōtulit:cuiꝰ doctrinam ſecutꝰ euaſit uir eloquēs:& doctus:de quo Menander comicꝰ mentionem facit.

Monomachia cū.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑: dicit᷑ a nobis ſingulare certamē.Nam cōponit᷑ ex monos qđ ſingulum denotat:& machia quæ eſt pugna.

Monoſceli cū.c.exili ſequēte.e.ſine diphthongo ſcribitur:hoīes illi dicebant᷑ teſte Pli.li.vii.naturalis hiſtoriæ q ſingulis crurībꝰ naſcebant᷑:& miræ ꝑnicitatis ad ſaltū erāt.nam dictio ē cōpoſita ex monos qđ ē unicum: & σκέλοσ crus.

Monœcꝰ penultima cū.œ.diphthongo:& ultima cū.c.exili ſcribitur:portꝰ ē ī liguria:ſic quoq; ab Hercule cognominatꝰ:de quo Virgiliꝰ li.æneidos.vi.Aggeribꝰ ſocer alpinis atq; arce monœci. Nā cōponit᷑ ex monos q ē ſolus:& οἶκοσ domꝰ. Et teſte Seruio iō putāt Herculē ſic dictū:uel qđ pulſis oībꝰ illic ſolus habitauit: uel qđ ī eiꝰ tēplo nūq; aliqs deoꝝ ſil colit᷑:ſicut ī tēplo Iouis colit᷑ Minerua & Iuno:ī tēplo ueneris Cupido.

Monoptoton abſq; aſpiratione ſcribitur:dici pōt unꝰ caſus.Nā cōponit᷑ ex monos q ē unꝰ:& πτωσισ caſus.

Monoxyla cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:deſignat apud nos ea quæ tantūmodo ſunt lignea: monos eniꝫ ſolum:& ξύλα ligna dicuntur.

Moloſſa cū unico.l.& duplicato.s.ſcribitur:regio ē europæ:quæ poſtea epirus dicta fuit: ut ī ea dictiōe uidimus.Ouidiꝰ ī prio metamorphoſeon:Nec cōtētꝰ eo eſt:miſſi degente moloſſa Obſidis uniꝰ iugulū mucrone reſoluit.at in moloſſa bonos canes naſci cū a multis refert᷑:tum ab Horatio in epodo:Nam q̄lis aut moloſſus:aut fuluus laconica uis paſtoribꝰ agaꝫ ꝑ altas aure ſublata niues quæq; ꝓcedet fera. Et Virgiliꝰ in.iii. georgicoꝝ:Nec tibi cura canū fuerit poſtrema:ſed una Velocis ſparthæ catulos acrēq; moloſſum Paſce ſero pingui:ſed in canibꝰ ſparthanis ſeu laconicis uelocitas: in moloſſis fortitudo laudat᷑.Et idē moloſſus dictus eſt pes qdam in metro ab ea patria ſaltatiōe cognominatus.

Molorchus cū.ch.aſpirato ſcribit᷑:fuit teſte Seruio ſup.iii.georgicoꝝ:paſtor iuxta nemeā ſiluā habitans:q uenientem Herculē ad occidēdū nemeū leonē:hoſpitio excæpit:& interpretat᷑ uix teſticulos habēs:nā μόλισ eſt uix:& ὄρχυσ teſtis. Occiderat enī unū ex duobus filiis nemeus ille leo & ipſe ſenex erat.

Molus cū unico.l.ſcribit᷑:fuit teſte Homero li.x.iliados:uir cretenſis:& Merionis aurigæ Idomenei pater.

Mœris prima cum.œ.diphthongo.ſequens cū.i.latino ſcribit᷑:nomen fuit regis cuiuſdā ægypti: ac paſtor qdam ponitur a Virgilio.

Mœrichus pria cū.œ.diphthongo:ſequēs cū.i.latino:ultīa cū.ch.aſpirato ſcribit᷑:fuit nomen uiri ꝓprium.

Mœdoria cū.œ.diphthongo ſcribit᷑:dicitur a noſtris dicacitas:ſeu mordacitas.

Mœſia cū.œ.diphthongo & unico.s.ſequente.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Seruio ſup primū georgicoꝝ:ciuitas haud longe a troia:& ut oſtendere uidet᷑ Macrobius nō diſtans a gargaris oppido in radicibꝰ montis idæ. nam ut Virgilius ait in.i.georgicorum libro:

Humida ſolſtitia atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ:hiberno lætiſſima puluere farra:
Lætus ager:nullo ſe tantum mœſia cultu

Iactat:& ipſa ſuas mirant᷑ gargara meſſes:hoc eſt oīs regio quæ hyemes habebit ſerenas:& ſolſtitia hyemuꝫ humida fructꝰ optime ꝓducet.Et hæc quoq; agris adeo neceſſaria ſunt:ut ſine his:nec illi natura fœcūdiſſimi mœſiæ:aut gargaroꝝ agri poſiti in imis radicibus idæ montis defluētis:unde humoribꝰ irrigant᷑ opinioni fertilitatis reſponſuri ſunt.Nā gargara teſte Ephoro li.hiſtoriaꝝ.v.Et Arato ī li. q dicit᷑ elegion:oppidū eſt ad radices montis idæ:cuius etiā cacumē eodē mō gargara uocitat᷑:ut Epicharmꝰ in fabula quæ īſcribit᷑ troes oſtendit.Homerus etiā ꝓ excelſiſſimo montis loco gargara poſuit.Et teſte Plinio li.xvii.naturalis hiſtoriæ:licet hæc hyemis ſerenitas meſſibus cōueniat:nō tamē arboribus expetēda ē:cuiꝰ euidens cā eſt:quoniam arbores fœtu exinanitas:& folioꝝ quoq; amiſſione languidas:naturale eſt auide eſurire:cibꝰ aūt eaꝝ eſt imber.Et infra cōcludens ait:Qui ergo dixit hyemes ſerenas optādas non arboribꝰ uota fecit: nec ꝑ ſolſtitia ībres uitibꝰ cōducūt.hæc ille:q & plura de his ꝓſeqtur.Eſt etiā mœſia cū.œ.diphthongo ꝓuīcia iuxta macedoniā pānoniæ cōtermina:quā ſuperiorē mœſiā uocāt:& ē alia quæ inter danubiū uerſus orientē uſq; ad tyras fluuium portendit᷑:quæ mœſia inferior uocitatur.

Morphoſis cū.ph.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:dicit᷑ a noſtris mutatio:& ideo morphea:ea dicit᷑ infirmitas:q̄ mutatio fit coloris in colorē:aliquādo tumorē:& idē metamorphoſis trāſmutatio ſeu uerius trāſformatio.

Mucro cū.c.exili ſcribitur:qdā græcū dicunt:& a μακρον:quod eſt longū deducūt.Nam ut oſtendere uidet᷑ Seruiꝰ ſup.xi.æneidos:pars eſt lanceæ oppoſita cuſpidi:unde cū in Pallantis funere diſpoſuiſſꝫ Aeneas uerſis arcades armis ait Seruius:lugentiū more mucronē haſtæ non cuſpidem cōtra terrā tenētes erāt ſcuta etiā inuertentes ꝓpter numina illic depicta:ne coꝝ ſimulachra cadaueris polluerent᷑ aſpectu:cū lugētiū mos ſit prioris habitus īmutatio:itaq; & ſi mortuis ſalue atq; uale dicerent:ut Aeneas ibideꝫ: Salue æternum mihi

maxime palla: Aeternũq; uale. Non id teſte Varrone dicebant: quod aut ualere: aut ſalui eſſe poſſent: ſ; qđ
ab his recedimus eos nunq̃ uiſuri: unde ortũ eſt teſte Seruio: ut etiã maledicti ſignificationẽ interdum uale
obtineat: ut Terentius: ualeãt q̃ inter nos diſcidiũ uolũt: hoc eſt ita a nobis diſcedãt: ut nunq̃ ad noſtrum re-
uertant̃ aſpectum. Ergo in uerbo uale quod mortuo dicebat̃: nõ etymologia conſiderãda eſt: ſed cõſuetu-
do: quod nullis uale dicimus: niſi a q̃bus recedimꝰ. Quare Donatꝰ expoſuit ſuper Terentio ĩ andria ubi di-
cit: Valeant q̃ inter nos diſcidiũ uolunt: hoc eſt abeant recedãt: q̃a diſcedentibꝰ & mortuis uale dicimꝰ: uel
potius cũ male operaturus eſſet cõſiderato patre honeſtius locutꝰ ẽ: & non dixit quod intereant pereãt: &
attende qđ moderate pluraliter dixit: cum ſignificaret patrem: ualeant renuntiationis: & imprecationis eſt
uerbum. hæc ille.

Mulcta cũ. ct. ſine aſpiratiõe ſcribitur: de quo Gellius circa initiũ libri. xi. noctiũ atticarũ inq̃t uocabulũ ipm̃
mulctæ. M. Varro in undeuigeſmo rerũ humanarũ: non latinum: ſed ſabinũ eſſe dixit. idq; ad ſuam memo-
riam manſiſſe ait in lingua ſamnitum: qui ſunt a ſabinis orti.

Mullus cum duplicato. l. ſcribit̃: genus eſt piſcis: qui græce myllos cum. y. græco ſcribitur: de quo Iuuenalis:
Mullum ſex milibus emit.

Muræna cũ unico. r. & æ. diphthongo in penultima ſcribitur: genus eſt anguillæ: quã Plinius. ix. naturalis hi-
ſtoriæ: dixit quocũq; menſe parere: cum cæteri piſces ſtatuto tempore pariãt. Oua eius (ut ait) citiſſime cre-
ſcunt. Refert etiam murænas ipſas in ſicco litore elapſas uulgus coitu ſerpẽtum impleri putãt. Et in eodem
libro dixit meliores apud nos in freto ſiculo capiuntur: quod Iuuenalis tetigiſſe uidet̃ cum ait in. v. ſatyra
Byrrhoni muræna datur: quæ maxima uenit Gurgite de ſiculo. Dixit etiam Plinius li. xxxii. murænam ha-
bere animã in cauda: eaq; icta celerrime examinari: a capitis uero ictu difficulter. Et alibi in eodẽ libro mu-
rænarum inquit uiuariũ priuatim excogitauit ante alios curuis: qui cœnis triũphalibus Cæſaris dictatoris
ſex milia numero murænarũ appendit. Et infra ſubdit apud baulos in parte baiana piſcinam habuit Hor-
tenſius orator: in qua murænã adeo dilexit: ut exanimatam fleſſe credatur. Et proſequit̃ in eadem uilla An-
tonia Druſi murænæ: quam diligebat in aures addidit: cuius propter famam nonnulli baulos uidere con-
cupiuerunt.

Mus græce ſcribitur mys: ſed nos illud. y. græcũ in noſtrũ. u. cõuertimus: & dicimus mus: q̃ latine ſorex dicit̃ a
corroſionis ſono: & facit apud nos diminutiuũ muſculus cum. c. exili.

Muſio cũ unico. s. & i. latino ſcribitur: dicit̃ & a græcis & a noſtris catus: quaſi καύτος id eſt cautꝰ. Sed ideo
muſio dictus quia muribus ſit infeſtus.

Muſchus cũ. ch. aſpirato ſcribitur: animal eſt ad ſimilitudinẽ muris binos tantũmodo dẽtes ex parte ſuperio-
ris mãdibulæ: & totidem ex parte inferioris detinẽs. ſuntq; flexi ad interiora: iuxta cuiꝰ umbilicum naſcitur
ſanguineum apoſtema inter carnẽ & corium: quod cũ pelle ablatũ precioſum muſchum cõficit.

Muſtela cũ. t. exili & unico. l. ſcribit̃: dici põt a noſtris ſorex longus. nam telon græce latine longum dicitur.

Muſa cũ unico. s. ſcribitur: & dicitur teſte Herodiano a μωσις: quod eſt inquiſitio. has nouem poetæ fuiſſe
dixerũt: ut Heſiodus in theogonia ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διός. hoc eſt nouẽ filiæ magni Iouis. Idẽ
Homerus libro. ii. iliados: Sed ponit Heſiodus earum nomina tribus in his uerſibus:

κλιω τ' ευτέρπη τέ θαλεία τέ μελπομένη τέ
τερψιχόρη τ' ερατώ τέ πολυμνια τ' ουρανιη τε
καλλιοπη θ' ἡ δε προφερεστάτη ἔστιν ἁπασάων.

Et exponũtur a commẽtatoribus græcis: ita ut Clio dicatur a cleos quæ eſt gloria ex rebus ſcilicet geſtis: ob
quod hiſtorica ab illis dicitur. Et nõnulli ex noſtris: Clio geſta canẽs trãſactis tempora reddit. Euterpe dele-
ctans interpretatur: & tibicinaria ponitur a græcis: quare ex noſtris quidã ait: Dulciloquis calamos euter-
pe flatibus implet. Thalia a latinis quibuſdam interpretatur capacitas: ſed a græcis commœdia uocatur: ut
Comica laſciuo gaudet ſermone thalia. Melpomene uero ut meditationẽ faciẽs ab illis tragica nũcupat̃ ut
Melpomene tragico ꝓclamat mæſta boatu. Terpſichore exultãs traducit̃: ĩoq; ab illis chithariſtria nũcupat̃:
ut Dulcia terpſichore citharis modulamia miſcet. Erato amore cantãs ut Cũ plectris erato ſaltat: canit: am-
bulat: & ſtat. Polyhymnia multe mẽoriæ dicit̃: & ob hoc Rhetoricos dictat polyhymnia muſa colores. Vra-
nia cæleſtis ĩterp̃tat̃: & aſtrologia a nobis dicit̃: ut Vrania canit cælos: & ſydera tãgẽs. Calliope uero pulchꝛ
carmẽ dici põt: & ob hoc poeſis a græcis cognõinat̃: ut carmia Calliope libris heroica mandat: quã p̃cellere
aliis dixit Heſiodus ĩ ultĩo uerſu: quẽ induximꝰ. Quod iõ fieri expoſuit cõmentator Ariſtarchꝰ: ꝙ reliquas
omnes intra ſe continet. Et cum hoc diuinam quãdam metro uim ſuperaddit. at uero poetæ nõnunq̃ pro-
prietates has confundentes unam pro reliqua ponũt. harũ mater Theſpis dicta fuit: unde & muſæ ipſe the-
ſpiades a poetis uocitãtur. Ouidius libro quinto metamorphoſeon: Theſpiades certate deæ. dicũtur etiã
pierides a nouem natabus Pieri: quas canendo uicerunt: ut Virgilius in bucolico: Dicite Pierides. dicuntur
etiam libetrides a fonte libetrio illis ſacro: qui teſte Solino eſt in magneſia: uel ut alii nõnulli uolunt a mon-
te ætoliæ. Virgilius in bucolico: Nymphæ noſter amor libetrides. dicuntur & aoniæ: ut in ea dictione uidi-
mus: quin & pegaſides a fonte pegaſeo: de quo in dictione Meduſa uidimus. Sappho ad Phaonẽ: At mihi
pegaſides blandiſſima carmina dictant. Sunt non ſolum fontes: ſed etiam montes dicati muſis: ut Virgilius

in quarto georgicoꝝ:Sed me parnaſi deſerta per auia dulcis Raptat amor.& alibi:Pandite nunc helicona deæ.Similiter Ouidius:Virgineus helicon.

Muſæus cum unico.s.&.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:fuit poeta antiquiſſimꝰ: & inſignis apud græcos: & tempore Orphei:ut Orpheus ipſe in argonautica atteſtatur:immo & unū ex argonautis fuiſſe oſtēdit.hunc nonnulli filium fuiſſe Apollinis atteſtantur. Alii Eumolphi cuiuſdam filium dicunt.inducuntque in teſtimonium illius epitaphium his uerbis traductum: Eumolphi dilecti filium habet phalericum ſolum Muſæū corruptū corpore ſub hoc tumulo.huius iucundiſſimū poema cōperi de amore Leandri:& Hero.

Muſicus cum.i.latino:&.c.exili ſcribit':& a muſa deducitur.

Ae cum.æ.diphthongo ſcribitur:dictio græca eſt: & pro utiq; ac certe ponit': ut apud Terentium in andria:næ illa illum haud nouit.idem ait:faciunt næ intelligēdo:ut nihil intelligant: quaſi faciunt profecto. Cicero de oratore libro tertio:næ ille haud ſane: quemadmodum uerba ſtruat: & illuminet a magiſtros iſtis requiret.Et cum apud græcos licet cum diphthongo ſcribat' breuis ſit:apud noſtros etiam eandem regulam obſeruat:& breuis more græco a noſtris poetis ponitur.Virgilius

Nabathea cum. th. aſpirato ſcribitur:regio eſt quæ ab arabia incipiens: quam intra ſe continet uſque ad mare rubrum ex latere dextro: & perſicum ſiniſtro:atque ex ſuperiori parte in indicum protenditur.& ut ſacræ litteræ atteſtantur a Nabaoth primogenito Hiſmaelis nomē accæpit. declinaturq; hæc nabathea huius nabatheæ regio:& inde nabatheus nabathea nabatheum.Ouidiꝰ libro metamorphoſeon primo:Eurus ad auroram nabatheaque regna receſſit.eadem olim mittebat elephantes: ut Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie:Dentibus ex illis quos mittit porta ſyenes:

Et quos depoſuit nabatheo bellua ſaltu.

Nanus prima ac ſecunda cum unico.n. ſcribitur:græcum eſt uocabulum teſte Gellio in decimooctauo noctium atticarum: quo uocauerunt breui atque humili corpore homines paululum ſupra terram extantes: quos latine pomiliones dicimus.

Narciſſus cum.c. exili &.i. latino atque duplicato .s. ſcribitur:fuit Cephiſi fluuii ex Lyriope nympha filius formoſiſſimus:de quo Ouidius in tertio metamorphoſeon libro:fabulam omnē elegantiſſime pertractauit.tetigit etiam Statius in ſeptimo thebaidos:& Seneca in Hercule furente.Sed alius fuit Narciſſus Claudii imperatoris libertus potentiſſimus ſane apud principem:ut uidimus in dictione Meſſalina.Et ditiſſimꝰ ut oſtendimus in dictione creta:unde ait de illo Iuuenalis in ſatyra quæ incipit Plurima ſunt fuſcine:ubi ait

Quod ſi non ſufficiunt tibi ſextertia quadringenta:
Nec crœſi fortuna unq;:nec perſica regna
Sufficient animo:nec diuitiæ narciſſi:
Indulſit cæſar:cui claudius omnia:cuius
Paruit imperiis uxorem occidere iuſſus:ut uidimus in dictione Meſſalina.

Naritia cum.t.exili:&.i.latino utrobique ſcribitur:fuit inſula in mari ionio ex regno Vlyxis.

Naſamones cum unico.s. ſcribitur:populi ſunt in libya iuxta auſchiſeos ex uno latere: & litora ſyrtium habitantes ex altero.Et ut ſcribit Herodotus in quarto hiſtoriarū:Sique naues infœliciter actæ uenerint ſyrtibus inuolutæ eas ſpoliant:Sicque per rapinam cum aliis habent commercia ſpoliando. Quod Lucanus tetigit in octauo:cum ait:

Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exerit herbas
Quas naſamon geos dira legit:quæ proxima ponto
Nudus rura tenet:quem mundi barbara damnis
Syrtis alit:nam litoreis populator arenis
Imminet:& nullos portus tangente carina
Nouit opes:ſic cum toto cōmercia mundo
Naufragiis naſamones habent.Idem Plinius in.v.naturalis hiſtoriæ confirmauit.

Naſtes cum.t.exili ſcribit':fuit frater Amphimachi:& filiꝰ Nomionis:& teſte Homero in.ii.iliados:ex his unꝰ qui in troianorum auxilia conuenere.

Nauci cum.au.diphthongo &.c.exili atque.i.latino ſcribit': ſignificat putamen nucis: & pro nihilo accipit'. Plautus in muſtelaria:Qui homo timidus erit in rebus dubiis nauci non erit.idem in truculento.Tympanotrimpa amas hominem non nauci.

Nauis a græco deſcendit quod eſt ναῦσ.

Nauigium cum.i.latino ſcribitur:dicitur nauis ductio.nam cum ἄγω:quod eſt duco componitur.

Nauta cum.t.exili ſcribit':& ſæpe ab antiquis nauita dicitur.

Nauclerus cum.c.exili ſcribit':dici poteſt nauicularius:quaſi nauis cleros ideſt ſors.idem etiam græce nauarchos p.ch.aſpiratum.i.nauis princeps dicitur.

Naumachia cū.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicit' a noſtris bellum nauale ſeu magis prælium. Et compo-

nitur ex ναῦσ:quod eſt nauis:& μάχη bellum.

Nauſica cũ.i.latino &.c.exili ſcribit̃:& apud Homerũ duplicat̃ aliquãdo.a.in fine:ac dicit̃ nauſicaa: fuit Alcinoi phæacũ regis filia:dicente Homero i.v.odyſſeæ ναυσικάα θυγάτηρ μεγαλήτοροσ ἀλκινόοιο hoc eſt Nauſicaa filia magnanimi Alcinoi.unde ait Martialis in.xii.
Si mihi nauſica patrios concederet hortos
Alcinoo poſſem dicere malo meos:de qua in dictiõe Aeneas uidimus.

Nauſithous cũ.i.latino &.th.aſpirato ſubſequente.o.uocali ſcribitur:fuit Neptuni filiꝰ ex Periboa Eurymedontis filia:ac Homero teſte li.vii.odyſſeæ:Alcinoi phæacum regis pater.

Naxos cũ.x.cõſonante ſcribit̃:inſula eſt in mari ægæo una ex cycladibus:cũctas alias uini fertilitate exuperãs.unde Virgilius in.iii.æneidos inquit:Bacchatemq; iugis naxon.

Neæra prima ſine diphthongo:ſequẽs cũ.æ.diphthongo ſcribit̃:nomen eſt fœminæ:quæ teſte Homero lib.xii.odyſſeæ:peperit Soli duas filias Phætuſam ſc3:& Lampetiã:quæ armẽta Solis trãſeunte Vlyxe apud ſiciliã cuſtodiebãt:unde eodẽ mõ ſcribendũ eſt apud Virgiliũ in bucolico:Ipſe neæram dum fouet.

Nebrodes cũ.e.abſq; diphthongo &.o.poſt.r.& ante.d.ſcribit̃:dicunt̃ ꝓprie apud græcos damarũ pelles:a qbus bacchantes ipſæ cognominatæ ſunt:qa illis utebant̃:ut uidebimus in dictione orgia.

Nectar cũ.c.&.t.exilibus ſcribit̃:dicitur deoꝝ potio:quæ teſte Feſto a noſtris murrina dicebat̃:& ut qdã putant:ex uuæ genere murrinæ cognominata.

Necos cũ.c.exili ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarum.ii.filius Pſammetici:& ægypti rex:cui filius Pſammis in regno ſucceſſit.

Neciphyle ſecũda cũ.i.latino:ſequens cum.ph.aſpirato &.y.græco:ultima cum unico.l.ſcribitur.

Neleus prima cũ.e.abſq; diphthongo & cũ unico.l.ſcribit̃:fuit rex in pylo:& teſte Homero i.xi.odyſſeæ:habuit uxorem Chlorim:ex qua genuit Neſtorẽ:Chromiũ:Periclymenẽ:Agerochũ:& Peronẽ. Et ut Neſtor ipſe apud Homerũ in.xi.iliados enarrauit:Hercules eius domũ:& patriã euertit: ita ut ex duodecim fratribus ipſe ſolus remãſerit:& a Neleo patronymicum neleides deriuatur.

Neomenia abſq; aliqua diphthõgo & cũ.i.latino ſcribit̃:dici põt a nobis nouiluniũ. Nã cõponit̃ ex neos:qđ eſt nouus & μηνία:quæ eſt menſtrua:hoc eſt luna a μὴν:qui mẽſis dicit̃ deriuata:eo quod ſingulo menſe a mulieribus defluant.unde μηνιαῖοσ menſtruoſus a nobis dicitur.

Neptolemus cũ.t.exili & unico.l.ſequẽte.e.abſq; diphthongo ſcribit̃: dictio eſt cõpoſita ex neos q eſt nouus & ptolemus miles:quaſi nouus miles.nam πτολεμῶ apud æoles idẽ ẽ:quod apud atticos πολεμῶ ideſt pugno:& fuit nomẽ ꝓpriũ filii Achillis ex Deidamia: qui deinde teſte Seruio ſup.ii.æneidos: a capilloꝝ q̃litate dictꝰ ẽ Pyrrhus. Ouidiꝰ i octaua heroidũ epiſtolaꝝ:Pyrrhus achilleides animoſus imagine patris.

Neophytus cũ.y.græco &.t.exili ſcribitur:dici põt a nobis nouellus.Nam cõponit̃ ex neon:quod eſt nouum & φυτὸν germen ſiue planta.

Nepa uel more græco nepes:cũ.e.abſq; diphthongo ſcribit̃:dicit̃ teſte Seruio apud nos ſcorpio.huiꝰ græcũ genitiuũ diuiſit Cicero in arato more græco cũ ait:Atq; oculos urget pedibꝰ pectuſq; nepai:ꝑ nepæ.

Nephreſis abſq; diphthongo & ſimplo.s.ſequẽte.i.latino ſcribit̃: eſt renũ paſſio: quam latine traductã com peri rien huius rienis.nam a νέφροι:quæ ſunt renes deducitur.

Neptunꝰ cũ.t.exili & unico.n.ſcribit̃:nã penultimã corripit:nõ eſt dictio græca:uel ab illis originẽ trahens: Sed teſte Ballo apud Ciceronẽ in.ii.de natura deoꝝ:a nãdo paululũ primis litteris imutatis deducit̃:ut uidimus in dictione deus:fuit Saturni filius ex Ope.de eodẽ Varro de lingua latina ſic ait: Neptunus ẽ deus maris:uel ipm mare dictũ:quod terras nubat ideſt cooperiat.

Nereus pria abſq; diphthongo ſcribit̃:fuit teſte Heſiodo in theogonia marinus deus Oceani:& Tethyos filius:ac Chlorim ſororẽ uxorẽ accæpit:ex qua nymphas plures ꝓgenuit.hũc oim ãtiquiſſimũ dixit Orpheꝰ in argonautica cũ ait: νηρέα μὲν πρώτιστα καλῶ πρεσβύστον ἁπάντων: ſ3 de filiis Oceani:& Tethyos Orpheũ intellexiſſe puto:ut Heſiodꝰ ipſe in theogonia q ait πρεσβύτατον παῖδον ideſt antiq̃ſſimum filiorum ſc3 Oceani:& pro mare noſtro mediterraneo accipitur.

Nereides cũ.i.latio ſcribit̃:patronymicũ ẽ fœmininũ a Nereo deductũ & ſignificat filias Nerei:quæ nymphæ fuerũt æquoreæ.Martialis in primo:Luſit nereidum docilis chorus æquore toto. Ouidius in heroidibus: Vtq; celer redeas uirides nereidas oro.

Neritos cũ.i.latino &.t.exili ſcribitur:mõs ẽ teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſtoriæ:in ithaca inſula:qđ nomẽ nõ nunq̃; ꝓ tota inſula capi uidet̃ Virgiliꝰ in.iii.æneidos:Iã medio apparet fluctu nemoroſa iacynthos: Dulichiũq; ſameq;:& neritos ardua ſaxis.at neritum teſte Plinio eodẽ li.oppidũ fuit percelebre i acarnania pte epiri:poſtea dictum leucas:ut in ipſa dictione uidimus.

Neſtor cũ.t.exili ſcribitur:fuit teſte Homero in.xi.odyſſeæ:Nelei filiꝰ ex Chlori uxore:q ut idem Homerus i ii.iliados ait:cum quinquaginta nauibus ex pylo contra troianos uenit:q̃q̃; in tricenteſimo anno eſſet:ipſo tunc dicente apud Ouidium in.xii.metamorphoſeos: Vixi annos bis centum & nunc tertia uiuit̃ ætas. Et Iuue. in ſatyra Omnibꝰ in terris inquit:Rex pylius magno ſi quicq̃; credis homero.Exemplum uitæ fuit a cornice ſecũdæ ideſt fuit exemplum ſecũdæ uitæ citra cornicẽ.nã fuit ut refert Plinius.vii.naturalis hiſtoriæ

Heſiodus qui primꝰ de hoc aliqua prodidit fabuloſe: ut reor multa de hoiũ æuo referẽs cornici nouẽ no
ſtras attribuit ætates quadruplũ eius ceruis: id triplicatũ coruis: & reliqua fabuloſius in fœnice ac nymphis
citra cornicẽ: ergo eſt ætas hoiũ quæ primũ præbet uitæ exẽplum: ea triplicata uitã facit Neſtoris: qđ ſecũ/
dæ uitæ dat exẽplũ. Et Neſtoris uita triplicata eã quæ cornicis ẽ ideſt nouem hoiũ ætates. ut Ouidius:
Ora capitq; nouem cornicis ſæcula paſſæ.

N eſtus cũ. t. exili ſcribit᷑: fluuius eſt thraciæ a ſtrymone ſecus abderã ciuitatẽ fluẽs: ubi quondã Diomedes eqs
hoſpites ſuos dare ſolebat in cibum: de quo Heſiodus in theogonia meminit.

N iæthos prima cum. i. latino: ſequens cum. æ. diphthongo: ultima cum. th. aſpirato ſcribitur: fluuius eſt teſte
Theocrito: quem expoſitores dicunt eſſe in ſicilia.

N icander cũ. i. latino & c. exili ſcribitur: fuit poeta græcꝰ: quẽ Didimꝰ fabuloſum uocat: hic a nuptiis Iunonis
& Iouis incipiens: oẽs deoꝶ ſucceſſus uſq; ad ſua tpa pertractauit: quẽ in multis Virgi. imitat᷑: & in captura
troiæ: & in fabula Endymionis: ſed qa nimiũ fabuloſus inquit Virgilius: Si credere dignũ eſt: Pan deus ar/
cadiæ captam te luna feſellit.

N icanor cũ. i. & c. exili ſcribitur: fuit Seleuci macedoniæ regis cognomẽ: quaſi uir uictorioſus. Nam nice ui/
ctoria eſt: & ἀνηρ uir.

N icearchꝰ pria cũ. i. latino: ſequẽs cũ. c. exili: ultima cũ. ch. aſpirato ſcribit᷑: fuit pictor ſua ætate eximiꝰ. hic iter
alia Venerem inter gratias: & Cupidinem pinxit: & Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia: & interpretatur
nomen: quaſi uictoriæ princeps.

N icteria cũ. i. latino ubiq;: & abſq; aſpiratiõe ſcribit᷑: ornamẽta ſunt quædã uictoriæ. Iuue. i. ii. ſatyra: Et cero
matico fert nicteria collo. Nam a νικη quæ eſt uictoria deducitur: cum terminatione ſimilium nominꝫ in
eria: ut filateria: frabateria: & ſimilia.

N ico cũ. i. latino & c. exili ſcribit᷑: fuit tarantinus qdam tpe Hãnibalis: de quo ſatis Liuius.

N icos eodẽ modo: ut ſuperior: ſed cum. s. in fine ſcribitur: fuit ciuitas in aſia.

N icomachꝰ ultima cũ. ch. aſpirato ſcribit᷑: quaſi bello uictor dicit᷑ μάχη enĩ eſt pugna: νικη uictoria: fuit hoc
noĩe Ariſtotelis pater medicinæ artis pfeſſor & Amyntæ regis medicꝰ: q pater fuit Philippi patris Alexandri.
alius fuit Ariſtotelis filius: cui æthicã iuſcripſit. alius fuit pictor ſua ætate nobilis: ut teſtat᷑ Pliniꝰ li. xxxv. na/
turalis hiſtoriæ: fuitq; filius Ariſtocheni: atq; illiꝰ diſcipulus: nec aliũ ĩ ea arte ueociorẽ fuiſſe dixit: pinxitq;
inter alia raptum Proſerpinæ: quæ tabula fuit in capitolio in Mineruæ delubro.

N icomedes cum. i. latino & c. exili ſcribitur: fuit rex bithyniæ:

N icophanes eodẽ modo ſcribit᷑: fuit teſte Plinio li. xxv. naturalis hiſtoriæ: pictor ſua ætatẽ eximiꝰ: ſꝫ arte mul
tum: & a Zeuſi & Apelle diſtans.

N icoſtrata cũ. i. latino & abſq; aſpiratiõe aliqua ſcribit᷑: interpretat᷑ quaſi uictorioſus exercitꝰ. fuit mater Euã
dri arcadis futurorum uaticinatrix: quæ a carminibus qbus Phœbi oracula ſignificare ſolebat: Carmentis
latine dicta fuit uel (ut alii nõnulli uoluerunt) a carpento quo utebatur: ſic quoque fuit cognominata: ut in
dictione Carmentis uidimus. hæc (ut in initio horum cõmentariorum uidimus) latinis primũ litteras dedit

N yctileus prima cum. y. græco: ſequens cum. c. & t. exilibus atque. i. latino ſcribitur: cognomen fuit Bacchi
ab eius ſacris: quæ nocte celebrabantur acceptum. unde Ouidius libro primo de arte: Nyctileumq; patreꝫ
nocturnaq; ſacra precare. Virgilius in quarto georgicorum: Inter ſacra deum nocturnique orgia bacchi.
Nam νύξ græce: & in genitiuo νυκτος a nobis nox huius noctis dicitur. Et inde nyctileus ideſt noctur/
nus deducitur.

N yctimene eodẽ modo uti ſuperior dictio ſcribitur: & fuit puellæ nomen: quæ cũ patre cõcubuit: ſed facinꝰ
recognoſcens aufugit in ſiluas: & lucem exoſa: non niſi nocte uolat.

N ycticorax prima cum. y. græco: reliquæ ſine aſpiratione: & cum. i. latino ſcribunt᷑: nonnunq̃ etiam a noſtris
dicitur nocticorax cum. o. loco ipſius. y. græci. interpretaturq; nocturnus coruus: κόραξ enĩ a noſtris cor/
uus dicitur. nam auis eſt nigra: & ſola nocte uolans atq; clamans.

N yctoris prima cuꝫ. y. græco: ultima cũ. i. latino: reliꝗ ſine aliꝗ aſpiratiõe ſcribuntur: deſinitq; in. s. & nõ in. x.
fuit regina babyloniæ: quæ teſte Herodoto li. hiſtoriaꝶ prĩo: ſola poſt Semiramim fœmina ibidẽ regnauit.

N ilus cum. i. latino & unico. l. ſcribitur: ſed apud græcos prima diphthongum habet ei: quæ apud nos abiici
ens d: ſolam. i. productam retinet. nam dictio eſt compoſita ex neos qui eſt nouus: & ilys limus: ubi abiecta
ultima ſyllaba primæ dictionis remanens. e. cum. i. ſequentis dictionis diphthongum facit: ita ut dicat᷑ no/
uus limus: ſcilicꝫ inundationis tempore. Quod Virgilius in nono æneidos tetigiſſe uidetur: cũ ait: Aut pin
gui flumine nilus. nam prius teſte Seruio ſuper. iiii. georgicorum: melo dicebatur. quo nomine illum Sene/
ca de ſitu indiæ uocitauit. Et eſt fluuius ægypti ex maioribus totius orbis: cuiꝰ teſte Lucano in decimo: Arca/
num natura caput non prodidit ulli: ſed immenſa aquarum mole ſingulis ãnis ſole exiſtente in cancro totã
ægyptum exundat. Et ut ait Virgilius in. iiii. georgicorum: Diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora Vſq; co/
loratis amnis deuexus ab indis ideſt nigris æthiopibus.

N imbus nõ ẽ dictio trahens originẽ a græcis: ſed mere latina: ideo cum. i. latino neceſſario ſcribitur.

N ympha cũ.y.græco ſcribitur:latine dicitur ſponſa. Sed putauerunt antiqui nymphas aquarũ eſſe deas: q̃ſi lympharũ numina.unde teſte Seruio in Tityrum oĩbus aquis præſunt. Varro uero nymphas eſſe dixit:quas & muſas:nec imerito cũ teſte eodẽ Seruio ſuper ſeptimã æglogam:aquæ mot⁹ muſicã faciat. Quare idem Varro tres tantũ muſas cõmemorauit. Vnam quæ ex aquæ naſcit̃ motu. Aliã quæ ex ſonu fit aeris percuſſu Tertiam quæ mera tantũ uoce conſiſtit. Ex quo Virgilius muſas ipſe uelut nymphas nõnunq̃ inuocauit: cũ ait in bucolico:Nymphæ noſter amor libetrides.

N iobe cũ.i.latino ſcribitur:fuit filia Tantali:& ſoror Pelopis:uxorq; Amphionis:ut in ea dictione uidimus: hæc teſte Diodoro ſiculo libro hiſto.v. Filios ſeptem & totidẽ filias peperit ſummo decore præſtãtes: unde tali prole ſuperbiens admodũ gloriabat̃ ſe Latonæ præferens numero filiorũ:itaq; ira motam fabulæ Latonam ferũt Apollini ut Niobis filios:Dianæ ut filias arcu interficerent mãdaſſe:qb⁹ matri obtẽperantib⁹ contigit eodẽ tẽpore:& abundare filiis Nioben & carere.

N ireus cũ.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero li.iliados.ii.oĩum græcorũ:q ad troiam nauigauerunt ſpecioſiſſimus:infra tamẽ Achillẽ:ſed quia imbellis erat:pauci eum ſunt ſecuti.

N iſa cũ.i.latino & unico.s. ſcribitur:fuit teſte Homero li.iliados.ii.urbs hellados: eſt etiam nomen fœminæ: de qua Virgilius in damone:Mopſo niſa datur.

N yſa cũ.y.græco & unico.s. ſcribitur: fuit teſte Diodoro ſiculo li. hiſtoriarũ prio:urbs fœlicis arabiæ ꝓpinqua ægypto:unde & græci a patre ideſt Ioue hoc eſt dic:& loco ideſt nyſa Dionyſiuʒ appellant.huius urbis Homerus q in ægypto fuit:in ſuis hymnis meminit:dicens eſſe nyſam urbẽ ſupra montẽ excelſum ac florentem longe a phœnicia:ferme ægypto cõterminũ:in qua ſane urbe uineæ fuiſſe inuentorẽ Dionyſiũ dicunt. Quẽ græci Bacchũ:ægyptii Oſirim fuiſſe aſſerũt:unde & unus ex duobus parnaſi collibus deo Bacchodicatus nyſa dicit̃:q & alio nomine cithæron cognominatus fuit:ut uidebim⁹ in dictione parnaſus.

N yſus eodem mõ ſcribit̃:& eſt Bacchi cognomẽ a nyſa urbe fœlicis arabiæ:ut in præcedenti dictione uidim⁹ cognominatus.

N yſæa prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Herodoto & Curtio urbs clariſſima i india a Libero patre cõdita ſub radicib⁹ montis:quẽ meron uocant:id quoq; nomẽ a cognomine cõditoris ſortita:at uero ægyptii teſte Diodoro Oſirim:q & Dionyſi⁹ cognominat⁹ fuit:illius conditorẽ in memoriã illius:quæ erat ĩ ægypto fuiſſe aſſerunt:in qua & hederam plantaſſe dicunt.

N iſus alius q Hyrtaci fuit filius:ut ĩ ea dictiõe uidimus:cũ.i.latino ſcribitur:& ſimiliter Niſa pro fœmina:ut ſuperius uidimus.

N iſæus prima cum.i.latino:ſequens cum.æ.diphthongo ſcribitur:locus eſt teſte Herodoto libro hiſtoriaruʒ vii.inter medos:ubi magni & pulcherrimi equi naſcuntur.

N iſæ eodem modo ut ſuperior dictio ſcribitur:nomen eſt nymphæ proprium:de qua Virgilius circa finem v.æneidos meminit cum ait:Niſæeq; thaliaq; cymodoceq;.

N iſyrus inſula ẽ teſte Homero li.iliados.ii.quã expoſitores circa eoum eẽ dicũt:& optimũ uinum ꝓducere.

N oes cũ.oe.diuiſis ſyllabis ſcribitur:fluuius ẽ thraciæ teſte Herodoto li.hiſtoriarũ.iiii.q in iſtrum defluit.

N onacria cũ.e.exili &.i.latino ſcribitur:eſt teſte Lactantio grammatico ſuper.iiii.thebaidos : nomen loci ſeu agri arcadiæ:in quo Iuppiter in ſpeciem Dianæ conuerſus cũ Caliſtone Lycaonis filia cõcubuiſſe narratur. nõnulli uero & pro tota arcadia capiunt atq; ex latino:quod eſt nouẽ: & græco qd̃ eſt ακρη ideſt uertices: hoc eſt montes compoſitum uolunt:quaſi nouem ſit montib⁹ redimita. Sed cõſtat plures in ea eſſe ut uidimus in dictione arcadia.

N oricum cũ.i.latino &.c.exili ſcribitur:regio eſt macedoniæ:hæc teſte Plinio li.iii.naturalis hiſtoriæ:ẽ cõtermina dalmatiæ:atq; mari ionio:de qua ſic meminit Virgilius in fine libri georgicorũ tertii cũ ait:Tum ſciat aereas alpes & norica ſi quis Caſtella in tumulis.

N otion cum.t.exili &.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Homero in.ii.iliados urbs in æolia.

N otus cum.t.exili ſcribitur:uentus eſt meridionalis nebuloſuſque & humectus. Et teſte Gellio græce notus: latine humor dicitur.

N othus cũ.th.aſpirato ſcribitur:quẽadmodum latine dicendũ ſit:teſte Seruio ſuper.vii.æneidos non habet̃ unde Virgilius in.ix.græcum uocabulum poſuit cũ ait:Et primum antiphaten is eni ſe primus agebat,Thebana de matre nothum ſarpedonis alti.& in.viii.Suppoſita de matre nothus furata creauit.

N ox ut in primo horum cõmẽtariorum libro uidimus a græco per conuerſionẽ.y.græci in.o.noſtrum deducitur:& teſte Varrone:hæ noctis ſolidæ ſunt partes:ueſpera:cõticinium:intempeſtum:galliciniũ: diei uero lucifer:mane:ortus:meridies:occaſus:crepuſculum uero quod eſt dubia lux a crepero : quod dubium deſcendens:licet utriq; tẽpori poſſit cõiungi:uſus tamen teſte Seruio ſuper.ii.æneidos obtinuit:ut matutino iungamus.at Lucanus ab ea cõſuetudine diſſentire uidet̃:cũ ait:Longa repcuſſo nituere crepuſcula phœbo.manum uero unde eſt mane:bonum dixerunt ueteres.

N umidia cũ.i.latino utrobiq; ſcribitur:& originem trahit a uocabulo græco:quod ẽ νόμαδεσ: & paſtores deſignat:unde νόμη apud græcos pabulũ dicitur:inde Plinis li.v.naturalis hiſtoriæ:numidæ uero ingtno

mades a ꝑmutandis pabulis dicunť:& mapalia ſua hoc eſt paluſtres domꝰ ſunt circũferẽtes.hæc ille.Quare ab νομη nomedia magis dicenda uidereť:cũ.o.poſt.n.in prima ſyllaba:ſed nos in.u.noſtrum traduximus & numidiã diximus:habetq; ab ortu ſyrtes ꝙſdã ꝑuas:unde regio carthaginẽſes incipit a ſeptẽtriõe mare:quod uerſus ſardiniã tendit:ab occaſu mauritaniã:& a meridie æthiopiam:nec teſte Plinio præter marmoris numidici ferarũq; ꝓuentũ aliud inſigne habet.Sunt in ea clare urbes hippon:rhegyum:& ruſticacla.

N umiſma cum.u.a nobis unico ſequẽte.m.&.i.latino ſcribiť:ꝙq; a græcis cũ.o.poſt.n.& ante.m. ſcribať uidelicet nomiſma.Nam a νόμος quod eſt lex deriuari dicunt.Quam ſane ſcripturã: & Horatius ipſe ſeruauit cũ ait Regale nomiſma philippos.At alii cum.u.ſcribũt:& breuẽ primam cõſeruant: ut Martialis libro epigrammatum primo:

Cum data ſint equiti bis quinq; numiſmata quare
Bis decies ſolus ſextiliane bibis:a quo ſane:ut pluribus placet

N ummus cũ duplicato.m.deriuať.quod ideo duplicare diciť:ut primã ꝓducere poſſit. Perſius ĩ ſatyra quæ ĩcipit Hic mos eſt: Credere tum nũmos marco ſub iudice palles.Erantq; nũmi ærei:argentei:& aurei atque ex his mixti.Et ut refert Plinius.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ:Populus romanus ne ꝗdem argento ſignato ante Pyrrhum regẽ deuictũ uſus eſt libera:unde etiã nũc libella diciť:& dipondius appẽdebať aſſis.Quare æris grauis pœna dicta:& adhuc expenſa in rõnibus dicunť.Quin etiã militum ſtipendioꝵ:hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores libripendes dicunť.Seruiꝰ primꝰ ſignauit æs:antea rudi uſos romæ Timæus tradit ſignatum eſt nota pecudũ:unde & pecunia appellať:maximus cenſus.c.x.aſſiũ fuit illo rege:argentũ ſignatũ eſt anno urbis quingenteſimooctogeſimoqnto.Qu.Fabio.cos.qnq; annis ãte bellũ primũ punicũ. Et placuit denarius ꝓ decẽ libris æris:qnarius ꝓ qnq;:ſextertiũ ꝓ dipondio ac ſemiſſe.libræ autẽ pondus æris iminutum bello punico primo cũ ĩpenſis reſpublica nõ ſufficeret.Nota æris fuit ex altera ꝑte Ianus geminus: ex altera roſtrũ nauis:in triente uero & quadrãte æs quadrãs ante triũcis uocať a tribus unciis.Poſtea Hãnibale urgente.Qu.Fabio maximo dictatore aſſes untiales facti.Placuitq; denariũ ſexdeciꝫ aſſibꝰ ꝑmutari: qnarium octenis:ſextertiũ quaternis:ita reſpublica dimidiũ lucrata eſt.In militari tamẽ ſtipendio ſemꝑ denariꝰ ꝓ decẽ aſſibꝰ datꝰ.Nota argenti fuere bigæ:atq; quadrigæ.Et inde bigati ꝙdrigatiq; dicti:mox lege papiniana ſemiũciales aſſes facti.Licinius druſus ĩ tributo plæbis octauã ꝑtẽ æris argento miſcuit.Aureus nummus poſt ãnũ ſexageſimũſecũdũ ꝑcuſſus eſt. Sed præter alia inqt Pli.miror populũ romanũ uictis gentibꝰ ĩ tributo ſemꝑ argentũ nõ aurũ ĩperaſſe:ſicut carthagini Hãnibale uicto argenti põdo ãnua ĩ qnqͣginta annos:nihil auri:& infra ſubdit auri ĩ populi romani Aerario fuerũt.Sex.Iulio.L.aurelio.cõſſ.ſeptẽ ãnis ante punicũ bellũ tertiũ pondo ſeptingenta uigintiſex argenti nonagintaduo milia.Et extra numeꝵ trecenta & ſeptugintaqnq; milia.Itẽ belli ſocialis initio octingentaꝙdragintaſex auri pondo Cæſar primo introitu in ciuili bello ex ærario ꝓtulit.Lateꝵ aureoꝵ trigintaſex milia:& in numero pondo trecenta:nec fuit aliis tẽporibus reſpu.locupletior.Intulit & Aemiliꝰ Paulus Perſa rege macedoniæ deuicto prædã pondo triũ milium:a quo tꝑe populus ro.tributũ petere deſiit:& ut idẽ Plinius atteſtať:q primo denarium ex auro ſignauit:latet auctore incerto.

N umitor cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit albanorum rex:& frater Amulii.

Littera apud græcos duplicis eſt formæ:ut in primo horũ cõmẽtarioꝵ li.oſtendimus. Nos uero unius tantũ habemꝰ:ut & illi antiquitꝰ habuerũt:quã aſpirãtes articulũ maſculinũ cõficiũt:& quã alterius formæ adinuenerũt:atq;.o.magnũ uocant:cũ ſolũ ꝓferunt ſemper ſine aſpiratiõe ſcribũt:& ꝓ aduerbio capiũt.Nos uero nunq; ſolũ.o. aſpirare cõſueuimꝰ:ſed ꝓ aduerbio ſemper aſſumimus. Quandoq; ꝗdã uocãdi: ut Virgi.in primo æneidos:O regina nouã cui condere Iuppiter urbẽ Iuſtitiaq; dedit.Perſius in prima ſatyra:Quiſqs es o mõ quem ex aduerſo dicere feci ideſt o tu.quãdoq; uero optandi:ut Virgi.in.viii.Aſſis o placiduſq; iuues:numina firmes.Quãdoq; etiã ĩdignãdi ut Cicero li.inuectiuaꝵ primo:O tẽpora o mores.Perſius in.i.ſatyra:O mores:Vſq; adeo neſcire tuũ nihil eſt:niſi te ſcire hoc ſciat alter.Aliquãdo aũt & ꝓ aduerbio poniť admirãdi:ut Iuue.O qualis facies:& quali digna tabella:& Perſiꝰ:O curas hoiuꝫ.nã ĩmoderatas ſollicitudines admirať:ꝙs græci μελεδῶνας uocãt eo quod μέλη ἔδουσιν ideſt mẽbra corrodũt:iõ apud nos curæ:quod cor urant uel rodãt uocanť:ob qđ & ꝓ amore nõnunq; poniť.Virgi.in.iiii.æneidos:At regina graui iã dudũ ſaucia cura:Et ueneris iuſtiſſima cura.nõnunq; uero & curare ꝓ reficere dicimus:ut Virgi.in.iii.æneidos:Corpora curamꝰ feſſos ſopor irrigat artus.Idem in.iiii.georgicoꝵ:Tum tecta petunt:tum corpora curant.

O axus cũ.a.poſt.o.& ante.x.cõſonãtẽ ſcribiť:ciuitas ẽ cretæ:ĩ ꝙ teſte Herodoto li.hiſto.iiii.Etearchus pater Phronimæ regnauit:quã dixit matrem fuiſſe Bati:q cyrenem libyæ urbem ædificauit:de quo in dictiõe Batus:& dictione cyrene uidimus.

O belus cũ.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribitur:diciť latine ueru.Et inde obeliſcus diminutiuũ nomine magis ꝙ re:cum magnæ moles obeliſci:dicantur:ut in ſequente dictione uidebimus.

O beliſcus cū.i.latino &.c.exili ſcribit᷑:eſt teſte Ammiano Marcellino reꝝ geſtarum li.xvii.aſperrimus lapis in figurā metæ cuiuſdam ſenſim a ꝓceritate in excelſum cōſurgens:& ne radiū imitet᷑ paulatim gracileſcens: ſpecie quadrata in uerticē ꝓductꝰ anguſtū:manu leuigatꝰ artifici. Obeliſcos fuiſſe plures romæ cū hiſtoriæ: tum res ipſa indicat. Sed q integri corruptiue aut fuerint:aut nūc cernūtur:a thebis:ac aliis ægypti urbibus ꝓductos fuiſſe Pliniꝰ in naturali hiſtoria & præfatꝰ Ammianus oſtēdūt. Sed de eo q quoq; in uaticano iuxta baſilicam beati Petri cōſpicit᷑:& corrupte ab inſciis iulia uocitat᷑. Pliniꝰ ipſe li.xxxv. meminit: atq; illū tertiū ex maioribꝰ ponit:qui unq̄ romæ aduecti fuerūt. Et li.xvi.ubi de arboꝝ magnitudine pertractat: hæc inqͭ uerba abies āmiratiōis præcipue uiſa eſt in naui:quæ ex ægypto Caii principis iuſſu:obeliſcum in uaticano circo ſtatutū abduxit:de qua naui plura ꝓſequit᷑:& nihil admirabilius in mari uiſum fuiſſe aſſerit. Ammianus uero in præfato li.cū thebarum ægyptiaꝝ ſitum:& ſucceſſum pulchrrime enarraſſet:ſubdit ī hac urbe inter labra ingētia diuerſaſq; moles figmēta ægyptioꝝ numinū exprimētes obeliſcos uidimꝰ plures:alioſq; iacentes & cōminutos:quos antiqui reges bello domitis gentibꝰ:aut ꝓſperitatibus reꝝ elati:montiū uenis uel apud extremos orbis incolas ꝑſcrutantes exciſos erectoſq; diis ſuperis dicarunt. Et in ſequētibꝰ idē auctor oſtendit obeliſcos nō ſolum a thebis romā aduectos:ſed Octauianū Auguſtū duos admirandos ex heliopoli urbe etiā ægyptia tranſtuliſſe. Quorū ut ait unus in circo maximo.alter in campo locatꝰ ē martio:& iucūdiſſima plura ꝓſequit᷑:quæ ſane referre longū eſſet. Plinius etiā i.xxvii.naturalis hiſtoriæ:refert Theophraſtum tradidiſſe in ægyptioꝝ cōmētariis reperiri fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcuꝫ e quattuor ſmaragdis quadraginta cubitoꝝ longitudine:latitudine uero in parte duorū in pte quattuor:id etiā prætereundū non ē:obeliſcos ut plurimū notis hierographis inſculptos fuiſſe:quas(ut præfatus Ammianus ait) undiq; inciſas initialis ſapientiæ uetus inſigniuit auctoritas. Nam multa uolucrū & ferarū etiam alieni mūdi genera inſculpebant:quæ uel regū gloriam ſequētibꝰ ætatibꝰ: uel eorū perſoluta uota monſtrabāt: non enim ut nūc litterarū formæ ac numerus præſtitutꝰ erat:qbꝰ quicqd humana mens cōcipere pōt:facile exprimitur:ſed ſingulæ litteræ apud illos quæ aīalium figuris deſignabant᷑:ſingulis nominibꝰ inſeruiebāt:& uerbis nōnunq̄ & integros ſenſus repræſentabāt. Nam p uulturē naturæ uocabulū pandūt:quia nullos mares poſſe inter has alites inueniri rōnes memorant phyſicæ:perq; ſpeciē apis mella conficientis regē indicabāt Cui cū iucūditate moderante aculei ineſſe debent:qn etiā & Seruio referente ſuper qntū æneidos p draconem in caudā reuolutum & illā mordētē ānum illi iidem indicabāt:cū in ſeipm eodē mō recurrat:ac conſumatur. Itaq; teſte Cornelio Tacito primi p figuras aīalium ægyptii ſenſus mentis effingebāt: & antiqſſima monumēta memoriæ humanæ īpreſſa ſaxis cernunt᷑:de qbus in dictione fœnices loquemur.

O bolus cū unico.l. ſcribit᷑:genus ē ponderis ſex continens ſiliquas:q & alio nomine ſcrupulus dicit᷑:de quo in dictione talentum late uidebimus.

O calea cū.c.exili & unico.l.& duabꝰ.e.ſubſequētibꝰ ſcribitur.fuit teſte Homero li.ii.iliados:boetiæ ciuitas.

O cha cū.ch.aſpirato ſcribit᷑:nomē eſt a græco deductuꝫ:ac a noſtris cōpoſitū ex illoꝝ maſculino articulo:qđ eſt.o.& χήν χηνοσ:qđ apud illos ideſt apud nos anſer huius anſeris: itaq; cōponētes antiqui noſtri.o.cū χήν:& in recto abiicientes ultimū.n.dixerunt ocha huiꝰ ochæ: nonnulli uero commutantes illud.o. in.au. diphthongon dixerunt aucha auchæ:p modū quē in.ii.horū cōmentariorū libro quum de.au. diphthōgo tractaremus declarauimus.

O ceanus cū unico.c.atq; illo exili &.e.abſq; diphthongo ſcribitur:dicit᷑ id mare:quod uniuerſam circuit terram:ob quod & ab ipſis græcis amphitrites etiā uocitat᷑:ut in ea dictione uidimus. Sed oceanus teſte Solino a uelocitate cognominatus eſt. Nam ὠκύσ unde oceanus dicit᷑:a noſtris uelox interpretat᷑. Sane ex hoc mari oīa nata fuiſſe dixit Heſiodus in theogonia:iuxta quod Virgilius in.iiii.georgicoꝝ inquit:Oceanūq; patrem rerum nymphaſq; ſorores. Homerus uero dixit in iliade illum deoꝝ patrem: & Tethym matrē:cū ait ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καί μητέρα τηθύν.dixit etiam ex ipſo oīum amniū fontiūq; curſus initium capere. Itaq; cū uniuerſam terrā circūeat:etiā ab occaſu Solis irrūpens mediā hāc noſtram habitabilē regionē amplis:& nominatiſſimis æquoribꝰ alluit. Et ſciſſis calpe atq; abila mōtibꝰ:quos colūnas Herculis nomināt īter hiſpaniā quā leuo latere radit:& mauritaniā circa quā dextro diffundit᷑: fretū prīo efficit longitudinis xv.miliū paſſuū:& latitudinis uix ſeptē:ut Pōponiꝰ atteſtat᷑. Ita ut facto quodam hoſtio limen apire dicat᷑. Et inde mediterraneis finibus īmixtus uſq; in orientem:& ſeptētrionem ꝓpellit᷑. Is ergo oceanꝰ q hiſpaniā perfundit:hibericus nominat᷑:ab ipſa ſcilicet hiſpania:quæ olim hiberia dicebatur:& circa inſulas baleares quas primo oſtendit balearicus dictus eſt. Deinde q narbonēſem prouinciam contingit gallicus:mox a liguria liguſticꝰ. Deinde uſq; ad ſiciliam tuſcus uocatur:quem græci tyrrhenum:Itali inferum nominarūt. inde inter ſiciliam & Italiam pergens ionicum mare incipit:ſed in leuum ex aduerſo ad illyricum adriaticuꝫ uerſus uenetias ſinū efficit. At ab initio adriatici ionii nomen accipiens:longa per ſpatia in aſiam uſq; protenditur:ut in dictione Ionium mare late uidimus. Ex altero uero ſiciliæ latere in cretam uſq; protentum ſiculuꝫ nominatur. Inde uero uſq; in mare pamphylicum ex leuo creticus dicitur:ex dextro uero uſq; in ægyptum ægyptius uocitatur. Sed ab Ionio iuxta græciam in ſeptemtrionem diffuſus crebras circuit inſulas. Quæ quia in formam capræ(ut quidā uoluit)diſponūtur:ægæi nomen aſſumpſit:uel alii potius uolūt ab Aegæo

athenarum

athenarũ rege:quẽadmodũ in ea dictiõe oſtendimꝰ. Deinde per helleſpõti anguſtias progreſſus:aſiá ipſam ab europa ſtricto ſecernit mari:quod helleſponticum ab Helle:ut in ea dictione uidimꝰ noiatur. Inde ĩ propontidem dilatatus mare aliud conficit:quod per cõtrarium euxinum nũcupatur: ut in eiuſmodi dictione deſcripſimus. Sed rurſum iuxta tauricam regionẽ reſtrictus:boſphorum alterũ efficit: qui chimæricus nominatur:ut in dictione boſphorus uidimus. Nam a boum meatibus peruiis boſphori nomẽ aſſumpſit: eo ꝙ ab uno litore in aliud cõmode tranare poſſunt:poſt boſphorũ uero palus eſt meotis magna quideꝫ & lata:in quã tanais fluuius influit:qui a ſeptẽtrione & ptibus ſcythicis ueniẽs: aſiam ipſam diuidit ab europa. At palus illa hyeme glaciatur. Et ut ait Virgilius:Puppibus illa prius patulis nũc hoſpita plauſtris. Sed diuerſis in locis eiuſmodi mare nomina habet plura & diuerſa:quæ etiam non eadem cauſa prodita ſunt. Nã aſiaticum mare eſt quod & phœniciũ ægyptiũq;:& pamphylicũ a prouinciis nomina accæpere. Ab inſulis balcaricum:ſiculum:carpathium:cyprum. A gentibus liguſticum:auſonium:tuſcum:dalmaticũ. Ab oppidis argolicum:adriaticũ:corinthium:tyrium. A caſibus hominũ myrtoum icareũ:helleſponticũ: & ut pluribus placet ægæum a memoria regis teſte Solino Ionium:licet Seruius non a memoria: ſed a caſu in illum dicere uelit. Nam ait ſuper.ii.æneidos:regem illum antiquiſſimũ in eo ſubmerſum mari nomen reliquiſſe: a tranſitu bouis:uel ab anguſtis meatibus boum paruiis boſphorus:a moribus incolarum: ut in ea dictiõe uidimus euxinus.ab ordine fluendi ꝓpontis:ut in dictione pontus uidebimus. Aegyptiũ pelagus aſiæ datᷣ gallicum europæ:aphrycum libyæ. Et hæc de mediteraneo. Sed rurſus in terræ circuitu oceanus ipſe aduerſis oris: quas amplectitᷣ diuerſa accipit nomina. Nam a litoribus ſuis arabicus:perſicus:indicus:eous:ſericus:ſcythicus:germanicus:atlanticus: & de reliquis eodem modo.at uero caſpium mare a caſpiis montibꝰ qbus adiacet dictũm eſt. Et id idem hircanum dicitur ab hircania ſibi cõtermina. Sed ut uolunt ãtiqui: qui nõdum ſufficienter ea loca perſcrutati fuere:ex oceano hyperborico anguſto ore in morem fluminis terras ingredienti conficitur. Qui uero diligentius iam eadem loca rimati ſunt:aſſerunt id eſſe mare uaſtiſſimuꝫ: quod nec ullum habet exitum:nec alicuius aquæ ſalſæ habet introitum:ſed ex ĩmenſis in ipſum cõfluentibꝰ fluminibus factum:quod Ptolomæus etiam uerum eſſe fatetur.

O cheſius cũ.ch.aſpirato & unico.s.ſequente.i.latino ſcribitᷣ:fuit Homero teſte ætolorum dux:uir lõge præſtantiſſimus:qui in bello troiano moritur.

O cyalus cum.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribitᷣ:fuit unus ex nominatis phæacibus tẽpore Alcinoi regis: ut oſtendit Homerus in.viii.odyſſeæ: & compoſitum eſt uocabulum ex ὠκύσ:qđ ẽ uelox: & ἅλσ mari:q̃ſi uelox ut mare.

O cimum cum.c. exili &.i.latino ſcribitᷣ:eſt teſte Plinio li.xix.naturalis hiſtoriæ:herba hortẽſis: quæ particulata etiam ab uno incipit:qua de cauſa diutiſſime floret:habetq; primã longam:cũ apud græcos ὤκυμον: cum.o.magno in prima ſcribitᷣ.

O cyroe cũ.c.exili &.y.græco ſcribitᷣ:fuit teſte Heſiodo ĩ theogonia nympha quædã Oceani & Tethyos filia

O cyron eodem modo ut ſuperior ſcribitᷣ:fluuius eſt in finibus arcadiæ.

O cyus cũ.c.exili &.y.græco ſcribitᷣ. Nam ab ὠκυσ græca dictione deducitᷣ:quam noſtri quidam antiquiſſimi uertentes.y.græcum in.u.noſtrum ocus traduxerunt. Sed a ſequentibus in uoce comparatiui traductũ fuit:hoc eſt remanente.y.græco.u.noſtrum addiderũt:nec latine poſitiuo utimur. Et aduerbialiter cito: & ꝙ̃ prompte deſignat. Virgilius li.æneidos.iiii. Ocyus omnes

Imperio læti parent. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam:

Collige ſarcinulas dicit libertus: & exi

Ocyus & ꝓpera:ſicco uenit altera naſo:Seruius aũt ſuper.viii.ænei.dixit:ocyus poſitiuus antiquus eſt:nec etiaꝫ põt comparatiuꝰ eſſe:ubi nulla eſt comparatio. Sed pace eiꝰ magis Plinio adhæreo: qui & illud quoq; in ſignificatione cõparatiui poſuit:et ſuperlatiuum nõnunꝗ̃ ei aſſignauit. Ait enim in.ii.naturalis hiſtoriæ Mercurii ſidus inferiori circulo fertur nouem diebꝰ ocyore ambitu:modo ante Solis exortũ:mõ poſt occaſum ſplendens: & libro.viii.ſuperlatiuum exprimens dixit:itaq; multi extiteret qui non naſci optimuꝫ cenſerent:aut ꝙ̃ ocyſſime aboleri.

Ocnus cũ.c.exili ſequente.n.cõſonante ſcribitᷣ:fuit teſte Virgilio in.x.æneidos:fatidicæ Mantus & Tuſci filiꝰ amnis:Qui muros matriſq; dedit tibi mantua nomen:ut in ea dictione uidimus. Et ab eodẽ poeta in bucolico Bianor uocatus fuit:ut in ſua dictione monſtrauimus.

O ctopes abſq; aliqua aſpiratione ſcribitᷣ:piſcis eſt octo pedes habens:quem polypum quidam putant.

O dius cũ.i.latino ſcribitᷣ:fuit teſte Homero ĩ.v.iliados: alizonũ dux:quẽ Agamẽnon in bello troiano occidit

O dyſſea cum.y.græco & duplicato.s.ſcribitur:loco quoruꝫ nõnulli.x. ſcribere uoluerunt: ſed magis placet litteraturam græcã obſeruari:dũmodo cõmode poſſit. ſcribitur eniꝫ apud illos non cũ.x. ſed cũ duplicato s.uidelicet ὀδυσσεια: & deriuatur ab ὀδυσσεύσ:quem nos Vlyxẽ non cum duplicato.s.ſed cũ.x. duplici conſonãte ex inueterata cõſuetudine tranſcribimus. At eiꝰ dictõis quæ eſt odyſſea:penultima apud græcos eſt.ei.diphthongus:a qua a nos.i.abiicientes:ſolam.e.retinemus. Eſtq; odyſſea uolumẽ aliud ſublime Homeri in.xxiiii.libros diuiſum:in quo Homerus errores & caſus Vlyxis poſt bellum troianum: & Penelopes

uxoris patriá diuino carmine deſcripſit.unde Ouidius in.ii.de triſtibus libro inquit:Aut qd odyſſea é niſi
fœmina propter amorem.
Dum uir abeſt multis una petita procis?
O egrius cũ.œ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fluuius eſt thracũ:a quo teſte Seruio hebrus naſcit᷑.&(ut nõ nulli ferũt)pater fuit Orphei:ac in hebro a ciconibꝰ Orphei caput ꝓiectũ fuit:dicẽte Virgilio i.iiii.georgi.
Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulſum
Gurgite cum medio portans œagrius hebrus.
O ebades cum.œ.diphthongo ſcribitur:fuit nomen uiri proprium.
O ebaris cũ.œ.diphthongo &.i.latino ſcribitur:fuit Darii ſtabularius:cuiꝰ induſtria Darius ipſe regnuꝫ perſarum adeptus eſt:ut in dictone Darius uidimus.
O ebalus cũ.œ.diphthongo & unico.l.ſcribit᷑:fuit teſte Lactãtio ſuper thebaidos li.rex laconum: de quo cretenſis Ditis in hiſtoria troiana apertius loquens ait:Oebalus fuit filiꝰ Argulii filii Amidatis:fuitq; rex laconiæ:& a ſe ꝓuinciam ipſam œbaliam dixit.hæc ille.Alius fuit Oebalus Telonis regis Capreæ filius:quæ iſula é ex oppoſito ad neapolim ex Sebetride nympha genitus:de quo Virgi.in.vii.æneí.inquit:
Nec tu carminibus noſtris inductus abibis
Oebale:quem generaſſe telon ſebetride nympha
Fertur:teleboum capreas cum regna teneret.
Iam ſenior.Hic(ut ꝓſequitur Virgilius)mortuo patre nõ contẽtus patriis aruis campaniaꝫ intrauit:& multos populos ſuæ ditioni ſubiæcit:fauitq; deinde Turno cõtra Aeneam:a quo œbaliam regioné dictam nõnulli putauerunt:quæ eſt iuxta tarentum:ut in ſequenti dictione uidebimus.
O ebaliam cũ.œ.diphthongo &.i.latino ſcriptá duplicem eſſe comperio:unaꝫ quæ & laconia dicta fuit:& ab Oebalo filio Arguli œbaliam cognominatá:de qua Statius in achilleide:Soluerat œbalio claſſem de litore paſtor Dardanus.& Ouidius in.v.faſtorum loqués de caſtore & Polluce: qui fuerant ex amycla ciuitate laconiæ ait: Effugere œbalidæ curſu potuere ſequentes.alteram uero i Italia iuxta tarentum urbẽ inclytaꝫ calabryæ ab Oebalo filio Telonis(ut qdam uolunt)cognominatam. Virgilius in.iiii.georgicoꝝ: Namq; ſub œbaliæ memini me turribus altis:qua niger humectat flauentia culta galeſus Corytium uidiſſe ſenem & reliqua.eſt enim galeſus:(ut dixit Liuius li.v.de.ii.bello punico)calabryæ flumen tarento proximum per qnq; milia paſſuũ:iuxta quod caſtramætatus eſt Hãnibal:cum arcẽ tarentiná obſedit. Alii uero quibꝰ aſſentire uidet᷑ Seruius:nõ aliam fuiſſe dicũt in Italia œbaliam:nec id quoq; Virgiliũ intellexiſſe: ſed cum dixit ſub turribus œbaliæ intellexit:ideſt eorum q e x œbalia laconiæ in Italiam aduenere:& turres iuxta tarẽtuꝫ ædificauere.Nam(ut rettulit Seruuis)lacones diu bello attriti ab athenienſibus:& inopiam uirorũ timẽtes præcæperũt:ut uirgines cum qbuſq; concũberent:quo facto cum iuuenes de incertis parentibus nati: originem ſuam deinde erubeſcerent:& partheniatæ ideſt de uirginibꝰ nati appellarent᷑: duce Palanto octauo ab Hercule nauigiis ꝓfecti uenerũt ad oppidum calabryæ quod Taras Neptuni filius condiderat:& id auctum habuerunt.
O echalia cũ.œ.diphthongo &.ch.aſpirato atq; unico.l.&.i.latino ſcribit᷑:licet ex defectu librariorũ in quibuſdam latinis codicibꝰ non cum.ch.aſpirato:ut diximus: ſed magis cũ.t.aliquãdo legerimꝰ: fuit laconiæ pars ꝓpinqua theſſaliæ:quæ œchaliæ nomen aſſumpſit a ciuitate eiuſdé nominis:quæ in illa erat.Ipſa uero ciuitas teſte Homero li.ii.iliados:ab œchaleo fluuio q circa illam præterfluit:nomen eiuſmodi accæpit. In hac regnauit Eurytus pater Ioles: q cũ filiá olim Herculi ſpopõdiſſet:& poſtea diſſuadẽte filio denegaſſet ut dixit Seruius ſuper.viii.æneí.indignatus Hercules illum & filios interemit:atque œchaliam illius urbeꝫ euertit:dicente Virgilio:
Vt bello egregias idem diſiæcerit urbes:
Troiamq; œchaliáq;:ut duros mille labores
Suſtulerit.Quin & Iolem rapiẽs ita ardenter illá amauit:ut quæq; ab illa pateret᷑: uti ab Omphale regina lydiæ prius paſſus fuerat:ad quẽ Deianira ſcribẽs apud Ouidium in epiſtolis heroidum inquit:
Gratulor œchaliam titulis accedere noſtris
Victorem uictæ ſuccubuiſſe queror:& i eadem epiſtola ſubdit:
Ingreditur late lato ſpectabilis auro:
Qualiter in phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat᷑ uultum populo ſublime ſub Hercule uicto:
Oechaliá uiuo ſtare parente putes:ſed hæc deinde Iole iubẽte Hercule ante mortem ſuam Hyllo Herculis filio nupſit:ut in dictione Hyllus uidimus.
O ecinyres prima cũ.œ.diphthongo ſequẽs cũ.c.exili &.i.latino penultima cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero circa initium libri.xi.iliados:uir argiuus:q donauit Agãmenoni thoracem eximium.
O economꝰ cũ.œ.diphthongo &.c.exili ſcribit᷑:dicit᷑ a noſtris diſpẽſator.Nã apud græcos όικοσ dicit᷑ domꝰ & νόμοσ lex.nam decet diſpenſatoré legem eſſe domꝰ.Et ſic Ariſtotelis œconomica & œconomicꝰ ſcribit᷑

Oecumenicus cum.œ.diphthongo & abſq; aliqua aſpiratiõe ſcribitur: dictio eſt deducta ab ὀικουμένη: quæ uniuerſum orbem deſignat quaſi uniuerſalis ille dicatur.

Oedipus cũ.œ.diphthongo &.i.latino atq; unico.p.ſcribitur: dictio eſt cõpoſita ab ὄίδημα: quod ẽ tumor & ϖοόσ pes: hoc eſt pedum tumor. Nam ut Statius diuerſis in locis ſuæ thebaidos ſcripſit. Et Seneca ĩ tragœdia: quæ inſcribit̃ Thebais: dum Oedipus matris utero teneret̃: & pater Laius Apollinem de naſcitura ꝓle conſuleret: Et ab oraculo percæpiſſet ſe debere a naſcitura ꝓle interfici: natum puerũ paſtori ſuorũ armẽtoꝝ occidendũ tradidit: qui dum ætati cõpateret̃: & regium imperium cõtẽperare optaret: paruuli pedes gladio perforauit: & uimine ſuſpendit ad arborem quaſi in nedia moriturum. Quod ipſe apud Senecã in Oedipo teſtatur dicens.

Me deo teſte damnauit parens
Callidoq; teneros tranſtulit ferro pedes:
Et in alta nemora pabulum ĩmiſit feris.

Sed cũ uagitu Phorbantẽ paſtorem Polybii corinthioꝝ regis ad ſe puer traxiſſet. Ille cõſciſſis uinculis: iam tumidũ pedib⁹ puerũ corinthio cuidã largit⁹ eſt: qui lætus ad Meropẽ uxorem Polybii regis liberis carentem ꝓ magno munere dedit. Illa una cum uiro tanq̃ filium cælitus miſſum paterna charitate ſuſcæpit. Et a pedũ tumore Oedipodem cognominauit. Cui⁹ penultima breuis a poetis noſtris poni cõſueuit: & declinat̃ huius Oedipodis. Plautus tamen in penulo ab Oedipo ꝓ Oedipode in ablatiuo ꝓtulit. hic cum ſemel thebas pergeret ſphinge cõperta eius ænigma diſſoluit: & monſtrum interemit. Vnde rerũ obſcuriſſimarum interpres deinde dictus fuit. Itaq; homo ille apud Terentium Dauus ſum inq̃t: non Oedipus. Plautus in penulo: Nam iſti quidez Heraclidæ orationi Oedipi opus ẽ cõiectura qui ſphingis ænigma diſſoluit.

Oenochonum cum.œ.diphthongo &.ch.aſpirato ſcribitur: eſt teſte Herodoto theſſaliæ fluuius in peneum defluens: ut uidebimus in dictione theſſalia.

Oenos cũ.œ.diphthongo ſcribit̃: dicit̃ apud nos uinum: ſed non utimur ea dictione niſi in compoſitis.

Oenophorum cũ.œ.diphthongo &.ph.aſpirato ſcribit̃: uas eſt uinarium. Nam cõponit̃ ex œnos quod ẽ uinum: & φόρον portans: de quo Iuue. in ſatyra Credo pudiciciã: Totũ œnophoꝝ ſitiens. & Martialis in.vi.
Reddidit œnophori pondera parua ſui.

Oenotrii cũ.œ.diphthongo: &.t.exili ſcribitur: populi fuerũt ĩ Italia: de qb⁹ ſatis habuim⁹ ĩ dictione italia.

Oeneus cũ.œ.diphthongo in initio ſcribitur: fuit Parthaonis filius: dicente Acheloo apud Ouidiũ ĩ.viii. metamorphoſeos: cũ ad Oeneũ regẽ ueniſſet: Accipe me generũ dixit parthaone nate. & fuit rex ætoliæ: cuius urbs regia calydon cognomiata fuit: iõ frequẽter rex legit̃ calydoniæ. fuitq; pater Meleagri: & ob hoc Meleager a poetis dictus eſt œnides. Ouidius in tertia epiſtolarum heroidum:
Coniugis œnides uerſus in arma prece eſt.

Oenomaus cũ.œ.diphthongo ſcribit̃: fuit filius Martis: rex helidis & piſæ atq; Hippodamiæ pater: ut ĩ ea dictione uidimus. Alius Homero teſte fuit uir pelopõneſius ab Hectore in bello troiano interfectus.

Oenops ſimiliter ſcribit̃: & fuit uir pelopõneſius: ut idem poeta monſtrauit.

Oeſtrum cũ.œ.diphthongo &.t.ſcribit̃: uolatile eſt paruũ: Cui nomen aſilum romanũ eſt: ut dixit Virgilius ĩ iii. georgicoꝝ. Iuue. in.iii. ſatyra: Non cedit Veiento: ſed ut phanatic⁹ œſtro percuſſus bellona tuo diuinat Et id ſane nomen a uoce: quam edidit aſſumpſit.

Oeta cũ.o.&.e.ſeparatis uocalibus: &.t.exili ſcribitur: ut late in.ii. horum cõmẽtariorũ li. oſtendim⁹: fuit rex colchorum potẽtiſſimus: & teſte Homero in.xi. odyſſeæ: filius fuit Solis ex Perſa filia Oceani. Nam ut ait Diodorus ſiculus historic⁹ præſtantiſſimus li. hiſtoriaꝝ.v. Solẽ ferunt duos ex Perſa uxore ꝓcreaſſe filios: Oetam ac Perſem: Oeta in colcho regnauit: in taurica Perſes: crudeles ambo efferiq;. e Perſa filia Hecates orta eſt ſuperans audacia & ĩmanitate patrem: ut quæ cruciatu hoĩum læta eos ꝓ feris appetere ſagittis cõſueuerit. Quin & ad uenena mortifera cõficienda ſummũ ſtudiũ operãq; impẽdit: quæ aduenis in cibis exhibebat. unde & prima aconitũ inueniſſe dicit̃. Quibus in reb⁹ experta admodũ & edocta: ueneno patrem primũ ſuſtulit: deinde regno aſſumpto tẽplum ſtatuit Dianæ: cui hoſpites nauigãtes ſacrificabat: exiſtimãs ea crudelitate ſuũ nomen clarius futurum. Poſt hæc nupſit Cetæ patruo: genuitq; liberos tres: Circem Medeam ac Aegialeuz. Circe ad oĩs generis uenenorũ curã uerſa: multaꝝ herbarum radicũq; uarias uires mirabileſq; repperit. Et q̃uis a matre Hechate in plurimis inſtructa eſſet: multis tamen ab ſe de nouo inuentis oĩbus ĩ ea re præſtitit. hæc ſarmatarum regi: q ab aliis ſcythæ dicunt̃ cũ nupſiſſet: primum ueneno uirũ abſtulit: deinde regno capto: multa ui crudelitateq; regnũ uexauit: qbus ex rebus ex ipſo regno pulſaz ad Italiam ueniſſe tradunt. Inq; eo ꝓmontorio: quod nunc quoq; ab illa circeũ uocat̃ reſediſſe. Medeã quoq; tũ a matre: tum a ſorore ſingula ueneficia edoctam: diuerſis morib⁹ uixiſſe ferunt. Nam cũ Oeta rex tum ſua natura: tum uxoris ſuaſu crudelis eſſet: & necandoꝝ hoſpitum morẽ ſeruaret: illa hoſpites a uitæ diſcrimĩe eripiebat: & ſæpe a patre precib⁹ & gratia ꝓ dãnatorum ſalute intercedebat: quãdoq; ipſamet ex cuſtodia captos dimittebat. Ob quod cũ Medea indies magis parentũ crudelitati eſſet aduerſa: a patre ob timorez in liberam cuſtodiam deſtinata fuit. Illa ad Solis oui tẽplum: quod in litore ſitũ erat confugiens: iuxta litus

ambulans:argonautas noctu delatos conſpicit:a qua de hoſpitum cæde edocti: humanitatem uirginis experti ſunt:ut uidimus in dictione Iaſon.

Oetha cum.œ.diphthongo &.th.aſpirato ſcribit᷑: mons eſt inter theſſaliam & macedoniam famoſus morte rogo & ſepulchro Herculis. Eſtq; teſte Plinio li.xxv.naturalis hiſtoriæ:hellebori herbæ fertilis.

Oetoſyros cum.œ.diphthongo &.y.græco ſcribit᷑ a græcis. Nam teſte Herodoto in.iii.hiſtoriarum: dicitur lingua ſcythica Apollo.

Oetus cū.œ.diphthongo &.t.exili ſcribit᷑.nā apud græcos eſt diphthongus ex.ω.mega &.i.unde ὤιτος ab illis ſcribit᷑:ſed a nobis Oetus traducit᷑:ut in.ii.horum cōmentarioꝝ li.uidimus.fuit frater Ephialis:& filiꝰ Alœi:pugnauitq; cum diis in creta:ut dixit Saluſtius:unde œtii campi dicti ſunt.

Oethyni prima cū.œ.diphthongo:ſequēs cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribit᷑: populi fuerunt iuxta pontum.

Ogdous cum.g.ante.d. ſcribitur:fuit teſte Diodoro ſiculo li.hiſtoriaꝝ.ii.ægypti rex:q & Vohoreus cognominatus eſt:& memphim cōdidit:ut uidimus in dictione mēphis.

Ogygia ſecūda cū.y.græco:penultima cū.i.latino ſcribitur:inſula eſt:ut qdam ferunt phœnicii & ſyrii maris Sic quoq; ab Ogygio rege in ea regnante cognominata: de qua Homerus in li.primo odyſſeæ:νῆσον ἐς ὠγυγίην ὀτρύνομεν. Nam uoluit in ea poſtea regnū fuiſſe Calypſus:ut ī dictiōe Calypſo uidimus.

Ogygius eodē mō cum ſuperiori dictione ſcribit᷑:fuit teſte Seruio ſuper Silenum Virgilii thebanoꝝ rex:ſub quo primū diluuiū fuiſſe dixit Varro in ꝓlogo libri tertii de re ruſtica:quā longe antiquiorē urbana oſtendere conatur. Et fuiſſe tempus ait:quo rura colebant hoīes:nec ciuitates habebāt. Et ſubdit.eſtq; uetuſtiſſimum oppidum boetiæ thebæ:quod rex Ogygius ædificauit:pactis iam duobus milibꝰ annorum & centū Sed ut diuꝰ Auguſtinꝰ de ciuitate dei li.xviii.rettulit:tēporibꝰ inqt Ogygii regis:diluuiū magnū factū ē:nō illud maximū:quo nulli hoīes euaſerūt:niſi q ī arca fuerūt. Sꝫ tamē maiꝰ:q̄ quod poſtea tpe deucaliōis fuit

Oicleus cum.i.latino diuiſa ſyllaba ab.o. ſcribit᷑.nam neq; apud græcos eſt diphthongus:fuit filius antiphatis filii Melampi:dicente Homero in.xv.odyſſeæ:ἀντιφάτης μὲν ἔτικτεν ὀϊκλῆα μεγάθυμον. Idē fuit pater Amphiarei argiui uatis.

Oileus cū.i.latino diuiſa ſyllaba ab.o.ſcribit᷑:ut de ſuperiori dictione diximus. Non enim pōt eſſe diphthōgus:ut Virgiliꝰ in primo:Vnius ob noxā & furias aiacis oilei.fuit locroꝝ rex:& pater Aiacis Oilei.

Olympus cū.y.græco ſcribitur: quo nomine quattuor diuerſos legimus montes. Vnꝰ ē inter theſſaliā & macedoniam altiſſimus:dicente Lucano in.ii. Nubes exceſſit olympus Lege deū. Alius ē ī gallogræcia. Alius apud myſos:ad cuius radices urbs eſt Pruſa ab Hānibale (ut fertur) extructa. Quartꝰ ē ſecus mare rubrum in æthiopia:haud longe ab heliopoli ciuitate: q oriente ſole uſq; ad qntam diei horā flāmas emittit. Adde quod de hoc dicit Claudianus in Stilicone:Sed ut altus olympi Vertex: q ſpatio uentos hyemeſq; relinq̄t

Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum.
Celſior exurgit pluuiis:auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos:& rauca tonitrua calcat:

Olympias eodem modo atq;.i.latino in penultima ſcribit᷑.

Olympionices ſecūda cum.y.græco:aliæ cum.i.latino:atq; cum.c.exili ſcribit᷑:is dicitur qui in olympico certamine uicit:quaſi olympiorum nices:ideſt uictor a νίκη:quæ eſt uictoria.

Olor cū unico.l.ſcribit᷑:fuit teſte Herodoto libro hiſto.vi.thraciæ rex:q filiam ſuā Hegeſiphylen Melciadi duci athenienſium uxorem dedit. Eſt etiam olor auis alba:quæ alio græco nomine cycnus dicitur.

Olenos cum unico.l.& unico.n.ſcribit᷑:ciuitas eſt ætoliæ:ut oſtendit Homerus ī.ii.iliados:iuxta quā aper ille calydonius occiſus dicit᷑. Aliam ponit Iginiꝰ de aſtronomia poetica ī boetia ciuitatē eſſe:ſic quoq; cognominatam ab Oleno Vulcani filio:de qua forte intellexit Seneca in troade:cū ait:Olenos tectis habitata raris. Quin & in ea Amaltheā capram nutritā fuiſſe qdā aſſerunt:quæ poſtea ad cælum tracta fertur:dicēte Ouidio in.xvii.epiſtolaꝝ heroidum:Pleias & arctophylax oleniūq; pecus. Et in li.faſtorum.v. Naſcitur oleniæ ſignum pluuiale capellæ. Et inde olenius ut Flora ad Iunonem apud Ouidium in eodem.v.faſtorum ait:

Quod petis oleniis inquam mihi miſſus ab oris
Flos dabit:eſt hortus unicus ille meis.

Olynthus cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur:fuit ciuitas ſithoniæ iuxta atticam:quæ cum ab atheniēſibꝰ deficeret:& Philippo ſe dediſſet:fuit demum ab athenienſibus euerſa.

Ombrici cū.i.latino &.c.exili ſcribit᷑:populi ſunt iuxta illyricos:ex quorū locis teſte Herodoto li.hiſtoriarū iii.capris & alpis fluuii uerſus boream in iſtrum cadunt.

Omonyma cum.y.græco ſcribit᷑: ea dicuntur quæ ſolum idem nomen habent: hoc eſt non etiam rationem: & traducuntur æquiuoca.

Omphatiū cū.t.exili &.i.latino ſcribit᷑: eſt genus uini certo artificio confecti:ut oſtendit Plinius li.xiiii.naturalis hiſtoriæ:& deriuatur ab ὄμφαξ:quod uuam ſignificat acerbam.

Onager cū unico.n.ſcribitur:dicit᷑ a noſtris aſinus ſilueſtris. Nam cōponit᷑ ex ὄνος:quod eſt aſinus:& ἄγριος ſilueſter.de quo Virgilius in.iiii.georgicoꝝ:Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros.

O chiſton cũ.ch.aſpirato &.i.latino:atq;.t.exili ſcribitur:locus eſt teſte Homero li.iliados.ii.ĩ finibꝰ thebaꝝ.
O neſicritus abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ubiq; ſcribit̃:fuit philoſophus qdam:quem nõnulli æginenſem dicunt.Demetriꝰ uero magneſius illũ aſtypalenſem fuiſſe dixit.fuit Diogenis diſcipulus. Et ut Xenophon cum Cyro:hic cum Alexandro militauit.Et ut ille Cyri pædiam:hic Alexandri ſcripſit initia:& ut ille Cyri:hic Alexandri ꝓſeqtur laudes.Dicitur etiam ſtilus utriuſq; q̃ſimillimus.
O nyx cum.y.græco ſcribit̃:genus eſt lapidis in ſimilitudinẽ unguis. Nam onyx græce latine unguis dicitur:de quo Horatius in.iiii.carminum:Nardo uina mereberis nardi puus onyx eliciet cadũ.Qui nũc ſulpitiis accubat horreis.ubi Acro dixit:onyx metallum gẽmæ ſimile:de quo ad unguenta odorata fiebãt ꝑua uaſa Sed Lucanus de gẽmis mihi locutꝰ uidet̃:cum dixit ad luxum oſtentandum: Totaq; effuſus in aula Calcabatur onyx.
O nytes cũ.y.græco &.t.exili ſcribit̃:nomen eſt uiri ꝓprium:qđ Donatus ſuper.xii.ænei.Virgilii:aut gentile aut patronymicũ putauit:ſe tamen gentem neſcire fatetur.Sed Seruii magis ſentẽtia placet:q ꝓpriũ exiſtimauit & deriuari puto ab onyx:ac forſitan onyces cũ.c.exili primitus ſcriptum.
O nomatopœia cum.t.exili &.œ.diphthongo atq;.i.latino ſcribit̃:ẽ ὀνόματοσ ideſt nominis:ϖοίια fictio. Nam cum uocis cõfuſæ nomen ad imitandũ ſonum effingimus:eiuſmodi figuram facimus:ut ouiũ dicimꝰ balatũ:boum mugitũ:equorũ hinnitum:terribilis buccinæ ſonitum taratantara. Ennius:At tuba terribili ſonitu taratantara dixit.hac,etiam figura dicit̃ turtur:grus:ſcropha:quæ nouiter comperire nobis raro cõceditur:græcis uero teſte Quintiliano:inter maximas eſt habita uirtutes.
O nophrius cum.ph.aſpirato recte ſcribitur.nam deſcendit ab onos qui eſt aſinus.
O pheltius cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit uir troianus.
O pheltes cum. t.exili ſcribit̃:fuit nauta tyrrhenus: de quo Ouidius in.iii.metamorpho.Aſſumus en inquit ſotiorum primus opheltes.
O pites cum.i.latino &.t.exili ſcribit̃:fuit uir argiuus:& ab Hectore in bello interfectus.
O pheleſtes cum.t.exili ſcribitur:fuit uir troianus.
O phis cum.i.latino ſcribit̃:dicitur apud nos ſerpens.unde Cotta in arateis uerſibus apud Ciceronẽ in.ii.de natura deorum de ſerpente loquens inquit:
Quem clare perhibent ophim cognomine græci.
O phiuleus cũ.i.latino &.c.exili ſcribitur:deriuat̃ ab ophis:& dicitur a noſtris ſerpentarius:quem Seruiꝰ ſup xi.æneidos:Aeſculapium eſſe dixit.
O phiophagi eodem modo ſcribitur:& hi ſunt q ſerpentes mandunt.Nam quod apud græcos phago: a nobis mando dicitur.
O phiogenes cũ.i.latino & unico.n.ſcribit̃:dicunt̃ ſerpentibꝰ geniti:quos dixit Plinius li.vii.naturalis hiſto. teſte Erato ꝑgameno circa helleſpontũ paruũ genus hoĩum fuiſſe ſerpentũ ictꝰ tractu leuare ſolitos:& manu impoſita uenena leuare corpori.unde a ſerpentibꝰ genus traxiſſe dicebantur.
O phites cũ.i.latino &.t.exili ſcribit̃:eſt teſte Plinio in.xxxvi.naturalis hiſtoriæ:genus marmoris maculas ſerpentinas detinẽtis:a qbus nomen ipſum aſſumpſit.
O pobalſamũ cum unico.p.ſcribitur:& eſt ſuccus balſami:ὀποσ enim græce latine ſuccus dicitur.unde & ꝓ quocũq; odorifero unguento aliquando ſumit̃.Iuuenalis in.ii.ſatyra: Sed tamen unde Hæc emis hirſuto ſpirant opobalſama collo Quæ tibi?
O ps cũ.p.ante.s.ſcribit̃:fuit filia Cæli ex Veſta:& ſoror:uxorq; Saturni.Quam ut refert Seruius in.xi.ænei: græci Rheam uocãt.Vnde latinã dictionẽ Ops nõ græcam puto:& corripit.o.ut ops opis.Dicit̃ etiã copia: ſed in hac,ſignificatiõe nominatiuꝰ in frequẽti uſu nõ eſt:niſi in cõpoſitiõe:ſed tũc quoq; cõmunis ẽ generis ut hic & hæc & hoc inops huius inopis.uetuſtiſſimi tamẽ teſte Capro:hic & hæc & hoc ops & cops,ꝓ eo:q ẽ opulẽtus & copioſus:qn & ꝓ auxilio ꝓferebant.Et Actium quoq; de Hercule ſic dicentẽ inducit: Quorũ genitor fert̃ eſſe ops gentibus,ꝓ opẽ ferens:& auxiliũ gentibꝰ.Terentiꝰ Iuno Lucina fer opẽ:ſerua me obſecro.Item in genitiuo apud Ouidiũ de remediis legit̃:Carminis & medicæ phœbe repertor opis.At opes in numero plurali,ꝓ cenſu accipimus.Horatius in.iiii.carminum:Per damna per cedes ab ipſo Ducit opes: aĩumq; ferro:de romano populo loquebatur.
O pis cũ.i.latino in noĩatiuo nympha fuit:ac primã ꝓducit:ut Opis ad æthereum pẽnis aufert̃ olympum. Virgilius in.xi.Velocem interea ſuperis in ſedibꝰ opim Compellabat. Eſt etiam opis teſte Herodoto in primo hiſtoriaꝝ:ciuitas iuxta quam tigris ꝑfluit:& mare rubrum ingreditur.
Opſonium cũ.p.ante.s.atq;.i.latino ſcribit̃:ſic enim apud græcos ὀψώνιον ſcribit̃:ſed ex noſtris.p.in.b.ob litterarũ uicinitatem:nõnulli cõuerterunt:quod ſæpe fieri ſupra oſtendimus.Et eſt qcqd comedendo additur pani & uino.Ac ſecũdam eius ſyllabam uti græci:ſic & noſtri producunt.Iuue.in ſatyra Atticus eximie Manubria cultellorum.
Oſſea nõ tamẽ his ulla unq̃ obſonia fiũt Rãcidula.& ſic uerbũ obſono uel obſonor neutrũ uel deponens.
O phthalmos cũ.ph.aſpiratis ſcribit̃:dicit̃ a noſtris oculus:ſed ſic quoq; nõ niſi ĩ cõpoſitis qbuſdã: & deriua-

tiuis tranſcribiť:ut ophthalmia:quæ ē oculi infirmitas. Et triophthalm⁹ lapis:qui teſte Plinio in ultimo naturalis hiſtoriæ: tres hominis oculos ſimul exprimit. & ægophtphalmus lapis alius:qui caprinum oculum repreſentat.

O pterus cū.t.exili ſcribiť.eſt aūt (ut Iuue.uideť uelle oſtēdere) auis cū inquit in ſatyra Attic⁹ eximie: apđ quē ſcilicet tripherum Sumine cum magno lepus atq; aper ac epigardus: Et ſcythiæ uolucres:& phœnix opterus ingens.

Et getulus oryx hebeti lautiſſima ferro Cæditur.

O reades cum unico.r. & abſq; diphthongo: nymphæ ſunt ſic quoq; cognominatæ ab oreſi ideſt montibus: quos inhabitare ſolebant.

O reſtes abſq; aliqua aſpiratione ab emādatiſſimis græcis ſemper ſcribiť: & ab oros quod apud nos eſt mons deriuatum nomē dicūt:atq; ob magnitudinē illius:eiuſmodi nomen ſic quoq; a poetis effictum:quē inſtar montis fuiſſe dicūt. Vnde Solinus corpus ei⁹ inquit iuſſione oraculi apud taygetā mōtē iuentū eſt longitudinis cubitorū ſeptem:quoꝝ qlibet pedē & ſemis geometrica ratiōe diciť cōtinere. Et fuit Oreſtes Agamēnonis regis mycenarū filius ex Clytæmneſtra cōiuge:hic paruulus Hermionē Menelai patrui:& Helenæ filiam deſponſauit. Sed cū opera Cletæmneſtræ matris & Aegiſthi adulteri pater Agamēnon a bello troiano q̄ primū reuerſus interficereť:quæritur hic ſimiliter ab eiſdem in mortem. Sed diligentia Electræ ſororis a Strophilo phocenſi clā mycenis ſubtrahiť:& ſeruatur. Aegiſthi interi: & Clytæmneſtræ auxilio rapiť Hermione a Pyrrho Achillis filio. Sed cū creuiſſet Oreſtes tpe & opportunitate captata clam mycenas intrat: atq; Aegiſthuꝫ interemit:& matrē q̄ crudeliſſimis pœnis affecit: poſtq̄ illa iā ſimul cum Aegiſtho ānis ſeptē regnauit:ut elegantiſſime hæc oīa proſecutus eſt Sophocles in Electra:atq; Euripides. Sed de nimia crudelitate a ciuibus incuſatus Oreſtes:iudiciū areopagitarum ſubire coactus eſt:a quo teſte Cicerone in oratiōe ꝓ Milone uariatis hoīum ſentētiis non ſolū diuina:ſed & ſapientiſſime deæ ſententia liberat⁹ ē. Interim interfecto Pyrrho:& recuperata Hermione:conſcientia geſtoꝝ exagitatus:in inſaniā & furias uerſus:uidere ſibi uidebatur matrem ſe ardentibus facibus:& ſerpenti bus atris inſequentem:dicente Virgilio in quarto æneidos:

Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris

Cum fugit:ultriceſq; ſedent in limine diræ. Sed cum illi fidus:ac perpetuus eſſet comes Pylades: præfati Strophili filius:non paſſus eſt illum in inſania perſiſtere:quin opportuna diſquireret medicamina. Itaque illum ad tauricam regionem in ſcythia ad Dianæ aram pro recuperanda ſanitate conduxit:comitibus etiā (ut nōnulli aſſerunt) Hermione & Electra:ubi deæ ex humana carne ſacra fiebant. Sed cum moris eſſet aduenas pro eiuſmodi ſacrificio captiuare:contigit ut & ipſe pro re tali caperetur. Sed ab Iphigenia ſorore recognitus:quæ ibidem ſacerdos numini miniſtrabat:ut in ea dictione uidimus. liberatus etiaꝫ ab omni inſania euaſit. Cum quo Iphigenia ipſa ablato ſimulachro aufugit:& alia innumera ſunt: quæ de illo poetæ loquūtur:ita ut dicat Iuuenalis:Scriptus & in tergo.nec dum finitus oreſtes. Præbebat enim materiā omnibus uolentibus aliqua ſcriptitare. Ob quod dixit Virgi.in æneidos:Scænis agitatus oreſtes.

O rexis cum unico.r.&.x.conſonante atq;.i.latino ſcribiť:ponitur a græcis pro appetitione. At uero Iuuena. latinum feciſſe uidetur:& pro uomitu poſuiſſe:quaſi ab ore:& ex eo ſit compoſitū.unde ait in ſatyra Credo pudiciciam:Ducitur ante cibum rapidam factirus orexim.& in ſatyra Atticus eximie: Hinc ſurgit orexis:Hinc ſtomacho bilis.

O rchades cum.ch.aſpirato ſcribiť:inſulæ ſunt oceani ſeptentrionalis ultra britāniam:& circa tilem numero uiginti tres:quarum uiginti deſertas:& tres coli nōnulli aſſerunt. Solinus tamen dixit illas hominibus uacare:& ſiluis:quin & herbis iunceis inhorreſcere. Nōnullas uero dixit inherbidas: harenamque & ſteriles herbas detinentes.

O rcheſtra ſecunda cum.ch.aſpirato:ultima cum.t.exili ſubſequente.r. ſcribiť: proprie locus eſt in theatro: uel amphitheatro:uel circo ubi ſaltabatur. Nam deriuatur ab ὀρχοῦμαι: quod eſt ſalto:ut Poſſidonius orcheſtram quatit alter.unde etiam ὀρχήστρια ſaltatrix dicitur.nam ut refert Liuius ī.ii.bello punico: Cū ludi circenſes Apollini celebrarentur:& Hānibal nuntiatus eſſet circa collinaꝫ urbi ingruere:omnes raptis armis concurrerunt. Reuerſi poſtea cum piaculum formidarent:inuenerunt ſaltātem in circo ſenem quendam:qui cum interrogatus dixiſſet ſe non interrupiſſe ſaltationem:ductum eſt hoc prouerbium:Salua res eſt ſaltante ſene. Sed ut plurimum pro toto theatro orcheſtra ponitur:ut Iuuena.in ſatyra Et ſpes & ratio: Quæq; reportandis poſita eſt orcheſtra cathedris:ideſt theatrum. Suetonius in uita Neronis:Mediaq; in orcheſtra frequente populo epulatus eſt. Vnde & nōnunq̄ pro loco eminentiori ponitur ab eodem Iuuenale:ut in tertia ſatyra:Aequales habitus illic ſimileſq; uidebis Orcheſtram & populum. Nam cum locus commodior ad ſpectandum pro ſenatoribus & maioribus præpararetur:ab ipſis ſaltationib⁹ inſpectis nomen aſſumpſiſſe uidetur.

O rchites cum.ch.aſpirato &.i.latino atque.t.exili ſcribitur:genus eſt oliuarum:quæ teſte Seruio in ſecundo georgicorum:a græca etymologia:ſed obſcæna ideſt a teſticulis nomen aſſumpſerunt. Nam ὄρχεις teſtes

dicuntur:quorum figuram retinent.

O rchomenus cum. ch.aſpirato &.e. abſq; diphthongo ſcribiť: ciuitas eſt in boetia theſſaliæ contermina:in qua fons erat tribus charitibus ſeu gratiis:& Veneri ſacer:ut teſtatur Iginius in aſtronomia poetica:& Seruius ſuper primum æneidos confirmauit. At hanc urbem Homerus ĩ octauo iliados: ĩnumera quotidie nauibus deferri dixit in oratione Achillis ad Vlyxem Aiacem & Phœnicem.

O rcus abſq; aliqua aſpiratione ſcribiť:cognomẽ eſt fluuii inferni:ab ὅρκοσ:quod eſt iuramentum deductũ: eo ꝙ per illum hoc eſt ſtygem paludem:a qua teſte Homera profluit:iurabant dii:nec peierare licebat. Nã ut dixit Homerus in ſecundo iliados:fluuius eſt theſſaliæ:qui ab inferna ſtyge manat:& in peneum defluit quem nec peneus recipit:ſed olei modo ſupernatãtem breui ſpatio portatum abdicat: nec pœnales aquas diriſque genitas argenteis ſuis miſceri permittit:& ſubdit Homerus:huius fluuii apud deos ſanctiſſimum iuſiurandum eſſe.

O richalcum ſecunda cum.i.latino:ſequens cum.ch.aſpirato:ultima cuꝫ.c.exili ſcribitur:dictio eſt ex auro & χάλκον:quod eſt æs compoſita. Sed.au. diphthongum conuertit in.o.breuem ſecundum antiquorum conſuetudinem in quibuſdam dictionibus:ut ſupra oſtendimus in ſecũdo horum commentariorum libro ubi de au.diphthongo tractauimus. Nam aurichalcum dicebatur:quod teſte Seruio in duodecimo Virgilii apud maiores precioſius omnibus fuit metallis: ubi multa grata de illo rettulit: quæ qui ſcire cupiet: ibi legere potuerit.

O rgia cũ.i.latino ſcribiť:dicebantur Bacchi ſacra:primũ apud thracas ab Orpheo inſtituta:quæ(ut aiunt)a ſolis mẽtruoſis celebrari ſtatuit:ut eo potiſſimũ tpe a uirorum cõmixtione diuerterẽt:quod nõ ſolũ ẽ abominabile:ſed pernicioſum uiris. Sed deinde ut illarũ obprobria tegerenť:& a nõ mẽſtruatis celebrari permiſſum fuit.Et teſte Seruio ſuper.iiii.ænei.orgia olim apud græcos oĩa ſacra dicebanť:quẽadmodũ apud latinos cerimoniæ.Quod Iuue.in ſatyra obſeruaſſe uideť:ubi de ſacris bonæ deæ:quæ ſimili modo a ſolis mulieribus celebrabanť:loquens inquit:Talia ſecreta coluerũt orgia tæda.Sed ut ait Seruiꝰ abuſiue ſacra Liberi orgia dicunť:uel ab ὀργίζομαι :quod eſt furio:& ὀργὴ furor:uel ab ορεσι :hoc ẽ a montibꝰ ĩ quibus agitabanť: incedebãtq; crinibus paſſis:& indutæ pellibus damarũ: quæ græce nebrodes appellantur. nam νεβροσ græce latine dama uocatur. Virgilius in.iiii.georgi.pictis incinctæ pellibus ambæ. ideſt pellibus damarum quæ uarii ſunt coloris: ibantque ut furiis agitatæ cum tibiis cymbalis & clamore.unde Mænades hoc eſt furioſæ appellabantur: ut in ea dictione uidimus. nec fas erat adeſſe uiros: dicente Statio in achilleide.

Lex procul ire mares iterat præcepta uerendus
Ductor:in acceſſumq; uiris indicitur antrum:
Nec ſatis eſt.ſtat ſine dato metuenda ſacerdos
Exploratq; aditus:ne quis temerator oberret
Agmine fœmineo tacitus ſurriſit achilles.

O rion cum.i.latino ſcribitur:hunc dixit Heſiodus in theogonia fuiſſe Neptuni filium ex Euriale Minois filia. Ariſtonicus uero & Pindarus aliam illius geneſim deſcripſerunt dicentes: Hireum quendam ſenem fuiſſe:qui cum apud thebas:teſte Ariſtonico parui cultor eſſꝫ agelli:uel in inſula chio:ut dixit Pindarꝰ:& Iouem forte ac Mercurium hoſpitio excæpiſſet:petiit ab his:ut ſibi aliquid liberorum naſcereť.dicebat eniꝫ ſe olim coniugem habuiſſe:ac illi promiſiſſe non recæpturum aliam:optaret tamen filium pro hærede. Et ut hoc facilius impetrare poſſet:bouem eis imolauit:atque ad ueſcendũ appoſuit. Iuppiter uero & Mercurius poſt epulas:ab eo corium e boue detractum popoſcerunt:atq; in illud quod fecerant urinæ incluſerunt.Et referente Ouidio:qui horum opinionem ſequitur in.v.faſtorum libro:

Tunc ſuper iniecta texere madentia terra
Iamque decem mẽſes:& puer ortus erat:
Hunc hireus quia ſic genitus uocat uriona:
Perdidit antiquum littera prima ſonum:ita ut iam Oriona dicamus.Eſt enim urina græca dictio:quam illi ὄυρον dicunt. Sed deinde maxime excreſcẽs uenator magnus euaſit.Quem ſibi comiteꝫ Delia fecit. Et ut dixit Ouidius:Ille deæ cuſtos ille ſatelles erat:Itaque uenandi artificio elatus:auſus eſt dicere nulluꝫ gigni poſſe animal:quod non ipſe ſuperaret:ob quod uolentibus diis emiſit terra paruum animal: ſcorpionem ſcilicet a quo ſuperatus occubuit: dicente Lucano libro nono: Ille ſcilicet ſcorpius minax nodis:& recto uerbere ſæuus: Teſte tulit cælo uicti decus orionis. Et dixit teſte cælo: quia & Orion & ille ſcorpius ad cælum tracti fuerunt. Voluit hic pleiadibus uim inferre:ut in dictione pleiades oſtendemus. Tentauit & ſimiliter teſte Callimacho Dianam uitiare:ob quod ab ea ſagittis confixum illum dixit. Ideꝫ Horatius libro carminum tertio:in quarta oda tetigiſſe uidetur:cum ait: Tentator orion Dianæ uirginea domitus ſagitta. Seruius uero aliam ab his:quæ diximus fabulam ſuper.x.æneidos Virgilii librum rettulit: quæ ſane nobis ſatiſfacere non potuit:ideo alios magis ſecuti ſumus. & habet Orion primam & ſecũdam quandoque breues:& quãdoq; longas:ut in dictione Arion uidimus.

O rithyia ſecūda cū.i.latino:penultima cū.th.aſpirato & diphthongo cōpacta ex.y.græco &.i.latino ſcribit᷑ fuit puella pulcherrima:& famoſa filia Erithei athenarū regis:quā cū Boreas adamaſſet: & ſibi coniugem dari poſtularet:nec impetrare ualuiſſet:illā rapuit:& in thraciam ſecū detulit.Ex qua Zetū & Calaim filios ꝓcreauit:ut ꝓ uera hiſtoria rettulit Euſebius in libro tēporum.Alia eodem nomine regina fuit amazonū: quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno:de qua Iuſtinus in.ii.epitomatum li.locutus fuit.

O rithos cū.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſto.v.ciuitas inter macedoniā & epirum iuxta quā(ut rettulit Seruius in.x.æneí.)naſcit᷑ terebinthus arbor: de qua in ſua dictiōe uidebimꝰ. Ob qđ Plinium dixiſſe puto in.xiii.naturalis hiſto. Terebinthus in macedonia breuis eſt arbos:atq; fruticoſa. Et Seruium qui dixit orithos ciuitas eſt epiri.

O ryx cū.y.græco ſcribit᷑:de hoc Plinius i.ii.naturalis hiſto.inquit: orygē appellat ægyptus feram:quā in exortu eiꝰ cōtra ſtare & cōtueri tradit:ac uelut adorantē cōſterni.Idē in.viii.Solos oryges dixit cōtrario pilo uerſi:hoc ē ad caput uerſo:de quo Iuue.in ſatyra Atticus eximie:Et getulus oryx hebeti lautiſſima ferro.

O rdeſſus cum duplicato.s.ſcribitur:eſt teſte Herodoto in.iii.hiſto.primus fluuiorum ſcythiæ:magnuſq; & ab oriente profluens cum iſtro miſcetur.

O rodes ſine aſpiratiōe principii ſcribit᷑:nomen ē uiri ꝓpriū:de quo Virgi.in.x.æneidos meminit: & interpretari poteſt montanus.Nam ab ὄρος:quod eſt mons deriuatur.

O rœtes cum.œ.diphthongo:ultima cū.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarū. iii.uir perſa & ſardium præfectus:q Polycratem ſamiorū tyrānum dolo captum ſuſpendit. Hic poſtea iuſſu Darii:& opera aſtuq; Bagei in ſardis trucidatus eſt.

O rmenius cum.i.latino ſcribit᷑:eſt teſte Homero libro iliados.ii.ciuitas magneſiæ.Idemque Plinius in quarto naturalis hiſtoriæ confirmauit.

O rphanus cū.ph.aſpirato ſcribit᷑:& ē dictio græca:quā nōnulli pupillū interpretari dicunt.Alii uero iter eas differentiā ponūt:& pupillū eū eſſe dicunt:q caret qdem patre:ſed nō præſidio paterno:cū tutore iuuetur Orphanus uero q caret patre:præſidioq; paterno:& ſummopere deſideret illiꝰ opē:cū ſine eo male hēat.

O rpheus cū.ph.aſpirato &.eu.diphthongo ſcribit᷑:ut Virgilius in Damone:Orpheus in ſiluis: fuit theologus:& poeta gente trax Oeagrii fluuii filiꝰ.Alii dicūt Apollinis fuiſſe filiū ex muſa Calliope. hic teſte Diodoro ſiculo li.hiſto.v.doctrina melodiaq; ac poeſi exceſſit oēs:quoꝝ extet memoria:& ſuauitate cantꝰ præ cæteris clarus fuit:Idem citharā ab Apolline patre accæpiſſe dicit᷑ a poetis:quā nuper ad ſimilitudinē teſtudinis Mercurius confecerat:& Apollini dono dederat.Cuius modulatu & dulcedine non ſolum homines ſed lapides & ſiluas in numerū ſe motare cogebat:dicēte Ouidio in.iii.de arte:Saxa feraſq; lyra mouit rhodopeius orpheus:Tartareoſq; lacus trigeminūq; canem: & Virgilius ī Dameta: Orpheaq; ī medio poſuit ſiluaſq; ſequētes.Nam mortua Eurydice uxore ad inferos pergens: ualuit eos cithara ad cōmiſerationem deflectere:ita ut uxorem ſibi reſtitueręt.Sed ea iterum ꝑdita:qa illam ante tempus cōtra datam legem aſpexerat(ut elegantiſſime dixit Virgilius in.iiii.georgicoꝝ.)

Septem illum totos perhibent ex ordine menſes
Rupe ſub aerea deſerti ad ſtrymonis undam
Fleuiſſe:& gelidis hæc euoluiſſe ſub antris
Mulcentē tigres:& agentē carmine quercus.Et in eodē loco Nulla uenus:nulliq; aīum flexerē hymenæi.

Nam ab illo ſpretæ Cicones:quæ cū in uirū habere quærebāt inter orgya Bacchi: quæ ille idē īſtituerat:eū penitus lacerarunt.Cuius caput cū in oeagrium fluuiū ꝓiectum eſſet:una cum cithara leſbum ꝑuenit: qđ cū ſerpens edere uellet:ab Apolline ſaxificatū dicit᷑. Laertius uero Diogenes pro uera hiſtoria dixit illum a mulieribus diſcerptum:ſed fulmine deperiſſe.Idq; epigrāma in macedonia ſcriptum oſtendere:ubi a muſis ſepultus dicitur:& ut ait Ouidius:

Ille etiam thracum populis fuit auctor amorem
In teneros tranſferre mares:citraq; iuuentam
Aetatis breue uer:& primos carpere flores.Habeo huiꝰ antiqſſimi poetæ hymnos ad deos fere oēs: habeo argonautica:ſed non illius opus eſſe dixit Ariſtoteles.Ponit᷑ & nōnunq̄ adiectiue Orpheus:ut Martialis ī primo:Quicqd in orpheo rhodope ſpectaſſe theatro
Dicitur:exhibuit cæſar arena tibi.

O rſilochus cū.i.latino & unico.l.atq;.ch.aſpirato ſcribit᷑:fuit teſte Homero li.iliados.v.filiꝰ Alphei fluminis q lato gurgite terrā interfluit pylioꝝ:& magni populi princeps fuit.Nam Orſilochꝰ genuit Diodeū:Diodeus ipſe geminos genuit Crethona:& Orſilochū:q gratificātes Agamēnoni Menelaoq; una cū illis aliiſq; principibus ad troiā nauigarunt:& uno occubituri horæ momēto:quos(ut ipſe ait)præſtantiſſimos uiros: & in omni genere bellandi peritiſſimos:magnanimus Aeneas coram Agamēnone interemit.

O rtygia ſecunda cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:iſula eſt in mari ægæo:quæ & alio nomine delos dicit᷑.Sed ortygia cognominata Solino teſte:qa in ea.primū uiſæ ſunt conturnices:q̄s græci ortigias uocāt.Nos a ſono uocis qualias dicimꝰ.Sed de ortygia talē Seruiꝰ ſuper tertio æneidos Et Lactantius ſup

primum thebaidos: fabulam rettulerunt. Poſtq̄ inquiunt Iuppiter Latonā uitiauit: eius & ſororē nomine
Aſteriem uitiare conatus eſt: quæ miſeratione numinū in auem conuerſa fuit: quam nos coturnicē dicimus.
At Iuppiter ī aqlam ſe uertit: ut eā raperet. illa uero eadē miſeratione numinū in lapidem cōuertiť qui diu
ſub aquis latuit: ſed ſupplicante Ioui Latona ſuper aquas deferri cœpit. Interim cū Iuno Latonā grauidam
perſentiſceret: īmiſſo contra illā phytone ſerpente: ꝑ omnē terram pſecuta eſt: quæ tandē cū ad litora maris
deueniſſet: a ſorore ſuſcæpta fuit: dicēte Ouidio li. vi. metamor. Errantē accæpit: tunc cū leuis inſula nabat
ſcȝ ortygia. In ea ergo inſula peperit Latona Dianam: & Apollinē: a qbus delos eſt cognominata: ut ī ea di-
ctione uidimus. Nec paſſi ſunt eam āplius errare: ſed illam teſte Virgilio in. iii. æneí. Pius arquitenēs oras &
litora circum Errantem mycone excelſa gyaroq; reuinxit: Immotāq; coli dedit: & contēnere uentos.

Ortygia eodē mō ſcripta: inſula alia fuit circa ſiciliam ex oppoſito ad plemmyrium ſiciliæ fluuiū: de qua Vir
gilius circa finem tertii æneí. ait:
Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemmyrium undoſum: nomen dixere priores
Ortygiam: alpheum fama eſt huc elidis amnem
Occultas ægiſſe uias ſubter mare: qui nunc
Ore aretuſa tuo ſiculis confunditur undis. de quo in dictione aretuſa ſatis uidimus.

Ortona cum. t. exili ſcribitur: urbs eſt pelignorum circa adriaticum pelagus.

Orthos cū. th. aſpirato ſcribiť. & interpretatur a noſtris rectus: nec niſi in cōpoſitione eo utimur.

Orthographia cū. th. aſpiratis: atq; in penultima cū. i. latino ſcribiť: dici pōt a noſtris recta ſcriptura. Nā com
ponitur ex ὀρθός: & γραφία: quæ eſt ſcriptura. Quintilianus uero recte ſcribēdi ſcientiā interpretatur.

Orthogonium cū. th. aſpirato: &. i. latino ſcribiť: dici pōt ad uerbū rectiangulus. Nā cōponiť ex orthon: qđ
eſt rectum: & γωνίον angulus. Eſt enim figura habens rectos angulos.

Orthodoxus eodē modo ſcribiť: & latine rectæ opinionis aut fidei interpretatur. Nam δόξα: & gloriam: &
exiſtimatiōem: ſiue opinionem & fidem: & ſententiam deſignat.

Orthoepeia cū. th. aſpirato: & diuiſis uocalibus ſcribiť: & ꝓferť: & teſte Quintiliano dici pōt emendata cum
ſuauitate uocū explanatio. Nam cōponitur ex orthon: quod eſt rectum: & ἔπος carmen.

Orthocorybantii ſecūda cū. th. aſpirato: ſequens cū. c. exili: ſequens cum. y. græco: ultima cum. t. exili ſcribiť:
ſunt teſte Herodoto in. iii. hiſto. libro: populi ſcythiæ: quæ eſt in aſia.

Oſcylla & græcam & latinā pōt etymologiam cōtinere: ut oſtendit Seruius ſup. ii. georgi. Nam ex os: quæ eſt
facies: & cylleo: quod eſt moueo cōponi dicūt: eo q teſte Virgilio: Oſcylla ex alta ſuſpendunt mollia pinu
ideſt facies quaſdam pictas ꝑ funiculos: ut hinc inde moueri poſſint: & alta ſuſpendebant pinu.

Oſiris cū. i. latino utrobiq; ſcribiť: & fuit ſecūdum poetas græcos: quos noſtri ſequūtur: Iouis filius ex Niobe
filia Phoronei: licet eū ægyptium fuiſſe longo ꝓceſſu referat Diodorus græcus hiſtoricus li. hiſtoriaꝝ pri-
mo. Hic ut græci & noſtri affirmant: cum Phoroneo auo in argiuorū regno ſuccederet: & per annos plu-
res argiuis imperaſſet: Aegialeum fratrem regno achaiæ præfecit: ipſe uero maioris gloriæ cupidine captꝰ:
ad ægyptios tranſfretauit: quos cum ſuo ſummiſiſſet īperio: Iſidem Inachi filiam primum Io dictam: & ad
ægyptios effugatam: matrimonio ſibi copulauit. Qua deīde magiſtra ægyptii litteras didicere. Oſiris ſi-
militer cum rudes eius loci homines multas res & homini q̄ maxime cōuenientes edoceret: diuinos ab illis
eſt adeptus honores: dicente Tibullo:
Primus aratra manu ſolerti fecit oſiris:
Et teneram ferro ſollicitauit humum.
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ:
Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere uitem:
Hic uiridem dura cædere falce comam. Et alia plura: quæ idem poeta ꝓſequiť. Sed tandē teſte Callimacho
ægyptio hiſtorico: quē ſecutꝰ ē Seneca in li. quē de ſacris ægyptioꝝ cōpoſuit: cū Oſiris a Stityphōe ægyptō
uel (ut ait Seruiꝰ ſup. vi. æneí.) a Typhone fratre occulte occiſus & laniatꝰ fuiſſet: & ab uxore Iſide diu eius
mēbra q̄rerenť: nec īueniri poſſent: iraſcebať ī ægyptios regina: & magnos quotidie ī fletꝰ ꝓrūpebat: dicē-
te Lucano circa finem octaui: Nos in templa tuam romana recepimus iſim:
Semideoſq; canes & ſiſtra iubentia luctus.
Et quē tu plangens hoīem teſtaris oſirim. Sed tandē ad locū deueniens philas: iuxta ſyenē extremā ægypti
ꝑtem: cū laceratum illum cōperiſſet: in maximos ꝓrupit luctus. Et illic ægyptiis placata: ob cōperta mēbra
locum græce philas: hoc eſt latine amicas: teſte Seruio ſup. vi. æneí. nominauit: & ad illū ſepeliēdū ſe accin-
xit: locūq; cōperit: & elegit ꝓ illius ſepultura tutiſſimū: & tranſitꝰ difficillimi: hoc ē īſulā abaton: quæ inac-
ceſſibilis interpretatur: eo q ſit in palude iuxta mēphim limoſa: & papyris undiq; implicita: in hac illū ſe-
peliri curauit: & paludem ſtygem: hoc eſt mærorē uocari uoluit. Nec illā trāſire: aut ad inſulā quēuis poſſe
accedere ſtatuit: niſi certis diebus: & quibuſdam priꝰ ſacris imbuti & initiati eſſent. Siquis forte ī ea palude

deperiſſet:nec cadauer cõperiri poſſet:cẽtũ ánis ut præfati ferunt auctores:illi ſacra q̃dã officia ſoluebanť
Quod Virgilius ipſe tetigiſſe uidetur:cũ in.vi.æneí.ait: Centum errant ános:uolitantq; hæc litora circum
Sed cũ deinde ægyptiis apparere cœpiſſet bos iſtar numinis:putauerũt illũ Oſirim eſſe: & ut deũ adorare
cœperunt.Et cõmutato nomine Apim illũ uocauerũt:hoc eſt bouem.Sic eni bos eoꝝ lingua apis uocatur.
Ouidius in.ii.de ſine titulo:Et comes in pompa corniger apis erat.Nã teſte Solino in collectaneis:& Pli.in
viii.naturalis hiſtoriæ:bos inſignis ex iprouiſo illis apparet:quẽ certo tẽpore detinent: & adorãt.Et(ut nõ
nulli ferunt)p annũ illũ detinere conſueuerũt:alii p decẽnium dixere. Deinde referentibꝰ præfatis auctori
bus ſtatuto die ſacerdotes illũ in ſacro fonte ſubmergunt.Mox alter nec ſine publico luctu quæriť.Nã do
nec alium inuenerint inſtar Iſidis mærent.Sed nõ diu quæriť.Quem cõpertum cẽtum antiſtites memphim
cũ puerorũ gregibus populoq;:& omni muſicoꝝ genere proſequũtur:dicente Tibullo:
Te canit:atq; ſuum pubes miratur oſirim
Barbara mẽphitem plangere docta bouem.Et Ouidius in.viii.metamorpho.Nunq̃q; ſatis quæſitꝰoſiris:
Semp enim perdũt:ſemper & inueniũt.Quo ſane inuento populus mira applaudens læticia:magna cũ uo
ce ſalutat.Quod tetigit Iuuenalis in ſatyra quæ incipit:Stemmata quid faciunt?cum ait:
Salue getulice:ſeu tu
Syllanus quocũq; alio de ſanguine rarus
Ciuis & egregius patriæ contingis ouanti
Exclamare libat populus quod clamat oſiri
Inuento.Quin & Plinio ac Solino referentibꝰad motum:& ſtationẽ Apis ægyptii ipſi oĩa mouenť: & ſtant
delubra quibꝰſuccedit.aut incubat:myſtice thalamos nominãt:dat omnia manifeſtãtia de futuris.Illud ma
ximum ſi de conſultãtis manu cibum capiat.deniq; auerſatus Germanici Cæſaris dexteram ꝓdidit ingruẽ
tia.Nec multo poſt Cæſar extinctus eſt.pueri & Apim gregatim ſequẽtes uelut lymphatii futura præcinũt.
Bos illi oſtenditur fœmina in ãno ſemel:& ipa non abſq; certis inſignibus:quæ atq; inuenta:& oblata ẽ ſta
tim:eadem die neci datur. Apis naturale memphitici celebrant litatiõe pateræ aureæ:quam ꝓiciunt in nili
ſtatim gurgitẽ:ſed cur etiam dictus fuerit Serapis:in ea dictione uidimus. Sane teſte Seruio ſuper.iii.ænei.
in Iſidis ſacris imitatio eſt inuenti Oſiridis:quẽ ipa eius uxor dilaniatũ a Typhone illius fratre per totũ or
bem requiſiſſe narratur.Sed ex alio capite Lactantius in primo diuinaruꝫ inſtitutionũ Iſidi ſacra fuiſſe mõ
ſtrauit.Nam(ut ait)Iſidis ægyptiæ ſacra ſunt:q̃a filium paruulum ꝑdiderit: & inuenerit. Nam primo ſacer
dotes eius de glabrato corpore pectora ſua tũdunt:lamentanturq; ſicut ipa:quæ ꝑdiderat natum fecerat.
deinde quaſi inuentus puer ꝓduciť:& in læticiam uertitur ille luctus.hæc ille.Nam ut teſtis eſt Herodotus
ii.hiſto.li.reliquerat Oſiris filiũ Horum nomine:quẽ(ut nõnulli ferunt)poſt patris mortẽ ſemel illũ amiſit
Vnde timẽs ne id idem filio:quod olim patri contigiſſet:in mæſtiſſimos ꝓrupit fletus:ſed illo tandem inuẽ
to:maximam in læticiã luctum cõuertit.Quod eius ſacerdotes ĩ illius ſacris repræſentãt.De quibꝰlocutꝰeſt
Iuue.quũ ait in ſatyra Credo pudiciciam:Plangentis populi currit deriſor anubis.Erat autẽ romæ tẽplum
Iſidis iuxta cãpum martium:ut Iuue.in eadem ſatyra oſtendit:cum ait:Cõtra ſuperſtitioſas romanas:ſi cã
dida iuſſerit Io.i.Iſis:quæ olim in candidam uaccam fuerat commutata:anteq; in ægyptum aufugeret:
Ibit ad ægypti finem calidaſq; petitas
Ameroe portabit aquas:ut ſpargat in ædem
Iſidis antiquo:quæ ꝓxima ſurgit ouili.i.campo martio.In quo ſepta quædam merant in ſpeciẽ ouilis. Naꝫ
loca erant tabulatis cõcluſa:in q̃bus ſtans præfectus urbis:cum aliis urbis principibus:ſuffragia cõferre cõ
ſueuerat.Quare a poetis nõnunq̃; ouilia ꝓ eiuſmodi ſeptis poſita fuerunt:ut Lucanus in primo:Et miſeræ
maculauit ouilia romæ. Vtebanturq; etiã in ſacris Iſidis cymbalis q̃buſdã:quæ ægyptio uocabulo ſiſtra uo
cabant:q̃bus(ut nõnulli graues uiri aſſerunt)nunc puellæ florentinæ utuntur.His itaque(ut ſupra uidimꝰ)
ad luctum populum incitabant. Vnde Iuuenalis uerba illius referens q putabat eſſe deos:& peierabat in
quit in ſatyra Exemplo quodcũq; malo:
Decernet quodcũq; uolet de corpore noſtro
Iſis:& irato feriat mea lumina ſiſtro:
Dum uel ego cæcus teneam:quos abnego nummos. At uero Laertius in procœmio libri de uitis philoſo
phorum refert ex philoſophia ægyptia materiam principium fuiſſe:& Solem & Lunaꝫ eſſe deos:unũ Oſi
rim:alteram Iſim appellatos. figurateq; illos loqui per cãtarum & ſerpentem: accipitremque: & alia non
nulla animalia teſte Maneto.Quod ſane de ſerpente Iuuenalis perſenſit:ac non aliud intelligere uoluit:cũ
dixit in ſatyra Credo pudiciciam: Et mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens Illius lachrymis. Et hoc ideo
quia ſubdit : Scilicet & tenui pepono corruptus oſiris : ideſt uili pepone . Nam hic pepo peponis : & hic
peponus peponi declinatur. Et hæc de Oſiride ſecundum græcos & latinos poetas dicta ſufficiant. Dio
dorus uero ſiculus uarias & longas diuerſarum nationum Oſiris atque Iſidis theologias rettulit : quas ſi
q̃s uidere cupit:apud illum uariis in libris ſui operis legere poterit:nobis ea rettuliſſe ſufficiat:quæ ad poe
tarum noſtrorum explanationem uenire poſſunt.

O ſſa cum duplicato.s. ſcribiť:mons eſt teſte Solino in finibus theſſaliæ centaurorum ſtabulum cuꝫ tanta pinorum copia:ꝙ in flexione atque reflexione ramorum tonitru præſentetur:quod Lucan⁹ in primo tetigit cum ait:It tantus in æthera clamor:

Quantus piniferæ boreas cum thracius oſſæ
Rupibus incubuit:curuato robore preſſæ
Fit ſonus:aut rurſum redeũtis ad æthera ſiluæ. Hunc Seneca dixit olympo olim fuiſſe coniunctum.

O ſtrea cum.t.exili ſcribiť:piſces quidam ſunt intra conchas degentes:ut Ouidius in.v.faſtorum: Oſtreaq; in conchis tuta fuere ſuis. Et Iuuenalis in quarta ſatyra:Oſtrea callebat primo depræhẽdere morſu. Nec habet latinitas teſte Seruio ſup primum georgicoꝝ:propriũ nomen animalis:quod neutri ſit generis.

O ſtrum cum.t.exili ſcribiť:eſt purpura:ſic quoque dicta ab oſtrea: i qua ſarpiſcis comperiť apud tyrũ:ex cuius ſanguine tingitur purpura.

O ſtracon abſque aliq̃ aſpiratiõe ſcribitur:diciť apud nos teſta. Et inde oſtracopos quẽ nos fictiariũ uocam⁹.

O ſtraciſmus abſq; aliqua aſpiratione:& cum.i.latino ſcribitur:& ab oſtraco deriuatur. Nam cũ apud athenienſes aliqui ad arripiẽdam tyrãnidem ob potentiam:uel popularem gratiam:uel aliã quãuis cauſam ꝓximi uiderenť:obligabantur ex lege ciues eius:de quo ſuſpicabantur nomen teſtis inſcribere:quod cum certum ſuperaſſet numerum: illum quinquẽnio toto exulare iubebant: hocq; ad debilitandas opes frangendamq; potẽtiæ audaciam:& frangenda illius hominis incremẽta ſanciuerant:ut teſtis eſt Diodorus in.xi.hiſtoriaꝝ libro. Et Demoſthenes in oratione pro Etheſiphonte:& Ariſtoteles in politicis. Quam legem cũ ſyracuſii ab athenieẽſibus ſemel acciperent:& id nomen nõ teſtis: ſed oliuæ foliis inſcriberent petaliſmuꝫ non oſtrociſmũ uocauerũt:hoc eſt a foliis:quæ petala uocabantur.

O tanes cum.t.exili ſcribitur:fuit uir nobilis perſa:& unus ex his:qui cuꝫ Dario in Magum cõiurarunt: ut uidimus in dictione Darius.

O trieus cum.t.exili ſcribiť:hic teſte Porphyrio ſuper.iii.iliados libro:& Mygdonus fratres fuerũt Hecubæ filii Ciſſei:& patrueles Polymneſtoris:a quo otriadem patronymicum deductum puto.

O triades cum.t.exili &.i.latio ſcribiť:patronymicũ puto:deductũ ab Otrio:de quo Virgi. Panth⁹ otriades.

O thrys cum.th.aſpirato &.y.græco:ſequẽte.s.conſonante ſcribiť :mons eſt theſſaliæ uerſus meridiem ex oppoſito ad oſſam diſpoſitus:ut,oſtendit Herodotus in.vii. Et ut dixit Plinius in.iiii.naturalis hiſto.li. patria fuit lapitharum. Vnde Virgilius in.vii. Deſcendunt centauri homolem othrymq; niualem.

O xia cum.i.latino ſcribiť:licet apud græcos ſit diphthongus ei:ſed abiecta.e.retinetur.i.producta:ut in ſimilibus ſæpe diximus:dicitur a noſtris acutus.

O xys cum.y.græco ſcribitur:& dicitur ſimiliter apud nos uelox citus acutus.

O xy cum.y.græco abſq; finali.s.neutrum eſt:& id idem:quod ſuperior dictio in maſculino deſignat.

O xyſchœnon ſecũda cum.y.græco:penultima cum.ch. aſpirato:&.œ. diphthongo ſcribiť: dicitur a noſtris teſte Pli.i.xxi.naturalis hiſto.iuncus marinus. Nã cõponiť ex oxys q ẽ acut⁹:& σκοινος funis:quaſi acutus funiculus. Cuius plura genera ponit Plinius.unum quod oloſchœnon uocat:quaſi ꝑ totum ſiue æqualiter funis:quod ad uitalia utiliſſimum dicit:quia mollis eſt:& carnoſus. Aliud melãchrus cuꝫ.ch. aſpirato.i.fuſcus:cuius uſum ad naxas cõuenientẽ dicit. Aliud dixit eſſe genus iunci trianguli:quẽ cyperum uocat:cum c.exili &.y.græco ſcriptum:quod apud aliquos ſilignum traductum comperi.

O uum ex græco deducitur:quod eſt ὠόν per interpoſitionem ſcilicet unius.u. conſonãtis inter duo uocalia hiatus cauſa:ut ſupra in prima horum cõmentariorũ libro uidimus:cui⁹ prima eſt.ω.mega: & naturaliter longa apud illos. Vnde & apud nos ſimiliter ꝓducitur. Iuue.in ſatyra Credo pudiciciã inquit: Niſi ſe cẽtũ luſtrauerit ouis:& inde ouatarica.i.ſalſa:quæ corrupto uocabulo butarca dicim⁹. Nã Ταριχον ſalſum eſt.

O uis ꝓ pecude a græco ſimiliter trahiť: quod ẽ όισ ίн ſicut in ouũ hiatus cã interponimus inter duo uocalia u.cõſonantẽ. Et qa prima apud græcos continet.o.paruũ:quod ſemp eſt breue:ſimili modo apud noſtros primã ſemp corripit:ut Virgilius i bucolico:Parcite oues nimiũ ꝓcedere:nõ bene ripæ Crediť. Et ſimiliter ouo ouas uerbum:quod ab oue deſcendit primã breuiat:ut idem in primo georgicoꝝ libro:

Omnis quam chorus & ſotii comitentur ouantes.

Achynus cũ.ch.aſpirato &.y.græco ſcribiť:eſt ſiciliæ ꝓmontoriũ uergẽs i auſtrum ſeu mauis ad meridianã plagã:& ab aeris craſſitudie teſte Seruio ſup.iii.æneí.cognominatũ. Nã pachy græce latie pingue:& craſſum interpretať. huic ꝓpinqua eſt ſyracuſa.

Pactyas cũ.c.&.t.exilibus:atq;.y.græco ſcribiť:fuit teſte Herodoto li.hiſto.primo:uilydius:q ſardis perſuaſit:ut a Ciro deficerent.

Pædia prima cũ.æ.diphthongo:ſequẽs cũ.i.latino ſcribiť. nã licet apud græcos ſit i penultima.ei.diphthongus:a noſtris tamen abiiciť.e. & retineť.i.ꝓducta: & teſte Gellio dicit apud nos eruditionem inſtitutionẽq; in bonas artes.

P ædaretus prima cũ.æ.diphthongo:ultima cum.t.exili ſcribiť:nomen fuit uiri ꝓprium:ſed nomen eſt compoſitum ex pædia:quæ eſt diſciplina:& ἀρετή uirtus.

Pædagogus cũ.æ.diphthongo ſcribiť:iterpretaturq; apud nos pueri ductor.Ná ϖαῖς a noſtris puer tradu ciť:& ἄγογοσ ductor.& ſimiliter oia quæ ab ea dictione pæs deducũtur:cuȝ.æ. diphthongo ſcribunť:ut pædotriues.i.ludi litterarii præceptor.

Pædico cũ.æ.diphthongo &.i.latino:atq;.c.exili ſcribitur:& ſimiliter a ϖαισ: qui eſt puer deducitur. Atq; apud nos puerarius interpretatur.is eſt:q pueros ad libidinem aſſectatur.

Pæan cũ.æ. diphthongo:ꝓprie laus eſt Apollinis:quæ in illi⁹ honore canitur:Virgilius in.vi.æneid.Lætũq; choro pæana canẽtes.Et libro.ii.de arte amandi Ouidius:

Dicite io pæan:& io bis dicite pæan:

Decidit in caſſes præda petita meos.Et abuſiue oĩum deorũ laus dicitur.unde Pindarus opus ſuum:quod & hoĩum & deorum cõtinet laudes:pæana inſcripſit.Ponitur etiá & pro ipſo Apolline.unde & carminis nomen tractum putant:& nnnc quoq; a ϖαίω:quod eſt ferio deducitur:iuxta quod Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam inquit:

Parce precor pæan:& tu depone ſagittas.

Nil pueri faciunt:ipſam configite matrem:

Amphion clamat:ſed pæan cõtrahit arcum.Nam cũ primo phythonẽ ſerpentem:q matrem inſequebaťſagittis cõfecerit:fuit laudibus:& carminib⁹ a populis ſublimat⁹: quæ(qa a feriendo & ſagittatione cauſam aſumpſerũt)pæana ſunt uocitata.Itaq; genus eſt pedis pæan:ex quo carmẽ cõficiebať: q duplex eſſe diciť. Nam aut cõſtat ex lõga:quá tres breues ſubſequũtur:aut ex trib⁹ breuib⁹:& lõga poſtrema.Quoꝝ alteruȝ Ariſtoteles ipſe principiis:alteꝝ clauſulis aſſignauit.Náq; pedes & numeros uir ille clariſſim⁹ nõ i uerſu mõ uerũ etiá ſoluta in oratiõe ſeruãdos cẽſuit:& in ſcriptis ſuis dactylũ & tribrachũ reiecit:q̃ſi nimiũ elatos pedes:& alti⁹ exaggeratá orationẽ reddẽtes.Rurſuſq; iábos & trocheos q̃ſi nimiũ depſſos renuit.& pæana:ut dixim⁹ cõprobauit.Nec ab hoc pæanti⁹.i.Philoctetes deduciť:q̃uis ſagittariæ artis fuerit pitiſſim⁹:ut oſtẽdit Homer⁹ i.ii.iliados:ne ſcȝ excellẽtiæ Apollinis derogeť.Et ob hoc alio mõ a græcis ſcribiť:uidelȝ cũ.œ. diphthongo:& non cum.æ.quemadmodum qum pro Apolline:aut eius carmine accipitur: ut in ea dictione uidebimus.

Pæon cũ.æ.diphthongo ſcribitur.at uero græci alterũ.e.poſt diphthongũ:& ante ultimá interponũt:ac ſcribunt pæeon.fuit medicinæ artis pitiſſimus:quẽ Homerus in.v.iliados:dixit curaſſe Plutonem in cælo grauiter in terra ab Hercule uulneratũ:appoſitis ſcȝ uulneri mitigatoriis medicamentis.Ab hoc pæoniam herbam compertam:& cognominatam aſſerunt.

Pæonia cũ.æ.diphthongo &.i.latino ſcribiť:dudum fuit regio:ut ferũt ab herba pæonia(quæ in illa abũdabat)cognominata:poſtea a rege dicta emathia:& pæones populi:qui teſte Herodoto i.vii.hiſto.libro iuxta pangæũ ꝓmontorium emathiæ cõterminum ex latere ſeptẽtrionis inhabitãt:ſed eam iam eſſe partem macedoniæ dixit Iuſtinus in.vii.

Pægma cũ.æ.diphthongo ſcribiť:dicitur a noſtris ludus:ná deſcendit a ϖαίζω uerbo græco:qď apud nos ẽ ludo:quo uocabulo uſus eſt Plinius li.xxxiii.cũ ait.C.princeps in circo pægma duxit:in quo fuere argenti pondo.cxxiiii.Iuue.ſimiliter i ſatyra Criſpini:Et pægma & pueros inde ad uelaria raptos.Ná cũ ludis pueri imiſcerenť:inde ad uelaria & loca tecta ac ſecretiora nõnunq̃ raptabanť ad ſtuprũ.Ponunť & nonnunq̃ pægmata ꝑ ãphitheatris & locis ubi pægmata agitabanť.Martialis li.primo:Hic ubi ſidereus ꝓpius uidet aſtra coloſſus.Et creſcũt media pægmata cælſa uia.Et a pægma deduciť pægnia ꝑ diuiſionẽ olim de.m.factam in.n.&.i.quæ ludibria dicuntur.

Pæſtum cũ.æ.diphthongo &.t.exili ſcribitur:oppidũ eſt lucaniæ tanta cæli indulgentia redimitũ:quáta iter alias delitias ſufficit fructus quoſdá bis i áno ꝓducere:de quo Virgi.i.iiii.georgicoꝝ: Biferiq; roſaria pæſti & Ouidius:Caltaq; pæſtanas uincat odore roſas.

Paganus cũ unico.n.ſcribiť:dici põt uillanus:hoc eſt in uilla natus.Nam cũ iuxta fontem:q græce πηγὴ dicitur:uilla fieri cõſueuerit:deductum eſt uocabulũ paganus.i.uillan⁹.Iuue.i ſatyra Quis numerare queat inquit:Citius falſum ꝓducere teſtem Cõtra paganum poſſis.Et Perſius.Ipſe ſemipaganus.

Pagus ꝓ uilla a latinis ſcribiť:& ꝓfertur:& a πηγὴ:qui eſt fons deduciť: eo ꝙ iuxta fontẽ uilla ſemper fieri cõſueuerat.Virgili⁹ li.georgi.iii.Præmiaq; ingentes pagos:& cõpita circum Theſide poſuere.

Palæſtina ſecũda cũ.æ.diphthongo penultima cũ.t.exili &.i.latino ſcribiť:ẽ teſte Plinio in.v.naturalis hiſto. ꝓuincia in ſyria arabiæ cõtermina:dictaq; eſt a philæſtin urbe:quæ in eo eſt metropolis.

Palamedes cum unico.l.&.e.ante.d.ſcribiť:fuit Naupli euboiæ regis filius:forma elegans & facũdia:atque grandi aĩo præditus:q cum aliis græcoꝝ principibus ueniſſet ad troiam:Vlyxis fraude necatus fuit:ut oſtẽdit Virgilius in.ii.æneidos:& Plinius de illo in.vii.naturalis hiſtoriæ ait.

Palæſtra ſecũda cũ.æ.diphthongo:ultima cum.t.exili ſcribitur:dici poteſt latine luctatio.Nam nudi palmis ſe homines depalmabant.Virgilius in.vi.æneidos:Pars in gramineis exercent membra palæſtris.Itaq; componitur ex ϖαγιν:quod eſt iterum:& ϖαιω ferio:uel percutio:& ut teſtis eſt Serui⁹ ſuper.iii.æneidos:primum apud athenienſes:palæſtre ludus compertus fuit.

P alæmon ſecũda cũ.æ.diphthongo ſcribitur:nomen fuit marini dei ꝓpriũ:qui latine Portunus eſt dictus:di
cente Ouidio i.vi.faſtorũ:Quem nos portunũ:ſua lingua palæmona dicet.Et hoc ideo Seruio teſte ſuper
v.æneí.quia portubus præeſſe dicebatˀ.fuitq; Athamantis thebarũ regis ex Inone filia Cadmi filius:cũ quo
mater præcipitẽ ſe dedit in mare.Vnde marinus ille deus euaſit.Alius fuit Phinei regis arcadiæ filius ex cõ
iuge Sthenobæa.Alius fuit grãmaticꝰ ætatis Quintiliani:de quo ĩ primo ĩſtitutionũ meminit cũ ait:Alii ta
men ex idoneis dũtaxat auctoribus octo grãmaticæ partes ſecuti ſunt:ut Ariſtarchus.& ætate noſtra Palæ
mon.de quo Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam meminit:cum ait:Odi Hanc ego:quæ repetit uoluitq;
palæmonis artem.

P aliſci cũ unico.l.&.i.latino:atq;.c.exili ſcribitˀ:fuerunt duo fratres:ut eſt apud Macrobiũ in ſaturnalibus Io
uis filii & Thaliæ nymphæ.Seruiꝰ uero ſuper.ix.æneí.& Lactantiꝰ ſuper.xii.thebaidos:dixerũt Aetnæ nym
phæ.de quibus talẽ fabulã refert Macrobius:in ſicilia fluuius ſemetus eſt:iuxta hunc Thalia nympha a Io
ue cõpreſſa metu Iunonis aptauit:ut ſibi terra dehiſceret.quod ubi factũ eſt:& maturi partus tp̃s aduenil
ſet terra:recluſa eſt:& duo infantes ex utero Thaliæ progreſſi emerſerunt:appellatiq; ſũt Paliſci a πάλιν
quod rurſus:& hiſco:uel quia poſt hiatũ materni uteri:hiatu rurſus terræ ſint egreſſi.uel qa bis terra aper
ta ſit in ingreſſu:ſcilicet nymphæ cũ illis:& egreſſu q̃ſi iterũ apparentes.Vnde ait Virgilius:Semetia circũ
Flumina pinguis:ubi & placabilis ara paliſci.hoc eſt teſte Seruio:quia humanis hoſtiis olim illis ſacrificaba
tur.& mitioribus deinde inductis etiã placati ſunt. Vel ſecũdũ Macrobium:quia ſi quis pro furto peieral
ſet ſine remedio necabatur in fluuio.

P aliurus cũ unico.l.&.i.latino ſcribitur:herba eſt ſpinoſa & aſperrima: de qua Virgilius meminit in bucoli
co:Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

P allas cũ duplicato.l.ſcribitˀ:hanc dicũt poetæ Iouis filiam ſine matre.Ita ut cũ uideret Iuppiter Iunonẽ uxo
rẽ nõ ferentẽ filios: percuſſo ſibi capite Palladem armatã miſit:dicẽte Lucano ĩ libro.ix.Hãc & pallas amat
patrio:quæ uertice nata eſt.Et Ouidius libro faſtorũ.iii.An qa de capitis ferˀ ſine matre paterni Vertice cũ
clypeo proſiluiſſe ſuo.hanc eandẽ Cicero libro de natura deorũ.iii.belli fuiſſe inuentricẽ:ac principẽ dixit
Ob qdˀ a nõnullis Bellona uocata fuit:ſoror ſcilicet & auriga Martis:dicẽte Statio:Regit atra iugales San
guinea bellona manu:lõgaq; fatigat Cuſpide.Nanq; toruã oculis :& armis inſignẽ longãq; cũ clypeo chry
ſtallino ferre haſtã:& pictum habuiſſe peplum dicũt poetæ.Quin & uirgo fingitur: & innupta:ut Virgiliꝰ
in.ii.æneí.Pars ſtupet innuptæ donũ exitiale mineruæ.Sed cũ ipſi uirgini Palladi Pallas Gigas Titani filius
deorũq; inimiciſſimus Vel ut Cicero uoluit:eius pater uim inferre attẽtaret:cum illa ſua uirtute peremit.
A quo (ut quidã aſſerũt)& ipſa Pallas poſtea dicta fuit.Nam primo quidẽ Tritonia dicebatˀ:qa iuxta trito
nidis paludem primitus cõperta dicitur:ut in dictione Titon late uidebimus.At uero græci omnes grãma
tici:quibus magis adhereſ:a πάλλω uerbo græco dictã putãt :quod apud nos uibro ĩterpretatˀ:eo ꝙ ha
ſtam uibrare conſueuerit:docueritq;.Fuit etiã cognominata Minerua:quaſi uim ipſa minetˀ:ut interpreta
tus eſt Balbus apud Ciceronem in.ii.de natura deorũ.uel(ut alii nõnulli uolunt)qa ſit ipſa minuẽs neruos
eo ꝙ qui optimis artibus uerũ laborẽ impendũt:uires corporis minuere dicantˀ. Nã ipſa eadẽ ſapiẽtiæ dea
& omniũ artiũ inuentrix appellatur:eo ꝙ teſte Seruio ſuper.ii.Virgilii æglogam:de capite Iouis eſt nata.
Vnde lanifices:fullones:tinctores:teſtriceſq; puellæ teſte Ouidio libro faſtorum.iii.eius feſtũ religioſe cele
brabant.& ſubdit Ouidius:
Hanc cole:qui læſis maculas de ueſtibus aufers:
Hanc cole ueleribus:quiſquis ahæna paras.Et idẽ in.iii.de ſine titulo:Artifices in te uerte minerua manus.
Ob quod ſeruius ſuper tertiã æglogam:illi digitos conſecratos:ut genua Miſericordiæ dixit.Sed cũ nihil
excellentius ſit ingenio:quo uniuerſa regunˀ:Et ipſa ex ingenio nata ſit:illi etiã arces hoc eſt rerũ ſublimi
tates cõſecrari uoluerunt.Virgilius in Corydone:Pallas quas cõdidit arces Ipſa colat.Eius templũ apud mi
leſios teſte Herodoto libro hiſto. primo:admirandum fuit:quod ab Aliatte uiro iniquo igne aſſumptũ fu
it.Apud quos ipſa Pallas Aſiſia uocabatur.

P alladiũ cum duplici.l.&.i.latino ſcribitˀ:atq; a Pallade deriuatˀ:fuit in urbe troiana antiquiſſimũ Palladis
ſignũ e ligno cõpactum:mouens oculos:atq; haſtã:quã manu detinebat:ut dixit Seruius ſuper.ii.æneí.Nã
cũ apud troiam in honorem Palladis arx:& in eius ſummo templũ illi ædificaretˀ c cælo cecidit: & locũ ſibi
in eo templo ſtatuit:nõdũ cooperta æde.moxq; ab Apolline datũ fuit oraculũ:eius ciuitatis futurũ exitiũ:
ſi id ſimulachrum extra mœnia portaretur . Q uod Ouidius in .vi. faſtorum:eloquentiſſime proſecutus
eſt.Quo factum eſt:ut tempore belli troiani Vlyxes & Diomedes per cuniculos & cloacas arcẽ ipſam aſcen
derent:atq; occiſis cuſtodibus ſimulachrum ipſum aſportarent .hoc cum poſtea finito bello Diomedes
ipſe obtineret : ut Seruius atteſtatur: & Virgilius pro parte tangit: ac Varro in libris de familiis romanis
pleniſſime proſequitˀ: & multis poſt caſibus iactaretur:oraculo monitus iuſſus eſt palladiũ troianis reſtitu
ere.Quod cum implere cuperet:tranſeunti Aeneæ ad italiam illi offerre conatus eſt:quẽ cum ſacrificantẽ
uelato capite cõperiſſet:ne ſacrificii ordinẽ irrumperet:alteri ex troianis obtulit:atq; Nautes quidã illud
accæpit.Vnde Mineruæ ipſius ſacra nõ iulia gens habuit:ſed nautarũ.hinc Virgilius libro æneí.v.ait:Vnũ

tritonia pallas Qué docuit. Alii eodé referente Seruio:dicũt a troianis tempore belli:intra ſtructũ parieté abſconditum:& tempore belli Mithridatici cópertum:atq; a Fimbria romano romam delatum: quod ab unico tantũ ſacerdote cuſtodiri conſuetum fuit. Vnde Lucanus:Tritoniam ſoli cui fas uidiſſe mineruam.

P allene cũ duplicato.l.ſcribit':regio é in litoribus macedoniæ iuxta ſithoniá & themopontũ:ut oſtédit Herodotus libro hiſto.vii.in qua has eſſe ciuitates enarrat:Potidæá cum.t.exili &.i.latino:& in penultima cũ.æ.diphthongo: Aphytiam cũ.y.græco in ſecũda:&.t.exili atq;.i.latino in penultima: Neapolim: Aegam cũ æ.diphthongo in prima:Therabũ cum.th.aſpirato:Sciená cũ.c.exili &.i.latino:Mendam & Saná:hanc fuiſſe patriá Protei oſtendit Virgilius in.iiii.georg. cũ ait:Hic nunc æmathiæ portus patriamq; reuiſit Pallenem.Nec de ciuitate pallene:quá eſſe in achaia Plinius in.iiii.naturalis hiſto.dixit intelligere potuit Virgilius:quia dixit æmathiæ.i.macedoniæ portus:& nó achaiæ:quæ longe ſatis a macedonia diſtat.

P alillogia cum.i. latino utrobiq;:& duplicato.l.poſt.i.& ante.o.ſcribit':dici poteſt reduplicatio.Ná cóponitur ex palim quod eſt iterum:& logia ſermo.

P almyra cum.y.græco ſcribit':urbs fuit aſſyriæ:de qua Plinius in .v. naturalis hiſtoriæ ſic ait: palmyra urbs nobilis ſitu diuitiis ſolo:& aquis amœnis uaſto undiq; ambitu arenis includit agros.ac uelut terris exépta a rerũ natura priuata ſorte inter duo imperia ſumma romanorũ parthorũq;:& prima in diſcordia ſemp.

P almyreni cum.y.græco in antepenultima ſcribitur:ciues ſunt palmyræ.

P amphilus cum.i.latino ſcribitur:nomé eſt uiri propriũ:quod interpretari libet totus amans. Nam πᾶν totũ dicit:& φι λων amans : uel φι λοσ amicus.ita ut totus dicatur amicus. Quo nomine teſte Quintiliano fuit pictor quidam eximius:qui multa ratione depinxit.

P amphylia ſecũda cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:regio eſt minoris aſiæ inter ciliciam & ſyriam.ab hac mare illi adiacens pamphylicum nominatur:atq; eadem litteratura ſcribitur.

P amiſus cum.i.latino ſcribitur:eſt teſte Herodoto in libro hiſto.vii. theſſaliæ fluuius: unus ex quinq; principalibus:ut in dictione theſſalia uidebimus.

P anætoliũ ſecũda cũ.æ.diphthógo:ſequés cũ.t.exili:penultima cũ.i.latino ſcribit':é teſte Plinio in libro.iiii. naturalis hiſto.mons maximꝰ in ætolia:qđ eiꝰ dictióis cópoſitio indicat. Ná pan totũ & maximũ deſignat.

P anætius ſecunda cum.æ.diphthongo:penultima cum.t.exili:&.i.latino ſcribitur: fuit ſtoicæ ſectæ philoſophus.Quem Cicero in libris officiorum eſt imitatus.

P andecta cum.c.&.t.exilibꝰ ſcribitur:nomen eſt cópoſitum a πᾶν:quod eſt totum:& participio eius uerbi δέχομαι :quod eſt capio:quaſi omnia inter ſe comprehendens.

P andion cum.i.latino ſcribitur:fuit Erithei regis athenarum filius:cui ſucceſſit in regno:quod quadraginta annis teſte Euſebio tenuit. Vnde ait Martialis in primo:Quod nec cecropiæ dánent pandionis arces.Nec ſileant noſtri prætereantq; ſenes.hic cũ adiutorio Terei regis Tracum fugit regé póti qui athenas obſederat in cuius meritum Pandion illi Progné filiam uxorem dedit: ut oſtendit Ouidius in.vi.metamorph . libro.

P anchaia cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur.regiuncula eſt ſabææ in arabia:que tota arenoſa eſt: & in qua arbores ſponte natæ tus emittunt. Virgilius in.ii.georg.Totaq; turiferis panchaia pinguis arenis.Nam in primo dixerat:Solis eſt turea uirga ſabæis.

P anægyris ſecunda cum.æ.diphthongo:ſequés cum.y.græco ſcribit':erant ſolennitates: in quibus & dii & principes laudari conſueuerant. Vnde & panægyricæ laudationes illæ uocant':quæ romanis imperatirabꝰ per annos dicebantur.

P angæum penultima cum.æ.diphthongo ſcribit':eſt teſte Plinio in.iiii.naturalis hiſtoriæ:thraciæ ꝓmontorium beſſis cóterminum:& macedoniæ iunctum:ad cuius radices meſtus defluit amnis.& addit Herodotꝰ libro.vii.fodicinas argenti & auri in illo eſſe:atq; eius ſeptentrionalé parté pæonas inhabitare. &(ut puto) circa monté regio pangæa:cum dicat Statius in.x.thebaidos:Procumbunt inarata diu pangæa iuuéci. Et componitur ex pan quod eſt totum:& γαῖον terra.

P aionium cum.i.latino ſcribitur:locꝰ eſt ſacer teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo: in mycale ciuitate ioniæ uerſus arcton:ab ionibus Neptuno heliconio publice dicatus:unde nomen aſſumpſit.

P anticapes cum.t.&.c.exilibus:atq;.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ teſte herodoto in.iiii.hiſtoriarum: quem quintum dicit eſſe ab iſtro:hoc eſt immediate poſt boryſtenem:cui ultimo cómiſcetur.

P antagia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:dictio eſt compoſita ex græco & latino:hoc eſt panta: quod eſt omnia agitans.Nam fluuius eſt ſiciliæ:qui teſte Seruio ſuper.iii.æneidos:olim cum plenus incederet implebat ſonitu pene totam ſiciliam.Ex quo quaſi ubiq; ſonitans dici uoluit.Sed poſtea cum Cereri quærenti filiam obſtreperet: tacere eſt iuſſus numinis uoluntate.

P anſelinos cum unico.l.præcedenti.e.uocali:&.i.latino ſubſequente ſcribitur: & dicitur a noſtris pleniluniũ:uel conuenientius duobus uerbis plena luna exponitur. Nam componitur ex pan quod eſt totum: & σεληνη:quæ eſt luna.deberetq; eſſe in penultima.e.ſed ut ſeruetur uox græcæ dictionis(quæ tamen apud accuratos non habetur in uſu)ponitur.i.uocalis.

P anteſilea ſecunda cum.t.exili:&.e.uocali: ſequens cum.i.latino ſcribitur:fuit amazonum regina: quæ Ori

thyæ ſucceſſit in regno.& teſte Iuſtino in.ii.epitomatum libro: contra græcos troianis fauens magnæ uirtutis bellicæ documenta monſtrauit.

P antomimus cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:deſignat ad uerbum rerum omniũ imitatorem. Nam componitur a ϖάντων.quod eſt omnium:& μιμοσ imitator:a uerbo μιμοῦμαι:quod eſt imitor. Nã hi in ſcænis perſonas per ſingulorum actuum ſimulationes oſtendebant. & ut refert Caſſiodorus in epiſtolis ſuis: Cum primum in ſcænam pantomimus inuitatus aduenerit:aſſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi ille compoſitis ſignis quaſi quibuſdam litteris edocet contuentiũ aſpectus: per quod non ſcribendo id facit:quod ſcriptura declarauit.Quin & idem chorus Herculem deſignat:& Venerem fœminã præſentat: & marem regem facit:& militem ſenem reddit & iuuenem:ut in uno credas eſſe multos tam uaria imitatione diſcretos.Nec hoc tamen agitabant ſine uariarũ ueſtium cõmutatione:ut uarias hominũ ætates & conditiones perſonarent.Quod Horatius ipſe oſtendit in libro epiſtolarũ primo epiſtola.vi.cum ait:

Chlamydes lucullus(ut aiunt)
Si poſſet centum ſcænæ præbere rogatus.
Qui poſſum tot ait?tamen & quæram:& quot habebo
Mittam poſt pau lo.ſcribit ſibi milia quinq;
Eſſe domi chlamydum:partem uel tolleret omnes.

P anthera cum.th.aſpirato ſcribitur:nomen eſt animalis compoſitum ex pan quod eſt totaliter: & θηρ fera. nam animal ferum prorſus dicitur.& ut dixit plinius libro.viii.naturalis hiſto.in hyrcania:& in india abundant:minutis orbiculis ſuper pictæ habentq; in candido breues macularum oculos.& ſunt: qui tradant in armo pantheræ maculam ſimilem lunæ eſſe cauatam pari modo cum ea.

P anthus cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit uir troianus ex primoribus urbis:ut oſtendit Homerus in.iii.iliados: & per ſynæreſim:ut apud græcos in ουσ diphth.profertur.Nam ſecundũ integrorum regulam apud illos in ος deſinit:uidelicet ϖάνθοοσ:& in ου terminat genitiuum uidelicet ϖάνθοου.Quare & a noſtris integrũ declinat̃ hic Panthous huius panthoi:& ſimiliter per ſynæreſim: ut apud illos ſic ϖάνθουσ ϖάνθου: Sic apud noſtros hic panthus huius panthi. Virgilius i.ii.æneidos:Panthꝰ otriades arcis phœbiq; ſacerdos. Et in eodem ponit uocatiuũ in.u.cum ait:Quo res ſumma loco panthu?quã præhendimus arcem? Et puto illum fuiſſe filium Otrei fratris Hecubæ.& ratione iuſticiæ: & conſanguinitatis reginæ ad eiuſmodi ſacerdotium ſublimatum fuiſſe.

P apæ cũ.æ.diphthongo in ultima ſcribitur:aduerbium eſt admirandi:& deducitur a papas:qui eſt pater.

P apæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur: quo nomine teſte Herodoto libro hiſtori. iiii. uocatur Iuppiter apud ſcythas.

P apyrus cum.y.græco ſcribitur:dicitur a noſtris iuncus:a nonnullis uero ſcirpus.Lucanus in.iiii.Conſeritur bibula memphitis cymba papyro.Et inde papyraceus:ut per imaginem papyraceã crematus eſt.

P aphlagonia ſecunda cum.ph.aſpirato:& penultima cum.i.latino ſcribitur:prouincia eſt minoris aſiæ:quæ teſte Solino cytoro monte conſurgit:ut in ea dictione uidimus. Eſt etiam inſignis loco ueneto:a quo teſte Cornelio nepote paphlagones in italiam tranſuecti mox ueneti dicti ſunt.

P araclitus abſq; aliqua aſpiratione:& cum.i.latino ſcribitur:quãq; potius.e.q̃.i.eſſe deberet: cũ apud græcos eo in loco habeatur.h. quod in.e.noſtrum uel.a. conuerti conſueuit: ſed ut eiuſmodi dictiones græcæ apud nos ſonus ſeruetur:ponitur.i.& dici poteſt acclamatus:uel aduocatus. Nam ex ϖαρά præpoſitione componitur:quæ ad hic quoq; deſignat:& κλητος uocatus.

P aradiſus cum.i.latino:ſequente unico.ſ.ſcribitur.ſane apud græcos penultima habet. ei. diphthongum: ſed nos abiicientes.e.conſeruamus.i.productam:& dici poteſt latine pomariũ:dum pro horto conſito pomis accipitur:ut late in dictione hortus explicauimus. Nam ſunt horti olerum: & horti non olerũ: ſed arboribus conſiti:& uoluptatis gratia comparati.Eſt itaq; olus quæq; herba:qua ueſcimur.& inde olitor ille dicitur:qui hortum olerum exercet.quem nonnulli hortulanum uocant.

P araſitus cũ unico.r.& unico.ſ.atq;.i.latino &.t.exili ſcribit̃:ille dicit̃ ad græce dictiõis etymologiã: q aliorũ menſas & cibaria ſequitur.Nã ex ϖαρα componitur:quod hic quoq; iuxta ſignificat:& σῖτος: quod non ſolum frumentũ:ſed cibaria quæq; deſignat:hoc eſt teſte Iuuenale in.iiii.ſatyra: Vt bona ſumma putet aliena uiuere quadra:ideſt menſa.Nam ut hoc quoq; conſequi poſſit:omnia ad uoluptatẽ eius: cuius eſt tractus nidore culinæ primo loquitur:omnia deinde aſſentatur.omnia illius facta ſimul:ac dicta laudat. nihil repugnat.omnia ſuffert:ut Iuuenalis in eadeꝫ ſatyra:Si potes illa pati:quæ nec ſarmentus iniquas Cæſaris ad menſas:nec uilis galba tuliſſet.Et(ut concludam)nihil uentris cauſa facere recuſat: in quo ſummũ bonũ conſtituit & horum non parua erat copia in domibus principum. uerũ & paraſitus nõnunq̃ pro illo accipitur:qui ſimplicibus uerbis riſum ab audientibus captat:ut idem Iuuenalis: Ad menſas quotiens paraſitꝰ uenerit infans.& a paraſito formatur paraſitaſter:qui quidem non paruus eſt paraſitus(ut nõnulli putauerunt)ſed imitator paraſitorũ.aliter enim non diceretur a comico paraſitaſter paruulus. Nanq; huiuſmodi diminutiua quæ terminantur in aſter:imitationẽ potius:q̃ diminutionẽ ſignificãt:ut apud.M. Tullium p

Vareno:Euritius hic noſter antoniaſter eſt.Et ad Atticum libro.xii. Omnino ſolet eſſe fuluiaſter.i.Antonii Fuluiiq; imitator.

Parabola cum unico.l.ſcribitur:& ſecundum meram ſignificantiam dictionũ ualet dici iuxta ſententiá.Nam componitur ex para:quod indicat iuxta:& βουλη ſententiá: quaſi rerum diſſimilium comparatio. Vnde ait Quintilianus: Parabola (quam Cicero collationem uocat)longius res:quæ parentur repetere ſolet:ut tam fortiter periit apud hipponem Scipio:q̃ utiq; apud utinam Cato.

Paradoxa cum.x.conſonante ſcribitur:& a nonnullis iuxta ſententiam interpretatur.ab aliquibus uero inopinabilia traducuntur.Nam utrumq; para:ſcilicet præter & iuxta deſignat:& doxa opinionem fidemq; & ſententiam dicit. Vnde paradoxa Ciceronis electas ſententias interpretari poſſumus.

Paragogon cum duplicata ſyllaba ſcribitur:habetq; accentum in antepenultima: & dici poteſt deriuatiuum ut florea rura campiq; uirentes.quod ſatis criſpa flexione deriuauit Horatius ab albeo albicant:cum ait in primo carminum:Nec prata canis albicant pruinis.

Paradigma cum.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris exemplum dicti ſcilicet uel facti alicui⁹:ut Virgilius in primo æneidos:Antenor potuit mediis elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus.& reliqua : & fieri conſueuit modis tribus:ut a pari Virgilius in eodem libro: Ac ueluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt Seditio. & ea alia quæ ſequuntur. A maiore ad minus:ut idem:

Qualiter expreſſum uentis per nubila fulmen.

A minore ad maius:ut idem:

Si potuit manes arceſſere coniugis orpheus
Threicia fretus cithara fidibuſq; canoris.i.inſtrumento inanimato.Ergo & multomagis ego pietate.

Paralyticus tertia cum unico.l.&.y.græco:penultima cum.t.exili &.i.latino:ultima cum.c.exili ſcribit̃ denotat apud nos diſſolutum.Nam a παραλύω deſcendit:quod eſt diſſoluo.atq; eodem modo paralyſis.

Paranymphus cum.y.græco ſcribitur: dicitur ab Hieronymo:& quibuſdam aliis doctiſſimis moderniorib⁹ pronubus.ab antiquis uero auſpex.Nam quia antiqui pro nuptiis celebrandis auſpicium capere ſolebant: qui præerat huic rei pro parte uiri a græcis paranymphus:a noſtris auſpex dicebatur.ut Lucanus: Contenta eſt auſpice bruto.Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: Veniet cũ ſignatoribus auſpex.Plautus in Curgulione: Vltro ibit nuptũ:non manebit auſpices.Et ut auſpex ꝓ parte uiri Sic & pronuba pro pte mulieris adhibebat̃.Itaq; cũ apud chriſtianos auſpicia mime captẽt̃:adhibẽt̃ ſacerdotes:q & ꝓnubi a noſtris uocát̃.

Paradiaſtole cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:dici poteſt per dilationem . Nam tunc quoq; fieri dicimus cum rem noſtra interpretatione dilatamus:atq; aſtutum ſapientem uocamus:prodigum dicimus liberalem. temerarium fortem.& ſimilia.

Paragoge cum unico.r.ſcribitur:poteſt dici deductio:ut admittier pro admitti.

Paronomaſia eodem modo ſcribitur:dicitur a Cicerone agnominatio.Nam tunc quoq; fit cum aliquod nomen ex alio in ſignificatione diſtante apte conficitur:ut Terentius:Iam inceptio eſt non amantium : ſʒ amétiũ.Similiter abire an obire te conuenit.

Paraſceue cum.c.exili:ſequẽte.e.abſq; diphthongo ſcribit̃:dici poteſt latine præparatio. Ná a παρασκευω quod eſt præparo deriuatur.

Pardyus cum.y.græco ſcribitur:fuit filius Merdyos filii Cyrii:& unus ex ducibus Xerxis : ut Herodotus libro hiſtoriarum.vii.oſtendit.

Parectateni abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo:gentes in media.

Parentheſis cum.th.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a noſtris interpoſitio. Nam cóponit̃ ex para & en:quæ duo dicũt inter: & theſis poſitio. Virgilius ĩ primo æneí.Hic(tibi fabor ení quádo hæc te cura remordet)Lógius & uoluens fatorũ arcana mouebo Bellũ ingẽs gerit italia: & in eodem libro ubi inquit : Aeneas(neq; enim patrius conſiſtere mentem:Paſſus amor)rapidum ad naues præmittit achatem.

Parnaſus cum unico.ſ.ſcribitur a nobis:licet a poetis græcis nónunq̃ duplicetur : & ſcribatur parnaſſus : ſed ſæpius cum unico.ſ.uti nos conſueuimus: mons eſt non theſſaliæ: (ut nónulli errantes aſſerunt) ſed aoniæ: quæ alpeſtris eſt pars boetiæ:unde aonides ſæpe muſæ dictæ ſunt:ut Iuuenalis:Cupidus ſiluarũ aptuſq; bibendis Fontibus aonidum.iuxta quem montem regiuncula eſt phocidos inter thebas:ſcilicet & athenas:dicente Ouidio in primo metamorpho.Separat aonias attæis phocis ab aruis Terra ferax.& ſubdit : Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus:Nomine parnaſus ſuperatq; cacumine nubes.Et Lucanus libro.v. ait:Parnaſus gemino petit æthera colle.horum utiq; unus dicitur helicon:alter citheron: ut in ſuis dictionibus uidimus.Quin & helicon alio nomine cirrha cognominatus eſt:& citheron Nyſa.é citheron Baccho ſacer non longe a thebis depreſſiorq; ac cirrha amplior:ut Lucanus in.v.Tu quoq; uix ſummá ſeductus ab æquore rupem Extuleras unoq; iugo parnaſe latebas.Helicon uero altior:& appollini cóſecratus.ſub quo monte:ut dixit Plinius:oppidum eſt delphi clariſſimum oraculo Appollinis:fonte caſtalio: & amne cephiſio præterfluente delphos:ut in ea dictione uidimus.Quin & inter eos colles uallis eſt: quæ pyrene uocat̃.

Paryſatis ſecunda cum.y.græco:ſequens cum ſimplo.ſ.ultima cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: fuit teſte Plu-

tarcho Cyri filia:& Artaxerxis mater.

Parmenides cum.i.latino ſcribitur:fuit philoſophus patria heleates: cui Plato nobile opus de principiis rerum inſcripſit.Quem Ariſtoteles arguere non ad mentem Platonis in libro primo de phyſico auditu conatur. hic(ut ferunt) primus terram globoſam:ac rotundam dixit.fuit & alter Parmenides orator.

Paros abſq; aſpiratione ſcribitur:inſula eſt una ex cycladibus:quæ candidiſſimũ marmor gignit.A cuius candore dixit Virgilius in.ii.æneidos:Niueamq; paron.Ouidius in.iii.metamorph.

Hæret ut e pario formatum marmore ſignum
Spectat humi poſitus geminum ceu lumina ſidus.

Parœmia ſecunda cum.œ.diphthongo:penultima cum.i.latino ſcribitur: dicitur a noſtris prouerbium: ut Virgilius in Mœri:Lupi mœrim uidere priores.

Parrhaſia cũ duplicato.r.& ſecũda aſpirato:atq;.i.latino ĩ penultima ſcribit̃:fuit arcadiæ nomẽ:Lycaonis patria.Vnde eius filia Caliſto parrhaſis a poetis dicit̃.Ouidius in.ii.metamorpho.Parrhaſis erubuit. idem in xvii.epiſtolarum heroidum.Quæq; micat gelido parrhaſis urſa polo.Comperitur etiã parrhaſius parrhaſia parrhaſium:pro arcadicus arcadica arcadicum:ut Virgilius:Parrhaſio dictũ panos de monte lycei.

Parrhaſius eodem modo:ut ſuperior dictio ſcribitur:& ſubſtantiuũ nomen eſt:ac proprium:fuit teſte Plinio pictor ſua ætate ſummus:hoc eſt quinta & nonageſima olympiade.Et(ut.xxxv.naturalis hiſto.rettulit)fuit epheſi natus.Hic(ut idẽ auctor proſequitur)primus ſymmetria picturæ dedit:primus argutias:uultus elegantiam:capilli uetuſto more confuſi artificium in lineis extraneis palmam adeptus.quod rarum etiam in ſucceſſu artis compertum eſt.Idem deſcendiſſe cum Zeuſide in certamen ab eodem auctore traditur: & cũ Zeuſis detuliſſet uuas pictas tanto ſucceſſu:ut in ſcænam aues aduolarent: ipſe detuliſſe linteum auibus pictum traditur ita ueritate repræſentatis:ut Zeuſis alitum indicium timens afflagitaret: ſed tandem remoto linteo:& oſtenſa pictura:atq; intellecto errore palmam ingenuo pudore Parrhaſio conceſſit: quoniam ipſe aues feſelliſſet:Parrhaſius autem ſe artificem. Quod elegantiſſime Carolus arretinus noſter tetigit in elegia ad Poggium de Mercurio Cyriaci:cũ ait:relinque uacuũ aliquantiſper. At uero Quintilian⁹ in.xii. de inſtitutione arotoria:non ſimul eos fuiſſe dixit:ſed nõ multum ætate diſtantes circa peloponneſia ambo tpa.Et ut ſubdit:cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontem inuenitur.& ita omnia eum circũſcripſiſſe rettulit:ut legum latorem illum uocatum fuiſſe affirmet:quia deorum atq; heroũ effigies quales ab eo traditæ:cæteri tanq̃ ita neceſſe ſit ſequuntur.Idem multa & admiranda pinxit:ut longo ſtilo in prænominato libro Plinius ipſe recenſuit.ſed(ut ait)nemo illo inſolentius uſus fuit gloria artis. Nam ſe principẽ artis appellabat:& eam a ſe conſummatam.ſuper omnia Apollinis ſe radice ortum.& Herculem:qui eſt lindi talem a ſe pictum:qualem ſæpe inquiete uidiſſet.

Parthia cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:hæc dudum pars fuerat orientalis ſcythiæ. Sed teſte Iuſtino in primo & quadrageſimo libris ex illis locis uenientes in aſſyriam exules:& illam occupantes de ſuo nomine parthiam uocauere.Nam (ut dixit)parthi lingua ſcythica dicuntur:qui apud nos exules uocitantur. Eſtq; illis ſermo ex ſcythico & medo cõmixtus.omnes equitare & ſagittare magna induſtria docent liberos. auri & argenti nullus eſt:niſi in armis uſus.ſinguli plures habent uxores.Nec illa delicta puniunt grauius adulterio.Ob quod fœminis non tantum cõmixtis uiris conuiuia interdicunt:ſed uirorum conſpectum apertũ prohibent.Quare dixit Macrobius in ſaturnalibus:Parthi cum concubinis non coniugibus conuiuia ineunt:tanq̃ has in uulgus prodire & laſciuire deceat:illas non deceat.Vnde Lentulus apud Lucanum in.viii. adeo libidinoſos dixit:ut reiecto pudore naturæ cum ſororibus & filiis cõmiſceantur.ait enim. Tot fœmineis complexibus unum.

Non laxat nox tota marem:iacuere ſorores
In fratrum thalamos:ſacrataq; pignora matrum.

Hi pugnas admirabili ardore ineunt:ſed diu pugnare nõ ualentes in fugam uerſi uictoriam ex ipſa reportant: dicente Virgilio in.iii.georg. Fidentemq; fuga parthum:uerſiſq; ſagittis.unde pluries magna damna romanis intulere.

Parthenope cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit una ex ſirenibus:ut in ea dictione uidebimus:a qua teſte Plinio & Solino ciuitas campaniæ:quæ nunc neapolis uocitatur cognominata fuit:quia eo in loco ubi constructa fuit tumulus eius fuerat parthenopes.Quo nomine Virgilius etiam uocitauit in.iiii.georg.cum ait: Illo uirgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.Sed neapolim hoc eſt nouam ciuitatem Auguſtus eam inſtaurans dici maluit.Et denotat parthenope uirginem apud nos.unde & parthenopæus deducitur:quod a Virgilio nomen proprium in.vi.ænei.ponitur cum ait:Hinc inclytus armis Parthenopæus.

Parthenopæus cum.th.aſpirato ſcribitur de quo in præcedenti uidimus dictione.

Parthenius cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:fluuius eſt paphlagonum:& teſte Plinio in ſexto carambi ꝓmontorio ſatis proximus.caditq; in pontum:ut Orpheus in argonautica:& Herodotus in libro hiſtoriarũ ii.monſtrauerunt.Eſt etiam parthenius mons arcadiæ(ut ſcribit Pomponius)a uirginibus: quæ illic uenari conſueuerant ſic quoq; cognominatus.Virgilius in gallo:Non me ulla uetabunt Frigora parthenios canibus circundare ſaltus.Nam partheus græce uirgo latine dicitur.

Paſcha cum.ch. aſpirato ſcribitur: & græcum eſt uocabulum a ϖάσχομαι uerbo græco: quod latine eſt patior deductum: cum eo tempore & agnus & Chriſtus paſſus fuerit. At hæbraice phaſe dicitur: qui eſt tranſitus filiorum iſrael ex ægypto.

Paſyphe ſecunda cum unico.ſ.&.y.græco ſcribitur: fuit Solis filia: & uxor Minois regis cretæ: materq; Ariadnes & Phedræ: atq; Minotauri: quem ex infami amore tauri progenuiſſe dicunt poetæ. De quo Virgili⁹ in ſileno: Ouidius in primo de ſine titulo: & in ſecundo de arte amãdi: atq; in metamorphoſeon libro .iiii. plura ſcripſere.

Paſithoa ſecunda cum unico.ſ.&.i.latino: ſequens cũ.th.aſpirato &.o.uocali ſcribitur: fuit una ex nymphis filia Oceani & Tethyos: ut dixit Heſiodus in theogonia.

Patella & patina abſq; aſpiratione ſcribuntur: & a græco uerbo: quod eſt ϖλάττω: ideſt fingo nõnulli deriuari uolunt. Alii uero a ϖλατεῖα: quæ eſt latitudo deducunt. alia latina putãt: & a pateo pates deriuari uolunt. uas eſt latum & condiendis obſoniis aptum.

Patina cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: ut uidimus in præcedenti dictione: habetq; accentum in prima. eius uſus mirabiliter romæ creuit: ita ut dicat Plinius in.xxxv.naturalis hiſto.libro: Hos cum in una Aeſopi tragœdiarum hiſtrionis patina auium diceremus ſexcenta ſextertia ſtetiſſe: non dubito indignatos legentes. At Vitellius in principatu ſuo decem talentis condidit patinam: cui faciendæ fornax in cãpis ædificata erat quoniam eo peruenit luxuria: ut etiam fictilia pluris conſtiterint q̃ myrrhina.
Quare in domitiani dedecus Iuuenalis inquit:
Debetur magnus patinæ ſubituſq; prometheus
Argillam atq; rotam citius properare. ſed ex hoc
Tempore iam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur.

Patera cum.t.exili ſcribitur: cum pro ciuitate ponitur lyciæ: habet accentum in prima. in hac ſex menſibus anni dabantur Apollinis reſponſa. Vnde lyciæ ſortes dictæ ſunt: ut uidimus in dictione lycia. Cum uero pro uaſe ponitur: habet ſuper penultima accentum ut Virgilius in georgicorum.ii. Hic laticis qualem pateris libamus & auro.

Patizites abſq; aliqua aſpiratione: & cum.i.latino ſcribitur: fuit perſa magus: quẽ Cambyſes apud perſas pfectam reliquerat. hic Smerdim fratrem ſuum ſimilem Smerdi fratri Cambyſis perſarum regem declarauit ut uidebimus in dictione Smerdis: & in dictione Praxaſpes.

Paticus cum.c.&.t.exilibus: atq;.i.latino ſcribitur. ſane hæc dictio & uerbũ patior: a quo deriuatur originẽ a græco quod eſt phatos traxerunt: quod cum.th.aſpirato ſcribitur: & paſſionem perturbationemq; & patientiam denotat. Vnde pathiticus: ideſt paſſiuus cum ſecunda aſpirata deducitur: a quo per ſyncopam noſ eam ſyllabam deducentes abſq; aliqua aſpiratione paticum dicimus. Quo Iuuenalis pro ea paſſione: qua quis ſeipſum ſtuprari paſſus eſt: utitur: ut ille tenet ſpeculum patici geſtamen othonis. Nam (ut ait Suetonius) Otho a prima adoleſcentia fuit prodigus: ac procax adeo: ut ſæpe flagris obiurgaretur a patre. Deinde uero poſt patris mortem: libertinam aulicam gratioſam: quo efficacius ſe coleret: etiam diligere ſimulauit: quãuis anum ac pene decrepitam: per quã inſinuatus Neroni facile ſummũ inter amicos locum tenuit congruentia morum. quod initium fuit affectandi imperii: dicente Iuuenale: Cum te ſubmoueant qui teſtamenta merentur Noctibus. in cælum quos euehit optima ſummi Nunc uia proceſſus uetulæ ueſica beatæ: ideſt diuitis. Et (ut pergit Suetonius) Vt uero quidam tradunt & conſuetudine mutui ſtupri. Quod Iuuenalis tetigit: cum ait: patici Othonis. unde in ſatyra Neuole inquit: Nunq̃ paticus tibi deerit amicus. at uero poſt mortem Neronis: cum ab imperatore Galba ſperaret adoptari in filium: & prælatum ſibi Piſonem cerneret: curauit Galbam occidere & Piſonem atq; ĩperiũ occupare: quod diebus nonogintaq̃q; optinuit Nam cum uitellio decertans: & tribus mediocribus prælius apud alpes citraq; placentiam uictor: nouiſſimo maximoq; apud bebryacum fraude ſuperatus. Bebryacum oppidum fuit inter Veronam & cremonã quæ nunc dicitur Labina: Quo effectum fuit: ut unico ictu infra leuam pupillam ſeipſum occideret: trigeſimo octauo ætatis ſuæ anno. Hic teſte Suetonio mundiciarum fuit pene muliebrium: & uulſo corpore faciẽ quotidie raſitare: ac pane madido linire conſueuerat. & ut aiunt (inquit Suetonius) ſpeculum ſemper ſecum geſtabat: etiam dum ciuile bellum contra Vitellium gereret: ut in eo quotidie ſe proſpicere poſſet. Quod tangens Iuuenalis contra molles: & effœminatos ſui temporis uiros inquit: Ille tenet ſpeculum: ſcilicet in morem fœminæ cum ſe pingit & ornat. & deriuatur a ſpecio ſpecis: quod non eſt in uſu: a quo ſpeculum: & per ſyncopam amota ſyllaba.ci.euphoniæ cauſa dicitur ſpeculum. & ſubdit appoſitiue Patici geſtamen othonis. diciturq; geſtamen a gerendo. ut Virgilius in.iii.æneidos: Clypeum magni geſtamen abantis. Et pergit Iuuenalis ironice loquens in ipſius Othonis molliciem: Actoris arunci ſpolium: hoc eſt erat ne id ſpeculum quod ſecum in ciuili bello gerebat Otho: forſitan ualida illa Turni rutulorum regis haſta: quæ ſpolium fuerat Actoris arunci uiri fortiſſimi: ironice id eſſe affirmat. Nam (ut refert Virgilius in.xii.) cum ſe Turnus in bello contra Aeneam armaſſet:
Exin quæ mediis ingenti annixa columnæ

Aedibus aſtabat ualidam ui corripit haſtam
Actoris arunci ſpolium:quaſſatq; trementem
Vociferans nunc o nunq; fruſtrata uocatus
Haſta meos.& reliqua:quæ proſequitur. Vnde poeta ille lepidiſſimus locum ironice accæpit.

P atrees cum.t.exili & duplicato.e.ſcribitur:quin & pharees:qui teſte herodoto libro hiſtoriarũ primo popu li erant achiuorum.

P atiramphes cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto in ſeptimo uir perſa:& Xerxis auriga.

P auſania cum.i.latino ſcribitur:& apud græcos in.ſ.terminatur:fuit lacedæmonius uir magnus:ſed in omni genere uitæ uarius.& ut uirtutibus eluxit:ſic uitiis eſt obrutus.Nam iſto duce teſte Thucydide Mardonius Satrapes natione medus:& perſarũ regis gener manu fortis & conſilii plenus: cum ducentis milibus pedi- tum:quos uiritim legerat:& uiginti equitũ:haud ita magna manu græcia prorſus fugatus eſt:atq; in eo ce- cidit prælio.Qua uictoria elatus Pauſania plurima peruerſe ægit.& cum cætera pari fœlicitate confeciſſet: adeo elatus eſt:ut in ſui libidinem patriam prodere:& totam græciam perſarum regi ſummittere conaret̃ In quibus cum depræhenſus fuiſſet:& per adoleſcentem Argilium:quem ille amore uenereo amabat res ꝑ deretur:turpem mortem a ſuis ſubire coactus eſt.Alius fuit macedonius adoleſcẽs Cereſtis filius:& ab Ore ſte inclytum genus trahens: qui cum ſemel malignitate cuiuſdem a multis ſtupratus eſſet:nec uindictam a Philippo rege macedoniæ impetrare ualuiſſet:qui rem quocq; ipſam ridere conſueuerat:regẽ ipſum Philip pum interemit.& ut multi ferunt conſentiente ac uolente Olympiade regis uxore:& Alexandri magni ge- nitrice:ut late omnia Iuſtinus in.ix.epitomatum libro proſecutus eſt.

P edaſus cum.e.abſq; diphthongo:& unico.ſ.ſcribitur:fuit teſte Homoro in.vi.iliados Bucolionis maximi fi liorum Laomedontis filius.Fuit etiam eodem nomine atq; eadem ſcriptura ciuitas in agro propinqua pylo uini abundantiſſima:& ſub dominio Agamemnonis:ut idem poeta in.ix.iliados libro demonſtrauit.

P edæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribit̃ a noſtris:a græcis uero poetis nõnunq; inter.d.& diphthõ- gum.æ.interponitur alterum a:& dicitur pedaæus.Fuit teſte Homero in.v.iliados: filius nothus Antenoris qui in bello troiano a Megephylide interfectus fuit.

P egaſus cum.e.abſq; diphthongo:& unico.ſ.ſcribitur:equus fuit allatus natus ex ſanguine Meduſæ:qui ad montem parnaſum aduolans:cum terram ungula pedis effoderet:πηγην:hoc eſt fontem produxit: a quo ipſe pegaſus cognominatus eſt.Cuius rei fabulam Ouidius in.iiii.metamorphoſe.libro:Lucanus in.xi. Et Iginius in aſtronomia poetica deſcripſerunt: quæ ab omnibus breuiter compræhenſa talis eſt: Phorcus ex Cetho coniuge tres habuit filias eximiæ pulchritudinis:Euryalem Sthenionem:& Meduſam omnium ma iorem natu.Nõnulli addunt & quartam:uidelicet Scyllam.Has tenuiſſe dicit Pomponius Mela inſula gor gades in oceano æthiopico poſitas.Vnde & nos illas gorgones dictas putamus.Fingunt deinde poetæ has ipſas ſorores unicum tantum habuiſſe oculum:quo emergente caſu ſingulæ pro libito utebantur.Vnde & nõnulli putant ſapientem quendam fuiſſe:cuius conſilio ſingula regebantur. Et ulterius addunt poetæ:ꝙ cum die quadam Meduſa ſola circa litora uagaretur:a Neptuno uiſa:& amata fuit:qui illam fugientem ꝑ- ſecutus eſt:donec iam feſſa in templum refugit Palladis: in quo ardens deus illam compreſſit. Sed turbata Minerua(ne ignominia templi maneret inulta)crines ipſius Meduſæ mutauit in angues:quia Neptuno per capillos maxime placuerat.fecitq; ut omnes Meduſam aſpicientes uerterentur in lapides. Quod ob ſtupo rem admirandæ pulchritudinis fictum uoluit ſeruius.Hanc deinde dormientem Perſeus Iouis & Danaes fi lius accæptis Mercurii tallaribus:eiuſq; falcato enſe:& ſcuto Palladis chryſtallino: per quod illam impune aſpicere poſſet:uno ualidiſſimo ictu peremit. Ex cuius cruore mox fingitur natus pegaſus allatus equus. Qui inde uſq; ad heliconem collem peruolans:& pede humum fodiens:heliconem ſeu pegaſeum fontem eduxit muſis ſacrum.Quod ideo fictum puto:quia cum perſeus illam deuicerit:eius opibus fræ̃tus:præcla ra multa perægit.Nam & Atlantem mauritaniæ regem: & aphricam totam ſubægit: græciáq; expugnauit Ita ꝙ ſãguine:hoc ẽ diuitiis Meduſæ ei⁹ fama uſq; adeo creuerit:ut poetis græcis materiã fabulãdi ꝓſtiterit.

P elamys cũ unico.l.&.i.græco ſcribit̃:gen⁹ ẽ piſcis:q(teſte Plinio i.ix.naturalis hiſto.)mira celeritate adoleſcit & ꝓcipue in põto ob multitudinẽ amniũ dulces inferẽtiũ aquas.cõſueuerũtq; in uaſis ſaliri: ut etiã oſtendit Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio quũ ait:Quod uocis preciũ:ſiccus petaſunculus & uas pelamydum.

P elagi cum.e.abſq; diphthongo:& unico.l.ſcribitur:populi fuerunt:qui prius dicti ſunt theſſali:Et pelaſgia quæ prius dicebatur theſſalia:ut Ariſtotelis grãmatici gloſula in Homerum expoſuit.

P elaſgus eodem modo ſcribitur:atq; etiam nomen uiri proprium fuit filiuſq; Teudamantis: ut Homerus in ii.iliados oſtendit.

P electronium cum unico.l.& abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur: fuit oppidum theſſaliæ: de quo in dictione centauri uidimus.

P ella cum duplici.l.ſcribitur:ciuitas eſt in macedonia:ut dixit Liuius libro ſexto de ſecundo bello punico: & in litore maris ægæi:ut oſtendit Herodotus in.vii.Quam pomponius dixit maxime illuſtrari alumnis phi- lippo & Alexãdro eius filio.Nam in ea Alexãder natus dicit̃.Vnde dixit Iuuenalis i ſatyra Omnib⁹ i terris:

Vnus pellæo iuueni non ſufficit orbis:ideſt Alexādro:qui deinde babylone morbo uinolentiæ(ut dixit Solinus quāq; alii ueneno affirment)conſumptus eſt. Philippus uero ægis a Pauſania : cum ſpectatum ludos iret:iuxta theatrum occiſus fuit:qui ſimiliter pellæus a poetis eſt uocatus: ut Lucan⁹ in.x. Illic pellæi proles ueſana philippi.& fuit pella ciuitas exigua:ut idem poeta oſtendit:cū ait:Exiguæ ſecura fuit ꝓuincia pellæ.

P eleus cū unico.l.ſcribitur:fuit Aeaci regis & Aeginæ filius maritus Thetidis:& pater Achillis. de quo plura Ouidius in.xi.metamorphoſeos proſecutus eſt. Et a Peleo pelides dictus eſt Achilles. Idem in.viii. epiſtola heroidum:Pelides utinam uitaſſet apollinis arcus.

P elias cū unico.l.&.i.latino ſcribitur:fuit Neptuni filius ex Tyro nympha filia Salmonei regis.hæc fuit uxor Crithei:cui Aeſonem genuit patrem Iaſonis.Sed timens Pelias Iaſonem ex quodam oraculo reſpōſo perſuaſit illi:ut colchos pro aureo uelere pergeret:putans illum in ea expeditione deficere.

P ellex cum.e.abſq; diphthongo:& duplicato.l.ſcribitur:nec græcum eſt(ut oſtendemus:& multi aſſeruerūt) ſed latinum. Apud antiquos uero Maſſurius iuriſconſultus Paulo teſtante ſcribit libro memorabilium eā habitam quæ cum uxor non eſſet:cum aliquo tamen uiuebat: quam nunc uero nomine amicam paulo honeſtiorem concubinam appellari.C.Flaccus libro de iure Papyriano ſcribit pellicem nunc uulgo uocari: q̄ cum eo:cui uxor ſit corpus miſceat . Quoſdam eam:quæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit: quam græci παλλάκην uocant.Ego hos omnes uere ſenſiſſe & dixiſſe arbitror.Sed de hoc ammonendi uidemur:Pellicem apud oratores & poetas eam demum haberi : quæ cum eo cui uxor eſt corpus miſcet . Ita ut non uiri pellex:ſed uxoris dicatur.Ouidius in primo metamorphoſeon loquens de Iunone:

Protinus exarſit nec tempora diſtulit iræ:
Horificamq; oculis animoq; obiæcit herinnym
Pellicis argolicæ:ſtimuloſq; in pectore cæcos
Condidit:& profugam per totum terruit orbem.

Sic Iuno pellices ſuas ſemper proſequitur:quæ ſibi uxori Iouem præripuerant. At uero Liuius in.xxxv.ab urbe libro:cum de Alexandro loqueretur qui Apellem dilecta cōcubina donauit:& tunc cælebs Alexander eſſet:maluit uocabulo græco uti:quā ueteri latino.Ita autem ait:nanq; cum dilectam ſibi ex pellicibus ſuis præcipue nomine Campſacem undam pingi ob ammirationem formæ ab Apelle iuſſiſſet.Quo fit ut opiner Curtium:& cæteros ſcriptores: cum de concubina cælibis hominis loquuntur:potius pallacem græcæ:q̄ pellicem latine dixiſſe. Quod ſi ſecus reperire contingat:culpa potius librariorum uitiatum fuiſſe puto:q̄ ſic quoq; deſcriptum.Eodem modo Iuſtinū ſcripſiſſe reor:cum ait:anaſtaſiam pallacem fuiſſe Cyri.Ita cum ad uirum referat non pellicem: ſed pallacem poti⁹ dixerit.Vnde Suetonius de Veſpaſiano loquens pallacarum nomine græco:non pellicum latino locutus ē. Et inde pallaciam fallaciam:& pallacem fallacem dictum puto. Virgilius in.iiii.georg. Verum ubi nulla fugam reperit pallacia uictus:In ſeſe redit. Videtur etiam dici pellex non tantum:quæ iam pellex eſt : ſed quæ olim fuit:ut Iuuenalis in.ii.ſatyra:Horrida quale facit reſidens in codice pellex. Nam horrida effecta expelli domo conſueuit.& miſero codice ſeu ſedili reſidens:dure lanam trahere ab egeſtate cogitur.& dicitur codex quaſi caudex. Virgilius in.ii.georgicorū libro:Quin & caudicibus ſectis:pro codicibus.

P elion cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:mons eſt theſſaliæ ab orientali parte:ut oſtendit Herodotus in.vii.hiſtoriarum libro:& Lucanus in.vi. In huius ſummitate maxima ſunt pineta:reliquā uero partem quercus occupat.de quo etiam Ouidius in.v.faſtorum.

Pelion æmoniæ mons eſt obuerſus in auſtros:
Summa uirent pinu cætera quercus habet.

In hoc habitauit Chiron.fuitq; in illo cōuiuiū Thetidis & Pelei.

P elopidas cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:fuit thebanus filius uir magni animi induſtriæq; & conſilii. Nam cum a quadam ciuium factione thebæ opprimerentur:& ſummas poteſtates illorum nōnulli gererent:alterius factionis principes partim interfecerunt:alios in exilium eiæcerunt: inter quos Pelopidas pulſus patria carebat. Hi omnes fere athenas ſe contulerunt:qui cum patriam pro uiribus recuperare niterentur:& tempus rei gerendæ cum his:qui thebis idem ſentiebant uiſum eſſet : duodecim coierunt adoleſcentuli ex his : qui exilio erant mulctati:quorū Pelopidas princeps erat.Qua paucitate percuſſa eſt non ſolū aduerſarioꝝ factio:ſed lacedæmoniorum potentia.hi cum athenis interdiu exiſſent:ut ueſperaſcente die thebas poſſent peruenire: cum canibus exierunt uenatricibus rætia ferentes ueſtitu agreſti . Qui cum tempore ipſo : quo ſtuduerant perueniſſent:domum Charonis deuenerunt:a quo & tempus & dies ſtatutus fuerat. Nā eo die maximi magiſtratus ſimul conſueuerant epulari: nec tanta calliditate id adoleſcentes conficere ualuerunt quin nunciatum eſſet auribus magiſtratuū thebanorum exules in urbem ueniſſe.Sed illi uino epuliſq; dediti uſq; adeo deſpexerunt:ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. Quin & uni ex magiſtratibus ex athenis allata fuit epiſtola:in qua omnia de profectione exulum perſcripta erant: quæ cui iam accubanti in conuiuio eſſet reddita:ſicut erat ſignata ſub puluinum ſubiiciens : in craſtinum inquit differo res ſeueras. At illi omnes cum iam nox proceſſiſſet:uinolenti ab ipſis exulibus duce Pelopida ſunt interfecti:& thebaꝝ patria liberata.Sed hæc & reliqua omnia Plutharcus in eius uita:& nōnulli alii proſecuti ſunt.Quæ qui legere uoluerit locum noſcat:ubi legere poſſit.

elorus cum unico.l.ſcribitur:mons eſt ſiciliæ ad italiã uergens:a qua teſte Martiano intermedio fretu mille quingentis paſſibus ſeparatur. Et a peloro gubernatore nauis Hannibalis ibidem ſepulto cognominatus dicitur a Saluſtio in Valerio de temeritate. Quod ſeruius ſuper.iiii.æneidos confirmare uoluit:dicens ſe legiſſe ante illum pelorum dictum eſſe.

elops cum unico.l.ſcribitur:fuit Tantali regis phrygum filius. Cuius pater cum deorũ diuinitatem tentare uellet:cæſum filium comedendũ illis appoſuit:a cuius eſu cum cæteri ſe abſtinerent:ſola Ceres guſtauit:& illius humerũ comedit. Sed cũ cõuenienti pœna Iuppiter Tantalũ demulctaſſet:uoluiſſetq; Pelopem reuocare ad uitam:eburneũ illi humerũ infixit. Quod tangens Virgilius in.iii.georg.inquit:Humeroq; pelops inſignis eburno. Hic idem cum in græci regionibus deinde regnaret:peloponneſum cherroneſon a ſe nominauit. Quin & deinde piſas in tuſcia cõdidiſſe nõnulli affirmant Virgilium inducentes:qui ait in.x.æneidos:hos parere iubent alpheæ ab originepiſæ:Vrbs hetruſca ſolo. Alii uero non piſam tuſciæ:ſed alpheam illum condidiſſe uolunt.a qua hoc eſt ab eius colonis:& ea quæ eſt in tuſcia originem traxit.& a Pelope pelopeia pro fabula pelopis a Iuuenale deducitur in ſatyra:quæ incipit Et ſpes & ratio:cum ait:Præfectos Pelopeia facit philomena tribunos. Nam cum poetæ pauperes & imponẽtes eiuſmodi intactas fabulas donaſſent Paridi Pantomimo:qui potentiſſimus in palatio Domitiani euaſerat:& ille pro ſuis oſtenderet:largiebatur illis in recõpenſam tribunatus & præfecturas.

P eloponneſus cum ſimplo.l.atq; ſimplo.p.& ſimplo.ſ.quin & duplicato.n.ſcribitur:regio eſt teſte Plinio in iiii.naturalis hiſto.pene inſula:haud ulli terræ nobilitate poſtferenda:inter duo maria ægæum & ioniũ:platani folio ſimilis. Et ut in priori dictione uidimus:a Pelope rege denominata:cuius indicium notũ eſt. Nam dicit quaſi Pelopis νῆσος:ideſt inſula. Vel ut alii uolunt πὲλόπων:ideſt denominatorũ a Pelope:νῆσος inſula. Et ut ipſe Plinius rettulit propter anguloſos receſſus circuitus quingentorũ ſexaginta trium miliũ paſſuum colligitur. Quin ut infra idem colligit de arcadia tractans:Peloponneſo inquit in longitudinem promontorio maleæ ad oppidum rhegium corinthiaci ſinus cẽtũ octuaginta miliaribus patet. At in tranſuerſum ab idile in epidaurum centum uigintiq;. Ab olympia argas per arcadiam nouem & quinquaginta. Ab eodem loco ad philonta:dicta menſura eſt. Et ut uidimus in dictiõe iſthmos:In ea ſtrictura:quæ cherroneſon efficit:ciuitas eſt corinthi medio interuallo colli applicata. Sed has ipſas anguſtias (ut ipſe rettulit Plinius) perfodere nauigabili alueo tẽtauere Demetrius rex. Cæſar dictator:Caius princeps:Domitius Nero infauſto (ut omnium exitu patuit) incæpto.

P eluſium cum unico.l.& cum unico.ſ.atq;.i.latino ſcribitur:unum eſt ex hoſtiis nili uerſus aſiam & arabiam quã ab ægypto diſterminat. Iuxta quod eiuſdem nominis ſtat ciuitas:ut oſtendit Plinius nepos in uita.M. Antonii.& Pomponius in primo inquit:Alexandria aphricæ eſt contermina:peluſium arabiæ. Nec longe a peluſio caſſius mons eſt:& delubrũ Iouis Caſii. Atq; teſte Solino oſtracinæ locus Pompeii magni ſepulchro inclytus. Inde etiam idumæa incipit palmis opima.deinde ioppe:ut in ea dictione uidimus. Iuxta peluſium etiam teſte Seruio optima lens naſcitur. Quare catexochen dixit Virgilius in primo georg. Nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

P eneus abſq; aliqua diphthongo a noſtris ſcribitur.græci uero in penultima habent ei:cuius nos.i.abiiciẽtes ipſam.e.productam retinemus. Eſt theſſaliæ fluuius:qui ex una parte pindi iuxta gomphros naſcitur. Et ut ait Plinius in.iiii.naturalis hiſtoriæ:Interq; oſſam & olympum nemoroſa conualle defluens quingentis ſtadiis dimidio eius ſpatii nauigabilis:in eo curſu tempe uocant:quinq; milia paſſuum longitudinem ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra leuaq; leniter connexis iugis intus ſua luce uiridante. Hac labitur peneus uiridis calculo:amœnus circa ripas gramine:canorus auium concentu.arripit amnem orcon nec recipit:ſed olei modo ſupernatantem (ut dictum eſt ab Homero) breui ſpacio portatũ:abdicat pœnales aquas diriſq; genitas argenteis ſuis miſceri recuſans.de quo uidimus in dictione orcus.

P eneleus cum unico.l.ſcribitur:fuit teſte Homero in.ii.iliados:unus ex quinq; boetiorum ducibus:qui ad troiam uenerunt.

P entarchus cum.t.exili &.th.aſpirato ſcribitur:is dicitur qui quinq; uiris præeſt. Nam dictio compoſita eſt ex pente:quod eſt quinq;:& archos princeps.

P entacontarchus ſola ultima aſpiratur.& is dicitur:qui quinquaginta præeſt. Nam πεντήκοντα quinquaginta dicuntur:& archos princeps.

P entecoſte abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:nomen eſt deriuatum a πεντήκοντα:quæ ſunt quinquaginta & πεντηκόστη facitq; in genitiuo huius pentecoſtes.

P entateuchus cum.t.exili utrobiq;:&.ch.aſpirato in fine ſcribitur:liber eſt quinq; uoluminum. Nam πέντε quinq;:& τεῦχος uolumen dicitur.

P entathlum penultima cũ.t.exili:ultimo cũ.th.aſpirato ſcribit. & cõponit ex pẽte:quod ẽ quinq;:& αθλον exercitamẽtũ. Nã teſte Feſto genus erat exercitationis in his quĩq; artib⁹ iactu diſci:curſu ſaltu iaculatione & luctatiõe. Dixitq; apud nos uocari qnquertiũ.& apud Liuiũ ipos athletas quĩquertiões. Alii quinq̃triũ traduxere. Alii uero dixere quinquatria eſſe quinq; dierũ exercitia Mineruæ cõſecrata:in cuius ſolennibus

habebantur dicente Ouidio in libro faſtorum:

Vna dies media eſt:& fiunt ſacra mineruæ:

Nominaq; adiunctis quinq; diebus habent. Nec in his ſolum:quæ dixit Feſtus: ſed etiam in aliis quibuſdaꝗ
artibus:ut etiam poetica & oratoria ſecundum ea: quæ uidimus in dictione Mauſolus. Iuxta quod loqui
uidetur Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris cum ait:

Eloquium ac famam demoſthenis ac ciceronis

Incipit optare:& totis quinquatribus optat

Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe mineruá. Celebranturq; teſte Feſto poſt quintum diem iduū mēſis.

P entheus cū.th.aſpirato ſcribit̃:& deducit̃ a πένθος:quod ē luctus. Ná fuit teſte Ouidio i.iii. metamorpho
ſeos:filius Echionis ex Agaue cōiuge filia Cadmi:q cū Liberi patris ſacra aſpernaret̃:ira numinis a matre &
ſorore i furiá ſeu maniá uerſis lacerat⁹ fuit. Facitq; regulariter accuſatiuū more græco i ea: ſꝫ etiá i um repē
Statius in ſecundo thebaidos: Pentheumq; trahens nondū te præhendimus æquo Bacche genu. At uocati
uū ſemper ab auctoribus Pentheu poſitum cōperi. Horatius in primo ſermouum: pentheu rector thebaꝝ.

P enthyllus cum.th.aſpirato:&.y.græco:atq; duplicato.l.ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.vii.fi
lius Demonii:qui ex papho naues duodecim in adiutoriū Xerxis eduxit:quas apud ſepiá exorta tempeſtate
amiſit. Ipſe uero captus plura de exercitu Xerxis græcos edocuit.

P ercope cum.c.exili ſcribit̃:ciuitas erat teſte Homero iuxta pontum:quæ troianis auxilia miſit.

P ergæa cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur: fuit tede Pomponio in primo: Dianæ cognomen: a per
ga oppido pamphyliæ accæptum:in quo memorabile templum habuit.

P eriander cū.i.latino ſcribit̃:fuit corinthius tyránus ex heraclidaꝝ gēte patre Cypſelo. Hic Lyſidē duxit uxo
rē:quá Meliſſam appellabat. ex qua cū duos filios ſuccæpiſſet Cypſelū & Lycophronē:calūniis pellicū ob
temperás:eá pregnátē calcibus interemit. puerūq; Lycophrona matri iuſta ſoluētē abdicauit. atq; in corcy
rá agi pcæpit:quē poſtea corcyrēſes teſte Horodoto libro hiſtoriaꝝ.iiii.iterfecerūt. Quo audito Periáder
mærore cōfect⁹:obiit annos nat⁹ fere octuaginta:poſtq̄ꝫ tyránidē exercuerat ánis q̄dragita. Hūc Ariſtoteles
dixit fuiſſe unum ex ſeptē ſapiētibus græcæ. Plato negauit. Sed alteꝝ philoſophū:alteꝝ tyrannū eſſe dixit.

P eriarchon ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:diciturq; latine de principiis. Ná περι præpoſitio dicit de:&
ἀρχων principiis:licet genitiui ſit caſus:qui ablatiuo carent:pro quo & genitiuū ponunt.

P eribolus cum.i.latino: & unico.l.ſcribitur:dici poteſt circuitus a περιβάλλω:quod eſt circumeo.

P erides cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit athenienſiū dux inclytus:philoſophuſq;:& orator inſignis:atq;
Anaxagoræ diſcipulus. Rex itq; remp. athenienſium quadraginta annis mira prudentia. De quo late Iuſti
nus in tertio ſuorum epitomatum libro eſt proſecutus.

P ericlymenes ſecunda cum.i.latino:ſequens cū.t.exili &.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero in.xi. odyſſeæ
filius Nelei:& frater Neſtoris.

P eriodus cum.i.latino ſcribitur:& componitur ex peri:quæ in compoſitione nōnunq̄ꝫ dicit circū: & hodos:
quæ eſt uia. Vnde nōnunq̄ꝫ interpretatur circuitus:aliquando ambitus: quandoq; compræhēſio: nōnunq̄ꝫ
circumſcriptio:atq; etiam quandoq; continuatio: a nōnullis amfractus:a quibuſdam etiá terminus ponit̃.

P erihermenias ſecunda & penultima cum.i.latiuo: tertia cum aſpiratione ſcribitur. quáq̄ꝫ ſint apud græcos
dictiones duæ:& non una compoſita.& inſcriptio eſt ſubtiliſſimi cuiuſdam Ariſtotelis libri in dialectica fa
cultate:quæ latine ſignificat de interpretatione. Nam peri præpoſitio cum genitiuo pro ablatiuo: quo ca
rent græci dicit de:& hermenias interpretatione.

P ercoſius ſecūda cū.c.exili:ſequēs cū.ſ.&.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero i ſecūdo iliados: troianoꝝ ami
cus:longe omnium doctiſſimus ſciētia diuinádi futura. Cui⁹ filii fuerūt Adraſtus & Amphi⁹:quos neq; ad
mirāda patris doctrina (ut dixit Homerus) neq; paterna ſollicitudine ſubtrahere a morte potuit:cū eos reti
nere conaretur:ne ad troianū bellum:ubi morituri erant:proficiſcerentur. Illi enim (nam ſic miſera neceſſi
tas fati trahebat) nec parere imperio:nec credere conſilio ſenis totiens monentis uoluerunt.

P eripleroma cū.i.latino & unico.l.ſcribitur: dici poteſt ſupplemētū. Id enī πλήρωμα deſignat. Et eſt figura
cum aliqua particula in metro:uel etiam in eleganti proſa non propter ſenſum modo:qui abſq; illa integer
ſtaret:ſed propter metrum ſeu ornatum additur:ut Virgilius in primo æneidos: Multum ille & terris iacta
tus & alto:ubi abſq; ille ſtaret ſenſus:ſed non metrum. Similiter Multa quoq; & bello paſſus. ubi duas con
iunctiones naturaliter ſeparantes poſuit:unam ſcilicet metri neceſſitatē ſupplens. Quod frequenter fieri
conſueuit.

P eriphraſis cum.i.latino utrobiq;:&.ph.aſpirato ſcribitur: interpretatur a nonnullis circumlocutio. a Cice
rone uero in dignitatibus ad Herennium dicitur circuitio: quæ ſecundum illum eſt oratio rem ſimplicem
aſſumptam circumſcribens elocutione:ut Scipionis prouidentia carthaginis opes frægit: ideſt Scipio car
thaginē. Virgilius in Tityro: Ouium teneros depellere fœtus: ideſt agnos. & in primo georgicorum: fru
mēti herbam ideſt ſegetem. & in æneide: Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras Tithoni croceum lin
quens aurora cubile:hoc eſt luceſcere incipiebat ſol:uel dies oriri:& mille alia.

P erinthus cum.i.latino:&.th. aſpirato ſcribitur:fuit urbs uetuſta in propontico olim thraciæ metropolis: quæ hodie dicitur heraclea ab Heracleo principe cōſtantinopolitano cognominata. In qua Veſpaſiani Domitiani Antoniniq; pii palatia fuerunt ingentia. quin & ex uno marmore magnum amphitheatꝝ & mirandū: qđ inter ſpectacula mundi connumeratur.

P etinthii cum.i.latino ubiq;:&.th.aſpirato ſcribitur:ſunt teſte Herodoto circa initium libri hiſtoriarum .v. populi circa helleſpontum.

P eripatetici abſq; aliq̄ aſpiratiōe:& cū.i.latino ubiq; ſcribit̃:fuit philoſophorū ſecta: quæ ortum habuit ab Ariſtotele & denominationē ꝑ hūc modum Alexandro in aſiam cū exercitu profecto: Ariſtoteles athenas rediit:ac ſui copiam ī licieo exhibere cœpit: Xenocrate ꝑ id tp̄s academiá obtinēte. Docebat uero plærūq; inambulans auditorū turba circūfuſus.ex quo ip̄e ſectatoreſq; eius peripatetici philoſophi nuncupati ſunt Sunt etiam qui tradant partem illam gymnaſii:qua docebat περιπατον.i.deambulatorium dictū fuiſſe.

P eripetaſma cū.i.latino &.t.exili ſcribitur:genus eſt cortinæ.

P erillus cum.i.latino & duplicato.l.ſcribitur: fuit atheniēſis ingenioſus:q(ut placeret Phalaridi)uenit agri gētū:& ex ære taurū artificioſiſſimū fabricauit:cui ianuá in latere poſuit. ut cū incluſus reus ſubiectis ignibus torqueret̃ mugitū & nō hois uocē uideret̃ emittere.ꝓ quo inuēto cū mun⁹ a crudeliſſimo tyrāno Phalaride:qui nouis hominū tormentis delectabatur poſtulaſſet:in illo ipſe intercludi iuſſus a tyranno: ac ſuppoſitis ignib⁹ exuſtus:primus artificii ſui uerꝫ experimētū præbuit dicēte Ouidio in primo de arte amādi:
Et phalaris tauro uiolenti membra perilli
Torruit infœlix: imbuit auctor opus. Et in eodem libro:Nec eniꝫ lex æquior ulla eſt : Quam necis artifices arte perite ſua.ut & ipſe Phalaris athenienſibus de ſe pro illo conqueſtis:reſcripſit. Comperi tamen in quibuſdá græcoꝝ codicib⁹ nō pillū:ſed perillaū ſcriptū:quo noīe Ouidii uerſus ſtare nō poſſet:niſi cū licētia.

P eriſtera cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:dicitur latine columba. Nam ponitur a poetis uirgo:quæ a cupidine tranſformata fuit in columbam.

P eriſſologia cum.i.latino utrobiq;:& duplicato.ſ.ſcribitur: dici poteſt ſecūdū uerba ſuperflua locutio. Ná περισσος ē ſupflua:& logia locutio: Vt uiuat Auguſt⁹ & nō moriat̃.dūmō nō ſit aliud uiuere: q̄ nō mori.

P erithous cū.i.latino:&.th.aſpirato ſcribit̃.ſane qa ī prima apud græcos ē ei diphthōg⁹: q̄(ut ī ſecūdo horꝫ cōmētarioꝝ libro uidim⁹) ī ſono ipi⁹.i.noſtri apud illos ꝓfert̃ placuit ex noſtris magis accuratis eūdē ſonū ſeruari dēre:& abiecto.e.ip̄ꝫ.i.retineri:ac ſcribi Peritho⁹ cū.i.latio ī prima:đ quo ī ea litteratura uidebim⁹.

P ero cū unico.r.& habet apud græcos accētū in fine:fuit teſte Homero ī.xi.odyſſeæ:filius Nelei & frater Neſtoris. At uero cū accētū habet in prima genus eſt calciamēti.& declinat̃ hic pero huius peronis:& habebat plures fibulas:a quibus nomē aſſumpſit. Náq; περόνη græce dicit̃:q̄ latine eſt fibula. De quo Iuuenalis meminit:cū ait in ſatyra:quæ incipit:Plurima ſūt fuſcinæ:Quē nō pudet alto ꝑ glaciē perone tegi. Et inde peronatus ille dicitur:qui eiuſmodi calciamento eſt calciatus. Perſius: Natum ſi poſcat ſibi peronatus arator.

P ermeſſ⁹ cū duplicato.ſ.ſcribit̃.fluui⁹ ē boetiæ:ex helicone fōte muſis ſacro deflués:de quo Virgili⁹ ī Sileno Tū canit errātē pmiſſi ad flumina gallū Aonas ī mōtes:ut duxerit una ſoroꝝ. At uero apud Martialē in primo pmiſſis in recto cū.i.latino poni uidet̃:cū ait ad Flaccū:Quod tibi cū cirrha:q; cum pmeſſidos unda.

P erſia cum.i.latino ſcribitur:regio eſt nobis orientalis:quæ ab antiquo quodam rege nomē aſſumpſit. Hæc teſte Curtio in.iiii.de geſtis Alexandri.

Ab hac teſte Plinio libro.xv.naturalis hiſto.pſica poma aduecta fuerunt. Et(ut ſubdit) falſum eſt:uenenata cū cruciatu in perſia gigni:& pœnarū cauſa a regibus trāſlata in ægyptū: & ea terra mitigata.

P erſeis cū.i.latino ſcribit̃:fuit teſte herodoto in theogonia:una ex nymphis Oceani & Tethyos filia.

P erſephone cum.ph.aſpirato ſcribitur:ea eſt quæ a nobis Proſerpina dicitur: quáq̄ & priori uocabulo non nunq̄ noſtri poetæ utuntur. Ouidius in.iiii.faſtorū:At neq; perſephone digna eſt prædone marito:de qua in dictione Proſerpina uidebimus.

P etaliſmus abſq; aſpiratione:& cum.i.latino ſcribitur: & a petalo:quod eſt folium deriuat̃.expulſio erat cuiuſdam ciuis apud ſyracuſios:qui tyrannidem appetere uidebat̃ ut late habetur in dictiōe oſtraciſmus.

P etilia cum.t.exili atq;.i.latino utrobiq; & unico.l. ſcribitur:fuit ciuitas brutiorum:a philoctete meliboeo: hoc eſt de meliboea ciuitate theſſaliæ ſuper monte zephyro teſte Solino ſuper .iii.æneí.a πετασθαι : quod eſt uolare petilia cognominata:quia ex augurato locum ipſum delegit.

P eteona cum.t.exili ſcribitur:fuit teſte homero in.ii.iliados:boetiæ ciuitas.

P etorritum cum.t.exili utrobiq; & duplicato.r.atq;.i.latino ſcribitur: uerbum eſt gallicum teſte Quintiliano. Idem Varro & lanceam ſignificare dixit. Alii(ut refert.A. Gellius)græcum eſſe & uoluere rotas ſignificare dicunt:ita ut genus ſit uehiculi:& quaſi petorutum dicatur.eodem Horatius bis in ſermone utitur.& epiſtolis libro primo ſermonum inquit: plures calones : atq; caballi paſcendi: ducenda petorrita:nunc mihi curto ire licet mulo:uel(ſi libet)ire tarentum.

P etræa penultima cum.t.exili &.æ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia:una ex nymphis fi
lia Oceani & Tethyos.
P etra cum.t.exili ſcribitur:uerbum eſt græcum:quod latine dicitur lapis:ex quo & σέλινον:quod eſt apiuꝫ
componitur petroſelinum:quod apii ſimilitudinem detinet.
P etroſelinon cū.t.exili & unico.l.atq;.i.latino ſcribit᷑:dici poteſt a nobis petroſum apiū:ut ĩ præcedēti dicti
one uidimus.Nam inter lapides melior naſcit᷑.Huius plures ſpecies Plinius in.xix.&.xx. nominauit. Nam
quoddā hippoſelinon:hoc eſt equitū apiū uocari dixit:eo ꝙ apud nemæam uictores equeſtri certamine co
ronabantur .Aliud uocat orthoſelinon.i.rectū apium:cuius eſt frutex recto ſemine: & cumino ſimile . Ali
ud dicit helioſelinon quaſi ſolare apium.
P etoſiris cū.t.exili & unico.s.atq;.i.latino utrobiq; ſcribit᷑:fuit mathematicus nominatiſſimus:de quo Plini
us in.ii.naturalis hiſto.ſcribit dicēs:Aegyptia ratio:quā Petoſiris & Necepſus oſtendere ſingulas partes in
lunari circulo:ut dictū eſt:minimo triginta tribus ſtadiis paulo amplius patere colligunt.Et in.vii.eiuſdem
uoluminis qum de uarietate naſcendi pertractat:maximos eos fuiſſe mathematicos oſtendit.Vnde & Iuue
nalis in ſatyra Credo pudiciciā inquit:Aptior hora cibo niſi quā dederit petoſiris.
P ezice penultima cū.z.conſonante &.i.latino:ultima cū.c.exili ſcribitur:genus eſt fungorū: qui teſte Plinio
libro.xix.naturalis hiſto.ſine radice:aut ſine pediculo naſcuntur.
P hæaces prima cū.æ.diphthongo ultima cū.c.exili ſcribit᷑:fuerūt populi corcyræ ſub dictione Alcinoi regis
ut late monſtrauit Homerꝰ diuerſis in libris odyſſeæ:de quibus Virgilius ĩ.iii.ænei. Protenus aereas phæa-
cū abſcondimus arces.Et Iuuenalis in ſatyra:Quis neſcit uoluſi:Iam uacui capitis populū phæaca putauit.
P hædon cū.æ.diphthongo ſcribit᷑:fuit teſte Gellio in.ii.noctium atticarū:helidenſis ex cohorte ſocratica.So
cratiq; & Platoni per fuit familiaris.Eius nomini Plato illū librū diuinū de imortalitate animæ dedit. &(ut
pergit idē auctor)Is Phædon ſeruus fuit forma:atq; ingenio liberali(& ut quidā ſcripſerunt ) a lenone do
mino puer ad merendū coactus:eum Cebes ſocraticus hortāte Socrate emiſſe dicit᷑:habuiſſeq; in philoſo
phiæ diſciplinis.Atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit. ſermoneſq; eius de Socrate admodū elegantes le
guntur.At uero Laertius dicit eum ex nobili familia cū patria una cōpræhenſum coactūq; intra cellulā in-
fami ſe quæſtui addicere.& adiecto hoſtiolo Socratis cōtubernio magiſterioq; uſum:quo ad ipſum Alcibi-
ades ſeu Crito Socrate monente redimeret.
P hædrus cū.æ.diphthongo ſcribit᷑:fuit unus ex diſcipulis Platonis:cuius nomini plato librū nobilē edidit.
P hædra cū.æ.diphthōgo ſcribit᷑:fuit regis Minois ex Paſyphe cōiuge filia.Hæc una cū Ariadne ſorore The
ſeum Aegæi regis athenarū filiū ſecuta eſt:quā ille:relicta Ariadne:uxorē ſibi copulauit:cui Demophontē
peperit & Antigonū:de qua in dictione Ariadne:& in dictione Hippolytus uidimus.
P hædyme prima cū.æ.diphthongo ſequens cum.y. græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto in.iiii.hiſtoriarum
Otanis nobilis perſæ filia.
P hæræus cum.æ.diphthongo in prima & ſecunda ſcribitur:fuit Alexādri cuiuſdam tyranni in phæræa urbe
cognomen:de quo Cicero in.ii.rhetoricæ de inuentione:& in.ii.de officiis meminit.
P hæſtus cū.æ.diphthōgo &.t.exili ſcribit᷑:fuit teſte Homero in.v.iliados:filius Bori meonii ſiue lydii:qui ue
niens in auxiliū troianoꝝ ex fertili tarna ab Idomeneo interficit᷑.eſt etiā mons cretæ:ſiue promōtoriū circa
cortinam urbem:ac ciuitatis in eo loco nomen:ut oſtendit idem Homerus & in.ii.iliados:& in odyſſea.
P hæthuſa prima cū.æ.diphthongo ſequēs cū.th. aſpirato ſcribit᷑:fuit Solis filia ex Neæra nympha & ſoror
Lampetiæ:quæ in ſicilia patris ſui:hoc eſt Solis armenta cuſtodiebant.de quibus ſotii Vlyxis contra Circes
monita deguſtantes naufragium fecerunt:ut in.xii .odyſſeæ:monſtrauit Homerus . Ouidius etiam de illa
meminit in.ii.metamorph.dum de mutatione ſororum phætontis loqueretur:cum ait:
Ille more ſuo(nam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant:equis phætuſa ſororum
Maxima:cum uellet terræ procumbere:queſta eſt
Diriguiſſe pedes.
P halaerus cum unico.l.& .c.exili ſcribitur:dici poteſt latine caluus. Sed fuit eo nomine teſte Homero in.x.
odyſſeæ: Aeoli filius ex Lepatra coniuge.
P halaris cum unico.l.&.i.latino ſcribit᷑ : fuit acrigentinus tyrannus crudeliſſimus ante urbē cōditā circa an
nos ſexagintaquattuor:ut quidā ferunt.Cui perillus æris opifex cupiens placere:ex ære taurū fabricauit:&
ianuam in latere poſuit:ut incluſus reus ſubiectis ignibus torqueret᷑:& ſonus uocis hominis exclamātis nō
gemitus:ſed bouis mugitus uideretur:pro quibus dicebat ad tyrannum teſte Ouidio in.iiii.de triſtibus:ut
munus munere penſes:
Da precor ingenio munera digna meo.
Dixerat.& phalaris pœnæ mirandæ repertor
Ipſe tuum præſens imbue dixit opus.
P halera cū unico .l. ſcribit᷑:eſt equoꝝ ornamētū:hoc eſt phanera:Nā a φανερω : quod eſt illuſtro deſcendit
eo ꝙ

eo ꝙ huiuſmodi ornamentis illuſtrari uidebatur equus: dicente Iuuenale ĩ ſatyra: quæ incipit Atticus eximie: Magnorum artificum frangebat pocula miles: Vt phaleris gauderet equus. Et Virgilius in. v. Primus equum phaleris inſignem uictor habeto. Sed dicitur magis pluraliter.

P halanx cum unico. l. & in fine cum. n. ante. x. ſcribit̃: uerbum eſt peregrinum etiam apud græcos. Nam teſte Seruio ſuper. xi. æneĩ. lingua macedonũ legio dicit̃. Ideo ait Virgilius: Tum mæſta phalanx. & alio in loco Agamẽnoniæq; phalanges. Sed nõnulli alii phalangẽ. hoc eſt agmen exponunt: quod teſte Seruio ſup. viii. æneidos: proprie eſt exercitus ambulans: & (ut inquit) omne aliud abuſiue dicitur. Sane apud Pliniũ ĩ. vii. naturalis hiſtoriæ: phalanges etiam ipſæ fuſtes quidam dicuntur. Vnde ait: Prælium aphri cõtra ægyptios fecere fuſtibus: quos uocant phalangas.

P halernus cum unico. l. ſcribitur: & in genere maſculino mons eſt campaniæ uinetis refertiſſimus. & (ut quidam putant) ab homine ſic cognominato nomen ſumpſit. Eſtq; prope puteolos: ut dixit Seruius ſup. ii. géorgicoꝝ. De quo Martialis in. xii. meminit cum ait: Nec in phalerno monte maior autũnus.

P halernum cum unico. l. ſcribit̃: & in genere neutro: atq; etiam maſculino uinum ẽ optimũ: ſic quoq; cognominatum: qa in agris phalerni montis naſcit̃: Qui teſte Plinio in. iii. naturalis hiſto. ſunt in campania. Eſtq; uinum fumoſum: ut oſtendit Tibullus in. ii. cũ ait: Nũc mihi fumoſos ueteres ꝓferte phalernos Cõſulis: & chio ſoluite uincla cado. Et ſimiliter dicit̃ uinum ſetinũ: gauranũ: ſurentinũ: ut uidimus in dictiõe cæcuba. & uidebimus in dictiõe ſurrhentũ: & ut ait Pli. li. xiiii. naturalis hiſto. Cæſar dictator triũphi ſui cœna uini phalerni amphoras: chii cados in cõuiuio diſtribuit. Epulũ uero in tertio conſulatu ſuo phalernum chium leſbium mamertinũ. Quo primum tpe quattuor genera uini appoſita cõſtat. Poſtea uero alia oĩa in nobilitatem uenere: & circiter ſeptingenteſimo urbis anno.

P haliſci cũ unico. l. &. i. latino atq;. c. exili ſcribit̃: populi fuerunt hetruſci: de qbus habuimꝰ in dictione hyrpi. Hi potiſſimum colebant Iunonem: ut oſtendit Ouidius in. vi. faſtorum cum ait: Adde ſenem tatium Iunonicolaſq; phaliſcos.

P hanum cum. ph. aſpirato ſcribit̃: ædes eſt ſacra: quæ latine ſplendidũ & illuſtre deſignat. Nam a φανερω: quod eſt illuſtro deducitur.

P haneus abſq; aliqua diphthongo ſcribitur: habetq; accẽtum ſupra. e. Nam græce φανης ſcribit̃. Et ẽ teſte Seruio ſuper. ii. georgi. mons in chio: ſic quoq; dictus a Phaneo rege.

P hago cũ. ph. ſcribit̃: dictio eſt græca: quæ apud nos dicit̃ manduco. unde phagos edax dicit̃. & phagolœdoros turpiter comedẽs. Hieronymus ſuper Ezechielẽ: Vereor ne illud eis eueniat: quod græce ſignificantius dicit̃: ut uocent̃ phagolœdori: ſcʒ cũ. œ. diphthongo in antepenultima. Nam componit̃ ex phago: & λόιδορον: quod eſt cõtumelioſum. Sane ex phago cũ. ph. ſcripto deducit̃ fagus arbor: quæ per. f. & nõ ꝑ ph. ex inueterata cõſuetudine ſcribit̃. Nam teſte Seruio ſuper Tityrũ Virgilii: fagus arbor a φαγέιν: quod eſt comedere deducit̃. Cum prius hoĩes glandes comederẽt: quas ut dixit Plinius in. xvi. naturalis hiſtoriæ: proprie ferunt robur fagus: quercus: æſculus: cerrus: ilex: ſuber. Et in eodẽ li. prius dixerat: Dulciſſima omnium glans fagi: ut qua obſeſſos etiam hoĩes duraſſe in oppido chio tradat Cornelius Alexander: qn & a phago phagus deducitur: ut in ſua dictione uidebimus.

P hanes cum unico. n. ſcribit̃: fuit teſte Herodoto li. hiſto. iii. uir alicarnaſſeus: q cum diu in ſotietate Amaſis regis ægypti fuiſſet: tãdem accuſatus: ex ægypto in perſas tranſfugit: & Cambyſæ traiicere uolẽti ĩ ægyptũ adhæſit: cuiꝰ conſilio Cambyſes uſus eſt: & cum uiam nõ ſatis cõmodam ad traiiciendum cõperiret: hic euʒ docuit per arabiam iter facere.

P haretra cum. t. exili ſcribit̃: id dicitur inſtrumẽtum: in quo ſagittæ portantur.

P harmacum cũ. c. exili ſcribit̃: dicitur latine uenenũ. Vnde Caius iuriſconſultus ad legẽ. xii. tabularũ inquit Qui uenenũ dicit: adiicere debet: utrum malũ an bonum. Nam & medicamẽta uenena ſunt: qa eo nomine omne continet̃: quod adhibitũ naturam eiꝰ cui adhibitum eſſet mutat. Cum id quod nos uenenũ appellamus: græci φαρμακον dicunt. Apud illos quoq; tam medicamẽta: ꝗ̃ quæ nocent: hoc nomine continentur Vnde adiectione alteriꝰ nominis diſtinctio fit. Admonet ſummus apud eos poetarum Homerus ſic dicens.

P haros cũ unico. r. ſcribit̃: fuit olim pua ægypti inſula contra nili hoſtia: ſic cognominata (ut Anticlides ſcriptor græcus atteſtat̃) ab nauclero Menelai: cui id nomẽ erat: q ibidem ab aſpide interẽptus: & ſepultus fuit Et (ut homerico carmine ꝓditum eſt) ab eiſdem oris curſu diei obducebat̃. At tpe Pomponii eodẽ teſte alexandriæ (quæ illi appoſita iacet) ponte cõiungit̃: dicente etiã Lucano in. x. Pharon inſula quondam
In medio ſtetit illa mari: ſub tempore uatis
Proteos at nũc eſt pellæis ꝓxima tauris. In hac teſte Curtio Magnus Alexander nouam urbẽ cõdere ſtatuit ſed cũ magnæ ſedis capax nõ eſſet: ex illius oppoſito condidit alexandriã. Sane in eadẽ inſula teſte Plinio ĩ xxxvi. naturalis hiſto. litoralis maxima turris fuit: nauigantibꝰ lumẽ exhibens a Philadelpho rege cõſtructa quæ inter ſpectacula mundi cõnumerat̃: qa ſuper q̃ttuor caneris uitreis locata fuit. Alii uero ab Alexãdro



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

conſtructam eam dicunt. eadem palmis abuudat: ut oſtendit Ouidius in li. ii. de ſine titulo: dicens ad Iſim: Quæ colis & memphi: palmiferamq; pharon.

P haſis cũ unico. s. & i. latino ſcribit': eſt colchorum ꝑgrandis fluuius: de quo Lucanus in. iii. Colchorum qui rura ſecat ditiſſima phaſis. Per hũc argonautæ: cũ Iaſone intrauerũt ad colchos: dicente Ouidio iuxta initium libri. vii. ubi fabulam late ꝓſequit'. Multaq; ꝑpeſſi claro ſub iaſone tandem contigerát rapidas limoſi phaſidos undas. Vnde & ipſa Medea phaſias a poetis nónunq; dicitur. Ouidius in. iii. de arte: Phaſias æſonidem: circe tenuiſſet ulyxem.

P hariſæus penultima cũ. æ. diphthongo ſcribitur: nomen eſt appellatiuũ cuiuſdam ſectæ iudæorum: q̄ præ cæteris religioſiores uidebantur.

P heræ prima cũ. e. abſq; diphthongo ſcribit': fuit teſte Homero in. ix. iliados: ciuitas in argo: ꝓpinqua pylo: & ſub dominio Agaménonis. Et (ut qdã expoſitores aſſerunt) ſic quoq; a flumine ꝑ eã decurrẽte cognõita.

P herecydes abſq; aliqua diphthongo & cũ. y. græco ſcribit': fuit ſyrus Baſis filius & philoſophus ſuo tẽpore egregius. fuitq; Pittaci auditor. Et (ut Theopompꝰ tradit) primꝰ q de diis & natura apud græcos ſcripſit primuſq; teſte Cicerone in li. tuſculanaꝝ aĩos hoĩum ſempiternos eſſe aſſeruit. Quin & teſte Laertio: multa etiam prædixit: quæ mirabilia uidebant'. Nam cũ uideret ex litore currẽtẽ nauem plenis uelis: eã mergendam prædixit: quod ante illius oculos factum eſt. Aquã ex puteo cũ biberet poſt diem tertiũ futuruꝫ terræmotũ prædicauit: atq; ita factum ẽ. Conſuluit Perialo hoſpiti ut meſana cũ tota familia diſcederet: qđ ille neglexit. Sed urbe deinde ab hoſtibus capta: ſe & ſua perdidit. Quin & plura alia de illo ferunt': quæ apud eundẽ auctorem (q uoluerit) legere pót. Idem teſte Plinio in. xii. naturalis hiſto. ꝓſam orationem primꝰ cõdidit tpe Cyri regis. Eundẽq; dicit ſpiraſſe copia ſerpentũ ex corpore eius erumpente. floruit regnãte Tullio Hoſtilio: & fuit præceptor Pythagore.

P heremon abſq; diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero i. x. odyſſeæ: filius Aeoli ex Lepatra uxore.

P heretrũ cũ. ph. aſpirato & t. exili ſcribit'. Nam teſte Seruio ſuper. xi. æneí. græcũ uocabulum ẽ: qui latine dicitur capulus ab eo ꝙ corpus capiat. Vnde ait Plautus: Capularis ſenex. i. uicinus capulo. Quid ꝙ fero in ſuo themate græcũ ẽ: quod ſi tpa uniformiter ꝓduceret cum. ph. ſcribẽdum eſſet. Sed hic quoq; præualet cõſuetudo: niſi ab eo deriuata cũ aliis dictionibus græcis cõponant': ut œnophoros: Chriſtophoros & ſimilia. Quid quod etiã fama: ut in prioribus libris uidimus græcũ dicit': & cũ. ph. a nónullis ſcribit': ac latĩe rumorem dici affirmant. Vt Cicero philippicis: improbiſſimis inquit rumoribus diſſipati. & non longe poſt: hoc triduo: uel quatriduo triſtis a mutina fama manauit. Nam ſignificat' his duobꝰ nominibus ſermo qdaꝫ in populo ſine certo auctore de re aliqua recenti: ſiue bona: ſiue mala. frequẽter tamen & pro opiniõe quadam inueterata accipit': ut fama eſt athenas nó plus uiginti milibꝰ ãnorum fuiſſe cõditas. Accipit' etiam pro laude & celebritate hõis: ut fama Camilli: fama Scipionũ: fama tua: fama mea. pro quo nó recte dixeris rumor. Sed latinum eſſe: & potius per. f. q̃ per. ph. ſcribi debere Priſcianus in primo cum de. f. littera pertractat oſtendere uidetur.

P hiala cũ. i. latino ſcribit': nec uitrea uaſa deſignat: aut ab hyalos: quod ẽ uitrũ deriuat': ſed teſte Iulio Polluce de uocabulis rerũ ad Cõmodum imperatorẽ: uaſa quæq; deſignat uini aut aquæ capacia: q̄bus in mẽſa utimur. Iuue. idem ſentire uidet' in ſatyra: Si te ꝓpoſiti cum ait: Byrrho tenet phialas: tibi non cõmittit' aurum. hoc ẽ tenet uaſa aurea: quæ tibi non cõmittũtur.

P hidias cũ. i. latino utrobiq; ſcribit': apud græcos uero eſt in prima. ei. diphthõgus: quæ a noſtris (ut ſæpe uidimus) in. i. ꝓductam commutatur: fuit ſtatuarius clariſſimus: & teſte Quintilia. in. xii. de inſtitutõne oratoria: diis q̃ hõibus effingendis melior artifex creditꝰ. In ebore uero longe citra æmulũ: uel ſi nihil: niſi Mineruam athenis: aut olympiũ in elide Iouẽ feciſſet. Cuiꝰ pulchritudo adiæciſſe aliquid etiã receptæ religioni uidet': adeo maieſtas operis deum æquauit. Quare inquit Plinius in. xxxvi. naturalis hiſto. Phidiam clariſſimuꝫ eſſe ꝑ oẽs gentes: quæ dei Iouis olympii famã intelligũt: nemo dubitat. Sed ut merito laudari ſciãt etiã q opera eius nó uiderũt: perferimus argumẽta ꝑua & ingenii tantũ. Neq; ad hoc Iouis olympii pulchritudine utemur: nó Mineruæ athenis factæ amplitudine: cũ ſit ea cubitorũ uigintiſex. Ebore hæc & auro cõſtat. Sed in ſcuto eius: in quo amazonum præliũ cælauit: ambitu parmæ eiuſdẽ cõcaua ꝑte: & gigantũ dimicationem. In ſoleis uero laphitharũ & centaurorũ: adeo momẽta oĩs artis illi fuere. In baſi aũt (quod cælatũ eſt) dii ſunt triginta numero: noſcentes uictoriã mirabili & præcipuo precio. Miramur & ſerpentem: & ſub ipſa cuſpide æream ſphingem. hæc ille. Sed ut ait Cicero in primo tuſculanarũ: cum ĩſcribere nó liceret: ſui oris ſimilẽ ſpeciem adeo artificioſe incluſit in clypeo: ꝙ ea conuulſa tota operis colligatio ſolueret'. Et (ut de fiducia ſui Valeriꝰ Maximꝰ rettulit) ꝑfecto ſimulachro Iouis olympici: quo nullũ præſtantius: aut ãmirabilius hoĩum manus fecerant: interrogatꝰ ab amico: quonã mẽtem ſuam dirigens uultum Iouis ꝓpemodũ ex ipſo cælo petitum eboris liniamẽtis amplexus eſſet Homeri uerſibus quaſi magiſtro ſe uſuꝫ fuiſſe reſpõdit. Et Plinius in. vii. naturalis hiſto. Phidiæ Iuppiter olympius ĩquit quotidie artificii excellẽtia teſtimoniũ perhibet. Et li. xxxvi. rettulit Venerẽ illius eſſe romæ in Octauiæ operibus eximiæ pulchritudinis. Et libro xxxiiii. dixit illum floruiſſe olympiade tertia & octuageſima circiter tricenteſimo noſtræ urbis anno. Nec

ſolum ex ebore(ut in eodé libro idem auctor oſtendit)ſed ex ære ſigna fecit. Fuereq; eodem tpe eius æmuli
Calchamenes:Critias Beſtotes:Aeglas.Et deinde olympiade octuageſimaſeptia Hagellades:Gallon:Poly
cletꝰ:Gorgias:Lacó:Miron:Pythagoras:Scopas:Peliꝰ.ex his Polycletꝰ diſcipulos hũit Argiũ:Aſopodoꝝ
Alexí:Ariſtidẽ:Phœnionẽ:Dinonẽ:Antenodorum:Demeam:Clitoruꝫ:Miron. Nonageſimaquinta olym-
piade floruere Naucides:Dinon:Patroclus.Genteſimaſecũda Polycles:Cephiſodotus:Lemares.Hippoto
dorus.Centeſima.iiii.Praxiteles:& Euphranor.Centeſima.vii.Etioter:Hymachus.Centeſima.xiiii.Lyſip-
pus fuit:cũ & Alexander magnus.Item Lyſias:Toſius:& frater eius Thones:Euphronides: Soſtratꝰ:Ion:q
teſte Plinio nullo doctore nobilis fuit.ipſe diſcipulm habuit Zeuſiadem.Centeſiumauigeſima Eutychides
Eutycrates:Ghepis:Sicrotus:Timarchus:Pyrromaches.Ceſſauit deinde ars teſte eodem Plinio. Ac rurſus
olympiade centeſima quinquageſimaſexta reuixit.Habuitq; artifices longe infra prædictos ꝓbatos.

P hyleus cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:fuit teſte Homero in.xii. iliados:unus ex ducibus græciæ: qui ad
troiam nauigarunt.

P hilos cũ.i.latino & unico.l.ſcribit᷑:dicitur latine amicus:unde philocalus bonus amicus: & philocharis cũ
ch.aſpirato in penultima charus & gratioſus amicus.Et philotimus precioſus amicus.Nam cóponit᷑ ex phi
los:& καλός:qui ẽ bonus:ac χάρις:quæ ẽ gratia:& τιμή:quod ẽ precium. Plinius in.vii. naturalis hiſto.
Publius inquit Catienus philotimus patronum adeo dilexit:ut hæres omnibus bonis inſtitutus: in rogum
eius ſe iaceret.

P hilolaus cum.i.latino & abſq; duplicatione ipſiꝰ.l.ſcribit᷑:fuit crotoniata philoſophus pythagoricus. Hic
opinatus eſt oía harmonia ac neceſſitate cópleri:terráq; moueri ſecũdum primũ circulũ.Morit᷑ ſuſpectꝰde
molitióe tyránidis.Ab huius cóſanguineis ſcripſit Hermippus Platoné ꝓfectuꝫ in ſiciliam emiſſe pythago-
ricos libros argenti minis alexádrinis ſexaginta:atq; inde tranſſumpſiſſe Timæum: de quo in dictione Pla-
to uidebimus.

P hilomena cũ.i.latino & unico.l.ſcribitur:& interpretat᷑ φιλοῦσα ideſt amans μῆλα mala:quæ poma ſũt
ſeu oues.fuit Pandionis athenaꝝ regis filia:& ſoror Prognes uxoris Terei regis trhacũ:a quo cum códuce-
retur ad Prognem uiſendá ſtuprata:ac deinde tantũ ſcelus acclamás lingua priuata fuit. Quod cum ſoror
Progne poſtmodũ cognouiſſet:Itym filium comedendũ patri appoſuit. Atq; deinde oés in auem cóuerſæ
ſunt:ut in.vii.metamorpho.li.Ouidius eloquẽtiſſime enarrauit.Quá omné tragœdiá miro ſtilo & par an-
tiquis Gregorius Corrarius uenetus diuino quodá ingenio noſtra ætate: dũ adoleſcẽtulus eſſet ꝑtractauit
imitatus Thyeſtem Senecæ:quo in nulla re minor comperitur.

P hylortium cũ.i.latino utrobiq; & .t.exili ſcribitur:nomẽ eſt fœminæ:more græco ꝑ diminutioné amatoriæ
adulationis ꝓlatum.Et a philos:q eſt amor deductum.

P hiloſophia cũ.i.latino & unico.l.ſcribit᷑:& latine dici pót amor ſapientiæ.Ná philos amor:& ſophia ſapiẽ-
tia dicitur.Et apud perſas primũ claruiſſe:ac eorum ſapiẽtes magos fuiſſe dixerũt.Apud babylonios uero:
& aſſyrios deinde fluxiſſe chaldeos.Apud indos aũt gymnoſophiſtas:quos ꝓ ſapientibꝰhabuerũt.Nam ut
clearchus ſolenſis affirmat:a magis gymnoſophiſtæ ꝓfluxerunt.Ex his(ut aiunt)ad ægyptios philoſophia
manauit.Cuius rei antiſtites:ſacerdotes ac prophetas appellát.Ná teſte Ariſtotele li.i.de philoſophia ægy-
ptiis átiquiores ſunt magi.Inde apud celtas:ſeu gallos dryidæ ſapientes fuere:de qbus in dictione dryidæ
uidimus.Sed magorum principem Zoroaſtrem perſen fuiſſe memoriæ ꝓditum ẽ. hũc Dion ex interpreta-
tione ſui nominis aſtrorũ aſſerit fuiſſe cultoré.Ab hoc uſq; ad excidium troiæ Hermodorus platonicus i li.
diſciplinarũ ános qnquemilia computat. Aegyptiis uero nili filiis Vulcanuꝫ philoſophiæ principia apuiſſe
dicunt:a quo uſq; ad Alexandrũ macedoné regẽ annos fluxiſſe aſſerũt octomiliaoctingentoſſexagintatres
Fuiſſe etiam apud phœnicas Ochũ ſapientum uolũt. Apud thracas Zamolxi & Orpheum. Apud libycos
Atlanté. Apud græcos uero Muſæuꝫ & Linũ primos fuiſſe dicũt.Poſt quos Homerũ adueniſſe & Heſiodũ
ferũt.Náq; etiá poetas ſophorũ uocabulo exornabant. Hos ſepté græciæ ſapientes nó paruo temporis in-
teruallo ſecuti ſunt:quoꝝ hæc ſunt nomina Thales:Solon:Periander:Cleobolus:Chilon:Bias:Pittacꝰ:de
qbus in ſuis dictionibꝰexplicauimus:explicabimuſq;.Sane his ánumerant qdam Anacharſim ſcythá Myſo
nem cheneum Pherecydé ſyrum:& Epimenidem cretẽſem.Alii & Pyſiſtratum tyránum.Poſt hos Pythago
ras primus non ſe ſophon:ſed philoſophon appellauit.Nam cum Leonté ſicyonioꝝ tyrannum:ſiue phila-
ſiorum teſte Heraclide in olympicis alloqueret᷑:& diceret ſe non ſapiẽtem:cum ſolus deus ſapiens eſſet.In-
terrogatus quonam cognomine uocaret᷑.Reſpondit ſe philoſophum eſſe:hoc eſt ſapientiæ amatoreꝫ: quẽ
reliqui omnes ſecuti ſunt.Itaq; duo philoſophiæ principia ꝓfluxere.unum quod ab Anaximandro ionicũ
eſt appellatum:eo ꝙ Thales fuerit mileſius ex ionia:& hic quoq; Anaximandrum inſtituit. Quod uero ex
Pythagora italicũ ẽ dictũ:eo ꝙ eiꝰauctor Pythagoras : ut plurimũ in Italia philoſophatꝰ eſt.Et deſiit ioni-
ca philoſophia in Clytomachum: Chryſippum: & Theophraſtum. Italica uero in Epicurum.Itaq; Thale-
ti uni ex ſepté ſapientibus ſucceſſit Anaximáder philoſophus.Anaximandro Anaximenes. huic Anaxago-
ras.huic Archelaus.huic Socrates:q primus æthicam inuexit.huic Plato:q academiaꝫ inſtituit.huic Speu-
ſippus & Xenocrates.Ei Polemo.huic Grantor:& Crates.Cui Arceſilaus:q mediam induxit academiam.

huic Lacides:q nouam inuenit.huic Carneades.huic Clythomachus. atq; in hunc modũ in Clythomachũ deſiit.At & in Chryſippũ ſic quoq; deſiit.Na3 & Socrati etiã ſucceſſit Antiſthenes.huic Diogenes cynicus. huic Crates thebanꝰ.huic Zeno.huic Cleantes.huic Chryſippꝰ.In Theophraſtum uero per hũc modũ deſiit.Platoni ſucceſſit Ariſtoteles:q peripateticã ſtatuit.huic Theophraſtus. Et in hũc modũ ionica philoſophia in Theophraſtũ deſiit.Italicæ autẽ hæc fuit ſeries: Pherecydi ſucceſſit Pythagoras. huic Thelãges filius.huic Xenophanes.huic Parmenides.huic Zeno Heleates.huic Leutippꝰ.huic Democritus.huic q̃plurimi.Sed inter reliquos Nauſiphanes Nacydeſq; celebrant̃.His ſuo ordine ſucceſſit Epicurus.& ſic Italica philoſophia in Epicurum deſiit.Sane ex his quos rettulimus:& eoꝝ auditoribꝰ nõnulli a ciuitatibꝰ ſunt appellati:ut helienſes megalẽſes.qdam a locis:ut academici:ſtoici.ab euentibꝰ:ut peripatetici: ab effectibus: ut eudæmoniaci.ab elationis faſtu:ut q ſe philalethes.i. ueritatis ſtudioſos: ſiue electicos: aut analogiticos uocauerũt.a natura reꝝ:ut phyſici.a præcæptoribꝰ:ut ſocratici.Platonici.Ariſtotelici.epicurei. a moribus ut æthici.a differendo dialectici.Veteris academiæ inſtitutor & princeps fuit Plato.mediæ Arceſilaꝰ.nouæ Lacydes.peripateticæ Ariſtoteles ſtagyrites.ſtoicæ Zeno cictienſis.epicureæ Epicurus.Cyrenaicæ Ariſtippꝰ cyrenæus.heliacæ Phædon helienſis.megaricæ Euclides.cynicæ Antiſthenes athenienſis.eretricæ Menedemus eretrienſis.Philoſophia igit̃:cũ amor ſit ſapientiæ:& ſapientia ipſa doctrinas oẽs cõplectat̃:cõſtat philoſophiam cõuenietiſſime ad oĩum diſciplinarũ amorẽ ꝑtendi.Ita ut ſi quẽ ꝑfectũ philoſophum eſſe dicamus:eundẽ & in oĩbus doctrinis excellere nobis quoq; fatẽdum ſit.Quin & eundẽ illũ oratorem dici poſſe quẽ & Cicero & Quintilianꝰ in libris ſuis cupiũt:exoptãtq;.Sed cũ eiuſmodi excellẽtia3 ac ꝑfectionẽ nullos adhuc adeptus fuiſſe nouerimꝰ:& plæroſq; legerimus:qbuſdã philoſophiæ partibꝰ:& illiꝰ ꝓfeſſione fuiſſe cõtentos.Id actũ eſt:ut philoſophus & orator mutuo ſe diuiſerint:qa nec ille:quæ ad uerũ philoſophum: nec hic:quæ ad uerũ oratorẽ ſpectant:conſequi ualuerũt.Quæ etſi utiq; habuiſſent:in nullo ꝓrſus a ſe inuicem diſtarent.niſi & ea oĩa Ariſtoteli magis: q̃ alteri hoĩum affuiſſe dicamꝰ:Theophraſtoq; eiꝰ auditori:q oẽm magiſtri ſui doctrinã mira eloquẽtia ꝓſecutus ẽ. Cui etiã cũ Tyrtamo nomẽ eſſet Ariſtoteles ipſe teſte Boetio & Laertio:ob diuinã illius eloquentiã Theophraſtũ uocitauit:ut in ſua dictione uidebimꝰ.Qui tamen(ut Gellius in.viii. noctiũ atticaꝝ:rettulit)cum oĩbus ſuæ ætatis facũdiſſimus eſſet:uerba pauca ad populum athenienſem facturus:deturbatꝰ uerecũdia ſiluit.Itaq; & qui dicerent:& q ſaperent ſe diuidẽtes: & ꝑtes quiq; ſuas ꝓ facultate capientes:ſeipſos etiã nominibꝰ diuiſerũt:ut hic philoſophus:ille orator diceret̃ Vnde ait Cicero in ꝓœmio de officiis.Eqdẽ Platonẽ exiſtimo ſi genus forenſe tractare uoluiſſet:grauiſſime & copioſiſſime potuiſſe dicere.& Demoſthenẽ ſi illa:quæ a Platone didicerat tenuiſſet:& ꝓnuntiare uoluiſſet:ornate ſplendideq; facere potuiſſe. Eodẽ mõ de Ariſtotele & Iſocrate iudico: quoꝝ uterq; ſuo ſtudio delectatus cõtẽpſit alteꝝ.Sed ipſa philoſophia(ſeu mauis ſapientia)in quinq; ꝑtes principaliter ſeparat̃:in phiſicã:Metaphyſicã: æthicã:mathematicã:& logicã.Phiſica ea dicit̃:quæ de mũdi huiꝰ corporalis:ac mobilis natura:& his quæ in eo ſunt corporalibꝰ partibus:ſuis rõnibꝰ differit:& inquirit:quam ſolã uſque ad Archelaũ Socratis præcæptorẽ philoſophi oẽs ꝓſecuti ſũt.Poſt hos uero Socratẽ & Platonẽ Ariſtoteles pluribus libris exqrens.exactiſſime pertractauit.Metaphiſica uero illa dicit̃:quæ ſupra mutabilẽ naturã ſe erigens:incorporalia quæq; & ſempiterna certis rõnibus ꝑſcrutat̃.Sed hoc quoq; cum duplici uia fieri poſſe contingat:duplicẽ ex ea cã metaphiſicã efficit.Nam uel ex ipſius naturæ principiis incedit:& ſic quoq; Ariſtotelis eſt metaphyſica.Theophraſtiq;:& ꝓ magna parte Platonis. Vel ex his ꝓgredit̃ initiis:quæ ſupra naturam degũt:& nobis ex diuina reuelatione prorſus inclaruerũt:& ſic quoq; chriſtianarum ẽ altiſſima metaphiſica:quã theologiam appellamus:& quæ ex fidei articulis diuinitꝰ releuatis ꝓgredit̃: & argumentat̃: quã ſane ex auctoribus antiquis ſolus Plato aliquãtiſꝑ deguſtauit. Aethica aũt ea eſt:quæ de inſtitutiõe humanæ uitæ ſuis rõnibꝰ differit:& pertractat.Sed hoc triptito apud illos fieri contingit.Quoniã uel inſtitutionem explicat hõis:ut aĩal eſt rõnis capax. Vel ut paterfami.uel ut ciuis. Et primam horu3 ꝑtem Socrates pulcheꝛrimis diſputationibꝰ incohauit.Quã poſt illũ & Platonem Ariſtoteles in decem uoluminibus: quæ æthica nominant̃:abſolutiſſime ꝑtractauit.Quin & in illiꝰ appræhẽſione finis academici quoq; plurimum inſudarũt:ſtoiciq;:& cyrenaici philoſophi:ac heliaci:megariciq;:& cynici:& erethrici. Apud noſtros uero ex antiquioribꝰ qdem Cicero & Seneca. ex moderniorібꝰ uero nõnulli celebres clariſſimiq; chriſtiani fuerunt:qui rem oẽm manifeſtiſſime enuclearũt.Secũdam uero ꝑtem: quæ inſtitutũ apud ſe hoĩem accipit: & familiam inſuper regere:ac diſponere docet Xenophon ipſe ĩ œconomicis:& poſt illũ Ariſtoteles:& Theophraſtus explicarunt. Traduxit Xenophontis œconomicã Cicero:quam perdidimus. Tertiam aũt partem: quã ciuilẽ uocant & in adminiſtration ẽ reipublicæ uerſat̃ Plato ipſe decẽ clariſſimis uoluminibꝰ abſoluit. Ariſtoteles octo.& noſter Cicero ſex de repu.libris editis explicauit.Compræhendit & tertia hæc pars itra ſe ſanctas leges & ciuilia iura:quæ in adminiſtrationẽ reipublicæ ſunt neceſſaria.Quas Plato tredecim uoluminibus:Cicero quattuor(licet modo diuerſo)collegerũt.Mathematica uero:quæ & diſciplina a nobis dici põt.Quadrifariã diuidit̃:arithmeticam:muſicã:geometriam:& aſtronomiam.Arithmetica:quæ & numeralis dici põt:qa de numeris & coꝝ qualitatibus tractat a pythagoricis plurimũ celebrata fuit.& a Boetio noſtro pulcherrime in arte3 redacta eſt.Muſica uocũ ꝓportiones generaq; & qualitates explicat. Quã

Pythagoram inueniſſe: & Ariſtoxenum abſoluiſſe dicunt. Apud noſtros uero Boetius & Auguſtinus aliiq;
nónulli tractauerũt. Geometria menſuras rerum in longum latum & ꝓfundum edocet. ĩ qua Euclides præ
cipuus fuit. hæc ſub ſe perſpectiuam continet: & geographiam: & illa quidem radiorum reflexiões: ac qua/
litates ĩquirit. hæc uero terram pingit: ac urbiũ diſtãtias: & loca quæq; menſurat: ut Ptolomæus tempore
Traiani & Antonini principum romanorũ: & ante illum Strabo magnis & pulcherrimis uoluminib⁹ indi/
carunt. Apud noſtros Plinius in li. naturalis hiſto. Solinus in collectaneis: & Pomponius: aliiq; nónulli abſo
lutiſſime tradiderunt. Aſtrologia (ut eius nomen deſignat) aſtrorum curſus: & recurſus: eorũq; cõiunctiões
& diſtantias certis rationibus indicat. In qua & perſæ quoq; & ægyptii præcipue floruerũt. Immo teſte La/
ertio aſſerunt ægyptii primos ſe fuiſſe aſtrologiæ inuentores: arithmeticæq; & geometriæ. Id idem Ariſto/
teles in ꝓœmio methaphyſicæ confirmauit: in hac maxime Ptolomæus effloruit. Et apud noſtros celebres
qdam uiri & moderni: ut Andalo ſenenſis: Chriſtophorus: & alii nónulli claruerunt: Logica aũt: quæ & ſer
mocinatiua interpretat̃: in grãmaticam diuidit̃: poeticam: dialecticam: rhetoricam: & hiſtoricã. Nam & hæ
oẽs ampliores ſunt: & uniuerſaliores diſciplinæ: & uniuerſaliora ſermocinant̃: ac ad cæteras extendi ualẽt.
Grãmatica qdem: ut recte quoq; & ſecũdum approbatorũ cõſuetudinem in qualibet diſciplina cõſtruat: &
loquatur. Poetica uero: ut ex omni doctrina accipiẽs: effingendo: ac fabulando doceat & delectet. Dialecti
ca aũt: ut cõciſa & preſſa diſputatione uerũ & falſum undecũq; eliceat. Rhetorica ut apta & ampla oratiõe
ex qualibet diſciplina ꝓ tpe aſſumẽs apte dicat: ſuadeatq;: uel diſſuadeat. Hiſtorica aũt: ut geſta regũ & gẽ/
tium: ac tẽporum: & rerum oĩum diſpoſitiões & qualitates fideliter & cõmode explicet. Quarũ oĩm aucto
res notiſſimi nobis ſunt: & quotidie ĩ manib⁹ uerſant̃. Nã quæ de grãmaticæ initiis cõperimus: in prĩo horũ
cõmẽtariorum li. explicauimus. Poeticã uero in primis Muſæus Linus & Orpheus incœptarunt.

P hiloctetes cum. i. latino &. c. atq;. t. exilib⁹ ſcribitur: fuit teſte Seruio ſuper. iii. æneí. Pæantis filius: Herculis
comes: quem ipſe Hercules cum hoĩem in œtha monte deponeret: petiit ne alicui corporis ſui reliquias ĩdi/
caret: ꝓ qua re eum iurare compulit. Eiq; ꝓ munere ſagittas dedit hydræ felle intinctas. unde apud Senecã
in Hercule œthæo ſic ad illum Hercules inquit: Accipe hæc ſate

Pœante dona: & munus alcidæ cape:
Nec fallet unq̃ dexteram hic arcus tuam:
Librare tela didicit: & certam dare
Fugam ſagittis. ipſa non fallunt iter

Emiſſa neruo tela. Et Lucanus in. vi. Precioq; nephãdæ Lampados herculeis fortis melibœa pharetris. Poſt
hæc aũt in troiani belli expeditione reſponſum fuit a delphico oraculo: Sagittis Herculis ad troiæ expedi/
tionem opus eſſe. Inuent⁹ itaq; Philoctetes: cum ab eo Hercules quæreret̃: & primo ſe ſcire negaret: tandẽ
mortuũ illũ eſſe cõfeſſus eſt. Deinde cum acriter ad indicãdum cogeret̃: ne uerbis peieraret pede locũ per/
cuſſit. Sed cum ab aliis græcorum ducib⁹ ipſe etiã duceret̃ ad bellum: qa ſolus ipſe eiuſmodi ſagittis uti po/
terat: unius ſagittæ caſu ille pes uulneratus eſt: quo Herculis tumulum indicauerat. Cuius inſanabilis uul/
neris cã: putorem græci cũ ferre nõ poſſent: & tamen ꝓ oraculi neceſſitate diu duct⁹ fuiſſet: conſilio ac calli/
ditate Vlyxis apud lẽnum relinquit̃. Quare Aiax id Vlyxi exprobãs inqt apud Ouidiũ l. xiii. metamorpho.

Non te pœantia proles
Expoſitum lemnos noſtro cum crimine haberet:
Qui nunc (ut memorant) ſilueſtribus abditus antris:
Saxa mouens gemitu malã laertiadæq; precaris:
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma:
Heu pars una ducum: quo ſucceſſore ſagittæ:
Herculis utuntur fractus morboq; fameq;:
Venaturq; aliturq; auibus: uolucreſq; petendo

Debita troianis exercet ſpicula fatis. Tandem cum græci illum priſtinæ ſanitati reſtitutum audirent: p eun/
dem Vlyxem placatus ad troiam deductus eſt: ipſo Vlyxe apud eundem Ouidium dicente:

Nec me ſuaſiſſe negabo:
Vt ſe ſubtraheret belliq; uiæq; labori
Tentaretq; adeo requie lenire dolorem:
Paruit & uiuit. Et ſubdit deriſiue ad Aiacem:
Quem quoniam uates delenda ad pergama poſcunt:
Ne mandate mihi melius telamonius ibit:
Eloquioq; uirum morbis iraq; furentem:

Molliet: aut aliquo pducet callidus aſtu. hic tandẽ poſt troiæ euerſionẽ ſecutus oracula (ut nõnulli aſſerunt
calabryã uenit) ubi petiliam & turinã cõdidit ciuitates: atq; in turina deĩde ſepult⁹ fuit. Alii uero nõ ſanatũ
illum ad troiam deductum dicunt: ſed eodẽ uulnere etiam poſt euerſionem troiæ laborantẽ horrore uul/
neris ad patriam redire abnegans calabryam uenit: ubi paruam ædificauit petiliam.

Philtra cum.i.latino &.t.exili ſcribit᷑:dici poſſunt amatoria: genus eſt ueneni amorem ingerentis: & ut plurimũ inſaniam:ut Iuue.in ſatyra Credo pudiciciam: Hic theſſala uendit Philtra:quibꝰ ualeat mentem uexare mariti.Et Ouidius in.ii.de arte amandi:
Philtra nocent animis uimq; furoris habent.

Phillyra prima cum.i.latino & penultima cum.y.græco: atq; duplicato.l.ſcribitur: fuit nympha Oceani & Tethyos filia.Ex qua Saturnus in equũ uerſus(ut dicunt poetæ)Chironẽ progenuit.Et ab illa Chiron phillyrides eſt nominatus Virgilius in.iii.georgicorum:
Phillyrides chiron amythaoniuſque melampus.

Phinaus cũ.i.latino &.a.abſq; diphthongo ſcribit᷑:fuit teſte Ouidio in.vi.metamorpho.rex arcadiæ:q̃ ſuggeſtione Harpalacis cõiugis ꝓprios filios occæcauit.In cuiꝰ uindictam: & illũ dii oculis priuauerũt:atq; illi harpyias aues rapaciſſimas: & fœdiſſimas ſuperinduxerũt: quæ nedũ oĩa ex eius mẽſa rapiebãt: ſed quæq; uentris ꝓfluuio cõfœdabãt.Sed cũ ab illo Iaſon cũ argonautis benigniſſime reciperet᷑:hoc mercedis illi cõtulit:ut cõtra harpyias Zetũ mitteret & Calaim filios Boreæ ex Orithyia cõiuge iuuenes alatos: & arcubꝰ promptos:q̃ illas perſequerent᷑:& a Phineo ꝓrſus depellerẽt.hi igit᷑ illas fugãtes uſque ĩ inſulas ploas perſecuti ſunt.Vbi ab Iride admoniti:ne ulteriꝰ Iouis canes inſequerent᷑:retro cõuerſi ĩſulis eiuſmodi ubi harpyias reliquerũt:nomẽ ſtrophados.i.cõuerſiõis ĩdiderũt. Quæ oĩa tetigit Ouidiꝰ in initio li.vii.metamor.

Phyllis prima cũ.y.græco:penultĩa cũ.i.latino:atq; duplicato.l.ſcribit᷑:fuit Lycurgi thracũ regis filia:cui adoleſcentula ſucceſſit in regno. hæc Demophoontẽ Theſei athenaꝝ regis filiũ e bello troiano redeuntẽ:atq; ad ſe tempeſtate aduectũ uehemẽter amauit:& coniugiũ rogauit.ipſe id ꝓmittens dixit ob morteꝫ Meneſthei fratris uelle prius athenas ꝓficiſci:res ſuas ordinaturus:mox ad eius nuptias reuerſurus.Profectꝰ itaq; cũ tardior eſſet:Phyllis amoris impatiẽs ſe ſpretam credẽs laqueo uitã finiuit.quæ(ut ait Ouidius)cõuerſa eſt in arborẽ amygdalũ ſine foliis:ſed nõ multopoſt reuerſus Demophoon:& rem cognoſcẽs plorans truncum arboris eſt amplexus.illa uelut ſponſi amorem ſentiẽs exiliit:& folia emiſit:quæ ab ipſa Phyllide Phylla græce cognominata ſunt.Vnde & nos folia diximus:quæ teſte Seruio ante petala dicebantur.

Phyllum cũ.y.græco & duplicato.l. ſcribit᷑:dicitur apud nos folium. Et inde meliphyllum herba:cuiꝰ folia ſapiunt mel:ut in ea dictione uidimus.

Phyſis prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.i.latino ſcribit᷑:dicitur latine natura: & inde phyſicus phyſica phyſicuꝫ naturale. Et phyſica Ariſtotelis in plurali & neutri generis: ſubſtantiue dicunt᷑ naturalia ipſius Ariſtotelis.

Phyſionomia prima cũ.y.græco ſcribit᷑:dicit᷑ad uerbum naturæ regula.Nã teſte Gellio id uerbuꝫ ſignificat mores naturaſq; hoĩum cõiectatõe q̃dã de oris & uultꝰĩgenio deq; totiꝰcorporis filo atq; habitu ſciſcitari.

Phython cũ.y.græco &.th.aſpirato ſcribit᷑:ſerpens fuit horrendæ magnitudinis ex caleſcente terra poſt diluuium Deucalionis ꝓcreatus:quem Phœbus interemit:ludoſq; phythea in rei memoriam nominatos inſtituit.de quo late Ouidius in.i.metamorpho.pertractauit.

Phlegethon cũ.th.aſpirato ſcribit᷑:dicitur a poetis inferni fluuius flãmis rapidus. Virgilius ĩ.vi.æneidos:
Mœnia lata uidet triplici circũdata muro:
Quæ rapidus flãmis ambit torrentibus amnis:
Tartareus phlegethon torquetque ſonantia ſaxa.Nam a φλέγω:quod eſt inflãmmo deriuatur.hunc poetæ Cocyti filium dixerunt.

Phlegyas cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Lactantio grãmatico ſuper primum thebaidos: Martis filiꝰ& rex laphitharum in theſſalia:paterque Ixionis & Coronidis.

Phlegyæ eodem modo ſcribit᷑:populi ſunt theſſaliæ a Phlegya Ixionis patre cognominati. hi cum ſacrilegi eſſent deoſq; & homines ſpernerent ab irato Neptuno immiſſo diluuio ſubmerſi ſunt: quos apud inferos poſuit Virgilius in.vi.li.æneidos cum ait:
Infœlix theſeus phlegyaſq; miſerrimus omnes:
Ammonet:& magna teſtatur uoce per umbras:
Diſcite iuſtitiam moniti:& non temnere diuos.

Phlegæi penultima cũ.æ. diphthongo ſcribit᷑:nomen eſt adiectiuũ deductum a phlegya. Nam & campi illi phlegæi dicuntur teſte Plinio li.iii.naturalis hiſto.q̃ non longe ſunt ab acheruſia palude & cumis.

Phleps cũ.ps.in fine ſcribit᷑: nõnulli ob litteraꝝ uicinitatẽ apud noſtros cũ. bs.ſcribere conſueuerunt. Nam apud noſtros dicit᷑ uena. Vnde & phlebotomia deducitur.

Phlebotomia cũ.t.exili:&.i.latino ſcribitur:eſt apud nos uenæ inciſio.Nam phlebs uena dicit᷑:& tomia inciſio:a τομω:quod eſt incido deductum.

Phlegma cum.g.ante.m.in eadẽ ſyllaba ſcribitur:dicitur latine pituita.

Phlegmone eodẽ mõ ſcribit᷑:dici põt a nobis tumor:a φλεγμαινω uerbo:qđ ẽ tumeo:& nõnunq̃ ſtupeo.

Phoca cũ.c.exili ſcribit᷑:piſcis ẽ q̃ alio nomĩe:hoc ẽ a ſono mugitꝰ(ut ait Pli.ĩ.ix.naturalis hiſto.)uitulus marinꝰnoĩat᷑.Et addit phocas ĩ terra more pecudũ parere ſpirareq; ac dormire:qđ tetigit Virgil.ĩ.iii.georgi.
Sternũt ſe ſomno diuerſo in litore phocæ.imo(ut dixit Plinius)nullũ aĩal grauiore premit᷑ ſomno.Idẽ ſen-

ſiſſe uidetur Iuuenalis:cum ait:pro re magna in.iii.ſatyra:Eripiunt ſomnum druſo uituliſq; marinis.

P hocion cũ.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit uir athenienſis:q teſte Aemilio:etſi ſæpe exercitib⁹ præfuit:ſum-
moſq; magiſtrat⁹ cæpit:tamẽ multo eius fuit notior integritas uitæ:q̃ rei militaris labor:qppe cũ ex illa co-
gnomine bon⁹ appellat⁹ ẽ.fuit enĩ ꝑpetuo pauper cũ ditiſſim⁹ ꝓpter frequẽtes delatos honores eẽ potuiſſ;
poteſtateſq; ſummas:quæ ei a populo dabanť.Repudiauitq; cõſtãtiſſime munera magnæ pecuniæ: quæ illi
a rege Philippo dabanť.Ad quæ recipienda cũ legati regis hortarenť: ſimulq; admonerẽt: ſi ipſe his facile
careret liberis tamẽ ſuis ꝓſpiceret:qbus difficile eſſet in ſumma pauptate tantã paternã tueri gloriã.qb⁹ille.
Si mei ſimiles erũt:nequaq̃; difficile erit.Idẽ hic agellus illos alet:q me ad hanc dignitatẽ ꝑduxit. Sin diſſi-
miles ſunt futuri:nolo meis ĩpenſis illoꝵ ali augeriq; luxuriã.Idem,cũ iã ꝓpe ad annum octogeſimum pro-
ſpera perueniſſet fortuna:extremis temporibus magnum in odium ſuorum ciuium peruenit.

P hocis cũ.c.exili &.i.latino ſcribiť:eſt teſte Liuio in. ii.de bello macedonico:pua græcoꝵ regio famoſo ora-
culo Apollinis delphici.Nã in illa ẽ ciuitas delphi:in qua tẽplum erat ditiſſimũ Apollinis: de qua Ouidius
in.i.metamorpho.inqt:Sepat aonios actæis phocis ab aruis Terra ferax.Et inde phocides ſimili mõ ſcribiť.

P hocees cum.c.exili:ſequente duplicato.e.abſq; diphthongo: fuerunt teſte Herodoto in.i.ionum populi:
& primi qui longis nauibus uſi ſunt.

P hœbus cũ.œ.diphthongo ſcribiť:ẽ unũ ex nõibus Apollinis:quãdo illũ a ſpecie uel nitore laudabãt tractũ
a φοισ:quod eſt lumẽ:ubi eſt.ω.mega cũ.i.faciens diphthongũ:quæ(ut in.ii.horũ cõmentariorũ uidim⁹)
in.œ.diphthongũ noſtrã apud nos cõuertiť:unde &.ꝑ ſole illũ accipiunt.Virgi.in.iii.æneí.Argolici clypei
aut phœbeæ lampadis inſtar.Similimodo & Phœbe ſcribiť ꝑ ſorore eius Diana.Ouidius in.v.faſtoꝵ: Re-
ſpice theſtiadem flãmis abſentibus arſit:Cauſa eſt quod phœbes ara ſine igne fuit.

P hœmon cum.œ.diphthongo ſcribiť:lacus eſt arcadiæ.de quo Ouidius in.xv.metamorpho.inquit:

Eſt lacus arcadiæ phœmon dixere priores
Ambiguis ſuſpectus aquis:quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ:ſine noxa luce bibuntur.

P hœnix prima cũ.œ.diphthongo ſequẽs cũ.i.latino ſcribiť:fuit(ut nõnulli aſſerũt)Agenoris regis filius:&
frater Cadmi.Vel(ut alii etiã ferũt)Agenoris pater.A quo regio ubi regnabat phœnicia dicta fuit. Fuit &
ali⁹ Phœnix Amyntoris fili⁹:q teſte Homero ĩ.viii.iliados:cũ ſuggeſtiõe matris cũ patris pellice rẽ haberet:
& pater id ꝑſentiſceret:terribilia illi ĩprecat⁹ ẽ.Quare a patre diffugiens ad Peleu; Achillis patrẽ acceſſit:a
quo benigniſſime ſuſcæpt⁹:& unice dilect⁹ ab illo multũ populũ & delopes ſub ſuo dominio accæpit.Nu-
triuitq; ut pater Achillẽ.Fuit etiã phœnix fluuius non magnus:q teſte Herodoto li.hiſto.vii.ex thermopy-
larum montibus fluens:in aſopum deſcẽdit. Quin & ab hoc fluuio uſq; in thermopylas.xv.dixit ſtadia cõ-
putari.Eſt etiam phœnix auis:de qua Ouidius in.xv.metamor.plene oĩa ꝓſecutus eſt.

P hœnicia cũ.œ.diphthongo &.i.latino:atq;.c.exili ſcribitur:regio ẽ in aſia ſic quoq; cognomĩata a Phœni
ce uel patre uel filio Agenoris.Eſtq; ꝑs ſyriæ & finitima iudææ:terra adeo fertilis:ut dicat Plin.ĩ.v.naturalis
hiſto.centeſima fruge agricolis fœnus eſſe.Et a phœnicia phœnices populi uocitanť.hos dixit Ioſephus ad
Appionẽ grãmaticũ:litteraꝵ græcaꝵ fuiſſe inuentores.Cornelius uero Tacit⁹ ĩ.xiiii.ſuarũ hiſtoriarum libri
primi inqt:ægyptii ꝑ figuras aĩalium ſenſus mẽtis effingebãt. Et antiqſſima monumẽta humanæ memoriæ
ſaxis ĩpreſſa cernũtur: litterarũq; ſemet ĩuentores ꝑhibẽt. Inde phœnices qa mari præpollebãt græciæ itu-
lerũt.Sũtq; adepti gloriã tanq̃; quæ accæperãt ĩueniſſent.Et ꝑgit:Fama qppe ẽ Cadmũ claſſe phœnicũ ue-
ctum rudib⁹ adhuc græcoꝵ populis ei⁹ fuiſſe auctorẽ artis.Quæ oĩa Lucanus tetigit:quãdo dixit in li.iii.

Phœnices primi(famæ ſe credit)auſi
Menſuram rudibus uocem ſignare figuris.
Nondum flumineas memphis contexere biblos
Nouerat:& ſaxis tantum uolucreſq; feræq;
Sculptaq; ſeruabãt magicas aĩalia linguas.i.ſapiẽtes ĩterpretatiões.de qb⁹ ĩ dictiõe obeliſcus uidim⁹. Sane
a phœnicia phœniſſa deduciť cũ.œ.diphthongo:& duplicato.s.quam pro Didone:quæ ex phœnicia fuit:
Virgilius accipere conſueuit.

P hœton cũ.œ.diphthongo:&.t.exili ſcribiť:fuit Solis ex Clymene nympha fili⁹:q cũ de genere ſuo dubita
ret:& ad domũ ubi Sol oritur accederet:ualuit ab eo tandẽ obtinere:ut patris equos ꝑ diem ſaltẽ regeret:
quos deĩde ducẽs tremefact⁹ habenas cũ relinqueret:ne Iuppiter cũ deflagraſſet:fulmine cælũ ac terrã una
cõbuſiſſet.Quæ oĩa latiſſime & eloquẽtiſſime Ouidius ĩ fine primi & ĩ initio ſecundi metamor.libro ꝑtra-
ctauit.Sane a Phœtonte phœtontides patronymicũ fœmininũ:& licentia poetica:ut dixit Priſcian⁹:phœ-
tontiades deduciť.Virgi.ĩ Sileno:Tum phœtontiades muſco circũdat amaræ Corticis.Nã in ſingulari pa-
tronymicum ipſum fœmininum eſt phœtontis hui⁹ phœtontidos:ut idem auctor affirmauit.

P holus cum unico.l.ſcribiť:fuit unus ex centauris.Ixionis ex Nube filius. hic teſte Seruio ſup octauo ænea-
dos: Herculem ſuſcæpit hoſpitio:cum ad expugnandos cẽtauros pergeret: dicente etiã Lucano in.vi. Ho-
ſpes & alcidæ magni phole.Tãdẽ ĩ nuptiis Pirithoi orto prælio ĩter laphithas & cẽtauros occubuit dicente

Virgilio in ſecundo georgicorum:Læto domuit rhetumque pholumque.

P holoe cũ unico.l.in fine cũ.oe.diuiſis ſyllabis ſcribit̃:mons eſt arcadiæ:ut ſcribit Pomponius:ſiluoſus ut dixit Vibius:de quo Lucanꝰ in.vii.Scilicet ipſe petet pholoen:petet ignibꝰ oethen.atq; eadẽ ꝓrſus litteratura accipit̃ a Virgilio i.v.ꝓ fœmina quadã cũ ait:Creſſa genus pholoe geminiq; ſub ubere nati.

P horcꝰ cũ.c.exili ſcribit̃:apud græcos uero dicit̃ Phorcys:ſed nos.y.græcũ in.u.noſtrũ cõmutauimus:quod tamẽ nos etiã i genitiuo cõſeruamꝰ.Nam declinat̃ huiꝰ phorcydos & huiꝰ phorci.facit patronymicũ phorcynis huius phorcynidos.Lucanꝰ in.ix.Squalebãt late phorcynidos arua meduſæ.fuit Thoſeæ nymphæ filius:& Neptuni:ut dixit Seruiꝰ ſup.v.æneí.Atq; Varronẽ inducit dicentẽ eũ regẽ fuiſſe corſicæ & ſardiniæ q cũ Atlante nauali prælio decertans uictꝰ:& in mari ſubmerſus:loquacitate græca marinus deꝰ uocatꝰ fuit Quod Virgiliꝰ præfato li.tetigit cũ ait:Tritoneſq; citi phorciq; exercitꝰ oĩs.Et habuiſſe ſcribit̃ filias ꝗtuor eximiæ pulchritudinis Scyllam Eurialẽ Sthemonẽ & Meduſam:ut in dictione pegaſus iam uidimus.

P hormio cum.i.latino ſcribit̃:nomen eſt uiri ꝓprium.

P hraortes cũ.t.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſto.i.Deiocæ filiꝰ:& rex medoꝶ.Hic nõ cõtẽtꝰ medoꝶ regno:ꝑſas ſubiugauit:cui Cyaxares filiꝰ ſucceſſit.huic Aſtyages filiꝰ fuit:q ei ſimiliter i regno ſucceſſit.

P hraſis cum ſimplo.s.&.i.latino ſcribit̃:interpretatur teſte Quintiliano in.x.de inſtitutõe oratoria:eloquẽtiæ corpus.Et inde Theophaſtus quaſi diuina eloquentia præditus.

P hreneſis cum ſimplo.s.&.i.latino ſcribit̃:& græcũ eſt uerbum a φρενός deductũ:quaſi deturbatio ſit mentis:& inde phrenetici:habetq; accẽtum in penultima:ut Iuue.i ſatyra Plurima ſunt fuſcine: Cũ furor haud dubius cum ſit manifeſta phreneſis.

P hrygia prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.i.latino ſcribitur:ꝓuincia eſt teſte Solino minoris aſiæ:quæ a phrygio amne:quæ illã a caria diuidit:ſic quoq; cognominata fuit.Alii uero uolunt a phrygia Cecropis filia.In hac eſt dardania a rege Dardano Iouis filio ſic cognominata:quæ poſtea a Troo nepote:hoc ẽ filio Erioththonii filii Dardani troia cognominata fuit:i qua fuit ilion:& a phrygia phryx deducit̃:quod ẽ ſubſtantiuũ:& ſolũ maſculinũ.Iuue.in ſatyra Credo pudiciciã:Diuitibꝰ reſponſa feret phryx augur. At phrygiꝰ phrygia phrygiũ adiectiuũ.Ideo dixit Virgilius:O uere phrygiæ(neq; enim phryges)ite per alta Dindyma.

P hrynicus prima cum.y.græco:ſequens cum.i.latino:ultima cum.c.exili ſcribitur:fuit poeta comicus: quẽ ſæpe Iulius Pollux nominat.

P hryxus cũ.i.latino ſequẽte.x.cõſonante ſcribitur: fuit Athamãtis regis thebarũ ex Neipyle uxore filiꝰ fraterq; Helles: q ãbo mortua matre(ut ſcribunt Heſiodus & Pherecydes)cum nouercales inſidias ferre non poſſent:& cõſentiẽte patre aufugerẽt:ac ſup ariete aureæ pelliculæ quẽ eis pater in tutamen dederat pontũ tranſfretarẽt:ea pte qua ſtrictior eſt:nec multũ freti ſulcaſſent:Helle puellari timore exterrita:decidit i pontum:dicente Lucano i.iiii.Delapſæ portitor helles.Quæ ab Neptuno ꝗ̃primũ cõpræhẽſa & tutata ac uxor deuincta:illi poſtea ꝑeraſſe Pæona ſcribũt.Et cũ primitꝰ mare illud pontũ diceret̃:ab illa deinde helleſpõtum uocitatũ ẽ:dicente Lucano in.ix.Qua pelago nomẽ neipylas abſtulit helle. At uero Phryxus icolumis euadens colchos ad Oetam regem tandem ꝑuenire ualuit.Vbi ariete quo uectus fuerat Ioui imolato:pellẽ auream in templo affixit:& ipſe aries in cælum a Ioue tractꝰ:inter ſidera locatꝰ fuit. Ad quã pelliculã rapiẽdam(ut ſcribit Iuſtinus in.xlii.ſui epitomatis)uenit deinde Iaſon:ut in ea dictione uidimus.

P hthongus cum. ph.&.th.aſpiratis in eadem ſyllaba ſcribitur: & eſt ſonus uocis: unde diphthongus cũ dis præpoſitione componitur.

P hucus cũ.c.exili ſcribitur:& quia a græco deſcẽdit:quod ẽ φάγω:cũ.ph.& nõ cũ.f.ſcribẽdũ cenſent.Nã uolatile dicit̃ maius ape:& minꝰ ſcabrone:& dici quaſi phagꝰ uolũt:eo ꝙ apũ labores libẽter depaſcat.Quod tetigiſſe uidet̃ Virgilius i li.georgi.iiii.cũ ait:Immuniſq; ſedens aliena ad pabula phucus.At uero Plinius i xi.naturalis hiſto.inqt:Phuci ſunt ſine aculeo imperfectæ apes: nouiſſimeq; a feſſis & iam emeritis icohatæ ſerotinus fœtus & ꝗ̃ſi ſeruitia uerarũ apũ.Quãobrem iperant his:primoſq; in opera expellũt:tardãtes ſine clemẽtia puniunt.Et ſubdit cũ mella ceperũt matureſcere abigũt eos multæq; ſingulos aggreſſæ trucidãt. Eſt etiã phucꝰ color qdam purpureus:q græce φῦκος dicit̃:ubi ipm.y.græcum in.u. noſtrum cõuertit̃. De quo Xenophon i pædia Cyri:Quidã inqt oculoꝶ iferiores palpebras quodã phuco depigẽtes:decorẽ gratiſſimũq; i aſpectu cõtrahebãt.Quod Iuue.i.ii.ſatyra ſenſiſſe uidet̃ cũ ait:Pingitq; tremẽtes Attollẽs oculos

P icus cũ.i.latino &.c.exili ſcribitur:neq; dictio græca ẽ:ut qdã putauerũt:ſed latina.Nã auis ẽ uncoꝶ unguium & duriſſimo roſtro:quo arbores cauat:& intus latet:atq; pullos educit.Cuius introitũ teſte Plinio lib.x.naturalis hiſto.ſiqs cuneis clauderet:adhibita quadã herba a clauſura uiolẽter excutiunt̃. Quin & illum refert apud latinos maximũ fuiſſe in auguriis.Et id a Pico Saturni filio:q huic aui nomen dedit.

P icenum cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:regio eſt Italiæ:quæ hodie ab ancona:marchia anconitana dicitur. Et picenum a pico aue:q olim in eorum uexillis conſediſſe dicitur:cognominati putant.

P idytes prima cum.i.latino:ſequẽs cum.y.græco:ultima cum.t.exili ſcribitur: fuit uir ꝑcoſiꝰ:& ab Vlyxe(ut dixit Homerꝰ in.vi.iliados)bello troiano interẽptus.

P ierides cum.i.latino utrobiq; ſcribit̃;eſt muſarum agnomẽ a filiabus Pieri acceptum: quas canendo uice-

runt:ut late oſtendit Ouidiꝰ in.v.metamorphoſeos.

Pygardus per.y.græcum apud quoſdam auctores græcos ſcriptũ:& ꝓ caprea quadã ſiluestri non diſſimili a
damis poſitũ cõperi:qđ Plimiꝰ in.viii.naturalis hiſto.li.cõfirmare uideť.Sed in li.x.oſtendit eodem nomĩe
genus quoddã aquilæ uocitari:quæ in oppidis habitare cõſueuit:nõnunq̃ in campis albicãte cauda. Sʒ de
quadrupede puto Iuue.intellexiſſe:cũ dixit in ſatyra Atticꝰ eximie:Summe cũ magno lepꝰ atq; aper atque
pygardus.Nam de quadrupedibꝰ loqtur:cũ non dixerit:Et ſcythicæ uolucres.

Pyga cũ.y.græco ſcribiť:burſa eſt teſticulorum:ad quam cum deſcendũt inteſtina fit dura aſpera & tumens
ob qđ hernia ideſt aſpera & difficilis dicitur. Vnde hernici populi dicti ſunt:qui aſpera incolunt ſaxa:ut ui
dimus in dictione hernia.

Pygmæi cũ.y.græco:penultima cũ.æ.diphthongo ſcribitur:populi ſunt teſte Plinio li.vii.naturalis hiſtoriæ
tenẽtes mõtana indiæ:uicina tamẽ oceano ſalubri cælo ſemperq; uernãte.Horũ q longiſſimi ſunt teſte Gel
lio in.ix.noctiũ atticarum non excedũt pedes duos & quadrantẽ.Iuue.uero dixit:Vbi tota cohors pede nõ
ẽ altior uno.Quin & teſte Solino earũ mulieres qnto ãno pariũt:& octauo ſeneſcũt.habẽtq; ſingulare bel/
lũ contra grues:dicente Homero in initio libri tertii iliados de troianis contra græcos tendẽtibꝰ clamore ac
clãgore ſublato nõ ſecꝰ ac grues ſolent:cũ ſidꝰ hybernũ fugientes matutino tpe cum ingenti clãgore cater/
uatim cælo feruntˀ:ad oceanũq; ſe conferũt illaturæ dirũ pygmæis ac mortiferũ bellũ.Quibꝰ pygmæꝰ bel/
lator in armiſ accurit. Sed aliquando impar a grue rapiť:& ꝑ aera curuis unguibꝰ deportať: dicẽte Iuue.
in ſatyra Exemplo quodcũq; malo:

Ad ſubitas trhacum uolucres nubemq; ſonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti:raptuſq; ꝑ aera:curuis
Vnguibus a ſæua ferť grue.Nam(ut dixit Plinius)Fama eſt arietũ caprarũq; dorſis inſidentes armati ſagit/
tis ueris tpe uniuerſo agmine ad mare deſcendere:& oua pulloſq; eoꝝ alitũ cõſumere:ternis expeditiõe eã
mẽſibus confici:aliter futuris gregibus non reſiſti.

Pylades cũ.y.græco & unico.l.ſcribiť:fuit Strophii phocenſis filius: Agamẽnonis amiciſſimi. Nec ipſe eius
filii Oreſtis minor amicus:ut uidimus in dictione Oreſtes.quẽ etiam in inſaniam uerſum nunq̃ dereliquit:
dicente Ouidio in.ii.de ponto:Affuit inſano iuuenis phocæus oreſti.Et in eodem libro:
Non ita uixerunt ſtrophio atq; Agamẽnone nati.

Pylæmenes prima cũ.y.græco:ſequens cũ.æ.diphthongo ſcribiť:fuit teſte Homero dux paphlagonũ:ex his
qui uenerũt in auxilium troianoꝝ:atq; in bello a Menelao interfectus.Quin & nõnunq̃ hic idem ſcribiť a
poetis græcis Pylæmeneus.

Pylæus prima cum.y.græco:ſequens cũ.æ.diphthongo ſcribiť:nomen eſt uiri ꝓprium:q nõnunq̃ cum aſpi
ratione Phylæus a græcis ſcribitur.

Pylartes cũ.y.græco:& unico.l.atq;.t.exili ſcribiť:fuit teſte Homero in.xi.iliados:uir troianꝰ ab Aiace bello
interfectus.

Pylene cum.y.græco:& abſq; aliqua diphthongo ſcribiť:eſt Homero teſte i.ii.iliados ciuitas ætoliæ.

Pileus cum.i.latino & unico.l.ſcribiť:opimentum quoddam eſt capitis.

Pylos cũ.y.græco & unico.l.ſcribiť:fuit oppidũ iuxta theſſaliam uerſus marinũ litus a Neleo patre Neſtoris
cõditũ dũ a fratre Peleo theſſalia pelleret.Vnde & Neſtor ipe dictꝰ ẽ Pyliꝰ.Ouidius in.iii.de ſine titulo:
Illius attactu pylius iuueneſcere poſſet.Idem in li.primo de ponto:
(Crede mihi)pylio neſtore maior ero.

Pylon ſimiliter cũ.y.græco ſcribiť:nomẽ fuit ꝓprium uiri troiani:& habet accentũ in ultima.

Pilũnus cũ.i.latino:&.m.ante.n.ſcribiť:Iouis dictꝰ ẽ filiꝰ:ac ſtercorãdoꝝ agroꝝ uſum cõperiſſe diciť:ob qđ
Sterquiliniꝰ etiã cognominatꝰ fuit.Sed cognomẽ hoc fuiſſe Saturno Macrobiꝰ rettulit.At uero hũc pinſeẽ
di frumẽti:& ab eo pilũ denominatũ:atq; ob id a piſtoribꝰ coli dixit Seruiꝰ ſup nonũ æneı.librũ. Ob quod
nõ græcũ uerbũ:ſʒ latinũ magis eſſe cõſtat.Ad hũc ferũt Danaen cũ puo Perſeo iram Acriſii fugiẽtẽ:a paſto
re quodã delatã fuiſſe.Quã ille genere cognito uxorẽ duxit:& derelicta regiõe apuliæ ad rutulos cum Da/
nae demigraſſe:ubi ardeã urbẽ cõſtruxit.Et ex ipa Danae Daunũ ſuſcæpit filiũ:q in apulia deĩde regnans:
dauniã illã a ſe cognominauit. Et hũc quoq; daunũ qdã turni fuiſſe patrẽ dixerũt.Eo ꝙ de Turno loquens
dicat Virgiliꝰ in.x.ænei.Naſcentẽ & patria turnũ cõſiſtere terra:Cui Pilũnus auus:cui diua uenilia mater.
Alii uero dixerunt aliũ illũ fuiſſe Daunũ:hoc ẽ ꝓxime auũ patris Turni.Et Virgiliũ nõ intellexiſſe de ꝓxio
auo:ſed de Turni atauo:cũ alibi i eodẽ li.in ꝑſona Iunonis dicat.Ille tamẽ noſtra deducit origine nomen:
Pilũnuſq; illi quartus pater.& reliq̃.Sed nomen filii Dauni:& patris alteriꝰ dauni nuſq̃ legiſſe me memini

Pindarus cum.i.latino:& unico.r. ſcribitur:fuit teſte Platone li.quarto de legibus:poeta thebanus. Hic te/
ſte Quintiliano in decimo: de inſtitutione oratoria nouem lyricorum longe princeps fuit ſpiritus magni/
ficentia: ſententiis: figuris: beatiſſima rerum uerborũq; copia: uelut quodam eloquentiæ flumine:ꝓpter
quod Horatius in quarto carminum:eum merito credidit nemini imitabileʒ.Quas ob clariſſimas uirtutes

a regibus macedoniæ ſui temporis maxime dilectus fuit. & magnus Alexander cum thebas raperet: & ciues uenderet ſub corona: penatib⁹ & familiæ Pindari uatis parci iuſſit. Cuius mors nõ uulgaris cũ a diuerſis: tũ a Valerio Maximo ſcribitur. Qui cũ in gymnaſio ſuper gremio pueri quo unice delectabaẗ depoſito capite quieti ſe dediſſet: nõ prius fuit cognitus deceſſiſſe: ꝙ a Gymnaſiarcho claudere locuꝫ uolente: ne quicꝗ̃ excitaretur.

P indus cum .i. latino ſcribiẗ: mons ẽ in finib⁹ theſſaliæ a parte occidua. Ex cui⁹ ima parte peneus fluui⁹ ꝓfluit ut in ſua dictione uidimus. Eſt etiã inſignis origine lapitaruꝫ: & partu fluuii acheloi.

P inarius cũ .i. latino ſcribiẗ: & deſcendit a πέινα: quæ eſt fames: cuius prima cũ .ei. diphthongo ſcribitur: ſed apud nos relicta .e. remanet .i. ꝓducta. Virgilius in .viii. æneidos: Et domus herculei cuſtos pinaria ſacri. Nã (ut teſtis eſt Seruius) cum Herculi ab Euandro ara maxima in Italia ubi nũc eſt roma conſtituta fuiſſet: & de ſuo armẽto ad ſua ſacrificia Hercules boues dediſſet: inuẽti ſunt duo ſenes Pinarius & Potitius: ꝗbus qualiter ſe coli uellet oſtendit. Scilicet ut mane & ueſpere ei ſacrificarent. Itaqꝫ perfecto matutino ſacrificio: cum circa Solis occaſuꝫ eſſent ſacra repetẽda: Potiti⁹ prior aduenit: Pinari⁹ poſtea extis uidelicet iã redditis. Vnde iratus Hercules ſtatuit: ut pinarioꝝ familia tantũ miniſtra eſſet: epulantib⁹ potitiis: & cõplentibus ſacra. Vnde teſte Seruio Pinarii dicti ſunt .i. famelici: cũ prius alio nomine ſenex ille uocareẗ. Et ab hoc pinariam domũ cuſtodem ſacri Herculei dixiſſe Virgilium: hoc ẽ miniſtrã intellexiſſe uoluit: ut alio loco: Triuiæ cuſtos iam dudũ in montibus opis: ideſt miniſtra. Et Potitius a uerbo potizo: quod ẽ bibo deductum. Sed (ut ſcribit Liuius in nono ab urbe) Cum Appio Claudio auctore: ꝗ cenſor cognomiat⁹ fuit: ſacra Herculis gẽs potitia in mancipia tranſtuliſſet: qua tẽpeſtate .xii. familiæ eius gentis erãt puberes: ad trigeſimũ intra ãnuꝫ cum ſtirpe extincti fuerunt. Et ipſe Appius deũ ira poſt aliquot ãnos luminibus captus eſt.

P yræus prima cũ .y. græco: ſequens cũ .æ. diphthongo a noſtris ſcribiẗ: ab Homero uero & nonnullis poetis græcis cũ additione alterius .e. in ultima ſyllaba ante .u. uidelicet pyræeus πυραιεῦς. Fuit athenienſiũ portus a pyræo ꝓmontorio: ut (oſtendere uideẗ Plinius in li. iiii. naturalis hiſto.) cognominat⁹. Et in .xxxiii. oſtẽdit fuiſſe ĩ eo ædẽ Iouis ſeruatoris: & Mineruã mirabilẽ ab Iſidoro ſtatuario confectaꝫ: cui pauca poſſe cõparari dixit.

P yræchmes prima cum .y. græco: ſequens cũ .æ. diphthongo: ultima cum .ch. aſpirato ante .m. ſcribiẗ: & fuit nomen uiri ꝓprium: de quo Homerus ipſe meminit.

P iræus cum .i. latino: & .æ. diphthongo ſcribiẗ: fuit nomen uiri proprium amici Telemachi: ut oſtendit Homerus in .xv. odyſſeæ.

P yra cũ .y. græco ſcribiẗ: ſtrues eſt lignoꝝ: in qua corpora cremabanẗ: latine rogus dicta. Et nomẽ a pyr: qui eſt ignis cõtraxit. At uero Serui⁹ ſup. xi. ænei. Cum cadauer inꝗt ardere cœperit rogus uocaẗ: exuſtuꝫ uero buſtũ diciẗ. Quæ Virgilius ipſe accurate in præfato .xi. obſeruauit cũ ait: Cõſtituere pyras. Itẽ Subiectiſque ignib⁹ atris Ter circũ accẽſos decurrere rogos. Itẽ poſtea: Semiuſtaqꝫ ſeruãt buſta. Et ut idẽ Serui⁹ ſup. viii. ænei. inꝗt: Cadauer corp⁹ ẽ nõdũ ſepultũ. & ſup. x. inꝗt: Inferiæ ſunt ſacra mortuoꝝ: eo ꝙ inferis ſoluũtur.

P yramis prima cũ .y. græco: ultima cũ .i. latino ſcribiẗ: & ſimiliter ab igne: ꝗ græce dicitur πῦρ nomẽ aſſumpſit: eo ꝙ illius figura imitatur: quæ ex inferiori parte eſt lata: paulatim gracileſcens in acuitatem deſinit. Et fuerunt pyramides in ægypto ſtructuræ ex quadratis lapidib⁹ admirãdæ: faſtigiatæ ultra omnẽ excelſitateꝫ quæ manu fieri poſſet: ut dixit Solinus in collectaneis. Et regũ pecuniæ: ut dixit Plinius ĩ .xxxvi. naturalis hiſtoriæ: Ocioſa ac ſtulta oſtentatio: ꝗppe cuꝫ faciendi eas cã a plæriſqꝫ tradaẗ ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantib⁹ præberẽt: aut ne plæbs etiã ocioſa fieret: de ꝗbus uidimus in dictiõe cheminis: atqꝫ aliis nõnullis in locis uidimus: & uidebim⁹. fuerũtqꝫ & ſub eis reges ſepulti. Vnde & ſepulchra a nobis plurimũ nominãtur. Lucanus libro .ix.

Non mihi pyramidum tumulis euulſus amaſis.

P yram⁹ cũ .y. græco ſcribiẗ: fuit adoleſcẽs mẽphiticus: ꝗ apud pyramides amore Thyſbes amatæ ſeipſm interemit: ut pulcherrime enarrauit Ouidius in .iiii. metamorpho. Et a pyramide pyramus nomen accæpit.

P yrallis prima cum .y. græco: & ultima cum .i. latino: atqꝫ cum gemino .l. uolatile eſt: ut refert Plinius in undecimo naturalis hiſtoriæ: quod in cypro ex ærariis fornacibus maior muſca in igne ſolum uiuens reperiẗ. & a noſtris ignicola dici poteſt.

P yrrhus cũ .y. græco: & duplicato .r. atqꝫ ſecũdo aſpirato ſcribiẗ: fuit Achillis fili⁹ ex Deidamia filia regis Lycomedis in ſcyro: cũ qua in habitu uirginali degerat: ſic quoqꝫ dictus teſte Seruio ſuper .ii. æneidos: a colore: quo tingebatur: hoc eſt ꝗa coloris erat ruffi. Nam a patre uocatus fuit Neoptolemus: ideſt nouus miles. Vt ipſe ad Priamum in ſecundo æneidos: Degeneremqꝫ neoptolemum narrare memento. Fuitque rex epiri: & ab Oreſte interfectus. ut uidimus in dictione Oreſtes. Alius ſimiliter fuit Pyrrhus Aeacidis filius: & rex epiri: qui paterno genere a priore originem traxit materno ab Hercule. Hic cum romanis belluꝫ geſſit de quo Iuſtinus in .xvii. & .xviii. ſuorum epitomatum pertractauit. deinde cuꝫ argos oppidũ in pelopõneſo oppugnaret: lapide ictus interiit. A quo pyrrhichiũ metrũ dictũ aſſerunt: quo ille ĩ ſuis ludis frequẽtiſſime utebatur. Et cõſtat ex duabus breuibus pes ipſe pyrrhichius: ut pater.

**P**yrrha uti ſuperior dictio ſcribit̃:fuit uxor Deucalionis: & filia Epimethei patrui ipſius Deucalionis:quos ſolos ſuperſtites e ſæuo diluuio(quód tp̃e illoꝝ fuit)dixere poetæ. Et cũ decreuiſſent aquæ:uiderentq; humanum genus defeciſſe:& ipſi ſenes eſſent: & ex ſe poſſe reſtaurari diffiderent: perrexerũt ad oraculũ Themidos poſtulantes:quonã mõ genus humanum refici poſſet. Quib⁹ dæa reſpondit:id fieri poſſe:ſi poſt terga iacerent materna oſſa. Deucalion uero ſapiens intellexit terrã genitricem eſſe cunctaꝝ reꝝ: oſſaq; illius lapides eſſe. Itaq; quæ poſt terga lapides iaciebat facieꝫ traxere uiroꝝ: Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu:ut dixit Ouidi⁹ li.i.metamor. Quod Iuuenalis lepidiſſime tetigit:cũ ait in prima ſatyra:

Ex quo deucalion nimbis tollentibus æquor:
Nauigio aſcendit montem:ſorteſq; popoſcit:
Paulatimq; anima caluerunt mollia ſaxa:
Et maribus nudas oſtendit pyrrha puellas.

Nam(ut refert Euſebius de tp̃ibus)regnante Cecrope aquarum illuuies maiorẽ p̃tem populoꝝ theſſaliæ abſumpſit: paucis per refugia montiũ liberatis maxime in monte parnaſo:in cuius circuitu Deucalion tũc regno potiebat̃. Et teſte Iuſtino in ſecũdo ſuoꝝ epitomatum: Rex erat theſſaliæ:q̃ tũc ad ſe ratib⁹ cõfugientes ſuſcæptos per ſũma parnaſi iuga fouit & aluit: a quo ꝓpterea genus humanũ reparatum ferũt. Ego uero cõperi in gloſa Ariſtarchi ſup̃ decimũ odyſſeæ:Homeri Deucalionem ex pyrrha uxore quattuor filios ꝓcreaſſe:duos mares:Amphictyona & Hellena:& totidẽ fœmellas Protogeniã & Melanthiam. Et quoſdã refert exiſtimaſſe Hellena ex ſemine Iouis fuiſſe: ſed ſibi cõpertum eſſe:fuiſſe ex ſemine Deucalionis. Sed an ante diluuium hos filios habuerit uel poſt:nec ip̃e declarat. Vnde Ariſtoteles ĩ.ii.meteororũ:ſub Deucaliõe inq̃t fuit magna hyems & exceſſus ĩbriũ:ubi nũc habitãt hellines q̃ pri⁹ dicebant̃ græci. Ita ut ab Helline filio Deucaliõis hellines cognoĩati fuerit: ut uidim⁹ ĩ dictiõe attis.

**P**irata cum.i.latino & unico.r.atq;.t.exili ſcribitur. At apud græcos in prima eſt.ei.diphthong⁹:a qua amota e:ſolam.i.ꝓductã retinuimus:dicũt fuiſſe nomẽ ꝓprium cuiuſdã latronis:q̃ primus mare latrocinius infeſtare cœpit. Vnde & oẽs ſimiles piratæ cognominati ſunt.

**P**yraſus cum.y.græco & unico.s. ſcribitur:fuit teſte Homero in.xi.iliados: uir troianus: ab Aiace bello interfectus:habetq; accentum in prima apud illos.

**P**yreneus cũ.y.græco ſcribit̃:mons eſt in hiſpania:ſic quoq; a crebris igniũ fulminib⁹ cognominat⁹. Et teſte Appiano(ut ex hiſtoria illius ad uerbũ interpretati ſumus)a tyrrheno incipit mari: & in oceanũ boreale ꝓtendit̃:habetq; ex orientali q̃dem p̃te celtas:q̃ & olim galatæ:nunc quoq; galli cognominant̃. Ex occidentali uero iberos continet & celtiberos. Nam quæ in circuitu detinet:ad iberos ſpectat. Nec ex maioribus eſt europæ montihus:nec ex minoribus.

**P**yrenæus cũ.y.græco &.æ.diphthongo ſcribit̃:hic uidens teſte Ouidio li.v.metamor. muſas ad tẽpla parnaſia pluuioſo tp̃e gradiẽtes conſiſtite dixit. Nec dubitate precor tecto graue ſidus & ĩbrẽ:Imber erat:uitare meo:ſubiere minores Sæpe caſas ſuperi:quas ex tẽporis diſpoſitiõe:& uerbis perſuaſas in ſuis ædib⁹ lætus excæpit. Sed poſt pluuiã uolẽtibus diſcedere domũ clauſit:& uim parabat. Ille effectæ alites uiolentiam effugerunt:quas ille ꝓſequi conatus:de culmine turris ſe præcipitem dedit.

**P**yretrum cum.y.græco &.t.exili ſribit̃:herba eſt medicinalis:quæ(q̃a igneã uirtutem habere uidetur)a pyr qui eſt ignis nomen extraxit.

**P**yrgus cũ.y.græco ſcribitur:& apud nos turris dicit̃:& ĩ plurali pyrgi:hoc ẽ turres. Quod teſte Seruio ſup̃ decimũ ænei.caſtellũ fuit nobiliſſimũ eo tp̃e:quo tuſci piraticã exercebãt. Nã illic(ut ait)metropolis fuit:de quo Virgilius ip̃e meminit cũ ait:Pyrgi ueteres intẽpeſtæq; grauiſcæ:hoc eſt aliud oppidũ:quæ teſte Catõe ideo grauiſcæ dictæ ſunt:ꝙ grauem aerem ſuſtinent.

**P**yrgoteles cũ.y.græco &.t.exili ſcribit̃:nomẽ ẽ ꝓpriũ: q̃d a pyrgos deducit̃: & fuit gẽmarum ſcupltor admirandus adeo:ut teſte Plinio in.xxxvii.naturalis hiſto. Alexandri magni edictum fuerit:quo uetuit ĩ gemma ſe ab alio ſculpi:q̃ꝫ a Pyrgotele non dubie clariſſimo ei⁹ artis. Vnde & Carolus noſter Arretinus inquit ad Cyriacum.

Parrhaſium tabulis uinces:uinceſq; cauandis
Pyrgotelem gemmis:mentoraq; in pateris.

**P**irithous cũ.i.latino utrobiq; &.th.aſpirato ſcribit̃:hocq; ut ſeruaret̃ ĩ prĩa græc⁹ ſonus:ĩ qua ẽ.ei.diphthõgus:quæ ſonũ noſtri.i.detinet:ut ſupra uidim⁹:cũ ſcripſim⁹ Pirethous cũ.e.uocali in prima. fuit Ixionis filius:nõ ex nube:ſed ex cõiuge:fuitq; rex laphithaꝝ:q̃ cũ ad inferos cũ Theſeo ad rapiẽdã Proſerpinã deſcẽdiſſet:a cerbero cane tricipiti deuorat⁹ ẽ:ut de illo oĩa Seneca in tragœdia furentis Herculis ꝓſecutus eſt.

**P**yro cum.y.græco ſcibit̃:habetq; accentum in ultima:& fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha quædam filia Oceani & Tethyos.

**P**irous cũ.i.latino ſcribit̃:nomen fuit herois cuiuſdam:de quo Homerus in.ii.iliados πιρόος ἥρωσ. At cũ y.græco nomen fuit unius ex equis Solis:dict⁹ a pyr:quaſi ardens. Ouidius in.ii.metamorpho.

Interea uolucres pyrous ethous & æthon
Solis equi:quartuſq; phlegron hinnitibus auras

Flammiferis implent:pedibuſq; repagula pulſant.

P yrous cum.y.græco:nomen eſt equi:de quo in præcedenti dictione uidimus.

P yrodes cum.y.græco ſcribitur:fuit teſte Plinio in ſeptimo naturalis hiſtoriæ:Cilicis filius: qui primus e ſilice ignem elicuit.

P yrrho cu;.y.græco & duplicato.r.atq; ſecundo aſpirato ſcribitur:fuit elidenſis philoſophus: & teſte Diocle Pliſtarchi filius.Hūc Apollodorus priꝰ fuiſſe pictorē dixit. Audiuitq; Anaxarchū:a quo nihil declinare uiſus eſt:cū oia ſuſtinuiſſe illum dicant.Immo aiunt Pyrrhonem quādoq; furore adeo inſtigatum fuiſſe:ut ſumpto ueru cū carnibus coquū in forum uſq; perſequeret̃. Quin & in Elide diſcipulorū diſputationibꝰ fatigatum:abiecto pallio alpheū tranaſſe.Eratq; ſophiſtis infeſtiſſimus.Et cum primo ualde pauper fuerit: a ſuis ciuibus magno deinde honore habitꝰ:factus ē pontifex. Vixitq; ad ānos ferme nonagīta.Et illū puto de quo Cicero in li.de finibus ſæpiſſime meminit:& Gellius in.xi.noctiū atticaꝝ li.capitulū ſpeciale cōfecit

P irus cum.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Homero in.iiii.iliados Imbraſi filius:& trhacum princeps:q ex Eno patria ꝓfectus in adiutorium troianoꝝ:a Thoante rege ætolorum in bello occiditur.

P iper cū.i.latino ſcribit̃:ſed apud græcos cum adiectione uniꝰ.i.in fine:& accentu ſupra.e. ſcribit̃:&ꝓfert̃. Et(ut ait Herodianus)gūmi & piperi barbara ſunt.At latini noſtri piper huius piperis declinauerunt.Perſius:Et piper & pernæ.Idem rugoſumq; piper.Arbuſcula eſt:quæ teſte Plinio in.xii.naturalis hiſto.iuniperis noſtris eſt ſimilis.Semina a iunipero diſtant paruulis ſiliquis: quales in ipſis paſſim faſiolis uidemus. Hæ priuſq̃; dehiſcant decerptæ:toſtæq; ſole:faciunt quod uocatur piper lōgum:deinde paulatim dehiſcentes per maturitatē oſtendunt candidū piper:quod deinde toſtū ſolibus colore rugiſq; mutat̃. Et addit idē auctor:In fronte caucaſi ſolibus oppoſita gigni tantum eam arborem aliqui tradidere.

P iſa cum.i. latino & unico.s.ſcribit̃:fuit teſte Plinio in.vi.naturalis hiſto.arcadiæ oppidū præterfluente alpheo amne:& abūdantia leguminis piſi. Ab hac igitur & Elide ciuitatibꝰ arcadiæ teſte Seruio uenerūt:qui piſas in Italia cōdidere:quas ſic ex priſtina ciuitate uocauerunt.Quod Virgilius tunc tetigit:cum ait: Hos parere iubēt alpheæ ab origine piſæ: Vrbs hetruſca ſolo.Et Iuſtinus in.xx.epitomatum libro: Habuerunt inquit piſæ auctores græcos:& Solinus:Quis ignorat a Pelope piſas dici? Vnde & in plurali declinatur ad differentiam arcadiæ piſæ:quæ ſingulariter effertur:ex qua piſæus cum.æ.diphthongo i penultima. Ouidius in tertio de ſine titulo:

Ah qua pene pelops piſæo concidit axe:
Dum ſpectat uultus hippodamia tuos.

P iſiſtratus cū.i.latino &.t.exili utrobiq; ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſto.i.Hippocratis filius:& athenarum tyrānus:ut late Iuſtinus de illo in.ii.ſuoꝝ epitomatum.Nam hic doctrina ingenio & eloquentia tanta fuit:ꝙ athenienſes ſe ac libertatē ei ſponte ſūmitterent:q̃;q̃; Solon iuſtiſſimꝰ & grauiſſimus orator,ꝓ libertate aduerſum illum ſtaret.Sed eloquētiæ Piſiſtrati libertas cū Solone ſuccubuit tpe quo Seruius Tulliꝰ regnabat romæ:ut ſcripſit Gellius li.xvii.noctium atticarum.Hic primus apud athenas bibliothecam iſtituit ut ſupra uidimus in dictione bibliotheca.

P iſtrix cū.i.latino utrobiq; &.x.conſonāte in fine ſcribit̃.Seruius tamē ſuper quartum æneí.inquit:piſtrix cū x.piſce:cum.ſ.ꝓ naui a nobis ſcribi conſueuit. Virgilius:Immani corpore piſtrix.Plinius in.xxvi. naturalis hiſto.inquit:Item tritones coruſq; & piſtrices:idq; ſæpius replicauit:de piſcibus loquens.At ꝓ naui terminatur in.ſ.Virgilius in.v.Poſt hos æquo diſcrimine piſtris.Et alibi in eodem li.Velocem mneſtheꝰ agit acri remige piſtrin:ubi eſt accuſatiuꝰ deſcendens a recto deſcinēte in.is.At Priſcianus in primo uelle uidet̃ apud græcos ſemper in.ſ.terminari.Nam cū de.ſ.conſonāte pertractat:dicit illam ſæpe a noſtris in.x. cōmutari: ut Aiax ꝓ αἴασ piſtrix pro πιςρις in quo nos ſequi dores dicit:q ὄρνιξ dicunt,ꝓ ornis:& ē piſtrix piſcis.

P ythacuſa cum.y.græco &.th.aſpirato:atq;.c.exili ſcribit̃:inſula eſt in tuſco mari:ſinuq; cāpano ſita:in cuiꝰ quodam colle oppidum fuit nomine pythacuſæ in plurali numero.Ouidius in.xiiii.metamorphor.Aeneæ nauigationem deſcribēs ait:Inarimē prochytēq; legit ſteriliq; locatas Colle pythacuſas. Hanc olim ſimiaꝝ fœcundiſſimam fuiſſe nōnulli uolunt.

P ythagoras cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Apulegio in primo de magia natu ſamius pulchritudinis inſignis:apprime pſallendi & muſicæ doctus.Et licet a Polycrate tyrāno ſami dilectus eſſet:eo tamē incipiente tenere dominiū clam fugit ab inſula:amiſſo Veſcare patre:quem comperio inter gemmarios artifices laudem magis in ſculpendis gemmis:q̃; opes quæſiſſæ. At uero Iuſtinus in.xx. ſuorum epitomatum Demaratum negotiatorem diuitem illiꝰ patrem uocauit.Laertius Mneſcarchum ānuloru; ſculptorē dixit. Sunt & qui Marmachum illius patrem uocatum dicant:auum Hypaſum:attauum Eutiphronem:abauum Cleonymum.Hunc ex pliunte profugiſſe dicunt:& pronepotem Marmachū.Habitaſſe deinde ſami:unde ſamius ipſe Pythagoras dictus fuit.Sed ante apud leſbum ſub diſciplina fuiſſe Pherecydis ſyri aſſerunt. Quo mortuo ſamum demigraſſe & Hermodamāti iam ſeni ſe ibidem in diſciplinam dediſſe.Ac patriā deinde linquens cum iuuenis eſſet:& ſtudioſiſſimus ægyptum diſciplinarum cauſa perrexit.Et tunc quoque a polycrate per epiſtolam Amaſidi commēdatum:portaſſeq; tres calices argēteos:quos ſingulis ſacerdotibꝰ

dono dedit

dono dedit:& teſte Antiphone in li.de his:q in uirtute fuerunt principes omnem ægyptiorum linguá per-
didicit:a quib⁹ præteriti æui facta edoctus:tranſiuit in perſiam: & babyloniá. Vbi ſiderũ motus curſuſque
ſtellarum:& oẽm cæli rõnem ab aſtrologis edoctus:regreſſus eſt inde cretam ac ſpartá:atq; ab eorum ſapiẽ-
tibus mores egregios Minois:ac Lycurgi leges perdidicit. Ibiq; una cum Epimenide in idæum antrũ deſcẽ
dit. Vbi ſecũdum ea:quæ in ægypto didicerat:a diis in arcano magna edoctus eſt. Indeq; ad olympicũ cer-
tamẽ aſcendẽs cum multarũ diſciplinarũ ibi de ſe maximá admirationem exhibuiſſet:interrogat⁹ a Leonte
philaſiorũ tyráno:uel (ut alii dicunt) ſicyoniorũ:quo nomine uocaret̃:cũ ſolum deũ ſapientem diceret. Re
ſpondit ſe philoſophũ eſſe:hoc eſt ſapientiæ amatorem:cum uſq; ad id tẽpus oẽs:q circa rerum occultaruꝫ
ſpeculationẽ uerſarent̃:ſapientes habiti uocatiq; fuerint. Poſt quem ſermonẽ cũ in patriam rediret:& a Po
lycrate iam tyráno illam cõprimi offendiſſet:clam inde diſcedẽs crotoná in Italiam ꝓrexit. Ibiq; leges Italis
dedit:atq; cũ diſcipulis clariſſimus eſt habit⁹:q ferme trecenti teſte Laertio rẽpublicam oẽm adminiſtrabát
ut merito ariſtocratia:hoc eſt optimorũ principatus diceret̃. Idem prim⁹ oium teſte Timæo dixit. Amicorũ
oía eſſe cõmunia:& amicitiá eſſe equalitatem. Sicq; ipſi⁹ diſcipuli oía in mediũ iponentes:facultates ꝓprias
cõmunes efficiebát:& coibatur ſotietas inſeparabilis. Ordo uero ac ratio Pythagoræ:ac deinceps familiæ
ſucceſſionis eius recipiendi inſtituendique diſcipulos: huiuſmodi fuiſſe tradit̃ teſte Gellio in primo noctiũ
atticarũ. Nam a puericia adoleſcẽtes:q ſeſe ad diſcendũ obtulerant. ἐφυσιογνωμόνει:id uerbum ſignifi
cat mores naturaſque hoium cõiectatiõe quadam de oris & uult⁹ igenio: deque totius corporis filo atque
habitu ſciſcitari. Eum q explorat⁹ ab eo idoneuſque fuerat recipi in diſciplinã ſtatim iubebat: & tẽpus cer-
tum tacere. Non oẽs idem. Sed aliud ali⁹ tẽpus ꝓ æſtimato captu ſolertiæ. Is aũt q tacebat:quæ dicebant̃ ab
aliis audiebat. Neque ꝑcontari ſi parũ intellexerat:neque cõmẽtari: quæ audierat fas erat. Sed non minus
quiſq; tacuit:q̃ biẽnium. Hi ꝓrſus appellabant̃ intra temp⁹ tacendi:audiendiq; ἀκουστικοί. Aſt ubi res di-
dicerant:rerum oium difficillimas tacere:audireque:atque eſſe iam cœperát ſilẽtio eruditi:cui erat nomen
ἐχεμυθίαν:tum uerba facere:& quæque audiſſent ſcribere:& quæ ipſi opinarent̃ poteſtas erat expromere
Hi dicebant̃ in eo tempore μαθηματικοί. ſcꝫ ab his artibus:quas iam dicere ac meditari incæptauerant.
Quoniá geometriam gnomonicá muſicam cæteraſque itẽ diſciplinas altiores μαθήματα ueteres græci ap
pellabant. Ex inde his ſcientiæ ſtudiis ornati ad perſpicienda mundi opera:& principia naturæ ꝓcedebant
Ac tũc denique nominabant̃ φυσικοί. Et hæc de illo Fauorinũ philoſophum rettuliſſe dixit Gelli⁹ teſte An
ticlide. Idem Pythagoras geometriá oẽm ꝑfecit. Vacauitque maxime circa arithmeticam:nec medicinã ne-
glexit. Quin & teſte Ariſtoxeno muſico primus græcis pondera & mẽſuras inuexit. Primus luciferuꝫ & he-
ſperum idem eſſe ſidus teſte Parmenide dixit. Fuitque adeo admirationi oibus:ut familiares eius dicerent:
ipm eſſe dei omnigenas uoces. Vnde ſiquis præſentia illi⁹ frui meruiſſet: uidebat̃ ſibi præclarum quid: ſeu
fœlicitatẽ adeptum. Nam (ut refert Ariſtippus cyrenaicus) dict⁹ Pythagoras:ꝙ non minus uera Pythio lo-
queret̃. Fuit uenuſtiſſimæ formæ adeo:ut illũ diſcipuli eſſe Apollinẽ opinarent̃. Idem fertur octuageſimo
ætatis ſuæ áno diem obiiſſe:de cuius morte uariæ fuerunt ſententiæ:quas ſiquis cognoſcere cupit:legat La
ertium:q longo decurſu illas explicauit.

**P**itana cũ.i.latino &.t.exili ſcribit̃:urbs fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarũ primo:in ætolia.

**P**ytheas cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribit̃:fuit ꝓprium uiri macedonis nomen.

**P**ytherm⁹ cũ.y.græco &.th.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.i.hiſto. uiri phocalenſis nomen ꝓprium.

**P**ythius prima cũ.y.græco:ſequens cũ.th.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:agnomẽ fuit Apollinis a pythone ſer-
pẽte (quem occidit) deductum:& nõnunq; etiá a græcis utrũque cũ aſpiratione ipſi⁹.p.ſcribit̃:ac dicit̃ phy-
thon:& phythius:ut ſupra uidim⁹. Et pythia:ac phythia feſta:quæ in ipſius Apollinis honorẽ:ob phytho-
nem interfectum:primum introducta fuere. de qbus Ouidius in primo metamorphoſeos.

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Phythia per domiti ſerpentis nomine dictos. Pythia autem Hora. in arte poetica protulit:
Multa tulit fecitq; puer:ſudauit & alſit:
Abſtinuit uenere ac uino:qui pythia cantat.

**P**itiſma cũ.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribit̃:& dicitur quaſi pidiſma. Nam noſtri dictiões græcas tranſcribẽ
tes.d.in.t.nõnunq; ob litterarũ uicinitatẽ cõuerterunt:cum ipm.d.medium ſit inter.t.exile:&.th.aſpiratũ
ut in primo horum cõmẽtariorum li.monſtrauim⁹:& deſcendit pidiſma a πηδω uerbo græco:quod ẽ ſal-
to:& inde pitiſma ſaltatio quædam in numerum facta dicit̃. Iuue. in ſatyra: Atticus eximie:
Ille fruatur uocibus obſcænis:omniq; libidinis arte:
Qui lacedæmonio pitiſmate lubricat orbem.

**P**itho cũ.i.latino &.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia Oceani & Tethyos filia.

**P**ithodorus cũ.i.latino &.th.aſpirato ſcribit̃:nomen eſt compoſitũ:quaſi pithoos:hoc ẽ ei⁹ nymphæ doron
donum:& fuit teſte Plinio in.xxxvi.naturalis hiſto.marmorarius ſculptor eximius.

**P**ittacus cũ.i.latino & duplicato.t.atque.c.exili ſcribit̃:fuit mitylenæus unus ex ſeptẽ græciæ ſapiẽtib⁹ Her-
rhadio patre:quẽ thraca fuiſſe Duris ẽ auctor. Hic una cũ Alcæi fratrib⁹ Melancrũ leſbi tyránum ꝓfligauit

Et dum de agri achillitidis poſſeſſione inter atheniẽſes & mitylenæos armis decerneretur imperator ipſe cũ Phrinone athenienſiũ duce (q & pancratiaſtes & olympionices fuerat) ſingulari certamine pugnare iſtituit. Rete igitur clypeo tegẽs Phrinonem inuoluit: atq; illũ interemit. Sicq; patriã & agrũ ſeruauit. Et cum iter atheniẽſes patriã infeſtarent: ciues ſuæ ciuitatis imperiũ illi tradiderũt. Quod cũ ille cõſeruata patria decẽ annis tenuiſſet: & optimis inſtitutis: ac ordinibꝰ conſtituiſſet: ſeipm̃ ſponte a magiſtratu abdicauit. Eiꝰ ea lex fuit in ebrios: cũ peccarent duplici pœna afficiendos eſſe. Fuit tpibus Crœſi lydorum regis: ad quẽ eiꝰ extat epiſtola: & cũ pluſq; ſeptuaginta ãnis uixiſſet: tertio ãno qnquageſimæ primæ olympiadis obiit.

Pittheus cum. i. latino & duplicato. t. atq; ſecundo aſpirato ſcribitur: fuit teſte Homero in. ii. iliados: Aethræ comitis: & miniſtræ Helenæ pater.

Pyxis prima cũ. y. græco: ſequẽs cũ. x. cõſonãte &. i. latino ſcribit᷑: dicitur a nõnullis buxolũ: mutatiõe. y. græci in. u. noſtrũ. Nam πύξον buxum dicit᷑. ſ. lignum ex quo buxola fiunt. Iuue. in. ii. ſatyra: Et illis Turgida non prodeſt cõdita in pyxde lyde. Ouidius in primo de remediis: Pyxidas inuenies: & reꝝ mille colores.

Plaga cum. g. conſonante a noſtris ſcribitur: a græcis uero cum. k. quæ in. c. cõuerti debuerat: ſed ob litteraꝝ affinitatẽ a noſtris ipm̃. g. ẽ accæptũ: ut ſimile uidimꝰ i dictione Cygnꝰ: & in dictiõe Aragne. diciturq; a noſtris regio. Euripides i ἐκάβῃ ὃς τὴν χερρονησίαν πλάκα σπείρει: hoc ẽ q cherroneſã regionẽ ſemiat.

Planeta cum. t. exili ſcribitur: dici põt erraticus. Nam deriuat᷑ a πλάνη: q eſt error. Gellius in. xiiii. noctium atticarum: Stellas iſtas inquit multi erraticas: Nigidius errores uocat.

Platææ cum. t. exili &. æ. diphthongo: etiam in penultima ſcribitur: ciuitas eſt boetiæ: ut oſtendit Homerus i ii. iliados: de qua Statius in. vii. libro theb. inquit: Nuntiat excubiis uigiles arſiſſæ platæas. Eodem nomine eſt inſula in mari libyco: quaſi ex oppoſito ad cyrenem: ut oſtendit Herodotus in. iiii. hiſtoriarum libro. Vnde & platæenſis deducitur.

Platanus cũ. t. exili ſcribit᷑: arbor eſt: & nobis notiſſima a platos: quod eſt latum deducta.

Plaſtice cum. t. &. c. exilibus atq;. i. latino ſcribit᷑: dici põt a nobis fictoria uel figularia. Nam a πλάττω: qđ eſt fingo deducit᷑. Et (ut dixit Plinius circa finẽ libri. vii. naturalis hiſto.) Ars figulina a Chorebo athenienſi cõperta fuit. At in li. xxxv. dixit Debutadẽ ſicyonium primũ ex induſtria filiæ illam cõperiſſe: de qua pluria loquit᷑. Et in ſequentibꝰ ſubdit: Turianuȝ attiũ a fregellis accitum cui locaret Tarquinius priſcus Iouis effigiem in capitolio dedicandã fictilem fuiſſe eam. Et iõ non mirari ſolere fictilis in faſtigio tẽpli eiꝰ quadrigas Ab eodẽ factum Herculẽ: q hodie materiæ eius nomẽ in urbe retinet. Hæc enim tum deoꝝ erãt effigies laudatiſſimæ. Nec pœnitet nos eoꝝ: q tales deos coluere. Aurũ enĩ & argentũ ne in diis qdem cõficiebat᷑. Durant etiam nũc pluribꝰ in locis talia ſimulachra: faſtigia qdem tẽplorum: etiã in urbe crebra: & munita mira cælatura & arte: firmitateq; ſanctiore auro certe inocẽtiore. Iuxta quæ locutꝰ ẽ Iuue. in ſatyra: Atticꝰ eximie
Argenti quod erat: ſolis fulgebat in armis:
Ponebant ergo tuſco farrata catino:
Templorum quoq; maieſtas præſentior: & uox
Nocte fere media mediamq; audita per urbem:
Litore ab oceano gallis uenientibus: & diis
Officium uatis peragentibus: his monuit nos.
Hanc rebus latiis curam præſtare ſolebat:
Fictilis: & nullo uiolatus iuppiter aurę. Et (ut idem Plinius proſequitur) Quæq; adhuc diximꝰ: uel aſſiduitate ſatiant figulinaꝝ opera: & fictilibus doliis ad uina excogitatis: ad aquas thyberis: ad balneas: ad tecta coctilibus laterculis. Atqui Numa rex ſeptẽ collegia figuloꝝ inſtituit. Quin & defuncti ſeſe multi fictilibꝰ condi maluere. Hæc ipſe Plinius. Et. M. Varro figulos uno in loco romæ fuiſſe oſtendere uidet᷑: cũ dixit: Venerem myrtheam fuiſſe inter figulos & myrtheã iõ appellari: qa locus ille prius myrthis eſſet feraciſſimus. Ex qbus colligere poſſumus montẽ illũ teſtaceũ: q iuxta portam hoſtienſem cõſpicit᷑: ex fractis tũc quoque figuloꝝ uaſis fuiſſe confectũ. Et apud illũ artifices exercere figulariam artẽ: nec (ut uulgꝰ nũc aſſerit) ex oblatione uaſorũ: in quibus tributum romam portabatur: quod uarium erat. Et non ſolum romæ: ſed diuerſis in locis pro romanorum opportunitatibus ſoluebatur.

Plato cũ. t. exili ſcribit᷑: fuit philoſophus clariſſimus: & oium nominatiſſimꝰ Ariſtone patre: & matre Perictonia. ſiue (ut alii dicũt) Petona. Athenis ſimili die natus: quo apud delon Apollo: ut rettulit Appolodorus. Mater a Solone certiſſimũ duxit genus: a quo Plato ſextus in hũc modũ fuit. Solonis frater Critiaȝ genuit. Critias Caleſtrum. Caleſtrus Glauconem. Glaucon Carmidẽ & Perictoniam. Perictonia ex Ariſtone Platonem. At Solon & Critias ad Neleũ & Neptunũ genus referebãt. Similiter Ariſto illius pater ad Codrũ Melanthi filium refert᷑: q a Neptuno ſimiliter ſanguinẽ trahere dicebat᷑. Habuit fratres Plato Adimantem & Glauconem: & ſororem Petonã: de qua naſcit᷑ Speuſippus. Litteras didicit Plato apud Dionyſiuȝ grãmaticum. Exercitatus eſt apud Ariſtonẽ palæſtritem: a quo Plato ꝓ egregio corporis habitu cognominatꝰ ẽ: cuȝ teſte Alexandro prius Ariſtoclex ex aui paterni nomine diceret᷑. Studuit picturæ: poemata edidit: & tragœdias. Et cum tragicũ certamẽ initurus eſſet: ante dionyſiacum theatrũ: audito Socrate excuſſit poema dicẽs

Hic Vulcane Plato tua indiget ope. Vicẽnis audiuit Socratem. Illo mortuo audiuit Crathylum & Hermogenem. Annorum.xxviii. teſte Hermodoro megaram ſe ad Euclidem contulit. hinc cyrenẽ ꝓfectꝰ Theodorum audiuit. Pythagoreos Philolaum: & Eurytum. Poſtea in ægyptũ ꝓfectꝰ ꝓphetas ſacerdoteſq; audiuit ubi comitẽ habuit Euripidẽ tragicũ. Regreſſus athenas in academia morabat᷑. Idem teſte Ariſtoxeno ter militauit. primo in tanagtã: ſecũdo in corinthum: tertio in delũ: ubi uictoriã habuit. Ter nauigauit in ſiciliam. primo ut inſulam uideret tyrãno exiſtente Dionyſio Hermocratis filio. Vbi Plato illi dixit: Nõ id præſtare tyrãnum: quod ſibi ſoli eſſet utile: niſi uirtute excelleret: cui Dionyſius reſpondit: Verba tua ocioſoꝝ ſenũ ſunt: Cui Plato: Et tua tyrãnidem ſapiunt. Dionyſius iratus uoluit Platonẽ occidere. Sed a Dione & Ariſtomene oratus ſe continuit. Illum tamen Polydi lacedæmonio: qui ad eũ legatus uenerat uendendũ tradidit. Polydes uero illum ſecũ ducens in æginã uendidit. Quo tp̃e Camander eum reum mortis dicebat: quod. ſ. capitale eſſet: ſi quis athenienſis eam inſulam adiſſet. Sed allegatum eſt eũ philoſophũ eſſe: quare diſciplinæ gratia abſolutus eſt. Hũc Anyceris cyrenaicꝰ emit.xx.minis. remiſitq; athenas ad amicos: & ſtatim pecunia Anyceridi ꝑ amicos reſtituta eſt: alii dicunt miſſam a Dione illã pecuniam: eãq; uoluiſſe remiſſam. Polydem in calabrya ſupatũ: & in elice ſummerſum fuiſſe. fama ẽ Dæmone teſte Fauorino illi ãnũtianti propter Platonem talia perpeti. Hæc ſciens Dionyſius ſcripſit ad Platonẽ: ne ĩ ſe maledicta torqueret: Cui reſcripſit Plato: dicẽs ſibi non tantũ ocii ſupereſſe: ut Dionyſii meminiſſet. Secũdo iuit in ſiciliã: & a iuniore Dionyſio petiit terram & hõies: q̃ iuxta rẽpublicam ab eo conſtitutã uiuerent. Non defuit ſuſpicio illum Dioni & Theotæ pſuadere tentaſſe: ut inſulam tyrãno liberarẽt. Quo tẽpore Archytas pythagoreus miſſa ad Dionyſium epiſtola: Platonem purgauit. Ereptũq; athenas remiſit. Tertio ſiciliã acceſſit: Dionem recõciliaturꝰ Dionyſio. Qua re non obtẽta rediit in patriam. Multi cõtra Platonẽ uaria dixere: inter quos Amarulentus teſte Gellio in.iii. noctium atticarũ librum maledicẽtiſſimũ conſcripſit: qui ſilos inſcribit᷑. In eo libro Platonem ip̃m admodum tenui pecunia familiarẽ fuiſſe: contumelioſe appellat. & ꝙ impẽſo precio: hoc ẽ decem milium denariũ tris Philolai pythagorici libros emiſſet. Ex eo ꝙ Timæũ nobilẽ illum dialogũ continuaſſet Ad id ꝓcium donaſſe amicũ eius Dionẽ ſyracuſanum q̃dam ſcripſerunt. Idẽq; & Hermippum ſcripſiſſe uidimus in dictione Philolaus. Ariſtippus etiam in libro antiquaꝝ deliciarũ ait: Platonẽ amore uenereo adoleſcentẽ quẽdam Aſterẽ nomine: hoc ẽ latine Stellam adamaſſe: cum quo aſtrologiæ uacaſſe dicunt. Tum & modo conſimili Dionẽ. Alii etiam Phædrum. In illoſq; eẽ epigrãmata ab ip̃o compoſita. Quorum unum de Stella Guarinus ueronenſis noſtra ætate uir inſignis hunc in modum tranſtulit:

Ardentes ſtellas lucens mea ſtella tueris:
Cælũ utinã fierẽ te ut multo lumĩe cernã. Deinde ip̃o Stella mortuo: aliud in hunc modũ cõpoſuiſſe dicũt:
Stella prius ſuperis fulgebas lucifer. at nunc
Heſperus. ah fulges manibus occiduis. Quod & alii in hunc modum traduxerunt:
Iam dudum ſidus uiuentibus lucebas matutinum:
Nunc heſperus fulges uita functus mortuis.

Fertur etiam illum ĩ adoleſcentia amaſſe quẽdã Alexim: ꝓ quo lepidiſſimos: & uenuſtiſſimæ breuitatis uerſiculos edidit eo tempore: quo tragœdiis faciendis præludebat: quos ab eruditiſſimo adoleſcente in latinũ uerſos rettulit Gellius in.xix. noctium atticarum libro: & Macrobius in ſaturnalium. Qui quoniam iucundiſſimi ſunt: & memoratu digni: nos etiam ſubdidimus:

Dum ſe multo ſauio meum puellum ſuauior:
Dulcemq; florem ſpiritus duco: ex aperto
Tramite anima ægra & ſaucia cucurrit
Ad labia mihi rictumq; in oris puium:
Et labra pueri mollia rimata
Itineri tranſitus: ut tranſiliret nititur. tum
Si moræ quid pluſculæ fuiſſet in cœtu oſculi,
Amoris igni percita tranſiſſet: & me
Linqueret: & mira prorſus res moueret:
Vt ad me fierem mortuus.
Ad puerum intus uiuerem.

In Dionem uero poſtq̃ uita ceſſit: talia græce ſcripſit: quæ in illius tumulo ſyracuſis inſcripta ferũtur. Et latine utrunq; traducta hæc ſunt:

Lachrymas quidem hecubæ: atq; iliadibus
Mulieribus dudum geniti dedere:
At tibi dion poſt geſtas præclaras res:
Dæmones effuſas ſuſtulere ſpes: iaces.
Ecce in patria ſpatioſa chariſſimus ciuibus:
O meum in te animum: qui excitaſti dion.

Dicunt etiam illum amaſſe Agathonem mulierem ſpecioſam. Plato & Xenophon non fuere grato inter ſe animo:& contentionis ſtudio ſimilia ſcripſere:ut in dictione Xenophon uidebimus. Habuitq; Plato diſcipulos præcipuos Speuſippum athenieſem:Xenocratẽ chalcedonium:Ariſtotelẽ ſtagyritẽ:Philippum opũtium:Eſtiæum terinthiũ:Diona ſyracuſanum:& alios plures. Et cum his fœminas duas: Laſceniam manthineam:Axiotheam phliaſiam:quæ teſte Dicæarcho uirili utebantur ueſte.

Plaxaura cum.x.conſonante ſequente.au.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Heſiodo ĩ theogonia una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

Plectrum cum.c.&.t.exilibus ſcribit᷑:dici poteſt latine pecten.

Pleiades cum.i.latino ſcribit᷑:apud græcos uero eſt.ei.diphthongus:quæ a noſtris quãdoq; diuidit᷑:ut in.ii.horũ cõmentarioꝝ libro oſtendimus. Et (ut dicunt poetæ græci) ſeptẽ fuerũt Atlantis filiæ:nõ ex Electra cõiuge:ſed ex Pleione nympha:dicente Ouidio in.v.faſtorũ li. His ſata Pleione cũ cælifero atlãte. Has (ut ipſi poetæ græci ferunt) cum mater boetiã ducere uellet:Orion illis uim inferre tentauit. Sed fuga euaſerunt:quas ille.xii.annos ẽ ꝓſecutus. At Iuppiter pietate in puellas cõmotus illas in aſtra locauit:quæ in humero tauri cõſpiciunt᷑:incipiuntq; oriri tpe ueris uigeſima die martii. Vnde Vergiliæ a latinis dicunt᷑. Lucẽtq; in calendis Iunii unica hora:& ſucceſſiue magis:quouſq; mẽſe ſeptẽbris & octobris duodecim perlucẽt horis menſe uero februarii penitus abſcõdunt᷑:& a matre Pleione pleiades ſunt cognominatæ.

Pleione cũ.i.latino ſcribit᷑:& ut in ſupiori dictione uidimꝰ:ſic in iſta.ei.græca diphthõgus diuidit᷑:nympha fuit ex qua Atlas ſeptẽ ꝓgenuit filias:quæ ab illa pleiades ſunt cognominate:ut ĩ ſuperiori dictiõe uidimꝰ.

Pleonaſmus cũ unico.n.ſcribit᷑:dici põt a nobis cumulatio ſiue adiectio. Virgi. Sic ore locuta ẽ.& li.georgi.ii. Hactenus aruoꝝ cultus:& ſidera cæli. Non enĩ niſi ore loqmur:Nec alibi ꝗ; in cælo ſunt ſidera.

Plemmyriũ ſecũda cũ.y.græco penultima cũ.i.latino ſcribit᷑:fluuiꝰ ẽ ſiciliæ ex oppoſito ad ortygiam inſulã. Huncc cũ Virgiliꝰ in.iii.æneidos:dixiſſet undoſum:expoſuit Seruius illum uerbũ ex uerbo expreſſiſſe:cum idem ſit plẽmyrium:quod undoſum. Nã a πλημμυρῶ:quod eſt exundo deducit᷑:ob quod plẽmyrium cũ duplicato.m.nõnulli (ut puto) melius ſcripſere:cum & apud græcos ipſm.m.reduplicat.

Pleuron cũ.eu.diphthongo & unico.r.ſcribit᷑:dicit᷑ latine coſta:& ob id nõnunꝗ; latus. Vnde pleureſis.

Pleureſis eodem modo ſcribit᷑:dolor eſt pectoris:in quo coſtæ locantur.

Pluto cum.t.exili ſcribit᷑:fuit teſte Heſiodo in theogonia:una ex nymphis Oceani:& Tethyos filia:habetq; accentum in ultima:quẽ ſi in prima haberet fratrem Iouis deſignaret.

Pluto cum.t.exili ſcribit᷑:habetq; accẽtum in prima:fuit Saturni ex Ope uxore filius:frater Iouis: ſed eodẽ partu cũ Glauca natus:ut in dictione Chronus uidimus. Is a noſtris dicit᷑ hic Dis & hic Ditis: eo ꝙ πλοῦτος græce apud noſtros diuitias indicat:ut oſtendimus in dictione Deus. Huic forte datum eſt imperium infernorum. Vnde ait Statius:

Forte ſedens media regni infœlicis in arce
Dux herebi:populos poſcebat crimina uitæ:
Nil hoĩm miſerans:iratuſq; oĩbus umbris.& reliqua:quæ ꝓſequit᷑ Seneca etiaꝫ in Hercule furente ſimilia enarrans:eius aſpectũ terribilẽ explicat. Idem Proſẽrpinã Iouis & Cereris filiã rapuit. Nã tũc quoq;:ut dixit Ouidius in.v.metamorpho. Tenebroſa ſede tyrãnus Exierat:curruq; atroꝝ uectus equoꝝ:Ambibat ſiculæ cautꝰ fundamina terræ. Fuitq; olĩ uulneratꝰ ab Hercule Pluto ĩ bello quod geſſit Hercules cõtra pylõ patriã Neſtoris.& undecĩ Neſtoris fratres ĩteremit auxiliãte Plutõe Neſtori. Vnde ait Seneca ĩ Herc.furẽte:
Hic (qui rex populis pluribus imperat)
Bello cum peteret neſtoream pylon:
Tecum conſeruit peſtiferas manus:
Telum tergemina cuſpide perferens.
Effugit tenui cuſpide ſaucius.
Et mortis dominus pertimuit mori.

Pneuma cum.n.poſt.p.in eadem ſyllaba ſcribitur:& dicitur latine ſpiritus flatus:deſcenditq; a πνέω: quod eſt ſpiro flo:unde & græce pneumon ꝗ latine pulmo dicitur.

Podalirꝰ cũ unico.l.&.i.latĩo ſcribit᷑:fuit teſte Homero ĩ.ii.iliados:filiꝰ Aeſculapii & frater Machaonis:ꝗ ob ſolertiam medicinæ una cum fratre ex creta ad troianũ bellũ conuocatꝰ fuit: de quo Ouidius ĩ.ii.de arte:
Quantus apud danaos podalirius arte medendi:
Automedon curru:tantus amator ero.

Poderis cum unico.r.&.i.latino ſcribitur:dicitur latine talaris:& a ποδῶν ideſt pedibus deſcendit.

Pœan cũ.œ.diphthõgo ſcribit᷑:fuit pater Philoctetis. Vnde & ipſe Philoctetes Pœãtiꝰ dictꝰ ẽ. Oui.ĩ.v.triſtiũ:
Pene decem totis aluit pœantius annis:
Poſt ferum tumido uirus ab angue datũ. Nec cũ.æ.ſcribitur:ut nõnulli forte putauerũt credentes a παίω deduci:quod eſt ferio:cũ ipſe teſte Homero in.ii.iliados:fuerit ſagittãdi peritiſſimus:ſed patronymicum ẽ deductum a patre:ꝗ ſemper (ut diximus) ab illis ποιάν ſcribitur.

Pœantius cũ. œ.diphthongo &.t.exili:atq̨.i.latino ſcribitur:filius Pœantis dicit':hoc ē Philoctetes:ut ĩ præcedente dictiõe uidimꝰ:quẽadmodum Amithaonius ſimiliter Amithaonis filius dicitur:de quo ſatis in dictione Philoctetes uidimus.

Pœna cum.œ.diphthongo ſcribit':& inde pœnitentia:ac pœnitet.

Poeta cũ.oe.diuiſis ſyllabis:&.t.exili ſcribit':uocabulũ græcum ē q latine factor dicit'.Nã a ποιέω:quod eſt facio deſcẽdit.Et cũ apud græcos prima ſit diphthongꝰoi:nos abiiciẽtes.i.retinemꝰ.o.euphoniæ cã.Ne cõuerſa ĩ.œ.diphthõgũ q̃ apud nos ſonũ hꝫ ſoliꝰ.e.& cũ ſimiliter ſecũda ſit.e.diſſonãtiã ſoni cõficere uideret'

Pogoma cũ unico.m.ſcribit':dici põt a nobis barbata.Nam genus eſt cometæ ſic quoq̨ dicti a ſpecie barbæ:dicente Plinio in.ii.naturalis hiſtoriæ:Idem Pogomas uocant.Cuius inferiore ex parte in ſpecie barbæ longæ ponitur iuba.Nam πώγον barba dicitur.

Polemo cum unico.l.&.e.abſq̨ diphthongo ſcribit':fuit atheniẽſis philoſophꝰ Philoſtrati filiꝰ pago acenſi oriundus.Hic adoleſcens adeo ĩpudicus erat:ut pecunias circũferret:quo eſſet ad oẽs implendas uoluptates paratior:eas itidem in angiportis & uiis occulebat.Sed cũ ſemel ebrius & coronatus in ſcholam Xenocratis irrũperet:ille prætermiſſa oratione:quã inceperat:de pudicicia dicere cœpit.Vel(ut alii ferunt)tunc forte apud illũ de pudicicia ſermo erat:quẽ uiſo Polemone ardentius ꝓſecutꝰ ē.Quo ſecutuꝫ dicunt:ut impudens adoleſcens paulatim ſe colligeret:& ante egreſſum ſcholæ cõponere inciperet:ac de cætero ſtudio:& induſtria adeo ſeipm uinceret:ut Xenocrati in regenda ſcholã ſuccederet.

Polycletus cũ.y.græco &.c.atq̨.t.exilibus ſcribit':fuit teſte Plinio in.xxxiiii.naturalis hiſto.ſtatuariꝰ ſua ætate maximus:Hageladiſq̨ diſcipulus.Fuitq̨ ĩ eodẽ teſte Quintiliano li.xii.de ĩſtitutiõe oratoria diligẽtia ac decore ſupra cæteros.Cui q̃q̨ a plæriſq̨ tribuit' palma:tamẽ ne nihil detrahat':deſſe pondus putãt.Nã ut humanæ formæ decorẽ addiderit ſupra uerũ:ita nõ expleuiſſe deoꝝ auctoritatẽ uidet'.Quĩ ætatẽ quoque grauiorẽ dicit' refugiſſe nihil auſus ultra leues genas.Et q̃ Polycleto defuerũt Phidiæ:atq̨ Alcameni dant'.Nam & ĩ ebore ut Phidias opatus eſt:dicente etiam Iuuenale ĩ ſatyra Stemmata qd faciunt:Phidiacum uiuebat ebur:necnon polycleti.

Polycrates cũ.y.græco &.c.ac.t.exilibus ſcribitur:fuit ſamius tyrãnus:de quo Cicero de finibꝰ bonoꝝ & maloꝝ:Pliniuſq̨ & diuerſi græci auctores meminerũt.Hic adeo ſibi fortunã obſeqoſam habuit:ꝙ oĩa deſiderata pficiebat.Ad moderandã igit' fortunæ iuidiã ſumpto e manu ãnulo:quẽ pcioſiſſimũ poſſidebat ĩ mare iæcit.Nõnulli uero caſu decidiſſe dicũt:ſed inopinate illũ repenteq̨ recuperauit.Nã poſt dies paucos a piſcatoribꝰ piſcis captus:q ãnulũ ſorbuerat tyrãno donatꝰ eſt.In cuius uentre cõpertꝰ ãnulus illi ueluti a Neptuno reſtitutus tradit'.Qui ſane ãnulus teſte Plinio li.xxxvii.naturalis hiſto.romã delatꝰ:dono Auguſti in delubro Cõcordiæ cũ aureis coronis eſt appenſus.Sed de Polycrate tandẽ accidit:ꝙ cuꝫ aduerſus Darium pſarũ regẽ exercitũ duceret:ab Oronte præfecto Darii acie fuſus & captꝰ:in ſummo megalẽſis mõtis uertice ſuſpẽdi iuſſus ẽ:ac relictꝰ auibꝰ lacerãdus:ut q ubiq̨ fœliciſſime ĩ terra uixerat:ĩ aere miſerrime expiraret

Polydamas cũ.y.græco ſcribit':nomen fuit uiri ꝓprium troiani compoſitum ex poly.i.multum:& δαμάζω domito.Fuit troianus q cum Antenore & Aenea urbem troianam græcis tradidiſſe dicitur:& a Perſio Polydamas ꝓ tragœdia de Polydamante accipitur.

Polydectes cũ.y.græco &.ct.exilibus ſcribit':fuit Magnetis filius:& rex inſulæ ſeriphi.Hic pſeũ Iouis & Danaes filiũ educauit.Cuius tandẽ ingeniũ ueritꝰ:audaciãq̨:& fœlicitatẽ:ſub umbra æternæ gloriæ illũ ad ſuperandã Gorgonẽ Meduſam compulit.Qua deuicta redeũti Perſeo cũ ſemp detraheret:conuerſus eſt ab illo in ſilicem monſtrato capite meduſæo:ut oſtendit Ouidius in.v.metamorpho.

Polydorus cũ.y.græco ſcribitur:interpretariq̨ ualet multũ doni.Et fuit filiꝰ Priami ex Hecuba.De quo Euripides pulcherrimam tragœdiã ſcripſit:& ab illo Virgilius in.iii.æneí.& Ouidius in.xiii.metamor.plura tranſtulere:de quo in dictione Polymneſtor aliqd uidebimus.

Polydora eodẽ mõ ſcribit':fuit teſte Heſiodo in theogonia una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

Polygnotus cũ.y.græco &.t.exili ſcribit':fuit teſte Quintiliano in.xii.de inſtitutione oratoria pictor antiqſſimus:de quo uidimꝰ in dictõe Aglaophon.fuitq̨ atheniẽſis.Et(ut dixit Theophraſtus)teſte Plinio in.vii.naturalis hiſto.primꝰ picturã cõperit.Quod nõ fuiſſe ueꝝ idẽ Pliniꝰ in.xxxv.oſtendere uidetur.Nã(ut ait)primus mulieres lucida ueſte pinxit.Capita eaꝝ mitris uerſicoloribꝰ operuit:plurimũq̨ picturæ primus cõtulit.Siqdem inſtituit os adaperire:dentes oſtendere:uultum ab antiquo rigore uariare.

Polygonius ſecũda cũ.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribit'.dici põt anguloſus.

Polymneſtor cũ.y.græco:&.m.ante.n.in eadẽ ſyllaba ſcribit':fuit rex thracũ tpe belli troiani:& regis Priami amicus.Ad quẽ Priamus iam dubitãs de ſtatu troiæ filiũ Polydoꝝ cũ magno auri pondere cõſeruandũ nutriendũq̨ miſit:ut ſi cõtingeret troiã capi:ipſe genus & urbẽ inſtaurare poſſet.Sed deſtructa troia auri cupiditate Polydoꝝ interemit.Quod cũ cognouiſſet Hecuba:finxit ſe illi aliud auri pondus uelle ſecreto indicare:ut ipſe illud ꝓ filio acciperet.Quæ auarus rex uera eſſe credens:& in cõſpectu Hecubæ ueniens:ab illa unguibꝰ occæcatꝰ fuit:ut eloquẽtiſſime ptractauit Euripides ĩ ἐκάβη.& Oui.multa tetigit ĩ.xiii.metamor.

Polymitus ſecunda cum.y.græco:ſequens cum.i.latino:& ultima cũ.t.exili ſcribit':nomen eſt adiectiuuꝫ.Et

id dicitur:quod uariis filis:hoc eſt diuerſorum colorum eſt cõtextum. Nam μῖτος filum dicit ſeu licium. Vnde ueſtis illa dicitur polymita:quæ uariis in colore filis eſt contexta.

P olymnia ſecũda cũ.y.græco:penultima cũ.i.latino ſcribitᷣ:una ẽ ex muſis quaſi polyhymnia hoc ẽ plurimũ cantãs uel laudãs.hymnos eni laus ẽ cũ cantico. Vel(ut alii dicũt)multæ memoriæ:ita ut poly cõponatᷣ cum μνημία:quæ ẽ memoria. Ouidi⁹ i.v.faſtoꝝ:Diſſenſere deæ:quaꝝ polyhymnia cœpit Prima:ſilent aliæ: dictaq; mente notant:& Horatius in primo carminũ:Si neq; tibias euterpe cohibet:nec polyhymnia leſbouꝫ refugit tendere barbiton.

P olyion cũ.y.græco ſequẽte.i.latino diuiſis ſyllabis ſcribitᷣ:& eſt nomẽ cõpoſitũ ex poly:quod ẽ plurimũ:& ἴον uiola:quaſi plurima ſit uiola.Nã herba ẽ teſte Plinio ĩ.xxi.naturalis hiſto.iclyta Muſei: & Heſiodi laudibus.Cuius folia(ut illi poetæ tradunt)mane candida:meridie purpurea: ſole occidente cærulea aſpiciuntur.Et a radice protinus nunq; palmo altiora.

P olyphem⁹ cũ.y.græco &.e.abſq; diphthongo ſcribitᷣ:fuit teſte Homero in odyſſea:fili⁹ Neptuni ex Thoſa filia Phorci.Et nomẽ ẽ cõpoſitũ ex poly quod multũ denotat & φημὴσ famæ:q̃ſi fuerit ualde famoſus.Nã dũ Vlyxes uagus poſt excidiũ troiæ forte ſiciliã(Homero referẽte)ꝑueniſſet:cũ.xii.ſotiis ꝑſcrutatũ loca prexit:tres optimi uini cados ſecũ portãtes:ubi uilloſum conſpexerũt hoĩem ſtaturæ giganteæ unicũ in fronte oculũ habentẽ ipo dicẽte apud Ouidiũ li.xiii.metamor. Vnũ ẽ ĩ media lumẽ mihi fronte: ſed inſtar Ingẽtis clypei:q greges mũgebat:& ſolus ab antro lapidẽ tollebat:quẽ.xx.boũ paria mouere nequiſſent.ad quem ingreſſus Vlyxes:ſciſcitabatᷣ de ritu gentiũ:& auxilia ob gratiã Iouis reuerẽter poſtulabat.Ille ſupbe reſpõdẽs dixit ſe nõ timere Iouẽ & duos ex Vlyxis ſotiis appræhẽdẽs ritu beluæ deuorauit:ac cæteros detinẽs ſequẽti mane totidẽ abſũpſit.Idẽq; ueniẽte ſero cõfecit.Quod ulyxes ꝑſpiciẽs & de ſe ac reliq̃s iã timẽs:cadũ optimi uini:quod ſecũ portauerat:illi obtulit miſericordiã poſtulãs.ꝓmiſit Cyclops ſe illi miſereri ſi uinuꝫ iterũ ꝓpinaret:& ſic tertio cũ potaſſet effect⁹ ebri⁹:in medio clauſi antri ſe ꝓſtrauit dormiẽs:quẽ Vlyxes cũ ſotiis acuto ſtipite occæcauit.Tandẽ cũ gregib⁹ aperire cogeretᷣ pecudes oẽs exeũtes palpabat. Vlyxes uero cũ ſotiis aſſumptis pecudũ pellib⁹:ei⁹ manus effugit.Et quẽadmodũ id illi prædictũ fuit a Telemo ĩ ſua dictione uidebimus.Amauit hic Galateã:ut late & pulcherrime narrauit Ouidi⁹ ĩ præfato.xiii.metamor. lib. Sꝫ(ut ſcribit Serui⁹ ſup.iiii.æneí.)Multi inq̃t polyphemũ dicũt unũ habuiſſe oculũ.alii duos: alii tres.Sꝫ totũ fabuloſum eſt.Nã uir fuit prudentiſſimus:ob quod oculum in capite iuxta cerebrum habuiſſe dicitᷣ:q̃a prudentia plurimũ uigebat.Verum Vlyxes eum prudentia ſuperauit:& ob hoc cæcaſſe eum fingitur.

P olypœtes ſecunda cũ.y.græco:ſequens cũ.œ.diphthongo:ultima cũ.t.exili ſcribitᷣ: habetq; accentum ĩ penultima.Fuit teſte Homero in.xii.iliados:filius Pirithoi & Hippodamiæ.

P olytes cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:fuit regis Priami filius ex Hecuba uxore:cuius mortem in ſecundo iliados Virgilius enarrauit.

P olyptoton cum.y.græco:& abſq; aliqua aſpiratione ſcribitᷣ.Ideſt quod multiplicẽ habet caſum.poly enim multiplex ẽ:& πτῶσις caſus.Accipi tamen cõſueuit ꝓ figura:qua diuerſis caſibus ſententia uariatᷣ.ut Litora litoribus cõtraria:fluctibus undas.Perſius:Ex nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti.

P olypus cũ.y.græco ſcribitᷣ:gen⁹ ẽ piſcis multos pedes habẽs.Nã cõponitᷣ ex poly:quod multitudinẽ ĩdicat: & ποῦσ pes.Quare bene Ouidius in.iiii.metamorpho.inquit:Vtq; ſub æquoribus deprænhenſum polypus hoſtem continet:atq; omni dimiſſis parte flagellis.

P olyſyntheton cũ.y.græco in ſecũda & tertia:penultima cũ.th.aſpirato:ultima cũ.t.exili ſcribitᷣ: dici poteſt multipliciter cõiũctum.Nam componitᷣ ex poly:quod multiplicitatẽ indicat:& σύνθετον compoſitionem. Accipiturq; ꝓ figura:qua locutio multis cõcatenatur cõiunctiõib⁹.Virgilius li.georgi.iii. Tectumq; larẽq; armaq; Amyclæumq; canem creſſamq; pharetram.

P olitia cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribitur.Nec cõponitᷣ a poly:quod eſt multum. Ideoq; nõ ſcribitur cum.y.græco.Sed deriuatᷣ a polis cum.i.latino:quæ eſt ciuitas.Vnde latine ciuilitas:ſeu reſpublica ĩterpretatur:& inde deductum puto uerbum polio:quin & polities.

P olyxena cũ.y.græco ſequẽte.x.cõſonante ſcribitᷣ:fuit Priami regis filia ex Hecuba cõiuge:quæ demuꝫ poſt captam troiã iugulata fuit ſupra tumulũ Achillis.Et nomen ẽ cõpoſitũ ex poly:quod ẽ plurimum:& ξένη admirãda:quaſi plurimũ fuerit ãmiranda:ob elegentiã ſcꝫ formæ: & morũ præſtantiã. Habetq; apud poetas noſtros accẽtũ ĩ antepenultima:& nõ ĩ penultĩa:ut multi inepte ꝓferre cõſueuerũt.Iuue. in ſatyra Oĩb⁹ in terris:Caſſandra inciperet ſciſſaq; polyxena palla.& Ouidi⁹:Placet achilleos mactata polyxena manes.

P olyxenus eodẽ modo ſcribitᷣ:& eundem accentũ detinet.hũc Homerus in.ii.iliados cõnumerauit inter duces græcos:q ad troiam uenere:& filiũ fuiſſe dicit præſtrenui Augei:ac diuina pulchritudine præditum.

P oltys cum.t.exili &.y.græco ſcribitᷣ:fuit teſte Plutarcho rex thracum:& in troico bello.

P ollux cum duplicato.l.ſcribitᷣ a latinis: q eius primã apud græcos naturaliter breuem ꝓducunt. At uero a græcis cũ unico.l.ſcribitᷣ.Et cum apud illos longo nomine dicatᷣ πολυδεύκης:apud nos breuiore dicitur pollux.Nam teſte Priſciano in.viii. Latini gaudentes breuitate plærũq; ĩ dictionib⁹ græcis faciũt cõciſiones ut quod illi δίδωμι:nos do.Quod illi βούλομαι:nos uolo dicimus. Item quod illi ἐμέ:nos me: quod illi

Βοῦς:nos bos:ποῦς:nos pes.Idemq; in nominibus litterarum:ut in primo hoꝝ cõmẽtariorum li.uidim⁹ Et fuit Pollux filius Tyndari ex Leda:& frater Caſtoris:de quo in dictione Caſtor ſatis uidimus.

P ompa græcũ uocabulũ ẽ:quod ad ſacras res auctores noſtri nõnunq̃ referũt:ut ſacrificiorum põpa:ſed ut plurimũ ad res alias.Cicero in Piſonem diſſerens de triumpho:Quid tãdem inq̃t habet iſte currus? q̃d legati in equis:& tribuni?Quid clamor militum?quid tota illa põpa?Inania ſunt iſta(mihi crede)delectamẽta pene puerorum captare plauſus:uehi per urbem:cõſpici uelle.Lucan⁹ ſimiliter de triumphãtibus:Quã ſeriem rerũ longa præcedere pompa:Quas potuit belli facies.Hæ aũt facies ſimulachraq; uictoriarũ: quæ in triumpho geſtanť:fercula dicunť.Cicero de officiis:Ne pomparũ ferculis ſimiles eſſe uideamur.Neque uero in lætis modo pompa diciť:uerum & in triſtibus. Quintilianus:Quid ſibi uelit ille funebriũ longus ordo pomparum.Liuius:Conſulares uero faſces & prætextam curulem nihil aliud q̃ pompam funeris putant claris inſignibus uelut infulis uelatos ad mortem deſtinari.

P ontus cũ.t.exili ſcribiť.Et dicitur id mare quod a palude mæotidos uſq; in tenedum ꝓtendiť.Sed iam mare illud anguſtũ:quod a tenedo incipit poſt caſum Helles:in illud helleſpontũ uocitatũ fuit.Quin & quod ab ea ſtrictura incipit:hoc eſt ab helleſponto:& uſq; in boſphorũ thracium ꝓtendiť:ꝓpontis uocatur.& a boſphoro thracio uſq; in paludẽ mæotidem põtus diciť.Atq; alio noĩe mare euxinũ: ut ĩ ea dictõe uidim⁹. Iuxta quẽ locum loc⁹ ẽ tomos clarus Naſonis exilio:ut ĩ ſua dictõe monſtrauimus. & a pontus pontin⁹ põtina pontinum deducitur.

P ontina palus cum.t.exili &.i.latino ſcribiť.Eſt teſte Vibio uolſcorũ palus iuxta forum Appii haud longe a taracina:diſtatq; ab urbe uiginti milibus paſſuũ.De qua Lucanus in.iii.Et qua pontinas uia diuidit uda paludes.Nec longe etiam circeis fuiſſe dixit Plinius in.iii.naturalis hiſtoriæ:quem fuiſſe olim locum.xiiii.urbium ex auctoritate Mutiani ter conſulis ꝑdidit.Hanc latrũculorum olim fuiſſe ſedem oſtendit Iuuenalis in.iii.ſatyra cum ait:Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem:Armato quotiens tuto cuſtode tenentur Et pontina palus & gallinaria pinus.

P opiſma cum.i.latino ſcribitur:ſonus eſt cunni ex cõfricatione mentulæ.Vnde & cũnus ipſe popta apud nõnullos antiquos dicebať.Martialis in.vii.Quis ridere poteſt fatui popiſmata cunni:Cum ſonat hic cui non mentula menſq; cadit?Vnde & popiſma ꝓ coitu nõnunq̃ accipiť.ut Iuue.in ſatyra Credo pudiciciã:Frontemq; manumq; Præbebit uati crebrum popiſma roganti ideſt coitum: in quo popiſma ex crebritate agitationis innaſcitur.

P orphyris ſecunda cũ.y.græco:ultima cum.i.latino ſcribitur:inſula eſt teſte Plinio li. iiii.naturalis hiſtoriæ: in laconico mari ſita a maleæ ꝓmontorio q̃nq; milibus paſſuũ diſtans ancipiti mari ꝓpter anguſtias. Eadẽ poſtea dicta fuit cythera tantum plurali numero:ob memorabile templum Veneri ſacrum: quod in illa cõſtructum fuit:ut in ea dictione uidimus.

P orphyrites eodem modo uti ſuperior:atq; cum.t.exili ſcribitur:diciť affirmante Plinio in.xxxvi. naturalis hiſto.marmor rubeum candidis interuenientibus punctis:qui in ægypto maxime comperiť.Et nomen a ſimilitudinæ porphyræ:hoc eſt purpuræ accæpiſſe creditur.

P orthmeus cum.th.aſpirato:& eu.diphthongo in fine ſcribitur. Nam ſic quoq; litteris græcis πορθμεύς dicitur:latine uero portitor uocatur.Virgilius in.iiii.georgicorum: Nec portitor orci Amplius obiectam patitur tranſire paludem.Sed eo græco uocabulo uſus eſt Iuuena.in.iii. ſatyra cuʒ ait:Iam ſedet in ripa tetrumq; nouiſſimus horret Porthmea. Et is dicitur qui traducit homines ac uehit nauigio:uel ad nauim de litore:uel de naui ad litus:uel ad ulteriora fluminis:lacus:ſtagniue ſeu ripas:ſeu litus. Et licet ſic quoq; frequentius dicatur:poteſt etiam accipi pro eo:qui portorium conduxit:ideſt qui fructus pecuniarios ex portu conduxit:& a uenientibus illos exigit.Et dicitur portorium uectigal portus uel fluminum: uel lacuum: uel ſtagnorum. Sane præter portorium & amatorium: ut plurimum neutra deſinentia in orium locum ſignificant:ubi aliquid fit:ut deambulatorium locus ubi deambulatur. Dormitorium ubi dormitur. Repoſitorium ubi quid reponitur.Tentorium ubi tendimus uela:aut ſiquid inſtar uelorum habet: Vel ipſa potius uela:ſiue uelamẽta contra iniuriam cæli.Auditoriũ locus ubi audimus præcæptorem aut oratõnem in non uera cauſa:aut opus nouum recitantem:Aut ſiquid ſimile eſt uel ipſa turba:aut ipſe cœtus auditorum Tectorium uero illinimẽtum eſt:& quaſi pauimẽtum parietis atq; incruſtatio.

P orſena cum unico.n.a græcis ſcribitur:& penultimã corripit.Quod apud noſtros Martialis cõſeruauit cũ ait in epigrãmatibus: Hanc ſpectare manum porſena non potuit. At in Virgilio circa finem libri.viii. productam comperi:atq; ob id cum duplicato.n.neceſſario ſcriptam.ait enim:Necnon tarquinium eiectũ porſenna iubebat Accipere.Vbi ait Seruius unum.n.additur metri cauſa.Vnde & penultimæ datus accentus eſt:qui in prima eſſe debet.

P otnia cum unico.t.exili ante.n.&.i.latino in penultima ſcribitur.Erat arcadiæ ciuitas: ex qua Glaucus fuit q̃ cum Veneris ſacra ſperneret:Potniades malis membra aſſumpſere quadrigæ.i.equæ:quas dicunt Glaucum ipſum a Venere continuiſſe:ut uelocius currerent:ſed in furiam uerſæ:eũ cũ currum aſcendere uellet laceraſſe dicunt.Et deducitur potnia a πότνιος:qui eſt uenerabilis.

P ractius cũ.c.&.t.exilibus:&.i.latino ſcribiť: fuit teſte Homero ciuitas in ponto:quæ troianis auxilia miſit.

P ræneſte prima cũ.æ.diphthongo poſt.r.aliæ ſine diphthongo uel aſpiratione ſcribũtur.Oppiduꝫ eſt Italiæ ſuper arretino monte poſitũ urbi ꝓpinquũ decẽ & octo milium paſſuũ:cõditˀ & nomiaťˀ(ut placuit Solino) a Præneſte Latini regis filio:& Vlyxis nepote(ut uero uoluit Virgilius)a Cæculo filio Vulcani:quem iuxta ignẽ ſorores digitioꝝ fortuitu cõpererunt:illo dicente in.vii.æneidos:

Nec præneſtinæ fundator defuit urbis
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem:
Inuentumq; focis:omnis quem credidit ætas

Cæculus.Nam ut ait Seruiꝰ:Erãt eo in loco pontifices & dii indigetes ſicut etiã romæ.Quin etiã & duo fratres q digitii appellabanť.hoꝝ ſoror dũ ad focũ ſederet: diſſiliẽs ſcintilla eius uterũ percuſſit.Vnde dicta ẽ cõcæpiſſe:poſtea enixa puerũ iuxta tẽplũ Iouis abiæcit:quẽ uirgines aquatum euntes iuxta ignẽ inuentum ſuſtulerũt:qa a fonte haud longe erat.Vnde Vulcani dictus ẽ filiꝰ:& Cæculus cognominatus:qa oculis minoribꝰ fuit. Hic poſtea collecta multitudine poſtq̃ diu latrocinatꝰ præneſtinã ciuitatẽ in montibus cõdidit. Et cum ad ludos populos uicinos ĩuitaſſet:cœpit eos hortari:ut ſecũ habitarẽt:& ꝓ gloria iactare ſe filium Vulcani.Quod cũ illi nõ crederẽt:inuocato Vulcano:ut eũ filium ſuũ cõprobaret. Itaq; corã oĩs multitudinis cœtu:flãma ẽ circũdatus.Quo facto cõmoti oẽs ſimul habitauerũt: & Vulcani filiũ crediderũt. Ob qđ dixit Virgi.Omnis quẽ credidit ætas. Sed quare dictũ fuerit præneſte non ponit. Vnde dixerunt nõnulli a multitudine arboꝝ eius nominis:quæ eo in loco freq̃ter naſcunť cognominatũ.fuitq; ſitũ in loco præeminenti:dicente Virgilio:Quiq; altũ præneſte uiri.Ob quod & frigidũ:dicẽte Iuuenale in.iii.ſatyra:Quis timet aut timuit gelida præneſte ruinã.Nã declinať teſte Seruio hoc præneſte & hæc præneſtis.& ob id dixit gelida.Virgi.etiam:Cum primã aciem præneſte ſub ipſa.Idem & Priſcianus in.vii.confirmauit.

P ragmaticus cũ.c.&.t.exilibus ſcribitur:diciť a noſtris negotiator:ſeu forenſis.Nã a πραγματεύομαι:qđ eſt negotior deriuať:Iuuenalis in ſatyra:Et ſpes & ratio:Inde cadunt partes in fœdere pragmaticorũ ideſt forenſium:q negotia clientum conducunt.

P raxiteles cũ.x.conſonãte:ſequente.i.latino:&.t.exili:atq; unico.l.ſcribiť:fuit iter marmoris ſtatuarios gloria ſummus.Sculpſitq; inter cætera Venerem cnidi:quæ nõ ſolũ ibi teſte Plinio in.xxxvi.naturalis hiſtoriæ: ſed in toto orbe terrarũ præcipua fuit.Quã ut uiderent multi nauigauerũt cnidũ.Nam duas fecerat: quas ſimul uendere optabat.Alteram uelata ſpecie:quã qdam prætulerũt optimæ:ſeuerũ id atq; pudicum arbitrantes.conditio erat cũ eodẽ precio.Reliquã cnidii emerunt imẽſa differentia famæ.Voluit etiam poſtea a cnidiis mercari rex Nicomedes totum æs ciuitatis alienũ:quod erat ingens diſſolutũ repromittens:oĩa cnidii ꝑpeti maluere.Nec imerito illo eni ſigno Praxiteles nobilitauerat cnidum.ædicula eiꝰ tota aperiť: ut cõſpici poſſit undiq; effigies deæ:fauente ipſa(ut credimus)facta.Nec minor ex quacũq; p̃te ãmirata eſt. ferũt amore captum quẽdam cũ delicuiſſet noctu ſimulachro cohæſiſſe:eiuſq; cupiditatis eẽ indicem maculam. Hæc Plinius.iuxta quæ dixit noſter Carolus arretinus:

Praxitelesq; cnidi rurſus te marmore ſignet
Pulchra uenus:quo ſit nobis ipſa cnidos.
Omnia mercurio cedere uiſa meo.

Quæ aũt illius ſigna romam portata fuerunt:ponit Plinius in præfato libro:quod q uoluerit cognoſcere:ibidem legere poterit.

P raxaſpes cũ.x.cõſonãte poſt.a.uocalẽ:& ante.a.alterã ſcribiť: fuit nobilis perſa: q teſte Herodoto li. hiſto. iii.Smerdim Cãbyſæ fratrẽ iuſſu ipſius Cãbyſæ ꝑſarum regis occidit.Deide poſt cũ mortẽ Cãbyſæ ad perſas rediſſet:interrogatꝰ ẽ a magis illis:q regnũ occupauerãt:quẽadmodũ in dictiõe Smerdis oſtendimus:ut publice prædicaret Smerdim Cãbyſæ fratrẽ uiuere.Et eũ eſſe:quẽ Magus regẽ declarauerat: nec ab eo interfectũ fuiſſe.Quod ſi faceret:facturũ eũ maximũ inter ꝑſas.Et eo beneficio regẽ ſibi in ꝑpetuũ deuictuꝝ. Qui cũ facturũ ſe oĩa:quæ illi uellent:abunde pollicitus eſſet.Suadentibꝰ illis turrim aſcendit. Ex qua ꝑſis quæ magi rogauerãt denũtiaturus uidebať.Cæterũ nihil eoꝝ prædicauit.Sed potiꝰ magoꝝ fraudem aperuit.Nec eũ Smerdim q regnaret eſſe Cãbyſæ fratrẽ.Quinimo iãdiu ab eo cogente Cambyſæ fuiſſe interfectum.Sed aliũ Smerdim magũ a fratre dolo ſuppoſitũ:ꝓpterea orare perſas oẽs: ut memores beneficiorũ Cyri:& alioꝝ regũ nequaq̃ ſinerẽt Magum hoiem externũ ac aduenticiũ perſis iperitare.his dictis ex turri præcipitem ſe deiæcit:atq; ita diem obiit:ut hæc oĩa ex Herodoto in latinum interpretati ſumus.

P reſbyter cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:dicitur latine ſenior.

P riamus cũ.i.latĩo ſcribiť:fuit Laomedõtis troianoꝝ regis filiꝰ.Et nomẽ ipꝫ aſſerũt græci a uerbo πρίαμαι quod ẽ redimo cõtraxiſſe.Nã puer ab Hercule captꝰ cũ Heſioria ſorore ipe ſolus pecunia redimi potuit.Et ab Ioue originem traxiſſe dicunt:qa Dardanus Iouis fuit filius ex Electra Cuius filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troem:qui regionem quæ a dardano Dardania dicebatur:troiam a ſe dixit. Huius filii fuerunt Aſſaracus & Ilus:qui urbem ipſam Ilion a ſe uocauit. Hic filium habuit Laomedontem: qui pater fuit Priami.At Priamus ipe patre ab Hercule interfecto:& auro redemptꝰ: Ilion reformauit & exornauit. Habuitq; teſte Cicerone in prĩo de quæſtiõibꝰ tuſculanis filios q̃nquaginta:quorũ decẽ & ſeptẽ iuſta uxore

ſunt nati. At uero ex altero latere Aſſaracus Capim genuit. Ex quo Anchiſes: & ex illo Aeneas. Quam ſane genealogiam Ouidius in.iiii.faſtorum libro pulcherrime expreſſit cum ait:

Dardanon electra quis neſcit atlantide natum?
Scilicet electræ concubuiſſe Iouem.
Huius erichthonius:tros eſt generatus ab illo.
Aſſaracum creat hic:aſſaracuſq; capim.
Proximus anchiſes cum quo cõmune parentis
Non dedignata eſt nomen habere uenus:
Hinc ſatus æneas.

Priapus cũ.i.latino ſcribit᷑:& habet accẽtum in penultima:fuit uir ex lampſaco urbe helleſponti:a qua teſte Seruio ſuper ſecundũ georgi.ꝓpter uirilis mẽbri magnitudinẽ pulſus eſt:qa ſæpius cũ illo delectabantur fœminæ. Hunc dixerunt græci ob fœcũditatẽ hortorum numen. Ideo dicebat ille apud Virgilium in bucolico:Cuſtos es pauperis horti. Et in.iii.georgi.ait Virgilius: Et cuſtos furũ atq; auiũ cũ falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutella priapi. Huic erat aſellus uictima:qa(ut ait Ouidius in.i.faſtorum)cum dii oẽs ad feſtum matris deum cõueniſſent:& epulis ſaciati eſſent:noctem ludis ducebãt:Lotidam uero nymphã Somnus arripuit. Cuius pudiciciæ Priapus ipſe inſidiabat᷑:ſed rudente aſello: quo Silenus uehebat᷑:excitata eſt & Priapus deſiderio fruſtratus. In cuius uindictam lampſaceni aſellum illi litare ſtatuerunt.

Prymno cũ.y.græco &.m.ante.n.ſcribit᷑:fuit teſte Heſiodo nympha Oceani & Tethyos filia.

Problema cum unico.m.ſcribit᷑. Eſt propoſitio interrogationem detinens annexam cum Διατί ideſt quare ut eſt apud Ariſtotelem.

Probatica cum.c.&.t.exilibus atque.i.latino ſcribitur:dici poteſt ouilis. Nam a προβατον: quod eſt ouis προβατική deſcendit. Vnde & piſcina:in qua oues lauabantur:ꝓbatica dicta eſt.

Proceleumaticus abſq; aliqua aſpiratione:& cum unico.l.atq;.i.latino ſcribit᷑:pes eſt conſtans ex q̃ttuor breuibus:ut Tytire paſcentes a flumine reice capellas. Nam in.v.pede ꝓceleumaticũ poſuit ꝓ dactylo. Et dicit᷑ quaſi primitus iuſſus:eo quod in ſacris Mineruæ prius eius pedis uerſus pronuntiari iubebantur. πρό enim ante deſignat:& κελεύω iubeo.

Procyon cũ.c.exili &.y.græco ſcribit᷑:ſtella eſt:quæ ante canem:q ſirius dicit᷑:exoriri conſpicit᷑. Nam ex pro quod eſt ante:& κυων canis cõpoſitum uocabulũ eſt. Vnde Cicero in.ii.de natura deorum referens uerſus arateos inquit:Anticanem procyon graio q nomine fertur. & Horatius in libro carminũ tertio ait:

Iam clarus occultum andromedæ pater
Oſtendit ignem:iam procyon furit:
Et ſtella ueſani leonis
Sole dies referente ſiccos.

Proconeſſus cum.c.exili:& duplicato.s.ſcribitur. Ciuitas fuit in minori aſia.

Prochyta cum.ch.aſpirato ſequẽte.y.græco:&.t.exili ſcribit᷑. Inſula ẽ i tuſco mari ſinu campano ſita:una ex æoliis:de qua Virgilius in.ix.æneidos:Tum ſonitu ꝓchyta alta tremit. Et Ouidius in.xiiii.metamor.deſcribens Aeneæ nauigationẽ dixit:Inarimen ꝓchytamq; legit. Vnde ait Plinius in libro naturalis hiſtoriæ:Inarimes mons fuit:qui terræmotum paſſus:alteram fudit inſulam:quæ prochyta ab effuſione dicta eſt. Nam προχέω effundo a noſtris dicitur:& προχυτήριον fuſorium.

Procris cũ.c.exili &.i.latino ſcribit᷑:fuit Erithei Athenarum regis filia & Cephali uenatoris uxor:ut in ea dictione uidimus. Quam Homerus in.xi.odyſſeæ:dixit Vlyxem apud inferos comperiſſe.

Prœtus cum.œ.diphthongo:&.t.exili ſcribit᷑:fuit Abantis argiuorum regis filiꝰ:cui ſucceſſit in regno. Hic teſte Homero in.xi.odyſſeæ:Antiam habuit uxorem:ex qua quattuor filias genuit Mæram:Euryalem:Lyſippẽ:& Iphianaſſam:quæ cũ teſte Pherecyde i forma ſeu pulchritudine ſe Iunoni prætuliſſent:offenſa dea eis furorem talem imiſit:utuaccas ſe eſſe arbitrarent᷑: & aratra timentes ſiluas peterent: dicente Virgilio in Sileno:Prœtides implerunt falſis mugitibus agros. Ouidius uero inquit in.x.metamorpho. Illas ob ſpretam uenerem ira numinis prius in uaccas:mox in lapides cõmutatas dixit. Sed ut græci ferũt Pherecydis hiſtoriam proſequentes ꝓpoſuit Prœtus regni partem:& quam ex eis mallet in coniugem ſiquis eas in priſtinum mentis ſtatum reſtituiſſet. Cuius primi cupiditate tractus Melãpus uates ac mãtes peritiſſimꝰ:(ut dixit Homerus)illas ſuo artificio liberauit. & ut dixit Seruius helleboro. Ac deinde Iphianaſſaꝫ uxorem ſibi elegit. Ex qua teſte Homero in.xv.odyſſeæ li. Antiphatẽ & Mantium ꝓcreauit:Antiphates Oicleum. Vitruuiꝰ uero de architectura dixit illas a Melampo conductas apud clitorium arcadiæ oppidum:ut ab ebrioſitate liberarentur. Nam ibi ſpeluncam eſſe dixit limpidiſſimam aquã ꝓfluentem:quæ pota facit hauriẽtes odiſſe uinum. Ob quod ſuper eius fornice græcis litteris ſcriptum rettulit: aquã illam non eſſe potabilẽ & uitibꝰ inimicam. Quod Ouidius tetigit in.xv.metamorphoſeon cum ait:

Clitorio quicũq; ſitim de fonte leuauit:
Vina fugit:gaudetq; abſtemius undis.

P rogymnaſmata ſecunda cum.y.græco:ſequens cum.m.ante.n.ultima cum.t.exili ſcribitur. Et latine interpretatur præexercitamenta. Idem & proagonaſtica deſignat.

P rologus cum unico.l.ſcribit᷑. Et dicitur a nobis præfatio ſiue ꝓloquiū. Nam rē in toto libro narrandā ꝓponit: licet Terentius ꝓlogis abuſus ſit. Et in prologis ſcribēdis opera abutit᷑. Non q argumētum narret: ſed q maledictis ueteris poetæ reſpondeat. Et cū rem de qua tractare intēdunt ꝓpoſuerint: ſolent latini poetæ inuocare: deinde narrare. Quod modo cōtrario fit a græcis. Nam cuꝫ primo inuocauerint: quæ tractaturi ſunt: deinde ꝓponunt: enarrantqꝫ deinde. Satyrici uero nec inuocant: nec breuiter quicq̄ primitꝰ dicēdum ꝓponunt. Sed ex abrupto incipientes: a repræhenſione ſui (qua ſe primū expurgare poſſe putant) exordiuntur. Ac ſe mixtim cū aliis repræhēdētes: de qbꝰ locuturi ſunt: longiori ꝓceſſu ꝓponūt. Ob quod nō minus ꝓlogo: q̄ Terentiꝰ ipſe fecerit: abutūtur. At uero q apud græcos ātiquā comœdiā in morē noſtræ ſatyræ conſcripſerūt: ut Ariſtophanes: Cratinus & Eupolis magis etiam q̄ noſtri a re ipſa ꝓceſſerunt. Hoc differentes ac comœdiæ retinētes: ꝙ nō ſeipſos ipſimet: ſed alium inducūt ex abrupto alteruꝫ repræhendentē: ut ex Ariſtophane libet latine uerſiculos aliquos referre: quos Leonardus arretiuus delitiæ noſtræ mecū olim ludens interpretatus ē. Nam in prima comœdia inducit Ariſtophanes Chremetē uirum bonū: cæterū inopeꝫ: q cum paupertate offenderet᷑: ad oraculū Apollinis ꝓfectꝰ quæſiuit. Num præſtaret mutare mores & aliter uiuere. Reſpondit Apollo: cui primū obuius fieret de tēplo exiens: euꝫ ſequeret᷑: ac domū ſuam adduceret. Ille aūt accæpto reſponſo cæcū ſequebat᷑. Nam is primū ſibi obuius fuerat. Carinus aūt ſeruꝰ q cum Chremete uenerat: ignarus huius reſponſi mirabat᷑ domini factū: & inſaniſſe illum exiſtimabat. Itaqꝫ cū pluries eum ab illius cæci inſecutione uerbis reuocare tentaret. Et nihil Chremes penitus reſponderet. Inſaniā domini ac fortunam ſuam conquerens: talia loqui occæpit:

Vt permoleſta res eſt o ζεῦ & dei
Seruum fieri decipientis domini.
Si recta ſint enim illa: quæ ſeruus monet:
Placeat tamen domino nequaq̄ ſic agere:
Neceſſum habet ſeruus eiſdem eſſe in malis.
Corporis enim fortuna non ipſm ſui
Sinit eſſe compotem. ſed eum q poſſidet.
Et iſta quidem iſta nempe ego obliquo deo
Reſponſa: qui dat ex tripode intorquens aureo
Iuſtam querelam cōqueror ſuccenſens: quia
Cum augur ſit & medicus (ut aiunt) optimus:
Herum tamen remiſit inſanum meum.
Qui nunc ſequatur cæcum hoiem contra faciens
Quam oporteat facere. uidens enim ſolet
Dux eſſe cæco. at iſte poſt cæcum uadit:
Meqꝫ una trahit: ac nihil reſpondet: dum peto.
Ego igitur nihil eſt: cur feram nunc etiam amplius:
Ni mihi reſpondeas here: cur iſtum ſequeris:
Tibi moleſtus eſſe non deſiſtam ego.
Non hercle me pulſabis corōnatum quidem
Nequaq̄. at enim dempta tibi corona prius
Quo magis doleas  Nugæ eqdem non deſiſtam
Prius q̄ mihi dicas: quid eſt. nāqꝫ hoc fides
Te erga mea facit: ut adeo de te petam.

Et reliqua. Vbi abſqꝫ aliquo ꝓlogo ad rem ipſam ſubito decurrit. Satyrici etiā noſtri poetæ a repræhenſiōe ſua incipiūt: ut id ipſm: quod in ſe repræhendūt: in alios ueriꝰ ꝑſequātur. Quāobrem uehemēter aberrāt: q Perſiū mundiſſimū ſatyrū exponere uolētes: dicūt illum in.i.ſatyra uoluiſſe eos repræhēdere poetas: q cuꝫ indocti ſint & arrogātes: quadam uerboꝝ ineptia ſeipſos claros oſtendere conant᷑: quod a muſis in parnaſo deportati heliconē deguſtarūt: & diuinoꝝ poetaꝝ aīas intra ſe ſuſcæperunt: q cū ſint picæ & corui: merito ueniunt repræhendēdi. Sed longe aliꝰ ē eius poetæ ſenſus: ſeipſm enim repræhendit: ꝙ repente & feſtinꝰ nimium poeta ꝓdiit: nec unq̄ aquas heliconis depotaſſe meminerit: aut ꝑ ſomnū qd unq̄ magnū uiderit: quibus q̄ꝓocyſſime poeta fieri potuerit: ut Heſiodo cōtigit & Ennio. Nā (ut in ſua dictione uidimus) cū Heſiodus iuxta pnaſum patris oues depaſceret: a muſis raptꝰ: & ad heliconē deductꝰ: ſacriſqꝫ aqs epotꝰ: & hedra coronatꝰ: repēte poeta apparuit. Enniꝰ ſimiliter cū ſomniaſſet Homeri aīam ī eū ītraſſe: q̄ primū ſe poetam egregiū māifeſtare ualuit: ut ī dictiōe Pythagoras oſtēdimꝰ. At cū nil tale mihi cōtigerit inqt Perſiꝰ: Sꝫ potiꝰ ruſtico ſim fonte potꝰ: & muſas locaqꝫ: q̄ īhabitāt illis reliqueri: quoꝝ imagines ſequaces ipſæ hederæ lābūt merito repræhēdēdus uenio: ſi ad ſacra uatū: & illorū certamina poema aliquod affero. Sed fame cōpulſus

& ſpe lucri:quæ duo ne dicã hoĩes:ſed muta quoq; aĩalia uerba cogunt humana confingere:coactꝰ ſum id quoq; efficere:& ob id forſitan excuſari potero. Vt ꝑ hæc ſane & illos repræhẽdere ualeat: q cũ talia quoti die ſe potaſſe & ſomniaſſe cõfingãt ſola ſpe lucri ieptiſſima quæq; poemata ad ſacra uatũ adferre nõ uereñt. Vnde ait Perſius:Nec prolui:quod eſt ꝓpe & luo compoſitum puto:hoc eſt bibẽdo attigi:uel etiã immerſi labra:quæ nõ tantũ hoiũ:ſed aliorum ſunt aĩalium:ut Iuue.in.iii.ſatyra:Et elixi ueruecis labra comedit. Quin & terræ margines:unde labruſcam dictã uoluit Seruius. Fonte caballino: ꝓducto.ſ.a pegaſo allato caballo:ut in dictione pegaſus oſtendimus:iuxta id: Vectanti ad rura caballo. Vt ſic repente:hoc eſt per euz modum:quo Heſiodus & Ennius poeta ꝓdirem.& heliconidas.i.muſas patronymicũ eſt fœmininuz dedu ctum a græco. Et pallidam pyrenẽ:quæ uallis eſt inter duos parnaſi colles muſis ſacra:ut diximꝰ in dictione parnaſus:quæ ab effectu pallida dicta eſt:qa ſe incolentes hoc eſt poetas:ob ſpeculationes pallidos reddat: ut infra idem dixit poeta:En pallor ſeniũq;. Et Iuue.de poetis tẽpore Mœcenatis:Tunc utile multis Pallere & toto uinum neſcire decẽbri. Muſas ergo & eoꝝ loca illis relinquo: quorum imagines ex gypſo uel mar more deductæ habent̃:ut Iuue.Qui facis in parua ſublimia carmina cella:Vt dignus uenias hederis & ima gine macra. Quas & ipſi ſibimet quãdoq; apponere conſueuerant:dicente Plinio in.xxxiiii.naturalis hiſto. Notatum eſt ab auctoribꝰ.L. Actium poetã in camenaruz æde maxima forma ſtatuã ſibi poſuiſſe:cũ breuis admodũ ipſe fuiſſet. Hederæq; ſequaces:hoc eſt poetarum ſtudia cõſequẽtes. Virgi.in.ix. Flãmiſq; ſequaci bus iras Lambunt:hoc eſt leniter contingũt. Cum egoipſe ego ſemipaganꝰ ſim:hoc eſt ruſticano fonte potꝰ de quo in dictione pegaſus uidimꝰ. Affero ad ſacra uatum.i.poetarũ certamina.de quibꝰ late uidimꝰ in di ctione hedera. Carmen:hoc ẽ poema noſtrũ. Quẽadmodũ Virgil. in Daphn. Cũ plures Mopſus cecinſſet uerſus inquit:Tale tuũ carmen nobis diuine poeta:& reliqua. Et ꝓſequitur cãm Perſiꝰ quare ad hoc cogit̃ ſub ſimilitudine pſitaci & picæ dicens:Quis expediuit.i.docuit expedite ꝓferre ac dearticulate. Pſitaco ſu um chære:quod græcum ẽ & tantũdem ac ſalue:ut in ea dictione uidimꝰ:& exponũt nõnulli ſuum.i.natu rale:quod falſum eſſe:cũ experiẽtia:tum ex ſenſu poetæ apparet. Sed ideo ſuũ dixit:uel qa illi conſuetũ fue rat:& uſitatum addiſcere:ut Virgi.in Palæmone:Sua ſemper apud me Munera ſunt lauri. Vel qa ita dear ticulate illud effert:ut ſibi naturale uideat̃. Quẽadmodum in.ii.georgicorũ ait Virgiliꝰ Quæq; ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſcit. Quis docuit picas uerba noſtra conari:hoc eſt cum conatu effingere:ac deĩde ex primere. Ad quod ipſe Perſius reſpondet: Venter magiſter artis & ingenii largitor:ut Virgi.in primo geor gicorum. Labor omnia uincit Improbus: & duris urgens in rebus egeſtas. Qui utiq; uenter artifex eſt ſeq negatas uoces.ſ.a natura. Quin & idem ex eo confirmat. Quod ſi refulſerit:& manifeſta fiat Spes doloſi nummi ideſt ob quẽ mille fraudes & doli naſcuntur. de quo late uidimus in dictione numiſma. Videbis ſcz Coruos poetas. Nam(ut ſcribit Macrobius libro ſaturnalium) Redeunti Auguſto ex actiaco bello cum in genti gloria quidam romæ obuiã ſe illi cum Coruo dedit:q ad imperatorẽ ait:Aue imperator inuicte:quo delectatus Auguſtus:uiginti milibus nummis emit. Cuius exẽplo alter excitus:ſimilẽ coruum edocuit: quẽ cũ audiſſet Auguſtus:Taliũ inquit ſalutatorum ſatis domi habeo. Refert etiã Plinius in.x.naturalis hiſtoriæ Quod iperante Tiberio coruꝰ qdã aſſuefactꝰ oĩbus matutinis in foꝝ uolabat:& roſtra ubi primo Tiberiuz: deinde Germanicũ & Druſum Cæſares noiatim:mox tranſeuntẽ romanũ populũ ſalutabat:poſtea remeãs ad tabernã pluribꝰ officio mirus fuit. Quẽ ut poſtea ſubita iracundia mãceps qdaz examinauit: qa excremẽ tis eiꝰ calciamẽta fœdauerat:ſumme populus honorauit. Nã primo pulſus ẽ reus:mox iterẽptꝰ:funuſq; ali tis memorabiliter celebratũ fuit:qppe cõſtratꝰ lectꝰ ſuper duoꝝ æthiopũ humeros precedẽte tibicine & co ronis oĩum geneꝝ uſq; ad rogũ:q conſtructꝰ ẽ dextera uiæ appiæ ad ſecũdũ lapidẽ in cãpo ridiculi apellato Et poetridas. Format̃ ꝑ modũ patronymici:& dicit̃ poetris huiꝰ poetridis. Pegaſeũ.i.poeticũ:metaphora a fonte ſacrato muſis:ut uidimꝰ in dictiõe muſa. Melos canticũ ſiue carmẽ dulce: hoc ẽ ſuaue. Simili mõ & ſe repræhenſione dignum uideri oſtendere uult Iuuenalis in initio ſui poematis:ꝙ ſemper tantũ auditor fue rit:ꝙ talium ſane poetaruz: a quibꝰ quicquid dixerant:merito habuiſſe poterat. & nihil aliud a ſon̄no mi nimoque poeta(præter ea quæ audiuerat)ſcribi conſuetum ſit:& nec ipſe aliquid ſcribat:ſed ſemper audi at. Itaque repræhenſione dignum ſe indicat. Et licet proprie prima ſatyra prologus dici non poſſit:prolo gi tamen quippiam detinet:quia & in illa etiam quid in operis reſiduo dicturus ẽ:proponit cũ dixit:Quic quid agunt homines uotum:timor:ira:uoluptas. Gaudia:diſcurſus noſtri eſt farrago libelli. Et cauſas q̃re potius ſatyram ꝗ̃ aliud poema & plura alia:quæ ad materiam prologi ſpectare poſſunt:ut in ſequentibus oſtendemus. Nec inter poetas dicaciſſimos:atq; acriter mordentes a iunioribꝰ noſtris Iuuenalis ipſe loquat̃. Neq; eam detinet libertatem:quam priſca comœdia habuit:dicente Horatio:Eupolis atq; cratinus ariſto phaneſq; poetæ : Atque alii quorum comœdia priſca uirorum eſt.
Siquis erat dignus deſcribi:quod malus:aut fur:
Quod mœchus foret:aut ſicarius:aut alioquin
Famoſus:multa cum libertate notabant.
Quin & oſtendit deinde quomodo illos ſecutus eſt apud noſtros Lucilius dicens:
Hinc omnis pendet lucilius hoſce ſecutus:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Mutatis tantum pedibus numeriſque facetus.
Cuius ſane Lucilii ſeueritaté & libertatem Iuue. ipſe in fine primæ ſatyræ tetigit cum ait:
Enſe uelut ſtricto quotiens lucilius ardens
Infremuit. rubet auditor: cui frigida mens eſt
Criminibus. Ob quá ſane rem & maledicentiá nimiamq; libertatem fuit hoc comœdiarum genus romæ le-
ge ꝓhibitum: ne potétiores urbis aliquádo offendi cótingeret: qbus tacita ſudant præcordia culpa. Quare
dicebat idem poeta: Vnde illa priorum ſcribendi quæcúq; aio flagrante liberet Simplicitas? cuius non au-
deo dicere nomen. ſ. libertatis: quæ adeo a ſuæ ætatis tyráno ſuppreſſa fuerat: ut ne illius quidé nomé pro-
ferre liceret. Ná teſte Suetonio Domitianus: ſub cuius imperio Iuue. florere ac ſcribere contigit: ſcripta fa-
moſa uulgoq; edita: quib⁹ primores uiri ac fœminæ notabant̃: aboleuit non ſine auctorú ignominia. Quá
ob cám teſtatur ipſe Iuue. nolle ſe uiuos repræhendere: cum ſtatim adeſſet accuſator: qui nulla alia in re eũ
criminari curaret: q̃ ꝙ uerum dixerit. Sed (ut ait) Experiar qd concedatur in illos. Quorum flaminia tegit̃
cinis: atq; latina. Quæ. ſ. uiæ erant romæ: in qbus mortuorum cineres in ſepulchris cum ſuis titulis plurimú
locabantur. Sed (ut mihi certiſſimum liquet) uſus fuit lepidiſſimus poeta præoccupatióe: qua quod tacere
ꝓmittit: pulcherrimo pandit artificio. Nam (ut cætera facilius oſtendamus) conſtat eum temporibus fuiſſe
Domitiani principis: quem ſub nomine Neronis manifeſtiſſime ille nónunq̃ acriter inſecutus eſt: ut in ſaty-
ra Criſpini. Contra quem & Domitianum de luxuria & ingluuie aperte inuehit̃: licet ſub cognomine Ne-
ronis principem exprimat: quádo ait: Cũ iam ſemianimé laceraret flauius orbem Vltimus & caluo ſeruiret
roma neroni. De Domitiano locutus eſt: quem cóſtat ex domo flauia & caluũ fuiſſe. Et (ut longos ꝓceſſus
omittamus) hæc paucula: quæ infert Suetonius in uita Veſpaſiani id cóprobét. Ait enim: Rebellione trium
principum: & cæde incertú diu: & quaſi uagum imperiú ſuſcæpit: firmauitque tandem gens flauia obſcura
illa qdem ac ſine ullis maiorum imaginib⁹: tamen reipublicæ nequaq̃ pœnitenda: licet conſtet Domitianú
cupiditatis ac ſæuitiæ merito pœnas luiſſe. Ex quo de Domitiano loquens Martialis li. epigrámatũ. ix. inqt
Cum ianus hyemes domitianus autũnos:
Auguſtus annis commodabit æſtates:
Manebit altum flauiæ gentis decus.
Nam teſte Suetonio méſem octobris de ſuo nomine Domitianũ cognominari edixit. Fuit ergo Flaui⁹ Do-
mitianus: hoc eſt de gente flauia. Quin & ipſe idem Caluus Nero. Nam cũ ipſius Domitiani ſtaturam idem
Suetonius explicaret: & cũ toto corpore decétem fuiſſe: ac pulchrum oſtendiſſet ſubdit: Poſtea quoq; cal-
uitio deformis erat. Et ut parum infra pergit: Caluitio ita offendebat̃: ut cótumeliam ſuá traheret ſicui alii
ioco uel iurgio obiectaret̃. At manifeſte conſtat: Neronẽ illum ſextum imperatoré non fuiſſe de domo fla-
uia: nec caluum extitiſſe: ſed teſte Suetonio ſufflauo capillo: ita ut nec minima in eo caluities annotetur. At
uero Neronem eum uocauit Iuuenalis: uel ex ſimilitudine morum: uel per ironiam: cum Nero egregiam
præſtátemq; fortitudinem indicet: & ille teſte Suetonio laboris fuiſſet impatiens: nec pedibus per urbem
temere ambulaſſet. Nam nec Nero ſextus ille imperator: ſed Domitius nomine ꝓprio dictus fuit: qué Clau
dius Neronem uocitauit: poſtea q̃ eum in filium adoptauit. Itaq; teſte Gellio libro. xiii. noctium atticarum
Ex Claudiis (quos a ſabinis oriundos accæpimus) q orat egregia atq; præſtanti fortitudine Nero appellat⁹
eſt. Sed id ſabini accæpiſſe a græcis uident̃: qui uincula & firmamenta membrorum dicũt. Vnde nos quoq;
latine neruos appellamus. Non igitur in Neronem ſextum imperatoré: ſed in domitianũ Iuuenalis ſuo té-
pore regnanté inuexit. Sed ut rem ipſam ſatyricis uelamétis occulere: & ſolis eruditis ꝓpalare poſſet: pul-
cherrimo artificio in fine ſatyre: nónulla de Nerone & illius morte ſubtexuit. Nam cũ Montanus de rum-
bo ſentétiam coram Domitiano dixiſſet: ſuã ſubinfert poeta noſter: Vicit digna uiro ſentétia. nouerat ille
Luxuriam imperii ueteré. Nec dixit iperatoris: ſed imperii. Et ſuperaddés ueterem a Domitiano ad Nero-
nem rem tranſtulit. Quod & melius ꝑ id quoq; declarat: quod deinde ſubnectit: Nocteſq; neronis Iam me-
dias. Náq; (ut ipſe Suetoni⁹ refert) Nero epulas a medio die uſq; ad mediam nocté ꝓtrahebat. Et in uita Do
mitiani circa libri finé: Cóuiuabat̃ inquit Domitianus frequéter ac large: ſed pene raptim certe nó ultra ſo-
lis occaſum. Ex quo cóſtat non illũ túc quoq; de Domitiano: ſed de Nerone fuiſſe locutũ. Sed rurſus ut Do
mitiani cócilium diſſoluere ualeat: & de quo uoluerit intelligere ſubocculte oſtédat ſubdit: Surgit̃ & miſſo
ꝓceres exire iubentur. cóſilio. & reliqua: uſq; dum rem magis occultare intendens: ad Neroné ipm rediiſſe
potuit: quádo ait: Atq; utinam his poti⁹ nudis tota illa dediſſet Tempora ſæuitiæ claras qb⁹ abſtulit urbi Il-
luſtreſq; aías impune & uindice nullo. Quáq̃ & id idem de Domitiano intelligi ualeat: ut ex Suetonio ha-
beri pót. Et (ut quod ꝓmiſerat) de mortuis ſe poti⁹ ꝓſecuturum confeciſſe oſtendat: ſubnectit Neronis mor
tem dicens: Sed periit poſtq̃ cerdonibus eſſe timédus Cœperat: hoc é uilibus ꝑſonis: ut idé in ſatyra Stem-
mata quid faciunt: At uos troiugenæ uobis ignoſcitis: & quæ Turpia cerdoni uoleſos brutumq; decebant.
Idem & in. iii. ſatyra. Quis tecũ ſectile porrum Sutor: & elixi ueruecis labra comedit. Accæpit enim ſutorẽ
ꝓ quauis ꝑſona uili. Nam (ut oſtendit Cornelius Tacitus) plæbeios quoſq; ꝓſecut⁹ eſt: q urbis incendiũ ab
illo iuſſum affirmaſſent: qn & crudelibus illos afficiebat pœnis: qbus cũ ſic timendus eſſe cœperit captata:
opportunitate

opportunitate nobiles in euꝫ iurauerunt. Namq; cum a plæbeis ob ludos & ioculationes prius plurimum
amaret̃:timebant nobiles in eum aliqd attentare. Sed in Domitianũ pſeuerauit plæbis amor & deſiderium
etiã poſt illi⁹ peractam mortẽ dicente Suetonio circa operis ſui finẽ: Occiſum domitianũ populus indifferẽ
ter & miles grauiſſime tulit:ſtatimq; diuũ appellare conatus ẽ:parat⁹ & ulciſci duces. Quãobrem de Domi
tiano intelligere non potuit Iuue. Et hæc hactenus de Domitiano. Sed qd iam dicemus de Criſpino. Et cer
te eodem tpe cũ Iuuenale fuit & Martiale:in quẽ tamen ille nominãter & ꝓbroſe inuehere non formidauit
q̃q̃ & potentiſſimus eẽt in aula Domitiani. Quid eñi mordaci⁹ de illo dicere potuit:q̃ ꝙ mõſtrũ nulla uir-
tute redẽptum A uitiis:æger ſolaq; libidine fortis. Nemo malus fœlix minime corruptor & idem Incæſtus:
cum quo nuper uittata iacebat:Sanguine adhuc uiuo terrã ſubitura ſacerdos. & reliqua. Ad quem tamen
Martialis(qa ex primoribus erat)benigniſſime ſcribit dicens in li. epigrãmatum.
Sic placidum uideas ſemper criſpine tonantem.
Nec te roma minus:q̃ tua memphis amet.
Carmina parrhaſia ſi noſtra legentur in aula:
Nãq; ſolent ſacra cæſaris aure frui:
Dicere de nobis:ut lector candidus aude:
Temporibus præſtat:non nihil iſte tuis.
Nec marſo nimium minor eſt doctoq; catullo:
Hoc ſatis eſt. ipſi cætera mando deo.
De illo uero in prima ſatyra Iuuenalis dicere nõ curauit:Cum pars niliacæ plæbis cũ uerna canopi Criſpinus
de quo nos late in dictione creta ꝓ terra diximus. Qui & ſi de illo uera forſitan dixerit Iuue. cõtra leges ta-
men principis ægerat:q(ut uidimus)hæc de primoribus uiris ac fœminis dici ꝓhibuerat. Vnde ſecreto illuꝫ
has ſatyras ſcripſiſſe coniector:nec niſi amicis qbuſdam eo tpe oſtendiſſe:ut Quintiliano:Martiali:Vmbri
tio:& aliis nõnullis:in qbus ſe poſſe cõfidere iudicabat. Ob quam ſane cãm cum de poetis ſatyricis Quin-
tilianus ipſe in. vii. de inſtitutione oratoria loqueret̃:nomen Iuuenalis poetæ ſuppreſſit:de quo tamen ĩtelli
gens inquit:Sunt clari hodie:& q olim nominabunt̃. Oſtendiſſe etiã ſatyras Martiali: id epigrãma ĩdicare
uidetur:quod ad Iuuenalem ille idem Martialis li. xii. ſcripſit: ubi de primorum factis & dictis curioſuꝫ eũ
fuiſſe oſtendit:quod ſane tale eſt.
Cum tu forſitan inquietus erras
Clamoſa iuuenalis in ſubura:
Aut collem dominæ teris dianæ
Dum per limina te potentiorum
Subdatrix toga uentilat:uagumq;
Maior cælius & minor fatigant.
Me multos repetitas poſt decembres
Accæpit mea:ruſticumq; fecit:
Auro bilbilis & ſuperba ferro. Et reliqua. Quæ in eodẽ epigrãmate idem auctor proſequitur. Et i libro ſe-
ptimo:ad eundem Iuuenalem alio in epigrammate:quod tale eſt dixit:
De noſtro facunde tibi iuuenalis agello
Saturnalicias mittimus ecce nuces:
De Vmbritio uero:ꝙ ſatyras uiderit dubiũ nõ uidet̃. Immo & in nõnullis coadiutorẽ eum habuiſſe Iuue-
nalis ipſe oſtendit in fine tertiæ ſatyræ. Vbi poſt ea ipſa quæ in tota ſatyra Vmbritius locutus eſt:hæc quoq;
ad Iuuenalem iam ab eo diſcedens ſubdit:
Ergo uale noſtri memor. & quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet aquino:
Me quoq; ad eluinam cererem:ueſtramq; dianam:
Conuelle a cumis. ſatyrarum ego(ni pudet illas)
Adiutor gelidos ueniã caligatus in agros. Nec his ſolũ:ſed & aliis qbuſdam ſatyras ſuas oſtendiſſe ueriſimi
le eſt:e qbus nõnullos fallaces:atq; ꝓditores illum habuiſſe dicunt:q ut a Paride Pantomimo potentiſſimo
in aula Domitiani(in quẽ Iuue. inuexerat)gratiam captare poſſent: eos uerſus illi oſtẽdere non ſunt ueriti.
Quos in ſatyra:quæ incipit Et ſpes & ratio:huiuſmodi inſcripſit:
Curritur ad uocem iocundam & carmen amicæ.
Thebaidos lætam qum fecit ſtatius urbem.
Promiſitq; diem. tanta dulcedine captos
Afficit ille animos:tantaq; libidine uulgi
Auditur. ſed cum frægit ſubſellia uerſu:
Eſurit intactam paridi:ni uendat agauem.
Ille & militiæ multis largitur honorem.

Mutatis tantum pedibus numeriſque facetus.
Cuius ſane Lucilii ſeueritatē & libertatem Iuue. ipſe in fine primæ ſatyræ tetigit cum ait:
Enſe uelut ſtricto quotiens lucilius ardens
Infremuit. rubet auditor: cui frigida mens eſt
Criminibus. Ob quā ſane rem & maledicentiā nimiamq; libertatem fuit hoc comœdiarum genus romæ lege ꝓhibitum: ne potētiores urbis aliquādo offendi cōtingeret: qbus tacita ſudant præcordia culpa. Quare dicebat idem poeta: Vnde illa priorum ſcribendi quæcūq; aio flagrante liberet Simplicitas? cuius non audeo dicere nomen. ſ. libertatis: quæ adeo a ſuæ ætatis tyrāno ſuppreſſa fuerat: ut ne illius quidē nomē proferre liceret. Nā teſte Suetonio Domitianus: ſub cuius imperio Iuue. florere ac ſcribere contigit: ſcripta famoſa uulgoq; edita: quib9 primores uiri ac fœminæ notabant̃: aboleuit non ſine auctorū ignominia. Quā ob cām teſtatur ipſe Iuue. nolle ſe uiuos repræhendere: cum ſtatim adeſſet accuſator: qui nulla alia in re eū criminari curaret: q̃ q uerum dixerit. Sed (ut ait) Experiar qd concedatur in illos. Quorum flaminia tegit̃ cinis: atq; latina. Quæ. ſ. uiæ erant romæ: in qbus mortuorum cineres in ſepulchris cum ſuis titulis plurimū locabantur. Sed (ut mihi certiſſimum liquet) uſus fuit lepidiſſimus poeta præoccupatiōe: qua quod tacere ꝓmittit: pulcherrimo pandit artificio. Nam (ut cætera facilius oſtendamus) conſtat eum temporibus fuiſſe Domitiani principis: quem ſub nomine Neronis manifeſtiſſime ille nōnunq̃ acriter inſecutus eſt: ut in ſatyra Criſpini. Contra quem & Domitianum de luxuria & ingluuie aperte inuehit̃: licet ſub cognomine Neronis principem exprimat: quādo ait: Cū iam ſemianimē laceraret flauius orbem Vltimus & caluo ſeruiret roma neroni. De Domitiano locutus eſt: quem cōſtat ex domo flauia & caluū fuiſſe. Et (ut longos ꝓceſſus omittamus) hæc paucula: quæ infert Suetonius in uita Veſpaſiani id cōprobēt. Ait enim: Rebellione trium principum: & cæde incertū diu: & quaſi uagum imperiū ſuſcæpit: firmauitque tandem gens flauia obſcura illa qdem ac ſine ullis maiorum imaginib9: tamen reipublicæ nequaq̃ pœnitenda: licet conſtet Domitianū cupiditatis ac ſæuitiæ merito pœnas luiſſe. Ex quo de Domitiano loquens Martialis li. epigrāmatū. ix. inqt
Cum ianus hyemes domitianus autūnos:
Auguſtus annis commodabit æſtates:
Manebit altum flauiæ gentis decus.
Nam teſte Suetonio mēſem octobris de ſuo nomine Domitianū cognominari edixit. Fuit ergo Flaui9 Domitianus: hoc eſt de gente flauia. Quin & ipſe idem Caluus Nero. Nam cū ipſius Domitiani ſtaturam idem Suetonius explicaret: & cū toto corpore decētem fuiſſe: ac pulchrum oſtendiſſet ſubdit: Poſtea quoq; caluitio deformis erat. Et ut parum infra pergit: Caluitio ita offendebat̃: ut cōtumeliam ſuā traheret ſicui alii ioco uel iurgio obiectaret̃. At manifeſte conſtat: Neronē illum ſextum imperatorē non fuiſſe de domo flauia: nec caluum extitiſſe: ſed teſte Suetonio ſufflauo capillo: ita ut nec minima in eo caluities annotetur. At uero Neronem eum uocauit Iuuenalis: uel ex ſimilitudine morum: uel per ironiam: cum Nero egregiam præſtātemq; fortitudinem indicet: & ille teſte Suetonio laboris fuiſſet impatiens: nec pedibus per urbem temere ambulaſſet. Nam nec Nero ſextus ille imperator: ſed Domitius nomine ꝓprio dictus fuit: quē Claudius Neronem uocitauit: poſtea q̃ eum in filium adoptauit. Itaq; teſte Gellio libro. xiii. noctium atticarum Ex Claudiis (quos a ſabinis oriundos accæpimus) q orat egregia atq; præſtanti fortitudine Nero appellat9 eſt. Sed id ſabini accæpiſſe a græcis uident̃: qui uincula & firmamenta membrorum dicūt. Vnde nos quoq; latine neruos appellamus. Non igitur in Neronem ſextum imperatorē: ſed in domitianū Iuuenalis ſuo tēpore regnantē inuexit. Sed ut rem ipſam ſatyricis uelamētis occulere: & ſolis eruditis ꝓpalare poſſet: pulcherrimo artificio in fine ſatyre: nōnulla de Nerone & illius morte ſubtexuit. Nam cū Montanus de rumbo ſentētiam coram Domitiano dixiſſet: ſuā ſubinfert poeta noſter: Vicit digna uiro ſentētia. nouerat ille Luxuriam imperii ueterē. Nec dixit īperatoris: ſed imperii. Et ſuperaddēs ueterem a Domitiano ad Neronem rem tranſtulit. Quod & melius ꝑ id quoq; declarat: quod deinde ſubnectit: Noctesq; neronis iam medias. Nāq; (ut ipſe Suetoni9 refert) Nero epulas a medio die uſq; ad mediam noctē ꝓtrahebat. Et in uita Domitiani circa libri finē: Cōuiuabat̃ inquit Domitianus frequēter ac large: ſed pene raptim certe nō ultra ſolis occaſum. Ex quo cōſtat non illū tūc quoq; de Domitiano: ſed de Nerone fuiſſe locutū. Sed rurſus ut Domitiani cōcilium diſſoluere ualeat: & de quo uoluerit intelligere ſubocculte oſtēdat ſubdit: Surgit̃ & miſſo ꝓceres exire iubentur. cōſilio. & reliqua: uſq; dum rem magis occultare intendens: ad Neronē ipm rediiſſe potuit: quādo ait: Atq; utinam his poti9 nudis tota illa dediſſet Tempora ſæuitiæ claras qb9 abſtulit urbi illuſtreſq; aīas impune & uindice nullo. Quāq; & id idem de Domitiano intelligi ualeat: ut ex Suetonio haberi pōt. Et (ut quod ꝓmiſerat) de mortuis ſe poti9 ꝓſecuturum confeciſſe oſtendat: ſubnectit Neronis mortem dicens: Sed periit poſtq̃ cerdonibus eſſe timēdus Cœperat: hoc ē uilibus ꝑſonis: ut idē in ſatyra Stemmata quid faciunt: At uos troiugenæ uobis ignoſcitis: & quæ Turpia cerdoni uoleſos brutumq; decebant. Idem & in. iii. ſatyra. Quis tecū ſectile porrum Sutor: & elixi ueruecis labra comedit. Accæpit enim ſutorē ꝓ quauis ꝑſona uili. Nam (ut oſtendit Cornelius Tacitus) plæbeios quoſq; ꝑſecut9 eſt: q urbis incendiū ab illo iuſſum affirmaſſent: qu & crudelibus illos afficiebat pœnis: qbus cū ſic timendus eſſe cœperit captata

opportunitate

opportunitate nobiles in euꝫ iurauerunt. Namq; cum a plæbeis ob ludos & ioculationes prius plurimum amaret̃:timebant nobiles in eum aliqd attentare. Sed in Domitianũ pſeuerauit plæbis amor & deſiderium etiã poſt illi⁹ peractam mortẽ dicente Suetonio circa operis ſui finẽ: Occiſum domitianũ populus indifferẽter & miles grauiſſime tulit:ſtatimq; diuũ appellare conatus ẽ:parat⁹ & ulciſci duces. Quãobrem de Domitiano intelligere non potuit Iuue. Et hæc hactenus de Domitiano. Sed qd iam dicemus de Criſpino. Et certe eodem tpe cũ Iuuenale fuit & Martiale:in quẽ tamen ille nominãter & ꝓbroſe inuehere non formidauit q̃q̃ & potentiſſimus eẽt in aula Domitiani. Quid enĩ mordaci⁹ de illo dicere potuit:q̃ꝗ ꝙ mõſtrũ nulla uirtute redẽptum A uitiis:æger ſolaq; libidine fortis. Nemo malus fœlix minime corruptor & idem Inceſtus: cum quo nuper uittata iacebat:Sanguine adhuc uiuo terrã ſubitura ſacerdos. & reliqua. Ad quem tamen Martialis (qa ex primoribus erat) benigniſſime ſcribit dicens in li. epigrãmatum.

Sic placidum uideas ſemper criſpine tonantem.
Nec te roma minus:q̃ꝗ tua memphis amet.
Carmina parrhaſia ſi noſtra legentur in aula:
Nãq; ſolent ſacra cæſaris aure frui:
Dicere de nobis:ut lector candidus aude:
Temporibus præſtat:non nihil iſte tuis.
Nec marſo nimium minor eſt doctoq; catullo:
Hoc ſatis eſt. ipſi cætera mando deo.

De illo uero in prima ſatyra Iuuenalis dicere nõ curauit: Cum ps niliacæ plæbis cũ uerna canopi Criſpinus de quo nos late in dictione creta ꝓ terra diximus. Qui & ſi de illo uera forſitan dixerit Iuue. cõtra leges tamen principis ægerat:q (ut uidimus) hæc de primoribus uiris ac fœminis dici ꝓhibuerat. Vnde ſecreto illuꝫ has ſatyras ſcripſiſſe coniector:nec niſi amicis qbuſdam eo tpe oſtendiſſe:ut Quintiliano: Martiali: Vmbritio:& aliis nõnullis:in qbus ſe poſſe cõfidere iudicabat. Ob quam ſane cãm cum de poetis ſatyricis Quintilianus ipſe in. vii. de inſtitutione oratoria loqueret̃:nomen Iuuenalis poetæ ſuppreſſit:de quo tamen ĩtelligens inquit: Sunt clari hodie:& q olim nominabunt̃. Oſtendiſſe etiã ſatyras Martiali: id epigrãma ĩdicare uidetur:quod ad Iuuenalem ille idem Martialis li. xii. ſcripſit: ubi de primorum factis & dictis curioſuꝫ eũ fuiſſe oſtendit:quod ſane tale eſt.

Cum tu forſitan inquietus erras
Clamoſa iuuenalis in ſubura:
Aut collem dominæ teris dianæ
Dum per limina te potentiorum
Subdatrix toga uentilat:uagumq;
Maior cælius & minor fatigant.
Me multos repetitas poſt decembres
Accæpit mea:ruſticumq; fecit:
Auro bilbilis & ſuperba ferro.

Et reliqua. Quæ in eodẽ epigrãmate idem auctor proſequitur. Et ĩ libro ſeptimo:ad eundem Iuuenalem alio in epigrammate:quod tale eſt dixit:

De noſtro facunde tibi iuuenalis agello
Saturnalicias mittimus ecce nuces:

De Vmbritio uero:ꝙ ſatyras uiderit dubiũ nõ uidet̃. Immo & in nõnullis coadiutorẽ eum habuiſſe Iuuenalis ipſe oſtendit in fine tertiæ ſatyræ. Vbi poſt ea ipſa quæ in tota ſatyra Vmbritius locutus eſt:hæc quoq; ad Iuuenalem iam ab eo diſcedens ſubdit:

Ergo uale noſtri memor. & quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet aquino:
Me quoq; ad eluinam cererem:ueſtramq; dianam:
Conuelle a cumis. ſatyrarum ego (ni pudet illas)
Adiutor gelidos ueniã caligatus in agros.

Nec his ſolũ:ſed & aliis qbuſdam ſatyras ſuas oſtendiſſe ueriſimile eſt:e qbus nõnullos fallaces:atq; ꝓditores illum habuiſſe dicunt:q ut a Paride Pantomimo potentiſſimo in aula Domitiani (in quẽ Iuue. inuexerat) gratiam captare poſſent: eos uerſus illi oſtẽdere non ſunt ueriti. Quos in ſatyra:quæ incipit Et ſpes & ratio:huiuſmodi inſcripſit:

Curritur ad uocem iocundam & carmen amicæ.
Thebaidos lætam qum fecit ſtatius urbem.
Promiſitq; diem. tanta dulcedine captos
Afficit ille animos:tantaq; libidine uulgi
Auditur. ſed cum fręgit ſubſellia uerſu:
Eſurit intactam paridi:ni uendat agauem.
Ille & militiæ multis largitur honorem.

Semeſtri uatum digitos circũligat auro.
Quod non dant ꝓceres:dabit iſtrio.tu camerinos.
Et barcas:tu nobilium magna atria curas.
Præfectos pelopea facit philomena tribunos.
Haud tamen inuideas uati:quem pulpita paſcunt.

Quos uerſus cum legiſſet Paris dolore intrinſecus concæpto:curauit Iuuenalem ſub nomine dignitatis ab urbe depellere.Et nihil de ſatyra ſe legiſſe oſtendens:præfecturã illi militũ in ægyptũ a Domitiano dari curauit.Qua ſaine adepta:& corruptã militarem oẽm diſciplinã conſpiciẽs:ſe cõtinere non ualuit:quin in caſtrenſes ante diſceſſum e roma(ut nõnulli ferũt)puam ſatyrã inſcriberet quæ incipit:Quis numerare queat fœlicis premia galle Militiæ.In ægyptum deinde ꝑgens:aliam de ſupſtitionibus ægyptiorũ ibidẽ ſcripſiſſe conſtat:quæ incipit: Quis neſcit uoluſi bithynice.Sed ſtatim artificio Paridis a dignitate deiect⁹:rem ipſaꝫ dinoſcens:ac decæptum ſe uidens:moleſtiis deuictus interiit.Poſt quem paucis admodum diebus Paridem romæ deceſiſſe dicunt:Cui epitaphium hoc Martialis inſcripſit.

Quiſqs flamineam teris uiator:
Noli nobile præterire marmor:
Verbis delitiæ:ſaleſq; nili:
Ars & gratia:riſus & uoluptas:
Romani decus ac honor theatri:
Atq; omnes ueneres cupidineſq;:
Hoc ſunt cõdita quo paris ſepulchro.

Quis ergo non uideat Iuuenalem homines ſuo tempore uiuentes ex induſtria inuaſiſſe?& nec potẽtioribus pepercíſſe.Quin & ex minoribus ſiqs diligẽter inſpicere uelit:nemi nem inſequi aut aliũ quẽuis mõ aliquo nominare:in quẽ & Martialis ipſe nõ ſcripſerit:uel de illo uel aliquo in loco meminerit.Nã ſummouet̃ Iuuenalis ad ſcribẽdum ſatyram:Quod meuia tuſcũ Figat aprum:nuda teneat uenabula mãma.ad quam Martialis li.iiii.Dum nõ uis leporẽ:dũ nõ uis carpere mullos:Et pluſq̃ patri meuia parcis apro.Et reliqua.Non põt etiã tam patiens eẽ Iuuenalis nõ tam ferreus:ut ab ſcribẽdo ſatyram teneat ſe:Cauſidici noua cũ ueniat lectica mathonis Plena ipſo:hoc eſt uel nouiter facta:qa ex turpi ſeruitio iam tũ ad cauſidicandũ ſe contulerat:uel admirabilis & egregia.ut Virgilius i bucolico: Pollio & ipſe facit noua carmina.i.eximia & admiranda.Ad quẽ & Martialis in.x.epigrãmatum li.ſic inqt:Oia uis belle matho dicere dic aliquãdo Et bene:dic neutrũ:dic aliquãdo male.Et li.xi.ad eundem ait: Parua rogas magnos:ſed nõ dant hæc quoq; magni:Vt pudeat leuius tu matho magna roga. Quid ꝙ nomẽ delatoris ſeu accuſatoris cuiuſdam magni amici ipſe Iuuenalis ſubticet:& illũ ex nominib⁹ eorum quos etiã accuſauit cognoſcẽdum oſtendit hominib⁹ eius tpis.Et ut qdam ferunt fuit Heliodorus Domitiani libertus:q cum cito rapturus eẽt qcquid ſupererat de nobilitate iam ab aliis uorata libertis timebat̃ a Maſſa:& munere palpabatur a Caro ſimiliter uiro nobili: ad quem iam ꝓſcriptũ Martialis ſcribẽs ait:Care parectonias latias non rite ꝑ urbes Nobilis:& centũ dux memorande uiris.Et reliqua plura:quib⁹ oſtendit eũ iam exulem eſſe: & bona ꝑdidiſſe.Nam ait Plinius circa finẽ libri.xxxv.Iam non ẽ enumerare libertos ex ſanguine qritũ: & ꝓſcriptionum licẽtia iam ditatos:ut late uidimus in dictiõe creta.Quid ꝙ a nõnullis ob timorẽ uxor illi ſummittebat̃.Et ne uero nomẽ oppreſſorũ ignominiam Iuue.exprimat:fictis nominib⁹ ioculatorũ quorũdam ſeu deriſorũ id triumphis rem illã ipſe pãdit cũ ait:Et a trepido timele ſummiſſa latino.Sed de uero Latino & uera Timele ait Martialis ad Domitianũ in quodam epigrãmate:Conſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi Materiam dictis nec pudet eẽ ducẽ:Quam timelem ſpectas deriſoreq; latinũ:Illa fronte precor carmina noſtra legas.Quin & eadem figura uſus ẽ in ſatyra Stẽmata qd faciunt: qum dixit: Morteꝫ ſic quiſq̃ exhorruit:qs ita mortem ut ſit uxoris zelotypus:& ſic ſimilis ſtupido latino.hoc ẽ uiro ita mortẽ timenti ut uxorem quã ſumme amare contigerat:ꝓ euadenda morte Heliodoro:aut cuius alii ſummittere nõ curaret q̃ſi dicat poti⁹ mortem eligere debes:q̃ rem adeo turpẽ ꝑpetrare.Sed nec id quoq; ſibi ꝓfuit.Nec ꝓfuit Poſthumũ uirũ alium peſſimũ totiens ſub ciſta locare: ut eo inſcio uxorem Timele audire uideret̃. Quin tandem ab illo uel quouis alio ob ſuas diuitias accuſatus & ꝓſcript⁹ fuerit:dicẽte eodeꝫ Iuuenale ad Poſthumũ in ſatyra Credo pudiciciam:Quem totiẽs texit perituri ciſta latini.hoc ẽ qa nec illi ſua ciſta ꝓfuit.At ad Poſthumũ ait Martialis in principio epigrãmatum.iii.Occurris quocũq; loco mihi poſthume clamas Protin⁹ & prima ẽ uox tua:dic qd agis?Hoc ſi me decies una cõueneris hora Dicis habes puto nil poſthu tunc quid agas.Verũ & ipſa eadem qua diximus figura:iterum Iuue.in eadem prima ſatyra uſus ẽ:qũ de Galla loquit̃ Nã cum ſe prius ſubmoueri dixerit:ab his q teſtamenta merent̃ noctib⁹:& ab his quos in cæluꝫ euehit optima ſummi Nũc uia ꝓceſſus uetulæ ueſica beatæ.i.illius aulicæ Neronis libertæ de qua uidimus in dictiõe paticus:quæ ob id quoq; initia dedit Othoni ꝓgredi ad imperiũ:ut ibidẽ late declarauimus.Ira deinde excãdeſcit in quẽdam pupilli ſpoliatorem:cui⁹ nomen & ꝓpriam hiſtoriaꝫ ob deperdita antiqua uolumina nõdum cõperire ualui.Et frui illum iratis diis ꝑ comparationẽ Marii oſtendit:eo ꝙ ſola infamia notat⁹ fuerat & ſic dãnatus inani iudicio:Quid cæi ſaluis infamia nũmis? Nãq; ueluti Marius tꝑe Syllæ deductus anteq̃

ab Hiemſale numidarum rege (ut tetigimus in dictione minturnæ) auxilia in patriam colligere poſſet: uoluptatibus frena laxauit. & ab octaua diei hora: cõtra romanã conſuetudinẽ: iuxta numidarum ritum ꝓ libito bibebat & epulabat̃: atq; ita quoq; iratis diis fruebat̃: ut apud Senecam in Hercule furente: q a Iunone coact⁹ ad domitãda ꝑ orbem monſtra: ex quibus ſemper gloriã reportabat: ut illa inquit: Itaq; noſtra fruit̃. In laudes ſuas mea uertit odia: dũ nimis ſæua impero. Sic ſpoliator ille ac ꝓſtrator pupilli notatus ſaluis infamia nũmis diis iratis ob eam notam fruebat̃: qa pecuniis ſaluis in uoluptates ꝓ libito laxabat̃: & ꝑ urbem gradiens ſeruorum gregib⁹ populũ comprimebat. Et alia cũ narrauerit: quæ in diuerſis dictionib⁹ explicauimus ad illum deinde conuertit̃: q denſiſſima lectica: uel ex lignoruꝫ ſtrue & compagine: uel ſeruorũ multitudine uxorem pregnãtem: uel lãguidam circũducebat: ac quadrantes centũ ꝓ illius impenſis mẽdicatim poſtulabat. Eſt enim quadrans quarta pars aſſis ideſt romanæ libræ: ut uidebimus in dictione talentũ. Et ad illum ſimiliter q oſtendens uacuam & clauſam ꝓ coniuge ſellaꝫ: Galla mea ẽ inquit. Et ſic priori figura utitur: ut nomine uilis mulieris illos quoſcũq; repræhendere poſſit: q ſimilia cũ uxoribus ꝑpetrabant. De Galla uero & Martialis ipſe meminit in .ix. epigrãmatum li. cũ ait: Funera poſt ſeptem nupſit tibi galla uirorum Picentine ſequi uult puto galla uiros. Et in eodem li. de eadem: Auriolis futui cum poſſit galla duobus: Et pluſq; futui: ſi totidem addideris. Aureolos a te cur accipit æſchyle denos? Et reliqua: quæ ꝓſequit̃. Sed ne nimium digrediar: libet ad hui⁹ primæ ſatyræ introductionem redire. Cui⁹ ſenſus præ cæteris difficillim⁹ eſſe uidet̃: & mẽtem lepidiſſimi poetæ indicare curabo: ac nonnulla illius uariis in locis obſcuriſſima cõtingam: quæ in aliis horũ cõmentariorũ libris non tetigimus: quæ ꝓ poſſe explanare curabo. Incedit igit̃ hac uia in ipſa prima ſatyra Iuue. primo ſe aliqd debere ſcribere oſtendit: & cum hucuſq; nil ſcripſerit: dignum eſſe repræhenſiõe. Qui tãetſi uere ſit diſciplinæ ignorãs: neceſſum tamẽ eſt ea optime nouiſſe: quæ a maximo minimoq; poeta ferũtur: cũ ea quoq; & ſemper audiuerit: & nec aliis aliud ſcribere tẽtauerit: q̃re repræhendendus uenit: quod ſemper auditor fuerit: & nunq̃ ſcriptor. Quãobrem iam aliqd ſcribere intendẽs: oſtẽdit ſecũdo ſe ex multis concitũ malle ſatyrã q̃ aliud poema deſcribere: & illo decurrere campo: ꝑ quẽ magnus equos aruncæ flexit alũnus. i. Lucilius: q fuit ex arunca: & primus apud latinos ſatyrã ſcripſit. Et cũ cõcitantia rettulit: ꝓbat tertio ea magis uenuſina digna lucerna: hoc eſt ſtudiis & laboribus ac uigiliis Horatii: q̃ alia poemata: quæ ab aliis paſſim ſcribunt̃: & maxime cum ſuæ uxoris marit⁹ ſit leno: & ſolus accipiat mœchi bona: nec ſit accipiendi ius ullum uxori: & alia quæ elegantiſſime ꝓſequit̃ adeo turpia. Quod ſi natura negat: facit indignatio uerſum. Quarto oſtendit quænam eſſe debeat aut poſſit ſatyræ ſuæ materia. Quinto materiã ipſam ſatyræ copioſiorem ſuo tpe eſſe oſtendit: q̃ retroacto fuerit tpe. Quod cũ multis exemplis monſtrauerit: oſtendit ſubſequẽter nil futurũ eſſe. Quod noſtris moribus addat Poſteritas: & quod omne uitium ad ſummũ uenit: nec amplius aſcendere ualeat: & quod eadeꝫ facient cupientq; minores. Sexto modũ oſtendit quem in ſua ſatyra conſcribenda obſeruare poterit etiã ſi aliquis dicat: Hic forſitan unde ingeniũ par materiæ ẽ. Sed hoc ueluti diſſolutum reliquit: qa facit indignatio uerſum Qualẽcũq; poteſt Et ſiquis iterum dicat: Vnde illa priorum poetarum ſatyricorũ ſcribendi quodcũq; animo flagrãte liberet Simplicitas? Reſpondet idem illam non eſſe: ſed dimiſſurum ſe uiuentes & potẽtes: ac experiri uelle: Quid concedat̃ in illos: Quorum flaminea tegit̃ cinis atq; latina. Et præoccupatione uſus in uiuentes ac urbis primores inuehit: ut oſtendimus. Dicit ergo interrogatiue primũ contra ſeipſm inuehẽs: Semper ego auditor tantum. hoc ẽ ne ego unq̃ ceſſabo audire? Nunq̃ ne reponã. hoc eſt nunq̃ ne aliqd ſcribam? uel ea quæ audiui uel alia? Vexatus totiens rauci rheſeide codri. Sane in uerbo repono uim græcaꝫ obſeruauit: ut Homerus: ἐπιγούνασι θῆκα ideſt poſui: hoc eſt ſcripſi. Nam ſic quoq; apud poetas græcos id uerbuꝫ ſignificat. Quod & noſtri poetæ ſimiliter obſeruauere. Perſius ĩ prima ſatyra: Ecce modo heroas ſenſus afferre uidemus: Nugari ſolitos græce nec ponere lucum Artifices. i. ſcribere Simili modo repono. ut Martialis ad Iuuenalem libro. xii. epigrãmatum: Et totum mihi nũc repono q̃cquid tardos euigilaueram ꝑ ãnos. Repono dixit ꝓ ſcribo. Horatius in poetria: Aut famam ſequere: aut ſibi cõuenientia finge Scriptor honoratũ ſi forte reponis achillem. i. ſcribis. Nec id ſolum deſignare depræhendimus. ut Virgilius in li. georgicorum. iii. Non illis epulæ nocuere repoſtæ. i. delicatæ ſeu ſeruatæ: ut exponit Seruius. Et primo æneidos: Manet alta mente repoſtum. i. infixum & collocatum iudicium Paridis. Et in. iiii. Stratiſq; reponũt. i. collocant. Et ĩ eodem libro: Ariſq; reponimus ignem. i. iterum ponimus. At uero impono idem eſt quod decipio: ut quis ſe deo putet poſſe imponere. i. deum decipere. Et ſubdit poſtea noſter: Totiens uexatus. i. totiens audiẽdo repercuſſus. de quo uerbo Gellius & Macrobius plura dixere. Theſeide. i. fabula de Theſeo recitata: quaꝫ in dictione Theſeus explicabimus. Rauci codri. i. poetæ illius: qui ob aſſiduam recitationẽ raucus effect⁹ erat. Ouidius circa finem libri quarti metamorphoſeon: Raucaq; garrulitas ſtudiũq; immane loquẽdi. Erat aũt Codrus poeta pauperculus: quem pulpita paſcebant. Iuue. in. iii. ſatyra.

Lectus erat codro procula minor urceoli ſex
Ornamentum abaci. necnon & paruulus infra
Cantarus: & recubans ſub eodem marmore chiron:
Iamq; uetus græcos ſeruabat ciſta libellos.

Et diuina opici rodebant carmina mures.
Et Martialis libro epigrãmatum quarto:
Plus credat nemo q̃ tota codrus in urbe
Cum ſit tam pauper: quomodo cæcus habet.
Et ſubſeqtur Iuuenalis dicens:
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas. hoc ẽ ſine aliquo effectu recitauerit mihi ille togatas? ut nec ali-
qd hauſiſſe uidear: cũ non ſimiliter ego aliqd ſcribã. Nam impune quoq; commune eſt uocabulũ: nec tan-
tum ad hoc quod eſt ſine pœna: quãtum ad omnem effectum referri conſueuerat: ut eſt illud Apulegii: Im-
pune capitoliũ aſcendi cum nemo eſſet: q ſententiam diceret. Et eſt togata comœdiæ genus: qua ſolum ro-
manorum uitia & communia narrabant. In quibꝰ teſte Quintiliano Affraniꝰ excelluit: q (ut ait) utinam non
inquinaſſet argumenta puerorũ fœdis amoribꝰ mores ſuos faſſus. Nec hoc loco ait Iuuenalis mihi: ut ex cõ
memoratione perſonæ propriæ rem faciat gratiorem: quæ pluribꝰ competere poterat. ut Virgiliꝰ libro ge-
orgicorum primo: Non illa quiſq̃ me nocte per altum Ire aut a terra moneat conuellere funem. Sed ad ſe-
ipm ſpecialiter tale quid refert poeta: ut oſtendimus. Et ſubdit Hic elegos. de quibꝰ uidimus in dictione ele
gia. Impune diem conſumpſerit ingens Telephus. hoc eſt ſine aliquo effectu: ut ſcilicet ego nihil didicerim
& propter hoc nihil ſcribere debeam. Ille alius recitauerit mihi grande poema de Telepho: in cuiꝰ recitatio
ne diem conſumpſerit. de quo in dictiõe Telephus oſtendemꝰ. Quid quod nec minus ingentia recitant de
Oreſte poemata: & nihil ego ſcribere audeam. Et tamen reſtent de illo plura cũ Scriptꝰ & in tergo nec dũ
finitus oreſtes. Nam ut uidimus in dictione Oreſtes: præbebat ille materiam omnibꝰ ſcribere aliquid uolen
tibus. Ideo ait Virgiliꝰ in. iiii. æneidos: Aut Agamemnoniꝰ ſcænis agitatus oreſtes. Et dixit tergo: hoc eſt ex-
teriori parte membranæ. Nam conſueuerũt ut plurimum antiqui poemata aut orationes: quas aliis recita-
re uolebant: in rotulis deferre. ut idem Iuuenalis: Duo cæſaris anticatones. & hoc qa facile & ſine temporis
interruptõe illos explicabant & replicabant. Vnde & uolumina dicta puto. Tergũ autem erat pars exterior
ipſiꝰ membranæ: ut Virgiliꝰ in. iii. georgicorũ: Vndiq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes. In qua & Oreſtes
etiam ſcriptus erat: cum ab interiori capi non potuiſſet. Sed in ipa exteriori etiam deſcriptus nondum fini-
tus erat. Accipit & nõnunq̃ tergum pro toto animalis corio: ut Virgiliꝰ in primo æneidos: Taurino q̃tum
poſſet circũdare tergo. Et in primo georgicorũ pro ultima rei alicuiꝰ parte idem poeta expreſſit cum dixit:
Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat imos. Cum ergo tanta audiuerim: & tanto tempore: ꝙ ueriſimile ſit
me ea optime accæpiſſe & noſſe: ita ut nulli magis ſit ſua nota domus: q̃ hæc ipa mihi. & nihil ego ſcribo:
uenio merito repræhendendus. ideo ait: Nota magis nulli domus eſt ſua q̃ mihi lucus Martis. & reliqua.
Sane hũc locum omnes quos legi ineptiſſime exponũt: dicentes ipſum Iuuenalem profiteri ſe utranq; phi-
loſophiam naturalem ſcilicet & moralem: tartariq; & occultarum rerum noticiam dilucide adeptũ fuiſſe
Cum Vulcani antrum & uentorum qualitates ac pœnarũ apud tartareos differentias ſe ſcire proponat. Et
ſic quod ille ad fabulas: hi ad altam perſcrutationem & ſapientiam referunt. Quod utiq; ineptiſſimum eſt:
& contra intentionem eiꝰ: ac ſatyricum morem: manifeſtiſſime comprobat. Neq; eniꝫ poetas quoſdã alios
de ineptia & arrogantia occulte damnãs: in hæc eadem uitia ipe incidiſſet. Nec ſe ſane ſapientem: ſed potiꝰ
ignorantem declarare intendit cum dicat: Si natura negat: facit indignatio uerſum. Qualemcũq; poteſt.
Similiter Perſiꝰ: Nec fonte labra prolui caballino. Nec in bicipiti ſomniaſſe parnaſo Memini me: ut ſic re-
pente poeta & doctus & indoctꝰ ſcribat: & ea ſolum quæ iam iã mihi ita innoteſcunt: ut nulli alii nota ſit ma
gis domus ſua. Cur & non ego etiam (tametſi indoctus ſim) aliquid: quãuis periturum ſcribã? magis q̃ ſem
per audire debeam? Quod uero illa quæ quotidie poetæ illi proclamant ſibi nota eſſe debeant: hac cõpro-
bat ratione: quæ omnem abiicit arrogantiam Platani Frontonis: hoc eſt quæ in domibꝰ ſunt Frontonis. nec
non & eiuſdem domus columnæ crebra recitatione confractæ: eius nomini omnia referunt & reclamãt: qn
& marmorea ſedilia mea aſſidua ſeſſione conuulſa: id idem retũdunt. Ac ipa eadem: quæ illi dicunt ſe ſcire
deſignant. Cur & non ego q ſemper auditor fui: iſta etiam optime pernoſcere debeam? Rurſus & quod iter
poetas indoctos: & non inter doctos: cõnumerari habeat: duabus rationibꝰ explicat. Prima qa manum feru
læ ſubduximus: hoc eſt ueræ diſciplinæ ſubtraxit. Nam ſic poetæ frequenter pro diſciplina ferulam aſſum-
pſere ut oſtendimus. Secũda eſt cauſa quia conſilium ipe dedit Syllæ: priuatus ut altum dormiret. De quo
Cæſar teſte Suetonio neſciuiſſe illum litteras dixit: qa dictaturam depoſuit. Sed qa id multo fortius de illo
intelligi debuit: qui ei ignauum hoc conſilium præſtitit: ut aliquid prouerbium ferre uidebat. quare ſi Iu-
uenalis eiuſmodi illi conſilium dedit: longe magis & inter indoctos uidebatur cõnumerandus: q̃ ipſe Sylla
indoctꝰ dici debuit. Cũ ergo ea ſolũ quæ optiẽ cognoſcere potuit: a ſummo minimoq; poeta ſcribant: ſtul-
tũ uidet ob id ſe ab ſcribẽdo cõtinere: quia periturũ quod ſcriberet eſſet opꝰ: cũ nullũ eo tpe ſcriberet opus
quod nõ utiq; periturũ eẽt. Ait ergo ſic poeta lepidiſſimꝰ: Nota magis nulli domꝰ eſt ſua: q̃ mihi lucꝰ Mar
tis: hoc eſt Marti romæ conſecratus. qa teſte Iuſtino in ultimo ſuorum epitomatum libro in illo Rhea numi
toris filia duos pueros (incertum ſtupro an Marte conceptos) enixa eſt. Cũ ergo lucꝰ ipe quotidie a poetis
agitaretur: & illorum ipe poeta noſter ſemper auditor fuerit: conſequens erat (ut probabit) id quoq; pfecte

ſibi innoteſcere. Quin & Aeoliis uicinum rupibus antrum Vulcani: ſcilicet & ei notum. Nam ab ætna mon-
te per ſubterraneos ſpecus uſque in hieram inſulam antrum eſſe perhibetur: quod Vulcano ſacrum dicit᷑.
Virgilius in. viii. æneidos:
Inſula ſicanium iuxta latus. æoliamq;
Erigitur liparem: fumantibus ardua ſaxis:
Quam ſubter ſpecus: & cyclopum exeſa caminis
Antra ætnea tonant: ualidiſq; incudibus ictus.
Ideo ait antrum illud uicinum rupibus æoliis: quia eſt ab ætna in hieram inſulam iuxta latus ſicanium & iu-
xta liparem atq; ſtrongylem: ubi regnum fuit Aeoli: ut late uidimus in dictione æolia: & in aliis dictionib⁹.
Nulli ergo eſt ita nota domus ſua: ut mihi antrum Vulcani: hoc eſt omnes fabulæ: quæ de antro Vulcani ab
hiſce poetis recitantur. Quicquid agunt uenti: hoc eſt uel ab Aeolo compreſſi: uel ad aliquid exequendum
iuſſi. ut hi: ſcilicet poetæ fabulantur: mihi cognitum eſt: Quas torqueat umbras æacus: qui Iouis fuit filius
ex Aegina. & apud inferos cum Rhadamanto & Minoe conſtitutus iudex dicitur: ut in ſua dictione uidim⁹
Vnde alius furtiue deuehat aurum Pelliculæ: hoc eſt omnes Iaſonis fabulæ: quæ illum pelliculam auream
ex colchide deduxiſſe loquũtur mihi probe innoteſcunt. Quin & quantas iaculetur monychus ornos: ut i
ea dictione uidimus. Sed ꝙ hæc omnia ipſe ſcire deſciderat: per rationem a minori ſumptam comprobat.
Nam ſic hæc ipſa Frontonis Platani conuulſaq; marmora clamãt ſemper: & proloquũtur. Et aſſiduo ruptæ
lectore columnæ: ut Virgilius in quarto georgicorum: Et cantu querulæ rumpunt arbuſta cicadæ. Quid
ego obtuſior ne ſum marmoribus? Et platanis? quaſi dicat: & ſi talia hæc ipſa ſciunt: multo magis & ego ra-
tionis capax: & ſimili modo ſemper auditor eadem ſcire debeo. Nec intelligere uoluit Iuuenalis: ut omnes
exponere cõſueuerũt: Frontonem illum eundem fuiſſe poetam: qui in propria & tam egregia domo eiuſ-
modi poemata recitaſſet: cum in ſequentibus oſtẽdat ſui temporis poetas pauperrimos eſſe: nec ſimiles ha-
bere domos: in quibus ſunt porticus columnæ & platani. Sed (ut idem oſtendit in ſatyra quæ icipit Et ſpes
& ratio) Romani diuites cum iam nihil prorſus poetis conferrent: ædes tamen commodare ſolebant: ut in
illis ſaltem recitare poemata poſſent: ut in ea ſatyra ad Teleſinum pauperem & egregium poetam inquit:
Didicit iam diues auarus:
Tantum admirari tantum laudare diſertos:
Vt pueri iunonis auem. & ſubdit: At ſi dulcedine famæ
Succenſus recites: maculonus commodat ædes: Ac longe ferrata domus ſeruire iubet᷑. In quã ſollicitas imi-
tatur ianua portas. Et reliqua: quæ proſequitur. Vnde ſimili modo nobilis hic Fronto poetis egregias do-
mos pro poematum recitatione præſtabat. Ad quem Martialis in epigrãmatib⁹ ſcribit dicens: Vota tui bre
uiter ſi uis cognoſcere marci: Clarum militiæ fronto togæq; decus. Cum ergo nõ alia poemata a docto uel
indocto poeta ſcribantur: q̃ quæ rettulimus: & in his omnes diuerſentur. Nam (ut inquit) Expectes eadem
a ſummo minimoq; poeta: quid amplius reſtat? niſi ꝙ & ego aliquid ſcribere debeam? q̃q̃ indoctus ſim &
ignorans. Quod ex hoc comprobat dicens: Et nos ergo manuꝫ ferulæ ſubduximus: hoc eſt quonam pacto
doctus eſſe ualeo: qui manum a ferula: hoc eſt diſciplina ſubtraxi. & poti⁹ præfatas nugas & fabulas audire
uolumus: q̃ ſub ferula perſiſtere. Nam tranſlationem duxit ab eo: qui cum manum ferulæ præbet: ſe diſci-
plinæ ſubiectum oſtendit. Eſt enim ferula flagelli genus quo puerorum manus uapulare conſueuerũt. Ho-
ratius in ſermonibus: Nam ut ferula cædas meritum maiora ſubire. Sed hic pro diſciplina accæpit: ut ſimi-
liter obſeruauit: ac intellexit noſter Carolus arretinus cum ait ad Cyriacũ: Ignorant docti cauſas: querũtq;
frequenter: Vnde tibi eloquium copia tanta tibi eſt?
Nec certe immerito: cum nil didiciſſe magiſtro.
Dicas & ferulæ ſurripuiſſe manum. Probat & alia ratione Iuuenalis ſe inter indoctos connumerãdum eſſe
cum ait. Et nos conſilium dedimus ſyllæ priuatus ut altum Dormiret: hoc eſt ut abſq; grauibus dictaturæ
curis quieſceret. Virgilius in. iii. georgicorum: Nec ſomnos abrumpit cura quietos. At quia ob hoc quod
dictaturæ renuntiauit: dictus fuit neſciſſe litteras: multo magis ego qui id quoq; illi conſilium dedi neſcire
litteras dici mereor. Et hæc dicta quidem ſufficiant pro explanatione difficillimi loci: & introductõe ad pri
mam ſatyraꝫ nobilis poetæ Iuuenalis. Cætera uero quæ difficilia uidentur diuerſis in dictionibus horũ cõ-
mentariorum pro noſtra facultate explanare conabimur. Nec id ſane formido quod nõnulli uaticinari ui-
dentur futuros quoſdam: qui commentariola quædam ex his noſtris commentariis diuerſos in poetas ſine
honore noſtro traducere: ac quæ noſtra ſunt ſibi arrogare non uerebuntur. Ego eni quoſq; ſimiles parui-
pendo. ſuo enim illi mendacio & furto detecti erubeſcent: modo amicis pro mea uirili ſatiſfaciam. hæc ha-
ctenus. Verum & nonnulla in hac ſatyra reſtant: ac in aliis quibuſdam deinceps ſatyris: quæ ex amiſſorum
librorum defectu nunq̃ plene intelligere ualui: ut quis ille fuerit de quo ſupra meminimus: qui pupillum
expoliauit: & proſtituit. Quis ille qui bona dedit præſepibus: & caret omni maiorum cenſu: dum peruolat
axe citato flamineam. Ac ille qui ſe lautum ac beatum exiguis tabulis: & gemma fecerat uda: licet quidam

fuiſſe Mathonem putent:quod mihi non conſtat. Quis etiam ille qui dedit tribus patruis aconita. Et licet hæc nonnullis forſitan parua eſſe uideantur:nobis tamen ſic iucunditatem & lepiditatem (ut decet) poetæ captare cupimus:neceſſaria prorſus apparent. Sed quod non ualemus:prætermittere libet. Et ad aliqua in ſecũda ſatyra tranſeamus:quæ obſcure a poeta tractari uident'. Mittamuſq; iã ſocraticos cinædos: quos in dictõne cinædus explicauimus. Quin & illos quibus podice leui Cædunt' tumidæ medico ridẽte mariſcæ ideſt tumores illi difficiles:qui ex confricatiõe podicis puerorũ oriri dicunt': & a medico ſcilicet ridente ob id quia turpem cauſam recognouit incidũtur in podice leui:ideſt ſine pilis:ut ætatem monſtret: Virgilius in Sileno de filia Prœti:

Quamuis collo tumuiſſet aratrum:
Et ſæpe in leui quæſiſſet cornua fronte:ideſt abſq; pilis.

Martialis in ultimo epigrammatum:

Sit nobis ætate puer non pumice leuis:
Propter quem placeat nulla puella mihi.

Sed uerius & magis ingenue Peribonius : qui uultu morbum inceſſuque fatetur. De quo Martialis ait: Quid quod ad ſextum fictum philoſophum & uirum obſcœnum Infamis uarillus ait:ego te ceuentem ſexte uerebor:ideſt dum pedicaris apte te mouentem. Nam ceuere quidem eſt maſculoruꝫ:hoc eſt ſe apte motare dum pædicantur. Martialis in tertio:

Sed pædicaris ſed pulchre neuole ceues.
Iam iam tu prior es: neuole uincis:aue.

Criſſare uero eſt mulierum apte ſcilicet ſe ſimiliter motantium dum futuuntur. Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam:de Lauſella loquens:quæ præmia proponebat illis mulierib' quæ meli' id agitabãt inquit:Frictum criſſantis adorat. Martialis ſimiliter:

Scire cupis quo caſta modo matrona loquaris:
Nunquid cum criſſas blandior eſſe potes?

At de eodem Sexto meminit idem Martialis i libro ſeptimo epigrammatum cum inquit:

Ad natalitias dapes uocabar:
Eſſem cum tibi ſexte non amicus. Et ſubdit:
Sed cauſam ſcio nulla uenit a me:
Argenti tibi libra poſtulanti:
Nec leuis toga nec rudes lacernæ:
Non eſt ſportula quæ negotiatur.
Poſcis munera ſexte non amicos.

Et ſubdit deinde Iuuenalis:

Quis cælum terris non miſceat: & mare cælo
Si fuit diſpliceat uerri:

Prolepſis ultima cum.p.ante.s.&.i.latino ſcribit':dici poteſt præceptio. Nam componitur ex pro quod eſt ante & λήψισ acceptio. Et eſt figura teſte Seruio ſuper quarto georgicorum ex perſona poetæ: quæ tunc quoq; fit:cum aliquid præ accipit ad qualitatem quæ ſubſequitur:ut Virgilius cum dixiſſet Pancheiam tellurem fleuiſſe:Eurydicem uxorem Orphei dixit:Pancheia rheſi:mauortia tellus:quam ſcꝫ longe poſtea q̃ fuit Orpheus ille tenuit.

Prometheus cum.th.aſpirato ſcribit':fuit teſte Ouidio in primo metamorphoſeos:Iapeti filius ex Aſia nympha coniuge:Quam ſatus iapeto mixtam fluuialibus undis Finxit in effigiem moderantum cũcta deorum: & reliquã:de quo fere oẽs poetæ loquũtur. Ex quo Promethides cum.i.ꝓducta ante des deducit'. Ouidi' li.i.metamorphoſeos:

Vnde Promethides placidis epimethida dictis.

Prooemium cum.œ.diphthongo in ſecunda ſecundum græcam litteraturam ſcribitur:quam ſane latini noſtri iam non obſeruant:ſed ſine diphthongo ne eiuſdem litteræ fiat inculcatio prooemium ſcribunt: dicit' latine initium uel exordium:& (ut dixit Quintilianus circa initium libri quarti) Maiori quadam ratiõe græci uidentur prooemium nominaſſe:quo a noſtris initium modo ſignificatur. Illi partem hãc eſſe ante igreſſum rei:de qua dicendum ſit oſtendunt. Nam ſiue propterea quod οιμη cantus eſt: & citharœdi pauca illa quæ antequam legitimum certamẽ incohent emerendi fauoris gratia canunt prooemium cognominarunt Oratores quoque ea quæ prius q̃ cauſam exordiantur:ad conciliandos ſibi iudicum animos proloquunt' eadem appellatione ſignarunt:ſiue quod οἶμον:id quod ante ingreſſæ rei ponitur:ſic uocare eſt inſtitutũ: idem græci uiam appellant.

Propylæa ſecunda cum.y.græco ſequens cum.æ.diphthongo ſcribitur: dicitur latine ueſtibulum uel porticus:ſed de ueſtibulo plura locutus eſt Gellius:quæ qui uoluerit in libro decimoſexto noctium atticarum:

legere poterit.

Propina cum.i.latino ſcribitur:apud græcos uero.ei.diphthongus:cuius abiecta.e.retinemus.i.& iuxta cōpoſitionem græcam dici poteſt ante famem.Nam componitur ex pro quod apud nos dicit ante : & πεῖνα fames.Et(ut nonnulli aſſerunt)locus erat iuxta thermas & balnea publica:ubi poſt lauacrum a fame & ſiti reficiebantur:unde & alii quidam ex latina præpoſitione pro:& dictione græca compoſitum potius uolūt q̄ ex ambabus græcis:ita ut id quod datur pro eſurire indicet ſiue eſculenta ſint:ſiue poculenta:unde uerbum propino deducitur:quod indicat eſculentum tibi porrigo uel poculentum.Iuuenalis in ſecūda ſatyra:Quando propinat byrrho tibi ſummitq; tuis contacta labellis Pocula?ideſt porrigit tibi uinum:quod ipſe prius ſuis labellis attigit.

Propheta cum.t.exili ſcribitur:dicitur latine uates:& deſcendit a ϖρόφημι quod eſt exprimo uel profero.

Proſcænia cum.c.exili &.æ.diphthongo a latinis ſcribitur:qui ſcænam ex qua componitur cum diphthongo teſte Priſciano ſcribūt:apud græcos uero ſine diphthongo ut in ea dictione uidebimꝰ:Et ſunt proſcænia teſte Seruio ſuper.ii.georgicorum:pulpita ante ſcænam in quibus ludicra exercentur.

Proſelytos cum.e.abſque diphthongo &.y. græco in penultima &.t.exili ſcribitur:dicitur a noſtris aduena

Proſelenus cum.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribit':ſignificat apud nos ante lunam:ut Cicero in fondana:arcades cōmemorat q̄ ſe proſelenos eſſe aſſerunt:ut uidimus in dictione arcadia. Nam cōponit' ex pro quod eſt ante & σελήνη luna.

Proſeucha cum unico.s.&.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine obſecratio uel oratio.Id enim dictio græca quæ eſt προσευχή indicat.poni tamen uidetur a Iuuenale pro loco ubi precibus & obſecrationibꝰ aliqui a tranſeuntibus mendicabant:ut iuuenis ille petulans ad illum:quem acriter pulſauerat ad Iuuenalem ait in.iii.ſatyra:Ede ubi conſiſtas in qua te quæro ꝓſeucha.

Proſerpina cum.i.latino ſcribitur:apud græcos uero non cum.i.ſed cū.o.περσεφόνη ſcribitur:fuit Iouis filia ex ſorore Cerere. Nam cum Pluto teſte Ouio in quarto faſtorum & quinto metamorphoſeos:ex inferis emerſiſſet:ut fundamenta trinacriæ conſpiceret:quæ cum Typhœus ingentibus uiribus ſuperimpoſitam ſibi inſulam abiicere conaretur aperiri uiſa ſunt: & lucem uſq; ad inferos demittere luſtrans ſiciliam Proſerpinam conſpexit in campis ætneis cum Cyane nympha & ſirenibus flores legentem:quam rapuit & ad inferos ſecum duxit:ac matrimonio ſibi copulauit.Hanc mater Ceres accenſis facibus maximo cum ululatu perquirens ab Arethuſa certiorata eſt illam apud inferos degere: unde frægit aratra & cætera ruralia inſtrumenta:& apud Iouem conqueſta obtinuit eam poſſe retrahere:ſi nil apud īferos comediſſet:quæ Aſcalapho accuſante comperta eſt ſeptem grana malepunici comediſſe. Quapropter ad leniendum Cereris dolorem ſtatuit Iuppiter ut ſex menſibus anni cum marito apud inferos: ſex cum matre apud ſuperos degeret. Quæ diuus Auguſtinus in ſeptimo de ciuitate dei: & alii nonnulli interpretantur ut Proſerpina fœcunditatem ſeminum indicet.Et a proſerpendo Proſerpina ipſa dicatur: & filia Cereris ideſt terræ:quæ cum quodam tempore defuiſſet apud inferos rapta dicebatur:unde ceſſauerunt aratra & ruralia inſtrumēta.Sed cum luctu publico celebrata rediſſet fœcunditas:fuerunt præ gaudio ſolennia quædam illi inſtituta quæ apud athenienſes nobiliſſima habita ſunt. Solinus uero dixit in ſicilia campum ætneum eſſe floridū & ſemper uernantem:ubi & demerſum foramen aſpicitur:per quod Ditem ad raptum Proſerpinæ exeuntem fama eſt hauſiſſe lucem.Euſebius autem libro temporum dixit Proſerpinam ſpecioſiſſimam fuiſſe uirginem Cereris filiam & Sicani regis uxorem: quam ob famam pulchritudinis ſingularis Orcus moloſſorum rex rapuit: & matrimonio ſibi copulauit. At Varro in quinto de lingua latina:Proſerpinam inquit lunam eſſe: quæ ut ſerpens modo in dexteram:modo in ſiniſtram:modo in ſuperiorē:modo in inferiorem partem cæli moueatur.Et ipſa luna apud ſuperos & inferos æquis temporum ſpaciis cōmoratur.

Proſopis cum.i.latino ſcribitur:inſula eſt teſte Herodoto in delta nili hoſtio:in qua eſt atarbechis ciuitas.

Proſopopœia cum.œ.diphthongo in penultima ſcribitur:& ad uerbum dicitur perſonæ factiua.Nam componitur a ϖρόσωπον quod eſt perſona:& ποιῶ facio:figura eſt uel quando inanimatum ad animatū loquitur:ut apud Ouidium in initio libri de ſine titulo:ut Qui modo naſonis fueramus quinque libelli. uel animatum ad inanimatum:ut Horatius in epodo:Quid amplius:o mare:& o terra ardeo.uel quando etiā ad inanimatum ipſum quoq; inanimatum loquitur:ut apud eundem in ſecūdo metamorphoſeos:terra & maria loquntur & flumina.

Proſodia cū.œ.diphthongo in ſecunda ſcribi deberet:ſed ut idem ſeruetur ſonus apud nos qui apud græcos: conuerſa eſt diphthongus in.o.longam: & cum.i.latino in penultima ſcribitur. Dicique poteſt latine accentus:qui lex eſt ſiue regula ad eleuandm deprimendamque ſyllabam uniuſcuiuſque particulæ orationis accōmodata.Et alio nomine apud græcos τόνος dicit'.Nā antiquos noſtros accētꝰ etiā uocaſſe tonores Quintilianus eſt auctor declinato ut ait uerbo a græcis q̄ tonos dicūt quos nos accētus ꝓprie nominamus. Et ſunt tā apud græcos: q̄ apud latinos tres:acutꝰ:grauis:& circūflexꝰ.Nā hi ſoli denotāt ubi quæq; ſyllaba eleuari deprimiue debeat:quod ex maxima uocū cōſonantia percæptū ē.Ideoq; dicebat Quītili.li.prio

de inſtitutione oratoria:nó eſſe cuiuſlibet auris litterarum exigere ſonos:non hercle magis q̄ neruorum. Acutus igitur ille accentus eſt quo ſyllaba uocem acuit eleuatq;: & ſignatur ea uirgula quæ a ſiniſtra parte in dextram ſurſum ducta eſt. Grauis uero eſt quo ſyllaba deprimitur:ſiue deponitur:unde ſignatur uirgula:quæ a ſummo in dexteram deponitur. Circũflexus autem quo ſyllaba:& acuitur ſimul:& deprimitᷣ: unde ex acuto & graui confectus uidetur. Quare ſemicycli linea deſignatur:quæ ſane accentuum ſigna a latinis non ſcribuntur:a græcis uero ſemper. Sed nec etiam apud illos accentus grauis ubi eſt deſignatᷣ: ut oſtẽdemus. Nam omnis dictio tam apud græcos q̄ apud noſtros ſiue monoſyllaba ſit: ſiue polyſyllaba: unum habet accentum prædominantem atq; principalem:qui acutus eſt:uel circũflexus:nec plures acutos aut circumflexos:nec unum acutum:& alterũ circũflexum habere poteſt. Sed accentus graues tot habet dictio polyſyllaba: quot ſyllabas ultra eam in qua acutus eſt uel circunflexus habere comperitur. Vt ſi apud græcos ἄνθρωπος dicatur:prima quidem acuitur:ſequentes uero duæ grauantur. Similiter in illa ἀθηναῖος penultima circunflectitur:& reliquæ omnes grauantur. Quod ſimili modo apud latinos licet nó ſignetur in pronuntiatione:tamen æqualiter obſeruantur. Nam in hac dictione italicus ſecunda: hoc eſt antepenultĩa acuitur:reliquæ uero omnes grauantur. Similiter in ea quæ eſt Octauianus penultima circũflectitur: & reliquæ omnes grauantur. Idem in compoſitis: ut ϖαρύμον:& maleſanus: quæ unicum habent accentum circũflexum:græca quidem in ultima:latina uero in penultĩa. Aliæ uero omnes eorum ſyllabæ graues ſunt unde nec etiam apud græcos accentus grauis:hoc eſt ſuper graues ſyllabas deſignatur. Sane & ſi illius uirgula hoc eſt quæ a ſummo in dexteram deponitur:ſæpiſſime in græcorum ſcripturis conſpicitur. nó ob id quoq; fieri Moſchopolus diligens illorum grammaticus: & Diomedes apud noſtros approbatiſſimus: ut accentum in illa grauem eſſe dicamus:cum ſemper in ea ſyllaba ubi eiuſmodi conſpicitur uirgula ſit acutꝰ: Sed ut denotetur acutum illum accentum per conſequentiam aliarum dictionum ſequentiũ eſſe legendũ nec ſententiá tunc quoq; in ea dictione completam eſſe:& ob id quoq; cum ſuppreſſione quadam licet acutus efferendum:unde quũ dici Demoſthenes in oratione cótra Aeſchinem ϖολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα αἰσχίνου. & in pluribus dictionibus ſignata ſit uirgula accentꝰ grauis:non ob id accentus ibi grauis eſt:qui non ſignatur:& accentus dicitur ſyllabicus: & ibidem quoq; plures ſint monoſyllabæ quæ acutum uel circũflexum neceſſario exigunt: Sed ut acutus qui eſt in illis in aliarũ dictionum conſequentiam proferatur:hoc eſt in aliqualem ſimilitudinem grauis. Nam ſi grauis ipſe ſignaretur accentus quæq; ſyllaba præter quam illam ubi acutus eſt: & circũflexus ſignari haberet. Verum nec inter acutum & circũflexum percæptibilis eſt ab uno quoq; in pronuntiatione diuerſitas:niſi forte ab exercito muſico. Nam per unumquemq; illorum uox ipſa eleuari uidetur. Sed acuti quidem ſupra longam & breuem:circũflexi uero tantummodo ſupra longam:nãq; ſupra breuem poni nó poteſt. Vnde circũflexus accentus duos tantummodo locos in dictióibus polyſyllabis apud græcos obtinet ultimæ ſcilicet & penultimæ. Et hoc ideo quia dictiones noſtræ accentum regulariter in ultima non patiuntur. Acutus autẽ apud græcos tria detinet loca:ultimæ ſcilicet penultimæ & antepenultimæ. Apud latinos uero ob eandem cauſã ſolum penultimæ & antepenultimæ. Itaq; ultima exeunte breui & penultima longa:ſi ſuper penultimam ſit accentus circũflexus habetur: ut ἀθηναῖος. Similiter in latinis fortuna: romanus:marinus: arretinus: Octauianus:ſanus:amoris:legebat:ut etiam in monoſyllabis:dos:flos:cos:quas uocales eſſe lógas neceſſe eſt. At amant quia primam breuem habet:& ultimam longam: & ſuper primam habet accẽtum: neceſſe eſt illum eſſe acutũ. Idem ſi penultima & ultima longæ ſint:ut legebant athenæ mycenæ. Sed ut diximus ſi in antepenultima accentus eſſe dicatur:acutus erit ſemper:& nunq̄ circũflexus:ut dominus: Virgilius: Tulliꝰ Quare & regula in latinis de accentibus datur:quod in triſyllabis dictióibꝰ & tetraſyllabis ſiue deinceps:ſi penultĩa breuis fuerit antepenultĩa acuetᷣ. Iuu. in prĩa ſatyra: Vnciolá proculeiꝰ hꝫ:ſed gillo deuncẽ. Idẽ in ſatyra Credo pudiciciam. Fiunt urceoli pelues ſartago patellæ. Virgilius in Coridone: Præterea duo nec tuta mihi ualle reperti Capreoli:in quibus unciolam urceoli & capreoli in antepenultima acutum habent. Idem in primo æneidos: Vnius ob noxam & furias aiacis oilei:ubi eiꝰ uerſus prima dictionis acuitur. Nam ut ait Seruius in his ſcilicet:unius illius ipſius media ſyllaba naturaliter producitur:ſed cum opus eſt corripitur:ut in eo uerſu hac excuſatione: quia quotiens uocalem longam uocalis ſequitur: ſuperiori detrahit uires. Vt apud eundem in tertio æneidos: Inſulæ ionio in magno:& in ſeptimo: Sudibuſue præuſtis. Idem in bucolico: Et longum formoſe uale uale inquit iolla. Quamobrem & in eo uerſu. i. ante. u. uocalem corripi potuit. Ideoq; in antepenultima tunc quoque accentꝰ fuit:quæ ſane regula & in græcis ſimiliter dictionibus obſeruatur:ut infra uidebimus. Sed econtrario fieri contingit:cum antepenultima corripitur. Nam tunc quoq; penultima habet accentum:ut Virgilius in primo: Nauibus infandum amiſſis unius ob irá:ubi eius dictionis unius antepenultima corripitur: & media producitur:atq; accentum detinet circunflexum. Rurſum & ſi penultima & ultima in eadem dictione longæ quidem fuerint:antepenultima uero breuis:ipſa antepenultima acui nó pót. inde teſte Quintiliano in primo de inſtitutione oratoria:olympo & tyráno acutam mediam ſyllabá noſtri dedere:qa duabus longis ſequentibus primá breuẽ acui noſter ſermo nó patiᷣ.

Quod autem ſupradiximus dictiones latinas regulariter accentum in ultima pati non poſſe:ob hoc quoq;
regulariter diximus:qa ut idem Quintilianus nõnullos grãmaticos ſic dicere ac loqui:ut propter quædaꝫ
uocum diſcrimina dictiões quædam acuto ſono finiant̃:ut circum litora circum piſcoſos ſcopulos:ut ſi nõ
acuerent ultimam circus dici uideatur:& non circuitus. Sed ut infra oſtendit id ſibi non placet. Et magis
dicendum putat dictionem illam mutare conditionem:ita ut in illis locis uerba coniungantur: & tanquam
unum ſub uno accentu diſſimulata diſtinctione enuntientur.itaque tanquam in una uoce una eſt acuta.
Quod idem accidit in illo Troiæ qui primus ab oris.Simile dicimus in his quas græci uocant ἐγκλύσεισ
ut uirumq; cano.ubi ſoliti ſumus ſemper ſubſequente illa coniũctione q; applicare accentum ultimæ præce
denti.Immo ut quidam ferũt non ſolum accentum ea coniunctio q; commutare poteſt:ſed quãdoq; & tem
pus.ut Virgilius in Damone:Vno eodemq; igni:ſic noſtro daphnis amore.Vbi tandem dictio eodem quæ
penultimam naturaliter longam habebat:& ultimam breuem:tũc quoq; ratione encleticæ penultimã bre-
uem fecit:& ultimam longam.ut alibi:Vna eademq; uia ſanguiſq; animuſq; ſequũtur.Simile & inſteterũt:
& miſcuerũt penultimaꝫ breuiauit.ut Virgiliꝰ in.iii.æneidos:Obſtupui ſteteruntq; comæ:uox faucibꝰ hæ-
ſit.Et libro georgicorum primo:Miſcueruntq; herbas & non innoxia uerba. Alii uero putant magis id ex
auctoritate factum q̃ ratione encleticæ:cum abſq; encletica idem nõnunq; comperiatur.ut in eo uerſu:Nõ
eodem curſu reſpondent ultima primis:qui quantæ ſit auctoritatis ipſemet indicet auctor.uerum & in qui-
buſdam aduerbiis conſueuimus omnino differentiæ cauſa accentuꝫ in ultima ponere:ut alias una eo pone
ſane cum acuto in ultima: ne ſi in penultima haberent nomina magis aut uerba crederent̃.Rurſus & p ſyn-
copam defertur quandoq; accentus in ultima:ut in ea dictione ardeatis quæ circũflexum habet accentum ĩ
penultima:& per ſyncopam facit ardeas:cum in eodem circũflexo in ultimat. Naꝫ ut ait Priſcianus in qnto
Antiquiſſimi hic & hæc ardeatis:harpinatis:ſuffennatis capenatis: ferentinatis:cum circũflexo in penultĩa
proferebant:quæ nos per ſyncopam ardeas:harpinas:ſuffennas:capenas:ferentinas: cum eodem accentu ĩ
ultima dicimus. Quin & eodem modo ut idem in alio loco dixit:hoc eſt cum circũflexo in fine proferunt̃:
optimas:primas:pontias:crotonias:larinas:& rauennas.Similiter & in eadem gentilium nominum forma
eodem teſte antias nomen proprium cuiuſdam hiſtorici:qui Valerius dictus eſt: cũ eodem circũflexo ꝓfer-
tur accentu.Item & ad appellatiuorum differentiam hæc propria Manas & Lenas cum accentu ſimiliter cir
cunflexo in fine proferuntur.Iuuenalis: Quod captator amat lenas aurelia uendat.Iteꝫ & noſtras nomina-
tiuus ſingularis(ut idem auctor in.viii.eiuſdem operis dixit)ultimam circunflectit: ad differentiam accuſa-
tiui pluralis qui acutum habet in penultima:uerum & alia quædam per ſyncopam eodem teſte in.iiii.eiuſ-
dem uoluminis transferunt circũflexum de penultima in ultimam:ut audiuit audit:cupiuit cupit:fumauit
fumat. Virgilius ĩ tertio æneidos: Et omnis humo fumat neptunia troia.Item & per apocopen:ut produce
produc:illice illic:iſticce iſtic.Idq; omnibus artium ſcriptoribꝰ placuiſſe refert: qui de accentibus ſcriptita-
runt.Quid quod fio dum in declinatione monoſyllabam facit:ſi cum alio ſimiliter infinito componat̃ uer-
bo:non ſolum ſignificationem & coniugationem:ſed accentum in eadem ſyllaba:hoc eſt etiam in fine con
ſeruat.ut calefio calefis calefit:tepefio tepefis tepefit:tam in ſecunda q̃ in tertia perſona accentum queꝫ in
ſimplicibus habebat:in fine conſeruat.mutat etiam accentum metri conditio.ut cum dixit Virgilius: Pecu
des pictæq; uolucres.Nam uolucres media acuta legenda eſt:quæ & ſi natura breuis eſt: poſitione tamen ẽ
longa:ne faciat iambum quem non recipit uerſus heroicus.Similiter cum ait in undecimo:Tu uoluſe arma
ri uolſcorum edice maniplis.Exigebat ars teſte Seruio:ut in ea dictione maniplis eſſet accentꝰ ſuper ni:hoc
eſt antepenultimam:cum penultima natura breuis ſit.Sed quia penultima poſitione longa eſt: accentũ lon
ga detinet:hoc eſt ſuper ni:ſed utiq; longa eſt ex muta & liquida:quod quotiens fit tertia a fine:hoc eſt an-
tepenultima accentum etiam ſortiri potuit:ut latebræ tenebræ. At in eo uerſu ut ſecunda a fine accentum
haberet uerſus obtinuit:ut in ſimilibus fieri contingit . Solet etiam ſynæreſis ſpeciem accentus commutare
& locum.Nam quotiens exigente metri neceſſitate in nominibus græcis fit ſynæreſis: & ſuper ſynæreſiꝫ re-
manet accentus:neceſſe eſt illum circunflexum eſſe.unde in quibuſdam plenis nominibꝰ: ut Thermodoon
Demophoon & ſimilibus:quæ habent acutuꝫ in penultima.Et per ſynæreſim fit Thermodon Demophon
mutatur accentus ex acuto in circũflexum:& transfertur in finalem. Sed dubium eſſe uidetur de græcis di-
ctionibus quæ latine ſcribuntur: an eundem apud nos prorſus accentum ſeruare habeant queꝫ apud græ-
cos primitus retinebant.Quod aſſerere uidetur Seruius ſuper primum georgicorum:quando ait Virgiliꝰ
Heliadum palmas epiros aquarum.ubi ait epirus habet accentum ſuper.e.quia græcum eſt:quod ſi latinũ
eſſet haberet ſupra pi quæ longa eſt.Quod ſi uerum eſt idem dicendum eſſet de tragœdia comœdia:& nõ
nullis aliis quæ apud illos habent accentum in penultima:& apud noſtros in antepenultima detinẽt. Qua-
re cũ hæc quoq; cuꝫ Gaſpare ueronenſi grãmatico præſtantiſſimo pro noſtra conſuetudine conferrem:di-
xit non ſcribendum eſſe ĩ eo uerſu Virgilii epirus per.us.finalem: ſed epiros per.os.ita ut litteraturam græ
cam conſeruet. Idque in antiquis Virgilii codicibus comperiri aſſeruit:ut Ouidius ſimiliter libro meta-
morphoſeos decimotertio. Rura petunt epiros ab his regnataq; uati. Et Seruiũ id idem intellexiſſe cum
ait quia græcum eſt:hoc eſt litteratura græca ſcriptum:& græco ſono prolatum ſeruat accentum in prima.

Nam etſi græcæ dictiones latina litteratura ſcribunť & ꝓferuntur: mutare illas quoq; accentum conſtat ſe-
cundum exigentiá noſtram: ut tragœdia: quæ qa latina litteratura ꝓferť hoc eſt ſono diphthongi noſtræ &
non græcæ: accétum q apud græcos in penultima erat in antepenultima cómutauit: quæ apud nos quoque
longa eſt: & diphthongum noſtrá .œ. detinet. Ouidius in .ii. de triſtibus: Omne genus ſcripti grauitate tra-
gœdia uincit. Horatius in poetria. Effutire leues indigna tragœdia uerſus. ſimili modo comœdia. ut idem
Horatius: Interdú tamen & uocem comœdia tollit. At uero ꝓſodia qa litteraturam ſeu magis ſonum græ-
cum cóſeruat: accentum ipm in penultima: ut é apud græcos: ſic apud noſtros detinet. Vnde ait ipe Serui⁹
in .iiii. æneí. Accentus ſane græc⁹ túc eſſe pót: cú declinatio græca ſeruať: ut olympos tyrános: quæ ſic quoq;
more græco p os terminata habet accentú in prima: At ſi terminatióe latina ꝓferimus acutum in media accé
tum detinet ut ſupra uidimus. Qua de re id quoq; diligenter inſpiciendú é: accentú apud græcos in antepe
nultimam locari non poſſe: ultima .ſ. exeunte longa: imo & ſi in uno caſu alicuius nominis accentus forte í
antepenultima eét: qa ut diximus ultimá breuem túc eſſe neceſſe eſt: ſi in aliis caſibus eadeꝫ ultima lóga fiat
mutabiť accentus: & de antepenultima in penultimá cómigrabiť: ut ἄνθρωπος in nominatiuo breuem hꝫ
ultimá: & accentú acutum detinet in antepenultima: & id idé in accuſatiuo cótingit: ut ἄνθρωπον: etiaꝫ in
uocatiuo ut ὦ ἄνθρωπε. At in genitiuo & datiuo qa ultimá longam detinét: hoc é diphthongú: mutať accé
tus ex antepenultima in penultimá: ut ἀνθρώπου: & in datiuo ſimiliter: ut ἀνθρώπῳ. ecótrario etiá quá-
doq; cótingit nomen aliquod longá ultimam habere in recto: & accétuꝫ in penultima: & qa in aliquo caſu-
um ultima breuis fit: mutať accentus in antepenultima: ut ἀριστοτέλης: cuius ultima qa longa eſt habet
accentú in penultima: nec in antepenultima habere pót. At in pleno genitiuo: hoc eſt í nó habéte ſynæreſim
qa breuis eſt ultima: facit accentú in antepenultima: uidelicet ἀριστοτέλεος. Similiter in uocatiuo ἀρι-
στότελες. Simili modo Δημοσθένης ἀντισθένης: & mille alia. Itaq; cuꝫ nos hæc nomina traducim⁹ q
ultimam recti quæ apud illos eſt .η. in .e. noſtrum tranſferimus: & noſtra litteratura illa ꝓferimus: mutamus
etiá accentú ipm in antepenultimá ſecúdum quod in eadem litteratura apud illos accent⁹ ipe cóperiť: & di-
cimus Ariſtoteles Demoſthenes Antiſthenes cú accentu in antepenultima: tam in recto q̃ in aliis caſibus. Ná
cum in ſimili litteratura apud illos: hoc eſt cum .e. in ultima: & nó cú .η. ea nomina ꝓferunť: ut in eorum uo-
catiuis apparet: quæ in es & non in .ης. deſinunt: accentú detinent í antepenultma & nó in penultima: ut cú
dicunt ὦ ἀριστότελες: ὦ Δημόσθενες: ὦ ἀντίσθενες in omnibus cú accentu ſuper antepenultimam.
Nos ergo cum hac litteratura tam in recto q̃ in aliis caſibus utamur eodem quoq; accentu: & in recto & in
aliis utimur caſibus & dicimus in recto Ariſtoteles: & in accuſatiuo Ariſtotelem cum accentu in antepenulti
ma. Iuuenalis in .ii. ſatyra: Si quis Ariſtotelé ſimilem uel pittacon emit. Similiter Demoſthenis: ut idem í ſa-
tyra Omnib⁹ in terris: Eloquium ac famá Demoſthenis ac Ciceronis. Nam & hæc ac ſimilia nomina penul-
timam corripiút: niſi aliquádo ratione liquidæ poſt mutam ꝓducantur. Quare & ſecúdum regulam primo
habitam accentum apud nos in antepenultima detinere habent. Sed diximus ratione liquidæ poſt mutam
ꝓduci poſſe. ut Virgilius in bucolico: Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno. ubi. pho. ratóne mutæ
& liquidæ ſubſequétium produciť. At uero in aliis ſeruant correptam. ut Iuue. in .ii. ſatyra: Inter ſocraticos
notiſſima foſſa cinædos. ubi. cra. corripiť. Sane & in aliis pluribus dictionib⁹ græcis mutamus accentum.
Nam τραγῳδία: cuius ultima ſemper longa a græcis deponiť habet neceſſario accentú apud illos in penul
tima. Similiter κωμῳδία. Sed qa a nobis in litteratura noſtra ultima ipa corripiť: mutamus accentum in
antepenultimá: & dicimus tragœdia: comœdia: cum acuto in antepenultia. Vnde hæc quoq; uerba ait Pri-
ſcianus in .vi. Hoc quoq; ſciédum ꝙ omnis nominatiuus deſinens in .a. a noſtris corripiť: quamuis ſit apud
græcos ꝓductus: ut lydia: ſyria: phrygia: Italia hiſpania: & omnia alia nomina regionú. unde accent⁹ quoq;
cum tempore a nobis mutať: qa .ſ. apud græcos habent accentú in penúltima: eo ꝙ ultima longa é: & apud
nos antepenultima: qa ultima breuis habeť. In paucis tamen græcis inueniuntur noſtri poetæ ſeruaſſe mo-
rem græcum. Statius in quarto thebaidos: Non tegea non ipa deo uacat alite fœlix Cyllene. Idem in ſexto
Te plangeret argos: Te nemea: tibi lerna comas: lariſſaq; ſupplex Poneret. ubi tegea & nemea quia produ
ctam conſeruant a finalem accentum quoq; græcum detinent: ideſt acutum in penultima. Et hæc hactenus.
Nunc quaſdam particulares dictiones inſpiciamus ubi accentum habeant.

A ffatim teſte Amiano primam acuit. Sicq; ſe audiuiſſe legentem Probum grammaticum hos Plauti uerſus
in ciſtellaria: Potine tu homo facinus facere ſtrenuum? Aliorum eſt affatim qui faciant. Idem confirmat Gel
lius libro ſeptimo noctium atticarum.

A ttentim teſte Gellio præfato libro .vii. primam acuit.

A dmodum teſte eodem auctore primam acuit.

A ffabre ſimiliter eodem teſte acutum habet in prima.

A pprobe ſimili modo in prima acuitur.

A pprobus teſte Gellio in præfato libro ſeptimo: cum ſignificat ualde probus primam acuit: quo uocabulo
uſum fuiſſe dixit Cecilium in comœdia quæ inſcribitur triumphus: cum ait: Hierocles hoſpes eſt mihi ado
leſcens approbus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

A pprimus teſte eodem Gellio non acuitur in prima: ſed ut apparet ex hexametro uerſu Liuii in odyſſea media circũflectitur: q talis eſt. Ibi deniq; uir ſummus apprimus patroclus.

A pprime ſimili modo mediam circũflectit: nec Gellio placet acui primam.

A ppotus non placet ſimiliter Gellio primam acui: quare media circũflectitur.

A poſtema habet accentũ in antepenultima ſi græce uis enũtiare: at latine in penultima ἀπόστημα.

A ra ſine aſpiratione deorum: & primã circũflectit: quia longa eſt ſubſequente ultima breui. At cũ aſpiratiõe ſtabulum deſignat porcorum: ac primam corripit & acuit.

C ecidi præteritũ ſi uenit a uerbo cædo quod ẽ incido habet accẽtum in penultima: in quã diphthongus conuerſa fuit. Iuue. in. iii. ſatyra: Ebrius ac petulans: q nullũ forte cecidit. At ſi uenit a cado habet accentum in prima: ut Virgilius in. iii. æneidos: Ceciditq; ſuperbum ilium.

C yclops acuit primã: ſed quonãmodo accentũ hẽat in genitiuo & accuſatiuo plurali in ea dictione uidimus.

D ecus decoris quũ qdem neutrũ eſt in oĩbus ab eo declinatis corripit. o. & a decet uerbo deſcendit: habetq; accentũ in antepenultima: quem etiã in plurali cõſeruat. Virgilius li. ænei. prĩo: Scænis decora alta futuris. cum uero eſt maſculinum habet accentuʒ in penultima: hoc eſt ſupra. o. quã ſemper producit: ut decor decoris: ſicut auctor auctoris.

E adem in recto habet acutum ſuper primã: & penultimam corripit: quæ eſt. a. Virgilius in primo æneidos: Nunc eadem labente die conuiuia quærit. At in ablatiuo habet accentũ ſuper penultima: quã ſemper producit: hoc eſt ea ſemper producit. a. in ablatiuo.

E odem quia ſemper ablatiuꝰ eſt: &. o. ſemper producit: niſi auctoritate uel metri neceſſitate impediatur ſemper illam penultimam acuit

E rgo quãdo qdem eſt coniunctio illatiua acutum habet in prima. Iuue. in ſatyra Credo pudiciciaʒ: Nullam inuenies quæ parcat amãti: Ardeat ipa licet tormẽtis gaudet amantis: Et ſpoliis: ergo longe minus utilis illi uxor qſqs erit bonus optanduſq; maritꝰ. Quando uero eſt aduerbiũ cũ genitiuo iunctũ & pro illius gratia uel illiꝰ ob cauſam ponit teſte Seruio: habet accentũ in ultima quæ circũflectit: ut Virgilius in. vi. æneidos: Illius ergo uenimꝰ: ideſt illius gratia uel ob cãm illius.

E uphrates apud nos uti apud græcos penultimam acuit. Virgiliꝰ in primo georgicorũ: Hinc mouet euphrates: illinc germania bellum

E xaduerſum huiꝰ ſecũdam ſyllabam debere acui: una cũ Aniano exiſtimauit Gelliꝰ li. vii. noctiũ atticarum: & ſic apud Terentiũ legi oportere dicũt cũ ait: in quo hæc diſcebat ludo exaduerſum loco tonſtrina erat qdã

F ictilis primam acuit. Iuuena. in ſatyra Atticꝰ eximie: Fictilis: & nullo uiolatus iuppiter auro.

G ætulus habet accentũ ſuper penultima quam circũflectit. Iuuena. in ſatyra Omnibꝰ in terris: Cum gætula ducem portaret bælua luſcum. Virgiliꝰ in. iiii. æneidos: Aut captam ducat gætulus hiarbas. quod Martialis non obſeruauit: ut uidimꝰ in dictione gætulia.

H ara qum aſpiratur ſtabulũ deſignat porcorũ & primam acuit.

H eliodorus habet accentũ in penultima. Iuue. in ſatyra Credo pudiciciam: Tonſoris tantũ dãno rapit heliodorus. Nã componit ex ἥλιος. i. ſol: & δῶρον donũ: cuiꝰ ſane prima naturaliter longa eſt: qa apud illos eſt ω. mega. Et ſic uniuerſaliter omnia cõpoſita a δῶρον: quod eſt donũ: habẽt penultimã longã: ſuper qua ẽ accentꝰ: ut Polydorꝰ Dyodorus. Martialis in. x. Natali dyodore tuo cõuiuia ſenatꝰ Accubat: Theodorꝰ. Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio: Lautorũ pueros artem ſcindens theodori.

H ippocrates habet accentũ in antepenultima. Martialis in. ix. Os hominis mulſum me rogat hippocrates.

I neus in obliquis caſibꝰ ſemper habet accentũ ſuper ſecũda. Iuuenalis in ſatyra Omnibꝰ in terris: A carbõe & forcipibus gladioſq; parante Incude & luteo uulcano ad rhetora miſit.

I ſidorus cũ accentu ſuper penultimam contra uulgarem conſuetudinem proferri debet.

L egeris ſi ſecũda eſt perſona præſentis eius paſſiui quod eſt legor: habet accentũ in prima: ſi uero futuri habet in penultima: & ſic uniuerſaliter in tertia & quarta uerbòrum paſſiuorũ cõiugatione comperit. ut audieris uel audiere: legeris uel legere: duceris uel ducere: poneris uel ponere. Iuuena. i. v. ſatyra: Duceris plãta uelut ictus ab Hercule cacus: Et ponere foris.

M alea promontorium laconiæ habet accentũ in penultima: ut in ea dictione uidimus.

M arſya acuit primam: ut in ſua dictione oſtendimus.

O rpheus primam ſimiliter acuit.

P atina habet acutum in prima: ut in ea dictione.

P ræmodum primam acuit teſte Gellio li. vii. noctium atticarum: quod apud. L. Liuium in odyſſea ſignificat ſupra modum. Nam parcentes inquit præmodum: hoc eſt præter modum.

P ero pro nympha habet accentum in ultima: ut in ea dictione. pro calciamento uero in penultima.

P orſena habet accentum in prima: teſte Seruio ſuper octauum circa finem: & cum unico. n. ſcribitur: ut in ea dictione uidimus.

P olyxena habet accentum in ſecũda: ut in ea dictione oſtendimus.

Phreneſis habet accentum in penultima:ut in ſua dictione ꝓbauimus.

Proceres ſubſtantiuũ eſt: & in omnibus quos habet caſibus acutum detinet in antepenultima: ut huius ꝓceris:& hi proceres:& ſemel comperi hũc ꝓcerem. Iuue. in ſatyra Stemmata quid faciunt: Agnoſco procereꝫ: ſalue gætulice ſeu tu. At uero ꝓcerus,ꝓcera,ꝓcerum adiectiuum eſt: & habet accẽtũ ſemper in penultima:ut corpora ꝓcera. Virgilius in ſileno: ꝓceras erigit alnos.

Quando dupliciter poni conſueuit:& pro qa:& pro temporis aduerbio. Siquidem pro qa ponitur: teſte Feſto actũ habet ĩ ultima:quod pluribus exẽplis monſtrare poſſum⁹. Virgili⁹ ĩ primo æneidos: Hic tibi fabor enim quãdo hæc te cura remordet.i.ſiquidem ſeu qa. Idem in bucolico: Dicite quãdoqdem in molli conſedimus herba.i.qa ſedimus. Iuue.in ſatyra Omnibus in terris: Diſcutiẽda ualent ſterilis mala robora ficus: Quãdoqdem data ſunt ipſis quoq; fata ſepulchris.i.qa data ſunt. At cum ꝓ aduerbio tẽporis ponit̃ accentum habet in penultima. Ouidius in heroidib⁹: Quando ego non timui grauiora pericula ueris?

Recido ſi a cado deducitur accẽtum habet in prima:ſi uero a cædo in penultima.

Rhetorica acuit ãtepenultimã:lꝫ penultĩa lõga ſit. Iuue.ĩ.vii.ſaty. Ad pugnã q rhetorica deſcẽdit ab umbra.

Serpedon ſecundũ duplicem declinationẽ:duplicem habet accẽtum. Nam ſi in ultima ſyllaba habet accẽtũ: facit in genitiuo huius ſerpedontis:ſi uero in penultima facit ſerpedonis.

Tribulis habet penultimam ꝓductam: & ſuper illa accẽtum. Horatius:ut cum pilleolo ſoleas cõuiua tribulis. Martialis in.viii. Nunc anus & tremulo uix accipienda tribuli.

Torcular etiam ſuper penultima habet accentum.

Theodorus habet accentum:ut uidimus in dictione Heliodorus.

Proſtheſis cum.s.ſequẽte.th.aſpirato : & in ultima cum.i.latino ſcribitur:dici põt appoſitio uel additamẽtũ ut in principio dictionis alicuius additur littera uel ſyllaba:ut cum dicimus gnatum ꝓ natum:aſtans ꝓ ſtãs. Virgilius in ſecũdo æneidos: Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans
Fundit equus uictorq; ſinon. & componit̃ ex pros:quod eſt ad:& θέσισ poſitio.

Protagoras cum.t.exili ſcribit̃:fuit teſte Apollodoro Abderites & Mæandri filius:ſiue Artemonis ut alii dicunt.at uero Eupolis illum fuiſſe teium rettulit. & fuit teſte Apulegio in.iiii. Floridori cũ primis rhetoricæ inuẽtoribus ꝑſpicacũdus.hunc teſte Gellio li.v.noctium atticarũ:in ſtudiis doctrinarum egregius cui⁹ nomine Plato libros ſuos illi inclyto ſcripſit adoleſcentem aiunt uictus quærendi gratia in mercede miſſum:uecturaſq; onerum corpore ſuo factitauiſſe:quod genus græci ἀχθοφορουσ uocant:latine baiulos appellam⁹ Et late deinde ꝓſequit̃ quẽadmodum Democritus Abderites ex eo genere oneris animi illius aciem ſolertiamq; cognouerit:ſecũq; abduxit:ut habuit:atq; ſumptũ miniſtrauit:& philoſophias docuit:& eũ eſſe fecit quãtus poſtea fuit. Idem teſte Fauorino uocatus ẽ ſapientia:dixitq; de diis non poſſe ſtatuere an ſint an non ſint:ob qd̃ pulſus fuit ab atheniẽſib⁹:& ei⁹ libri ĩ foro cõcremati fuere. Idẽ teſte Heraclito thuriis leges dedit. Et cũ iam nonagenari⁹ ſiciliam nauigaſſꝫ obiit. fuit alius aſtrologus:& alius ſtoicus philoſophus.

Proteſilaus cum.t.exili &.i.latino:atq; unico.s.ſcribit̃:ut oſtendit Ouidius in heroidib⁹:q ait: Bella gerant alii:proteſilaus amet. Homerus uero nõnunq; cum duplicato.ſ.ratõne metri ſcripſit: fuit ex phylace oppido theſſaliæ Iſiphyli filius:habuitq; uxorẽ Laodomiam filiam Acaſti:ipſa dicẽte apud Ouidiũ ĩ.xiii.epiſto. heroidũ: Vix ſocer iſiphylus:uix me grandæu⁹ acaſt⁹: Vix mater gelida mæſta refecit aqua. Et cũ un⁹ eẽt ex græcoꝝ ducibus q ad troiã iuerunt:& primus ex nauibus ĩ litus ꝓſiliret:ab Hectore interfectus fuit.

Proteus cum.t.exili ſcribit̃:fuit teſte Heſiodo in theogonia Oceani & Tethyos filius:habuitq; patriam pallenem in theſſalia:qua relicta regnauit in carpatho inſula. Imperauitq; etiã ægyptiis:& fuit uates Maximus de quo plura Virgilius in.iiii.georgicoꝝ ſcripſit:aliiq; poetæ diuerſi græci & latini. Vnde Theocritus ωσ πρωτευσ φωκασ και θεοσ ων ἔνεμε:hoc eſt uti ꝓteus deus exiſtens etiam phocas pauit.

Prothous cum.th.aſpirato ſequente.o.ſcribit̃. fuit teſte Homero libro.ii.iliados: unus ex ducibus græcis: q ex magneſia uenit ad troiam.

Protogenes cum.t.exili ſcribitur:nomen ẽ ſignificans aliquem primi generis:& ut plurimũ ꝓ eo ponit̃ a poetis:q ſe talem cõfingit:ut Iuue.in.iii.ſatyra: Non eſt romano cuiq; locus:hic ubi regnat Protogenes aliquis Fuit etiam nomen cuiuſdam pictoris illuſtris:q teſte Gellio in fine libri.xv. noctiuꝫ atticarum: memoratiſſimam illam imaginem Hyliſi apud rhodios in ædibus qbuſdam publice factis extra muros urbis pinxit.

Protogenia cum.t.exili ſcribit̃:fuit teſte Ariſtarcho ſuper decimũ odyſſeæ: Deucalionis filia ex Pyrrha.

Prothœnor cũ.th.aſpirato ſequente.œ.diphthongo ſcribit̃:fuit teſte Homero in.ii.iliados: unus ex quinq; boetiorum ducibus:q ad troiam uenerunt.

Protocollum cum.c.&.t.exilibus atq; duplicato.l.ſcribit̃. Dicunt nõnulli poſſe hoc quoq; uerbum interpretari ꝓ prima cõglutinatione:hoc eſt ꝓ prima illa & raptim confecta ſcriptura:quæ aliam magis compoſitaꝫ deſiderat. Et qa in ceræ glutino quæ ꝑ tabulas extenſa erat: ꝓtocollum ideſt prima conglutinatio uocata ẽ ita ut πρωτον primum dicat:& κολλησισ glutinatio. Alii uero non cũ duplicato.l.ſed cum ſimplo ꝓtocolum.i.primũ ſcꝫ ſcripturæ membrum: κωλον enim membrum dicit interpretari uolunt.

Protologia cum.t.exili ſcribit̃:& quaſi prima locutio.

Protomartyr

P rotomartyr abſq; aſpiratione:& cum.y.græco ſcribitur:eſtq; protos:ideſt primus martyr.

P rotonotarius abſq; aliqua aſpiratione ſcribit':dictio eſt ex græco:quod ē protos.i.primus:& notarius quæ dictio eſt latina:a nota ſc; deducta:hoc eſt primus notarius.

P roxeneta abſq; aliqua diphthongo:& cū.x.conſonāte:atq;.t.exili ſcribit':dictio eſt græca: & qua utit' Demoſthenes cōtra Aeſchinem:deduciturq; a προξενιζω:quod eſt hoſpitio coapto. Sed ille iā apud nos dicitur:q compoſitor & mediator eſt emibilium & uendibilium.

P ſalmus cum.s.immediate poſt.p.ſcribit':diciq; poteſt latine canticum.Nam a ψάλλω uerbo græco:quod eſt canto deducitur:unde & pſalterium.

P ſaltria cum.s.poſt.p.&.t.exili atq;.i.latino ſcribitur.dicebat' apud romanos illa quæ ſequebat': & amabat iſtriones:& deducit' a pſallo quod eſt canto: qa illi quos eiuſmodi fœmina amabat:quotidie in ſcænis cantare ſolebant.Iuuenalis:Quæ pſaltria penem.

P ſalmodia eodē mō ſcribitur:& componit' ex pſalmo:& odia q eſt cantus.Quod ſi plene transferret' deberet cū diphthongo pſalmœdia ſcribi:ſed ut græcus ſonus cōſeruet':dicitur pſalmodia ſicut ꝓſodia.

P ſammis cum duplicato.m.&.i.latino ſcribitur:fuit Neci regis ægypti filius cui teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecūdo:in regno ſucceſſit.

P ſammenitus cū duplicato.m.&.i.latino atq;.t.exili ſcribit':fuit Amaſis filius & ægypti rex:q teſte Herodoto li.hiſto.iii.mortuo patre ꝑ id tꝑs:quo uix in ægyptum Cambyſes traiæcerat: apud memphim una cū reliquis ægyptiorum a Cambyſe prœlio ſuperatus captus eſt.

P ſammetichus cū duplicato.m.&.t.exili atq;.i.latino:&.ch.aſpirato ſcribit':fuit antiquus ægyptiorum rex: ante hūc teſte Herodoto li.hiſto.ii.q de illo late pertractat.Aegyptii primos oīm hoīu; ſe eſſe putabāt:poſtea uero huius induſtria didicerūt phrygas primos fuiſſe:ſe uero ſecūdos.

P ſeudus cū.eu.diphthongo in prima ſyllaba ſcribitur:dicit' apud nos falſus: & inde pſeudopropheta falſus

P ſylli cū.y.græco ſubſequēte diplicato.l.ſcribit':populi ſunt in libya iuxta naſamones:atq;ꝓpinquiores garamantas.hi teſte Herodoto li.hiſto.iiii.cōtra noxiu; uirus incredibili corporis firmitate muniti erāt:quod Lucanus in.viii.tetigit cum ait:Gens unica terras
Incolit:a ſcæuo ſerpentum inoxia morſu.
Marmaridæ pſylli par lingua potentib⁹herbis.& reliqua:quæ ꝓſequitur.Sed ut dixit Herodotus:hæc gēs prorſus deleta fuit:nec qcq; præter opinionem de ueſtigio ſui nominis reliquerūt.Quod per quem modū euenerit:ipſe idem præfato libro deſcripſit. Cui⁹locum Gellius li.xvi.noctium atticaꝝ:elegantiſſime ꝑ hūc modum pene ad litterā traduxit:dicens pſyllos quondā fuiſſe in terra aphrica conterminos naſamonibus: auſtrumq; in finib⁹eorū quodam in tꝑe per q; ualidū ac diutinum flauiſſe eo flatu aquam oēm in locis:i qui bus colebant exaruiſſe:pſyllos re aquaria defectos:eam iniuriam grauiter auſtro ſuccenſuiſſe:decretumq; feciſſe uti armis ſumptis ad auſtrum:ꝓinde quaſi ad hoſtem iure belli res petitū ꝓficiſſerent':atq; ita ꝓfectis uentum auſtrū magno ſpirit⁹agmine ueniſſe obuiam:eoſq; uniuerſos cū oībus copiis armiſq; tumulis mōtibuſq; arenarum ſuperuectis operuiſſe:eo facto pſyllos ad unū oēs interiiſſe.Itaq; eoꝝ fines a naſamonib⁹ occupatos.hos dixit Plin.circa initiū libri.vii.a Pſyllo rege cognomiatos.Similes & his fuerūt marſi i Italia

P ſitacus cum.i.latino &.t.ac.c.exilibus ſcribit':auis eſt:quam teſte Plinio li.x.naturalis hiſto.& Solino ſimiliter in collectaneis:india ſola mittit:ſed nunc quoq; iuxta meroen & ægyptum capi comperimus:ipſa colore uiridis eſt:cum torque puniceo.Cuius roſtri tanta eſt duricies:ut ſi e ſublimi præcipitet' in ſaxū nixu oris ſe conſeruat illæſam:quæ tenet quinos digitos:habēt aūt ternos cæteri: & cū linguam lōge latiorem q; cæteræ aues habeant:articulata exprimit uerba.

P ſythium prima cum.y.græco ſequens cum.th.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:genus eſt paſſi:de quo late uidebimus in dictione ſurrhentum.

P ſora cum unico.r.ſcribitur:dicitur latine ſcabies:quo uocabulo ſæpe utit' Plinius in naturali hiſtoria.

P thia prima cum.th.aſpirato imediate ſubſequente.i.latino ſcribit':ſicq; frequentius ſcribitur:licet Homerus addat quādoq; aſpirationem ad.p.& dicat phthia:fuit theſſaliæ regio: & Achillis patria:ut diuerſis in locis oſtēdit Homerus:& nos late uidimus in dictione aſopus:uerum latini noſtri poetæ cōſueuerūt iterpōnere aliud.i.& dicere phithiam trib⁹ſc; cū ſyllabis:ut Briſeis in epiſtola ad Achillē apud Ouidiu; in heroi.
Quam ſine me phithiis caneſcant æquora remis:
Et uideam puppes ire relicta tuas. Virgilius in primo æneidos:Veniet luſtris labentibus ætas:Cum domus aſſarici phithiam claraſq; mycenas: Seruitio premet ac uictis dominabitur argis: ſic græci mnam nos minam dicimus.

P thiſis cum.th.aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribitur:eſt exulceratio pulmonis ex humorū concurſu.

P tyſis prima abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſequens cum.i.latino ſcribitur:dicitur ſpuitio:& a πτύω: quod eſt ſpuo deducitur.

P teria cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:locus eſt capadociæ munitiſſimus:apud ſinopem ciuitatem:ubi Crœſus primum cum Cyro pugnauit.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

P tolemæus prima cũ.p.&.t.exilibꝰ:atq;.o.uocali: ſecunda cũ.e.abſq; diphthongo quam nõnulli in.o.conuertunt:penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur: nomen eſt ꝓprium deductum a πτο λέμω:quod apud æoles:idem eſt quod apud atticos πτο λέμω ſine.t.i.pugno:& eſt apud grãmaticos regula:ꝙ omnia nomina deſinentia in eus:& a uerbis circũflexis deducta:ſemper.æ.diphthongum detinẽt in penultĩa:ut τιμῶ: quod eſt æſtimo:iudico:honoro Timæus:πτο λέμω Ptolemæus.Et fuerũt hoc nomine uocitati uiri q̃plures clariſſimi.Et reges ægyptii:quibus Ptolemæus Lagi gregarii militis filius initium dedit. Nam ſic teſte Iuſtino libro.xiii.&.xvii.ſuorum epitomatum uirtute ſua humilitatẽ patris excedens:unus ex patriciis Alexandri magni effectus eſt.poſt cuius mortem potitus ægyptum aphricamq; & magnaꝫ arabiæ partem: poſt quadrageſimo ãno regni ſui tam amplum ſucceſſoribus ſplendorem reliquit:quod ſubſequentes ægyptii omnes reges Ptolemæi ab illo dicti ſunt.Reliquit hic duos filios Ptolemæum Philadelphum:& Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus illi ſucceſſit in regno uir ſane doctiſſimus: & Stratonis philoſophi diſcipulus.Qui & bibliothecam illam nominatiſſimam fecit:quæ uſq; ad primum alexandrinum romanorũ bellũ durauit.Et cum ãnis trigintaocto regnaſſet: diem extremum obiuit:cui Ptolemæus filiꝰ cognomẽto Euergetes in regno ſucceſſit.Hic ſex & uiginti ãnos regnans moritur.Cui & filius Ptolemæus Philopater dictꝰ hæres ſucceſſit in regno:qui cum decem & ſeptem annis regnaſſet uita deceſſit. poſt quem filius eius Ptolemæus Epiphanes uigintiquattuor ãnos regnuꝫ tenuit:cui per trigintaquinq; ãnos Ptolemæus Philomater cognominatus ſucceſſit in regno.poſt quem Ptolemæus alter Euergetes noueꝫ & uiginti ãnis regnauit. poſt hũc Ptolemæus Phython:qui & Soter etiam cognominatus fuit:decem & ſeptem ãnis regnauit.Huic Ptolemæus Alexander per decem ãnos ſucceſſit.poſt quem nequiſſimus ille adoleſcẽs Ptolemæus Dionyſius q Pompeium magnũ truncari permiſit ultimo regnauit.fuerũt & nõnulli alii Ptolemæi :ut filius Pyrrhi regis.Item & quidam Cypriorum rex: qui ſuis diuitiis romanum ditauit ærarium.fuit & aſtrologus ex ægypto non ſtirpe regia:quæ longe ante illum defecerat:ſed pheludienſis qui floruit temporibus Traiani & Hadriani iperatorum:ut ipe in qnto nono & decimo maioris ſui operis atteſtatur.

P urpuriſſa cum.i.latino:& duplicato.s.ſcribitur:color eſt qui bombyci imixtus:mulieruꝫ genas tingere cõſueuit:de quo uidimus in dictione phucus.

Apud Græcos in initio dictionum ſemper aſpiratur:ut in primo horum cõmentariorum libro monſtrauimus.

R hadamanthus cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit Iouis filius ex Europa: & rex lyciæ:quo tempore apud argos regnabat Danaus:hic quia uir fuit ſeuerꝰ:& iuſticiæ executor:a poetis fingitur apud inferos nocentum explorare culpas: dicente Virgilio libro æneidos ſexto:

Cnoſius hic rhadamanthus habet duriſſima regna:
Caſtigatq; auditq; dolos:ſubigitq; fateri
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani:
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

R hamnys ultima cum.m.ante.n.&.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vi. Vrbs in euboia:in qua Fortuna maxime colebatur.Quod Lucanus tetigit li.v.cum de euboia loqueret dicens:Et tumidis infeſta colit qua numina rhamnys:unde & ipa Fortuna a poetis nõnunq̃ rhamnuſia dicta fuit:cõuerſione ſcꝫ.y.græci in.u.noſtrum.ut Ouidius libro.v.triſtium:Exiget ad dignas ultrix rhamnuſia pœnas. & Iuuenalis in ſatyra.

R hamnũſia cũ.m.ante.n.in ſecũda ſcribitur:dicebat a poetis Fortuna:ut in præcedenti dictiõe uidimus.

R hãnetes cũ.m.ante.n.&.t.exili ſcribitur:nomen eſt uiri ꝓprium:de quo Virgiliꝰ in.ix.æneí.meminit.

R hampſinitus cum.m.ante.p.&. i.latino utrobiq; atq;.t. exili ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecũdo:rex in ægypto poſt Protea.

R haphanũ cũ.ph.aſpirato ſcribit:herba ẽ quæ & alio nomine:ut puto lapatũ dicta ẽ:ut ĩ ea dictiõe uidimus

R hea cum.e.abſque diphthongo ſcribitur:fuit filia Cæli ex Veſta:& ſoror atque uxor Saturni:ut uidimus in dictione ops.

R hebanus cum unico.n.ſcribitur:eſt Orpheo teſte in argonautica fluuiꝰ in faucibus boſphori thracii.Idem Plinius in.v.ſuæ naturalis hiſtoriæ:confirmauit.

R hegyum cum.y.græco ſcribitur:ciuitas eſt teſte Liuio in quarto de ſecũdo bello punico:ĩ ultimo calabryæ ſeu brutiorum:eo ſcꝫ in loco quo Italia a ſicilia dirupta ẽ:unde & a ῥηγνύω:quod eſt dirũpo nomẽ aſſumpſit.Et rhegyni qui ex hoc ſunt oppido cognominantur ab hiſtoricis.Et etiam regium ſine aſpiratõne ipiꝰ n.&.i.latino oppidum aliud eſt in gallia ciſalpina:a quo regienſes ciues cognominantur ab hiſtoricis: & nõ rhegyni:ſicut cumani ex oppido cumarum in campania:& comenſes ex como oppido galliæ. Item albani ex alba oppido quod eſt ĩ latio:& albẽſes ex alba oppido ad lacum fucinum.

R heſus cum.e.abſq; diphthongo & unico.s.ſcribitur: fuit teſte Homero in.x. iliados:rex thraciæ: qui cum

albiſſimis equis & magnanimis: in adiutorium troianorum deueniſſet: a Diomede & Vlyxe noctu cla; abſtractis i caſtris ſuis iterfectus fuit. Eſt etiã fluuii troiani nomen: ut idem circa initium libri. xii. demonſtrauit

Rhetorica cum. t. & . c. exilibus: atq; . i. latino ſcribitur: dicit᷑ a noſtris oratoria.

Rhetor eodem modo ſcribitur: dicitur a noſtris orator: q̃q̃ iam diuerſa ſignificare dicunt᷑. Nam orator is dicitur qui cauſas orat uel in iudiciis uel in concionibus. Rhetor uero nõ iam orator: ſed rhetoricæ profeſſor dicitur: & græca declinatione facit in accuſatiuo rhetora. Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: de Demoſthene loquens ait: Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus: A carbone & forcipibus gladioſq; parante Incude: & lutheo uulcano ad rhetora miſit: ideſt ad ꝓfeſſorem rhetoricæ. Sane oratores nõnunq̃: etiã legati a perorando ꝓ republica nominati ſunt. Virgilius in. x. æneidos: Iamq; oratores aderant ex urbe latina. Declamator autem is dicitur qui ſtudiis apud rhetorem in conuentu ſcholaſticorum fictã cauſam orat At ipſe quoque rhetor: & quicunq; alius ſi etiam extra ſchola; hoc genere utitur: ſiue ut alios ſiue ut ſe exerceat declamator uocatur.

Rheuma cũ aſpiratiõe ipiꝰ. r. ſimiliter ſcribit᷑. Nã dictio græca ẽ: quæ latine eruptio ſiue fluor dici poteſt.

Rhexenor abſq; aliqua dihthongo: & cum. x. conſonante ſcribitur: fuit teſte Homero circa initium libri. vii. odyſſeæ: Nauſithoi filius: & frater Alcinoi regis phæacum.

Rhinoceron cum. i. latino & . c. exili ſcribit᷑: animal eſt quadrupes habens in rhine ideſt naſo ceras: ideſt cornu Nam & alio nomine dici monoceron nõnulli uolunt: eo ꝙ unicum cornu habeat: quod aliud animal eẽ puto: & in fronte cornu illud habere exiſtimo: atq; latine unicornis dici. Sed rhinoceronta habere repandum cornu dixit Solinus: ideſt recuruũ: quod ſubinde attritum cautibus in mucrone; excitat eo ꝙ aduerſus elephantos prœlietur: par ipſis longitudine breuior cruribus: naturali telo aluum petẽs: quam ſolam intelligit ictibus ſuis peruiam. Eſtq; beſtiæ eodem Solino teſte color buxeus.

Rhynitaleus: prima cu;. y. græco: ſequens cum. i. latino: reliquæ ſine aſpiratione ſcribunt᷑: fuit uir thracius: cuius exemplo teſte Plutarcho in uita Romuli Cæſar ſæpe dicere conſueuerat: amare ɋdem eſt ꝓditionem: ſed ꝓditores magnopere abhorrere.

Rhypes cum. y. græco ſcribit᷑: populi ſunt achiuorum.

Rhiphæi prima cũ. i. latino: ſequeus cum. ph. aſpirato & . æ. diphthongo ſcribit᷑. Sic quoq; dicunt᷑ ɋdam ſcythici montes a perpetuo uentorum flatu. Na; ῥιφιζω græce dicit᷑: quod apud nos flo. Virgiliꝰ i. iii. georgi. Gens affræna uirum rhiphæo tunditur euro.

Rhipæ prima cum. i. latino: ſequens cum. p. abſq; aſpiratõne & . æ. diphthongo ſcribit᷑: ſunt teſte Seruio ſup nono æneidos: montes in arcadia quos ad ſcythicorum differentiam nos ſine aſpiratione ipſius. p. ſcribere & ꝓferre conſueuiſſe dixit.

Rhytius prima cum. y. gæco: ſequens cum. t. exili & . i. latino ſcribitur: fuit teſte Homero libro ſecundo iliados: ciuitas cretæ.

Rhythmus prima cum. y. græco: ſequens cum. th. aſpirato in ſubſequẽte ſcribitur. Nec aliud latine q̃ numerum deſignat. Quintilianus libro nono de inſtitutione oratoria: Sunt inquit numeri rhythmi: ut & Cicero ipe conſtituit: & ſecutus eum Virgilius cum dixit: Numeros memini ſi uerba tenerem. & Horatius in carminibus: Numeris quæ fertur lege ſolutis. Et pergit Quintilianus rhyhmi ut dixit: neq; finem habẽt certum: nec ullam in contextu uarietatem: ſed qua cœperunt ſublatiõe ad poſitionem uſq; decurrũt.

Rhœtus prima cu;. œ. diphthongo: ſequens cum. t. exili ſcribit᷑: mons eſt troianus: in quo Aiax telamonius: poſtq̃ ſeipm interfecit ſepultus fuit: unde & rhœteꝰ deducitur: qui græce ῥοιτειος dicitur. Sed nõnunq̃ ɋdem abiicientes. i. retinẽtes. e. ꝓductam: ut Virgilius in. iii. æneí. Primum rhœteas aduectꝰ in oras. Aliquãdo uero diphthongus ipſa a noſtris diuiditur rhoeteius rhoeteia rhoeteium. Virgilius in. v. ænei. Non beroe nobis: non hæc rhoeteia mater eſt. Dorieli coniunx.

Rhodope cum unico. p. ſcribitur: mons eſt thraciæ: ut dixit Florus libro ſuarum hiſtoriarũ tertio: Sic quoq; a Rhodope regina thracum ibi ſepulta cognominatus. Solinus uero dixit montẽ eſſe mygdoniæ quæ portio eſt macedoniæ: ſed utrunq; eſſe poteſt: quia conterminæ ſunt regiões: & (ut ait Seruiꝰ ſuper. iii. georgi.) Rhodope in plagam orientalẽ porrigitur: & ſeptẽtrionalem reflectitur. Ideo ait Virgiliꝰ: Quaq; redit medium rhodope porrecta ſub axem: Illic clauſa tenent ſtabulis armenta. & reliqua.

Rhodos cum unico. d. ſcribitur: inſula eſt lyciæ teſte Pomponio libro ſecundo: & prima cycladum uenientibus ab oriente: in qua roſæ capulum dicitur a nõnullis fuiſſe inuentum: dum urbis fundamenta foderent᷑: a quo & ciuitas & inſula cognominata putatur. Nam rhodos græce latine roſa dicitur. huius circuitus admirandus: ut uidimus in dictione colloſſus.

Rhodia cum. i. latino ſcribit᷑: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha quædam filia Oceani & Tethyos.

Rhodius eodem modo ſcribit᷑: fuit teſte Heſiodo in theogonia: & Homero iuxta initium. xii. iliados: fluuius troianus olim ex monte ida effluens: nũc uero ita deperditus: ut cõperiri non poſſit.

Rhodopis cum. i. latino ſcribitur: & facit in genitino declinatione quidem græca rhodopidos: latine uero

rhodopidis:fuit meretrix quædam thraciæ miræ pulchritudinis:quæ teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſecundo:una cum Aeſopo captiua fuit.Illam Charaſſes mitylenæus frater Sapphus poetiſſæ maxima pecunia redemit:ut idem Herodotus in eodem libro teſtatur.Cuius etiam rei meminit Sappho ſoror in epiſtola ad Phaonem cum ait:Arſit inops frater uictus meretricis amore: Multaq; cum multo damna pudore tulit.hanc eandem Plinius libro uigeſimoſexto naturalis hiſtoriæ:Pyramidem laudatiſſimam conſtruxiſſe dixit:nequis opes regum miretur:ut maiore ſit miraculo eam tantas opes meretricio quæſtu conquiſiſſe.aſſeritq; una cum Herodoto illam Aeſopi fabullarum philiſophi: & compoſitionis conſeruam & cótubernalem fuiſſe.

R homphæa cum.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:dici poteſt framea:genus eſt gladii.

R hoxolani cum aſpiratione principii:&.x.conſonáte atq; unico.l.ſcribit̃:populi ſunt ſcythici ultra danubiũ quos dici rutenos puto:de quib⁹ in dictione baſtarne uidimus.

R homa cum aſpiratione principii(ut nonnulli uoluerunt)ſcribitur.Qui & græcum eſſe uocabulum ex auctoritate magnorum uirorum contendunt.Ná Solinus in initio ſui operis:ſunt íquit qui uideri uelint rhomæ uocabulum ab Euandro primum datum:cum oppidum ibi offendiſſet:quod extructum ante ualentiam dixerit latina iuuentus:ſeruatq; ſignificatione impoſiti prius nominis rhomam græce ualentiam ipſam nominarunt.Idé Hieronym⁹ noſter a ρωμη:qđ robur idicat:& ualentiá denominatá romá aſſerit.Vnde & Macrobius li.iii.ſaturnaliũ:romani inquit ipſius noſtræ urbis latinũ nomé ignotũ eé uoluerũt.Itaq; uelut nomé græcũ & nó latinũ cũ aſpiratione ipſius.r.illi iidé qui hæc inducũt ſcribere uoluerũt.Quoꝝ nónulli deinde ſententiam commutantes:ut ex eorundem nouis inſcriptionibus aſpeximus:antiquam ſcripturam ſequentes:abſq; aſpiratione romam iam ſcribere decreuerunt.Itaq; & nos cum illis illorum ſequimur ſententiam:qui romam non a græco accæptam ſed latinam: & a Romulo cognominatam eſſe aſſerunt. Nam & græcus ipſe Plutarchus de eo nomine unde & qua potiſſimum cauſa emanauerit: ſententias cum plurimas rettuliſſet:eam tandem ueram eſſe dixit:quaꝫ Varro & Liuius noſter:& exactiſſimi quique græci aſſeruerunt:a conditore Romulo urbis romæ nomen accæptum fuiſſe.Idemque Saluſtius aſſeuerauit.At uero Romulũ latinam etymologiam habere ex eo potiſſimũ conſtat:quod dixit Ouidius libro faſtorum:

Arbor erat:remanent ueſtigia:quæq; uocatur
Romula nunc ficus:romula ficus erat:Quam ſane ficum ſic quoq; uocatam a rominando dixit Plutarch⁹ in uita Romuli:cum ſub ea pecudes æſtatis tempore frigora captantes:herbas rominare conſueuerũt.Vel ut dixit Plinius libro decimoquinto naturalis hiſtoriæ:ab eo quod ſub illa inuenta eſt lupa:Romulo & Remo infantibus præbens rumen:ita enim tunc ut ait:uocabant mammam.Quamobrem cum ipſo.r.abſque aſpiratione romam ſcribendam puto.Idemq; ab antiquis noſtris in numiſmatibus: & marmoꝝ inſcriptionibus obſeruatum conſpeximus.Romæ igitur ambitum diuerſis temporibus fuiſſe uarium:ex diuerſoruꝫ auctoritate comprobari poſſe uidetur. Naꝫ primus quidam ambitus:teſte Cornelio Tacito a foro boario ubi æreum inquit taurum aſpicimus:quia id genus animalium aratro ſubditur: ſulcus deſignandi oppidi cœptus:ut magnam Herculis aram amplecteretur.Inde certis ſpaciis interiecti lapides per ima montis palatini ad aram Conſutii:mox ad curias ueteres:tum ad ſacellum larem forumq; romanum: & capitolium nó a Romulo:ſed a Tito Tacito additum progreſſum eſt.Quæ omnia loca cum ad radices palatini montis fuerint:in ſequentibus deſignare curabimus.Plinius uero in tertio naturalis hiſtoriæ: ex Auguſti traditionib⁹ ſcribit urbis ambitum ſuo tempore milia paſſuuꝫ uiginti continere:portaſq; habere triginta: & tũc quoq; ſeptem clauſas eſſe.Flauius autem Vopſcus ſcribit Aurelium imperatorem ambitum urbis ad triginta milia paſſuum ampliaſſe:nec de portis mentionem fecit. Quarum nomina ad plenum inueſtigare:ac comperire difficile eſſet.Nam cum diuerſis temporibus aucta fuerit:& quæ intra ultimum murorum ambituꝫ remanebant:portæ formam decuſq; amitterent.fueritq; deinde roma diruta & confracta: illas prorſus inueſtigare ac percipere uidetur impoſſibile.Sed earum tantum nomina explicabim⁹:quas apud hiſtoricos expreſſas cóperim⁹:hoc eſt flumentaná:collatiná:colliná:exquiliná:uiminalem:neuiá:querquetulam:gabiuſam:lauernalem:ruduſculanam:rutumenam:latinam:appiam:atq; eandem capenam:trigeminam:aureliam:fontinalem:carmentalem:quæ & ſcelerata dicitur:pandanamq;: & liberamugoniam: quæ & trigonia cognominatur:catulariam:triumphalé. Quarum etymologiam & ſituꝫ:ut apud approbatos auctores cóperimus:ſi non omnium:nonnullarum ſaltem explicare conabimur. Sed id primuꝫ prænotare liceat thybrim a ſeptentrione urbem intrare:& ex latere meridiano uerſus hoſtiam exire.Ita ut ex latere quidem dextero uaticanum comperiat:& ianiculum:quæ duo regionem tráſhyberinam complent: a ſiniſtro uero ſit romanæ urbis ambitus ſeptem complectens colles. Erat igitur porta flumentana illa cognominata: quam thybris urbem intrans in ſiniſtra ripæ parte relinquitur.Sic quoq; dicta teſte Feſto Pompeio:quod thybris eam quandoq; influxerit.Nec in aliam ex diſpoſitione loci influere thybris potuiſſet:de qua Liuius í ſexto ab urbe meminit cum ait:prædicta die in petilinum lutum extra portam flumentanam.Quin & illaꝫ de cæſo tractam meminit.Collatina uero porta:quæ per eundem circuitum ad ſiniſtram thyberis partem flumé-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tanæ iam etiam contermina teſte eodem Feſto a collatia oppido prope romam:in quod aliarum ciuitatuȝ
opes fuerunt collatæ appellata eſt. De quo Liuius in primo ab urbe dixit:collatia & quicquid circa illam
agri erat ſabinis ademptum eſt.hæc eadem multos poſtea annos pinciana dicta eſt: a palatio ſibi propin-
quo.cuius teſte Caſſiodoro in epiſtolis rex oſtrogotorum primus Theodoricus demolita marmora rauē-
nam portari curauit.Ad hanc conſequens porta fuit quæ gabiuſa dicebatur eo quod recta in Gabios du
ceret.Vnde & Liuius in bello macedonico:gabiuſam de cælo tactā fuiſſe cōmemoret.At ſubſequens por
ta qrinalis dicta fuit. Sic quoq; eodē Feſto teſte cognominata: ꝙ ea in collē qrinalē itur:ſiue quod proxi-
me eam Quirini ſacellum eſt.hæc eadem(ut nonnulli uolunt)aliquando ægonenſis dicta fuit:eo ꝙ mons
ipſe quirinalis prius ægonus cognominatus eſt.Alii uero aliam portam fuiſſe: & ad quemdam quirinalis
collem deduxiſſe contendunt qui eo nomine cognominatus fuit.huic proxima collina dicebatur:quæ ad
quirinalem conducebat.Quod Varro ipſe de lingua latina:ſic quoq; indicare uidetur cum dixit:in quiri
nali colle plura ſunt collium nomina.Nam collis tricepſois: ubi ædes Quirini:collis ſalutaris q tricepſois
collis pollinaris:qui eſt ad ædem Salutis:& collis mutialis:ad ædem dei Diſſidii:ab qua collium uarietate
quam quirinalis habuit collis:dicta eſt porta collina.huic portæ propinquū fuit Veneris erycinæ templū:
de quo Ouidius libro faſtorum:

Templa frequentari collinæ proxima portæ
Nunc decet.a ſiculo nomina rege tenent.

Et hanc eandem rerum talium curioſi illam eſſe dicunt: quæ iam ſalaria nominatur. Quod nomen prius
uiæ ſtratæ adfuiſſe Cornelius Tacitus indicat. Nam ingreſſum militum Vitellii imperatoris in urbem de-
ſcribens:inquit tertium agmen per ſalariam collinæ portæ appropinquabat.Feſtus uero ait:quod per eaȝ
ſabini a mari ſalem deferebant.Sequens porta & collinæ ſuccedens uiminalis dicta:qa ſcilicet ad uimina-
lem collem ducebat.Eadem(ut nonnulli ferunt)& numentana dicta fuit:cuius etymologiam nondū com
peri:atq; eā fuiſſe quæ ſanctæ Agnetis nunc quoq; uocatur:nonnulli contendunt.huic exquilina ſuccedit
qua ſcilicet in exquilias itur:nunc(ut ferunt)ſancti Laurentii : atq; etiam tyburtina appellatur. hanc can-
dem aliquando taurinam a capite tauri:quod illi inſculptum erat nonnulli cognominatam fuiſſe credunt
Alii aliam taurinam ipſam extitiſſe contendunt. Fuit & alia quæ neuia olim nunc maior dicitur. Sequens
iam pridem eſt aſinaria:a priſcis celimontana a celio monte:nunc ſimilis ſancti Ioannis uocatur.octaua cu
ius equiualens in angulo clauſa cernitur Metrodii porta dicebatur.Quin & omnes quas nominamus Li
uius ipſe in ſecundo ab urbe:cum Porſenæ obſidionem deſcriberet:ſic quoq; a maioribus cognominatas
fuiſſe ſatis oſtendit . Sequens porta(ut omnes coniectantur etiam nunc nomen retinet)latina dicta fuit :
quod ea in latium ducebat.Eadem uel illi propinqua capena dicebatur:de qua Solinus Italum inquit re-
gem de inſula ſiciliæ cum ſyracuſanis ad Ianum perueniſſe: ac eius conſilio auxilioq; ciuitatē iuxta albu-
lam condidiſſe capenam nomine:a qua poſtmodum portæ capenæ nomen fuit.De eadem Iuuenalis in ſa-
tyſa Vmbricii:qui unica rheda domum totam ad cumas deferebat inquit:Subſtitit ad ueteres arcꝰ: quos
latericios a Romulo conſtructos dicunt.Nec florentes poſtea opibus romani paſſi ſunt in marmora com-
mutari:ut antiquitatem & memoriam conditoris conſeruarent:madidamq; capenam: ratione ſcilicet fon
tium propinquorum:Hic ubi nocturnæ numa conſtituebat amicæ:Nunc ſacri fontis nemus & delubra lo
cantur.Iudæis eadem uiam ſtratam habet:neapolim uſque ducentem:quæ appia dicta fuit.Nam etiam ro
mæ porta trigemina:per quaȝ ut dicunt trigemini fratres Horatii exierunt:quando Curatios deinde an-
te albam occiderunt. Sed teſte Liuio tertius qui ſuperſtes remanſit:porta capena rediit.de illa tamen ſæ
piſſime meminit Liuius:ut in bello macedonico ædiles inquit eo anno porticum unam extra portam trige
minam emporio ad thybrim addito fuerunt.& libro quarto ab urbe Minutius extra portam trigeminaȝ
boue aurato donatus eſt.hanc eandem eſſe quæ hoſtienſis deinde dicta fuit : eo quod hoſtiam uerſus du-
cat quidam affirmare non dubitant.nunc uero ſancti Pauli cognominari dicunt:quia ad eius ædem cele-
berrimam uergit.Ego uero an eadeȝ ſit:uel alia affirmare nequeo:ſicut nec de porta aurelia:an ea ſit quæ
in loco ianiculi edito etiam nunc conſpicitur:& ſancti Pancratii ob propinquitatem ad illius ædem appel
latur:& illa fontinalis quæ ex ianiculo in uaticanum dimittit(licet hoc quidem nonnulli certum aſſerant)
hoc tamen ex Feſto habemus fontinalia fontium ſacra eſſe:unde & romæ fontinalis porta.Et quia dixit ro
mæ non puto id ianiculum contigiſſe:quod extra romam tranſthyberim erat:& magis capenam fuiſſe ex-
iſtimo iuxta quam fontes erant:qui eam madidam reddebant. Vnde ait Liuius in bello macedonico: cen-
ſores uiam ſternendam a porta capena ad Martis ædem locauerunt. Et Alio libro in eodem bello: ædiles
alteram porticum ad portam fontinalem ad Martis aram : qua in campos iter eſſet perduxere . Fuerunt
aliarum:ut rettulimus portarum nomina: quæ uel intra breuioris circuitus muros : uel amplioris locatæ
erant:uel forte etiam eorundem alio tempore fuerunt obſeruata nomina.Quod exacte diſcerni poſſe im
poſſibile exiſtimo. Certi tamen ſumus Romulum ipſum in ſuæ urbis conſtructione:tres portas ſtatuiſſe:

ĩnam carmentalem:qũæ & ſcelerata dicta fuit. Aliam pandanam:quæ & libera. Tertiam mugoniam: quæ & trigonia:hoc eſt trium angulorum cognominata fuit. Varro tamen dixit pandanam ſaturniæ urbis nomen portæ fuiſſe:non dixit romæ. Verum eum locum roma poſtmodum complexa fuit:ut in ſequentibus apparebit. Itaque roma aucta etiam portaruꝫ nomen detinuerunt. Carmentalis porta a Carmente matre Euandri:quæ inibi prius hahitauerat dicta fuit. Illa uero carminibus quibus reſponſa dabat:cuꝫ Nicoſtrata uocabulo græco uocaretur. Quare dixit Virgilius in octauo æneidos:

Et carmentalem romano nomine portam.

Sed poſtea teſte Feſto ſcelerata uocata eſt : quod per eam trecenti Fabii cum clientibus quinque milibus egreſſi:aduerſus hetruſcos ad amnem cremeram omnes interfecti ſunt. Vnde etiam de illa ait Ouidius libro faſtorum ſic dicens :

Carmentis portæ dextra eſt uia proxima iano:
Ire per hanc noli quiſquis es omen habet.
Illa fama refert fabios exiſſe trecentos.
Porta uacat culpa:ſed tamen omen habet.

At uero pandanæ & mugoniæ etymologiam nondum comperi. Querquetulana autem porta:de qua ſupra mentionem fecimus:ubi fuerit incertum habemus:ea tamen ſic quoque cognominata fuit:teſte Feſto quod quercum intra muros iuxta ſe habeat. Quin & de lauernali ſic inquit:Lauerniones fures antiqui dicebant:quod ſub tutela deæ Lauernæ eſſent:in quouis loco obſcuro abditoq;.hinc & lauernalis porta hæc illius uerba. Ruduſculana eodem teſte appellata eſt:quaſi rudis & impolita ſit relicta. Dixit etiam rutumenam. Item Feſtus a nomine cuiuſdam aurigæ cognominatam fuiſſe. Quin & Catulariam ſic quoq; cognominatam uoluit:quia aut longe ab ea ad placandum caniculæ ſidus inimicum frugibus ruffæ canes immolabantur:ut fruges matureſcentes ad maturitatem perducantur. Triumphalis uero porta:quaꝫ inter alias ultimam nominauimus:omnium romanæ urbis celeberrima fuit. Sic quoque cognominata quia per eam & nullam aliam triumphi agebantur. huius portæ adhuc intime fundamentorum molles in extrema thybridis ripa conſpici poſſunt:& pons ſimiliter ad illam conducens:cuius pilarum baſes a cruſtis marmorum decruſtatæ in ipſo thyberi ab portæ ripa:uſque ad hoſpitale Sancti Spiritus:etiā noſtro tempore decernuntur:a quo loco uſque ad Neronis circum:in quo Caii Calliculæ obeliſcus aſpicitur:q nunc quoque corrupte Iulia nuncupatur:& ad ſiniſtrum latus baſilicæ beati Petri adiacet:triumphale teritorium nuncupatur. Sed de porta meminit Ioſephus approbatiſſimus hiſtoricus libro ſeptimo: de captiuitate iudaica:ubi Veſpaſiani principis & Titi filii de iudæis triumphum deſcribens ait:ipſos enim imperatores:qui non in palatio maiori:ſed in Iſidis templo nocte quieuerant ad octauianas ambulationes trāſiuiſſe:ubi eos ſenatus & honorati equites præſtolabantur. Et cum fauor militaris eoſdeꝫ meritis honoraſſet laudibus:uotis rite celebratis ad portam receſſiſſe : quæ ab eo quod per illam ſemper triumphorum pompa duceretur nomen accæpit:finiſque pompæ erat Capitolini Iouis templum. Suetonius etiam de funere Octauiani loquens ait: quoſdam ſenatores cenſuiſſe Auguſti funus porta triumphali ducendum.

Sed de territorio triumphali non parum eſt teſtimonium Damaſi:qui ſcripſit beatum Petrum ſepultum fuiſſe in uaticano iuxta erritorium triumphale. Verum & triumphale territoriuꝫ & adhærentia illi loca uaticani nomen a uaticano colle aſſumpſerunt. De quo Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam : meminit cum ait:

Et uaticano fragiles de monte patellas. Martialis & cum ait:
Quid te tucca iuuat uetulo miſcere phalerno
In uaticanis condita muſta cadis?

Nam & patellæ olim ut nunc ex creta Vaticani Montis formabantur. Sed unde collis ipſe Vaticani nomen aſſumpſerit:dixit Feſtus:ꝙ eo potitus ſit populus romanus uatum reſponſo:pulſis hetruſcis. Gellius uero in libro noctium atticarum decimooctauo: Agrum inquit uaticanum & eiuſdem agri deum præſidem appellatum accæpimus a uaticiniis: quæ ui atque inſtinctu eius dei in eo agro fieri ſolita erant.

Sed præter has cauſas:& aliam rettulit Varro in libris diuinarum rerum dicens : Quemadmodum aruis deus appellatus:araq; ei ſtatuta infima uia noua:ꝙ eo in loco diuinitus uox edita erat. Ita uaticanus deus nominatus:penes quem eſſent uocis humanæ initia:quoniam pueri ſimul atq; parti ſunt eam uocē edunt quæ prima in uaticano ſyllaba eſt. Iccircoq; uagire dicit exprimente uerbo ſonum uocis recentis. Et conſtat iam uaticanum collem eum eſſe qui eccleſiæ beati Petri adiacet:nec ſupra illum:aut propinquū fuiſſe Neronis palatium:ut inſcii quidam mentiuntur:de quo in ſequentibus pertractabimus. Sed teſte Cornelio Tacito:apud quem geſta Neronis particulariter deſcribuntur: Clauſit inquit Nero in ualle uaticana ſpatium:in quo equos regeret:haud promiſcuo ſpectaculo:de quo in dictione circus:& ĩ dictione obeliſcus ſatis uidimus. Et ſubdit idem auctor Neronem apud nemus:quod nauali ſtagno circum poſuit extru

xiſſe conuenticula:& cauponas reliquaq;:qui legere cupit ibidem poterit.Rettulit etiam Plinius circa fi-
nem.xvi.ſuæ naturalis hiſtoriæ libri:uetuſtioreꝫ urbe ſuo tempore in uaticano ilicē eſſe. In q̄ titulus æreis
litteris & hetruſcis:quæ religione arborem iam tunc dignam fuiſſe ſignificant.Sed præcunctis rebus cele
brior & religioſior cōſpicit uaticanus reliquiis beati Petri & eius excelſa baſilica: ac romani pontificis pa
latio:quod Nicolaus papa eo nomine ſecundus primum fundauit:ac grande uiridarium fortiſſimis mu
ris cinxit. Sed iam mirum ī modum: & pene incredibili ornatu inſtaurat id Nicolaus quint⁹ totius orbis
delitiæ:ac religio:qui diuina ſua uirtute pontificatus maximi gradum ſummum aſcendit. Vaticanum ue-
ro primitus Leo papa quartus muro muniuit:& de ſuo nomine ciuitatem leoninam uocauit. Ea ſex por-
tas etiam nunc ſtantes habet. Quarum prima in ianiculum dimittens ab eccleſia cui ſubiacet ſancti ſpirit⁹
nomen accæpit. Alia eſt edito in colle ſita pertuſa:hoc eſt perforata uocatur. Tertia iuxta metam a ſini-
ſtro latere a poſterulano quodam Saxone iuxta illam habitante: poſterulæ nomen accæpit. Quarta quæ
pontificis uiridario ſubiacet:ab eccleſia beati Peregrini nomen accæpit:nunc uiridaria uocatur. Quinta
iuxta metam Hadriani:quod nunc caſtrum ſancti Angeli uocatur:& qua in campos itur ſancti Angeli por
ta uocatur. Sexta ea eſt:quæ ſimiliter ſub ipſa Hadriani mæta ad urbem per pontem ipſius Hadriani cō-
ducit:atq; ab æneis foribus ænea uocitatur. Et hæc hactenus.

Nunc de collibus urbis uidendum reſtat: qui ſeptem ab auctoribus deſcribuntur : dicente Virgilio li-
bro georgicorum ſecundo:

Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima roma:
Septemq; una ſibi muro circundedit arces.

Quorum nomina ſunt Capitolinus:idem & Tarpeius: Auentinus:Palatinus:Cælius: exquilinus:Vimina
lis:& Quirinalis.Ianiculus uero regionem ipſam totam transthyberinam: excæpto uaticano indicat : ſed
abſq; ianiculo:& uaticano ſepticollis ipſa urbs dicebatur.Vnde apud romanos ipſos antiquitus feſta erāt
quæ ſeptimontinalia uocabantur.Capitolinus igitur mons teſte Varrone de lingua latina dict⁹ eſt: quod
cum in eo fundamenta ædis Iouis foderentur:caput humanum inuentum eſt.Et ut addit Liuius litteris tu
ſcis annotatum.Sed ante hoc ipſum nomen eodem Varrone teſte tarpeius a Tarpeia uirgine uaſtali dice
batur:quæ ibidem quoq; a ſabinis necata armis:& ſepulta fuerat:quod etiam nunc teſte Varrone tarpei-
um ſaxum appellatur.Et ut idem pergit hunc antea montem ſaturnum appellatuꝫ prodiderunt: & ab eo
late ſaturniam terram.Et etiam Ennius appellat antiquum oppidum in hac fuiſſe ſaturnia ſcribitur. Eius
ueſtigia etiam nunc inquit Varro manent tria. Quod Saturni fanum in faucibus. Quod ſaturnia porta:
quam Iunius ſcribit: ibi quam nunc uocant pandanam. Quod poſt ædem Saturni in ædificiorum legi-
bus priuatis pariete:poſtici muri ſunt ſcripti.hæc ille.Fuit in hac arce capitolii celeberrimuꝫ Iouis optimi
maximi templum:de quo ſic inquit Cornelius Tacitus in decimonono ſuarum hiſtoriarum:uouerat Tar-
quinius priſcus rex bello ſabino ſedem Ioui optimo maximo Iæcitque fundamenta ſpe magis futuræ ma-
gnitudinis:q̄; tunc populo romano competeret.Mox Seruius Tullius ſotiorum ſtudio adiæcit aliquid.
Deinde Tarquinius ſuperbus capta ſueſſa & pometia per hoſtium ſpolia fecit.Sed gloria operis liberta-
ti ſeruata pulſis regibus Horatius puluillus iterum conſul dedicauit magnifice.uerum teſte Lactantio cū
Tarquinius capitolium facere uellet:atq; in eo loco multorum deorum ſacella eſſent: conſuluit eos p au-
guria utrum Ioui cederent.Et cedentibus cæteris ſolus deus terminus manſit : qui lapis erat informis ac
rudis.Vnde illum Virgilius capitolii immobile ſaxum uocat:& eum eſſe dicebant:quem pro Ioue Satur-
nus dicitur uoraſſe:de quo

Sed facto capitolio ſupra ipſum terminum foramen eſt in tecto relictum:ut quia non ceſſerat libero telo
frueretur. Fecit etiam Auguſtus in capitolio ædem Ioui tonanti: dicente Suetonio : Tonanti Ioui ædem
in capitolio conſecrauit:liberatus periculo cum expeditione cantabrica per nocturnum iter lecticam eius
fulgur perſtrinxiſſet:unumque præſentem exanimaſſet.Fuit & in eadem arce Iunonis monetæ templum:
quod per hunc quoque modum ipſi deæ in capitolio dicatuꝫ fuit.Nam capta urbe a gallis:& obſeſſo ca-
pitolio:anſeres ibidem erant Iunoni ſacrati:a quibus teſte Liuio libro quinto ab urbe: romani etiam ī ma
gna ciborum penuria abſtinebant. Sed gallicum nocte ſubluſtri tanto cum ſilentio ad ſummum capito-
lii ueniſſent:ut non modo cuſtodes:uerum canes fallerent:anſeres ipſos ſacros non fefellere.Quoruꝫ clan
gore & allarum ſtrepitu excitus.M.Manlius:qui ante tertio anno conſul fuerat: & cuius ædes in arce ca-
pitolii ſtructæ erant:correptis armis & alios ad arma ciens:gallos in ruinam:& præcipicium dedit. Quod
& Virgilius in.viii.æneidos tetigit cum ait:

In ſummo cuſtos tarpeiæ manlius arcis
Stabat pro templo & capitolia celſa tenebat.

Romuleoq; recens horrebat regia culmo:
Atq; hic auratis uolitans argenteus anſer:
Porticibus gallos in limine adeſſe canebat.
His ſucceſſibus elatus Manlius cum in maximas diſſenſſiones cum Camillo: ex inuidia ut creditur deue-
niſſet: a tribunis militum conſulari poteſtate creatis: damnatus crimine regni de tarpeia rupe: quam a gal
lis tutatus fuerat: in thyberim præcipitatus occubuit: ut cuius diruta domo Iunonis ædes conſtructa fuit:
Dicente Liuio libro ſeptimo ab urbe: dictator ſcilicet Camillus ædem Iunoni monetæ uouit: cuius dam-
natus uoti: cum uictor romam reuertiſſet: dictatura ſe abdicauit. Senatus duumuiros ad eam ædem ꝑ am
plitudine reipublicæ faciendã creari iuſſit: locus in arce deſtinatus quæ area ædium. M. Manlii capitolini
fuerat. Vnde inquit Ouidius libro faſtorum quinto:
Arce quoq; in ſumma iunoni templa monetæ:
Ex uoto memorant facta camille tuo.
Ante domus manli fuerat: qui gallica quondam
A capitolino reppulit arma ioue.
Sed ob quam cauſam dicta fuerit moneta oſtendere uidetur Cicero libro diuinationum primo cum ait:
Poſt illam cladem maximam a ſenonibus gallis factaꝫ: audita uox ex arce Iunonis fuit: ex quo Iuno illa ap-
pellata moneta eſt. hæc ille. Ita ut ſi ante id tempus ab aliquo Iuno ipſa moneta appelletur: non quideꝫ ut
tunc quoque: ſed quia poſtea moneta appellata fuit intelligendum eſt. Fuit etiam in eadem arce capitolii
Mineruæ delubrum: ut oſteddit Plinius libro trigeſimoquinto naturalis hiſtoriæ. Nam loquens de Nico-
macho pictore inquit: pinxit raptum Proſerpinæ: quæ tabula fuit romæ in capitolio ĩ Mineruæ delubro.
& libro trigeſimoquarto ſcripſerat: molles quippe excogitatas uidemus ſtatuarum: quas coloſſos uocant
Talis eſt in capitolio Apollo tranſlatus a Lucullo ex appollonia ponti urbe triginta cubitorum quingen-
tis de talentis factus. Et infra ſubdit: habet in eodem capitolio admirationem & capita duo quæ Publius
Lentulus conſul dicauit. Alterum a Carete lindio Lyſippi diſcipulo factum. Alterum fecit Decius compa
ratione in tantuꝫ uictus ut artificium minime probabilis artificis uideatur. Dixit etiam Herculem eſſe in
capitolio qui a tarento fuit tranſlatus. Et ut breuiter in his concludam teſtatur Seruius ſuper ſecũdo æne
idos librum: ubi ait Virgilius.
Ecce autem panthus telis elapſus achiuum:
In capitolio omniũ deorũ ſimulachra celebrari. Ex quo dixit Ammianus hiſtoricꝰ li. uigeſimoſecũdo: re-
rum geſtarum huius totius arcis ornamenta quibuſcunque ægyptiorum miraculis ſunt anteponenda.
Quare aurea capitolia cognominantur a Virgilio libro octauo æneidos. Ad hanc autem arcem Cliuus
erat publicus non longe ab eo loco incipiens: ubi pons erat ſublicius: qui iam ſanctæ Mariæ uocitatur: ut
in ſequentibus oſtendemus: quo iter a ianiculo in fora ducebatur. De quo Ouidius libro faſtorum pri-
mo inquit:
Vtq; leuis cuſtos armillis rapta ſabinos
Ad ſummæ tacitos duxerit arcis iter
Inde uelut nunc eſt per quem deſcenditis inquit
Arduus in ualles per fora cliuus erat.
Nam circa eum locum (ut uidebimus) duo fora iungebantur: boarium ſcilicet & piſcarium. Boarium id
dicebatur forum quod inter palatinum & arcem capitolinam conſtitutum erat. In quo & lacus curtius cõ
tinebatur: Dicente Varrone de lingua latina: in foro lacum curtium a Curtio dictum conſtat. Et ſubdit.
Eſtque de illo triceps hiſtoria. Nam procilius non idem prodidit quod Piſo: nec quos is Cornelius a Pro-
cilio relatum in eo loco dehiſſe terrãm: & id ex ſenatus conſulto ad haruſpices relatum eſſe reſponſum:
deum Manio peſtilionem poſtulare. Idem ciuem fortiſſimum eodem mitti. Tum quendam Curtium ui
rum fortem armatum aſcendiſſe in equum: & a concordia uerſum cum equo in eo præcipitatuꝫ. Eo facto
locum coiſſe: atque eius corpus diuinitus humaſſe: ac reliquiſſe genti ſuæ monumentum. Piſo in annali-
bus ſcribit ſabino bello quod fuit Romulo & Tatio: cum Romulus cuꝫ ſuis ex ſuperiore pte impreſſioné
feciſſet: Metius Curtius ſabinus uir fortiſſimus in locum paluſtrem: qui tum fuit in foro antequaꝫ cloacæ
ſint factæ ſeceſſiſſe: atque ad ſuos in capitolium recæpiſſe: ab eo locũ inueniſſe nomen. hec Varro. Cui &
Liuius in ſeptimo ab urbe: aſſentiri uidetur. Quam ſane opinionem Plutarchus ipſe in uita Romuli latiꝰ
etiam pertractauit. Quin & Ouidius in libro faſtorum. vi. ſic quoq; dixit:
Curtius ille lacus ſiccas qui ſuſtinet aras:
Non ſolida ẽ tellus: ſed fuit ante lacus. Et pergit Varro ad ea quæ dixerat ſubdens: Cornelius uero & Lu-
ctatius ſcribunt eum locum eſſe fulguritium: & ex ſenatuſconſulto ſeptum eſſe. Id quia factum eſt a Cur-
tio conſule: cũ. M. Megentius fuit collega: curtium appellatum. Sed ut diximus hoc quoq; forum in quo

curtius locus erat: boarium uocabatur. quod hac ratione expreſſiſſe uidetur Cornelius Tacitus libro hiſto
riarum primo: quia eo in loco boues ad ſulcum pro ambitu urbis deſignandæ adhibiti primuꝫ ſunt: ita ut
ubi ſulcus cœptus eſt: æneus ſit taurus. Quod etiam opinari facit capita boum: quæ pene omnibꝰ romanis
ædificiis inſculpta uidemus: quaſi ab optimo fieret bouis augurio: quod in deſignanda urbe concæptum
fuit. Alii a boue bouarium cognominatum forum dicunt: quem Hercules ibidem deuicto Caco Ioui imo-
lauit: de quo Ouidius libro faſtorum:

Immolat ex illis taurum tibi iuppiter unum
Victor: & euandrum ruricolaſq; uocant:
Conſtituitq; ſibi quæ maxima dicitur aram
Hic ubi pars urbis de boue nomen habet.

Alii de bobus inibi uendundis & emundis dictum putant. Indu-
cuntq; in argumentum portam quandam marmoream circa ea loca adhuc reſtantem: hoc eſt ad latus eccle
ſiæ beati Georgii in uelabro: ubi hæ litteræ inſcriptæ ſunt. Imperatoribus Lucio Seuero Septimio: &. M.
Aurelio Antonino: & Iuliæ Auguſtæ matri negotiantes boarii eorum numini. Vnde & Varro de lingua la-
tina oſtendere uidetur dicens: Quo quid generatur conferrent forum appellatum additumq; ab eo cogno
men: ut forum boarium. Macrobius in tertio ſaturnalium libro: romæ autꝫ inquit: uictoris Herculis ædes
ſunt duæ: una ad portam trigeminam: altera in foro boario: huic & piſcarium forum coniunctum uidetur
quod iuxta thyberim fuiſſe idem Varro de lingua latina oſtendere uidetur dicens: Secũdum thyberim ad
ianum forum piſcarium uocant: hoc eſt iuxta ianum: de quo Ouidius in libro faſtorum primo: deum ipſuꝫ
interrogat dicens:

Cum ſint tot iani cur ſtas ſacratus in uno:
Hic ubi iuncta foris templa duobus habes.

Ad quem Ianus reſpondens hiſtoriam refert belli ſabini: quod uirginum raptarum gratia cõmiſſum ẽ quo
cum romani portam: quæ ſub radicibus collis erat: & ab aduentu ianualis poſtea dicta fuit: claudere feſtina
rent: quia in illam hoſtes ruebant: mox ut clauſa eſt patefacta fuit. Vnde ait Ouidiꝰ id Iunoni ipingens:

Et iam contigerant portam ſaturnia: cuius
Dempſerat oppoſitas inuidioſa ſeras.

Et ut dixit Macrobius in ſaturnalibus cum iterum: ac tertio ideꝫ contigiſſet: armati plurimi pro limine ſte-
tere cuſtodes. Sed cum ex parte aduerſa acri prælii certaretur: proferretq; fama noſtros fugere territi adi-
tum reliquerũt. Tunc per patentem portam hoſtes irruunt. Sed repente fertur ex eo loco ubi ædes eſt Iani:
per hanc portam magna fluenta aquarum feruentium decurriſſe multaſq; cateruas hoſtium: tũ ex feruore
tum rapida uoragine deperiſſe. Vnde loqui pergit Ianus apud eundem poetam:

Cum tanto ueritus cõmittere nũmine pugnam. i. cum Iunone.
Ipſe meæ moui callidus artis opus:
Oraq; qua pollens ope ſum fontana recluſi
Sumq; repentinas eiaculatus aquas
Ante tamen calidis ſubiæci ſulphura uenis:
Clauderet ut tacito feruidus humor iter.

Itaq; in eo loco ubi aquæ illæ calidæ defluxerũt templum Iano a Numa conſtructuꝫ fuit. Quod teſte Liuio
in primo: Ille index belli paciſq; fecit Numa apertum ut in armis eſſe ciuitatem. Clauſuꝫ pacatam circa om
nes populos ſignificaret. Nam cum apertum erat profecti ad bella ſperare uidebantur ſuffragia opitulan-
te deo: dicente eodem apud Ouidium:

Vt populo reditus pateant ad bella profecto.
Tota patet dempta ianua noſtra ſera
Pace fores obdo ne qua diſcedere poſſit.

Virgilius uero dixit: ut intus furor coerceretur: Scæua ſedens ſup
arma: & centum uinctus aeris: Poſt tergum nodis fremit horridus ore cruento. Sane teſte Liuio bis deinde
poſt Numæ regnum clauſum fuit. Semel Tito Manlio conſule poſt primum punicum perfectum bellum.
Iterum ut ait quod noſtræ ætati dii dederunt: ut uideremus poſt bellum actiacũ ab imperatore Cæſare Au
guſto pace terra mariq; parta. Rurſum & tempore Veſpaſiani clauſum fuiſſe Suetoniꝰ eſt auctor. Sed tem
plum ipſum nonnulli hæc ipſa curioſius perſcrutantes etiam noſtra ætate integrũ aſpici aſſeruerunt: ex can
dido ſcilicet marmore patentibus quadrifariam portis iuxta ſanctum Georgium in uelo aureo. Vnde cli-
uus publicus ad capitolii arcem incipiebat. De quo Seruius ſupra ſeptimo æneidos dixiſſe uidetur: cum ait
captis phaleris ciuitate tuſciæ inuentum eſt ſimulachrum Ianicum frontibus quattuor. Vnde quod Numa
inſtituerat tranſlatum fuit ad forum tranſitorium: & quattuor portarum unum templũ eſt illi inſtitutum
hæc ille. hoc ignari quidam Boetii domum uocant. Nec minus ignare eccleſiam beati Georgii in uelo au-
reo uocitant. Cum locus ille Varrone teſte uelabrum: & non uelum aureum diceretur: ut quum de auen-
tino monte tractabitur oſtendemus. Scribit etiaꝫ Suetonius de Cæſare: quod gallici triũphi die uelabrum

præteruehens pene curru excuſſus eſt axe diſtracto. Aſcenditq; capitolium ad lumina ſexaginta elephantis dextra & ſiniſtra lychnos geſtātibus: ſed quia Iani templuꝫ ad ſiniſtrum argiletum fuiſſe dixit Liuꝰ. Quid id argiletum fuerit dicemus. & teſte Seruio ſupra octauo æneidos: locꝰ erat: qui uel ab argilla terra pingui dicitur: uel ab Argo hoſpite Euandri: qui cū Euandro inſidias paraſſet. ab ipſius Euādri ſotiis īterfectꝰ fuit Cui tamen hoſpitalitatis gratia Euander locum & ſepulchrum conſecrauit. Vnde cum Virgilius Euādruꝫ induceret ea loca monſtrare Aeneæ ſubdit:

Necnon & ſacri monſtrat nemus argileti:

Teſtaturq; locum: & lætum docet hoſpitis argi. Verū & præter ea duo fora: quæ ſupra nominauimꝰ: boarium ſcilicet & piſcarium: nōnulla alia romæ fuiſſe diuerſis ex auctoribus recollegimus. Vnum ſcꝫ quod forum romanum ſimpliciter dicebatur: conſtitutum quidem poſt boarium iuxta palatiū in uia ſacra ad radices capitolii & arcum Seueri: ut infra uidebimꝰ. Aliud uero Traiani foruꝫ dicebatur: quod ille mirabilibus ædificiis ſtruxerat. Nam teſte Ammiano libro decimoſexto de rebus geſtis: Conſtantis filii; Flauii Conſtantini magni. Cum primum inquit Conſtans ex conſtantinopoli ubi natus educatuſq; fuerat: romam uenit. Vrbe inſpecta obſtupuit. & infra ſubdit: uerum cum ad Traiani forū ueniſſet: ſingularem ſub omni cælo ſtructuram: ut opinamur æternam mœnium aſcenſionem mirabilem hærebat attonitus perq; giganteos contextus circūferens menteꝫ: nec relatu effabiles: nec rurſus mortalibus appetēdos. omni itaq; ſpe huiuſmodi quicq; conādi depulſa Traiani equum ſolum locatum in atrii medio: qui ipm principē uehit imitari ſe uelle dicebat & poſſe: cui prope aſtās regalis Ormuſda rēſpondit: Ante ſtabulum talem condas: hæc ille: in cuius fori partem ſtructuræ cellarum admirabiles fuiſſe depræhendūtur: quas dicunt Traiani principis milites habitāſſe: quibꝰ a Bonifacio ſummo pontifice eius noīs octauo ſup iniecta fuit turris: quæ militiaꝝ appellatur. fuit ī eodē foro & adhuc integra conſpicit᷑ colūna altitudinis centum quadraginta cubitorum: ut quidam ferunt: intrinſecus qdem cochlea: extrinſecus uero res geſtas præſtantiſſimi principis admirabili opere ſuper inſculta. Ad cuius baſim inciſæ litteræ oſtendunt terreum collem: qui eius turris altitudinem æquabat: ut area fieret plana. Inde operibus effoſſum aſportatumq; fuiſſe iuxta hoc forum uerſus eccleſiaꝫ Hadriani martyris. aliud prius forum inſtructum fuerat a Nerua: quod tranſitoriuꝫ dicebat᷑: ut Heliꝰ Spartianus in Alexandri Seueri uita: his quoq; uerbis indicauit. Statuas inqt coloſſas uel pedeſtres nudas uel equeſtres diuis imperatoribus in foro diui Neruæ: quod tranſitorium dicitur locauit: omnibus cum titulis & columnis æreis: quæ geſtorum ordinem continerent. hæc illius uerba. Sed ob id quoq; tranſitorium dictum comiicimus: quod ex eo ad alia ꝓpinqua contiguaq; fora tranſiretur: ad romanum ſcilicet & traianum. Nā a Petro bibliothecario ſcriptum legimus eccleſiam beatiſſimi Hadriani in tribꝰ foris ab Honorio romano pontifice eius nominis primo ædificatam fuiſſe: iuxta quam portas cuiuſq; fori admirabiles etiaꝫ conſpicere libet: q̄q̄ ab ignaris quibuſdam Cæſaris domus pars fori traiani dicatur. legimus inſuper & in Plinio: & in aliis a̕ia duo fuiſſe fora: unum Cæſaris dictatoris: aliud Diui Auguſti. de foro Cæſaris dixit l. xxxiiii. naturalis hiſtoriæ cum ait: Cæſar quidem dictator loricatam ſibi dicare in foro ſuo ſtatuam paſſus eſt. De foro uero Auguſti ſic inquit Suetonius: plurima opera publica extruxit: e quibus præcipue forum cū æde Martis ultoris. Plinius ſimiliter de hoc ipo foro frequentius meminit. Nam in uigeſimoſecundo inquit: Aemilianum donatum obſidionali corona in aphrica: quod ſtatuæ eius in foro ſuo Diuus Auguſtus inſcripſit. Item & in trigeſimoquinto: ſuper omnes inquit Diuus Auguſtus in foro ſuo ī celeberrima parte poſuit tabulas duas: quæ belli faciem pictam habent: & triumphum. & ī eodem libro: ubi opera apellis indicat. Romæ inquit ex illius picturis Caſtorem etiam habemus: & Pollucem cum uictoria & Alexandro magno. Iteꝫ belli imaginem reſtrictis ad terga manibus Alexandro in curru triumphante. Quas utraſq; tabellas Diuus Auguſtus in fori ſui celeberrimis partibus dicauerat. Gellius etiam in nono noctitium atticarum: Statuam inquit Valerio Coruino Diuus Auguſtus in foro ſuo ſtatuendam curauit. In eius ſtatuæ capite corui ſimulacrum eſt rei pugnæq;: quam diximus monumentum. At uero huiuſce fori extruendi: ut dixit Suetonius: cauſa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quæ uidebatur inſufficiens duobus: & tertio indigere. Itaq; feſtinantius necdum perfecta Martis æde publicatum eſt. Cautumq; ut ſepararentur in eo publica iudicia: ac ſortitiones iudicum fierent. hæc ille. Sed quæ fuerint ea duo fora: in quibus iudicia dabant᷑: non habeo certum: ſed puto romanum & Cæſaris: ſicq; poſtea in tribus fieri: hoc eſt etiam in foro Auguſti Diui: dicēte etiam Martiale in. iii. epigrammatum:

Cauſas inquis agam cicerone diſertius ipſo:

Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Et ut ſeqtur Suetoniꝰ ædem Martis bello philippenſi ꝓ ultōne paterna ſuſcæpto Auguſtꝰ uouerat. Sanxit ergo: ut de bellis ibi triūphiſq; cōſuleret᷑: huc ſenatores ꝓuicias cū īperio petituri huc deducerent᷑ qcūq; uictores rediſſent: huc inſignia triumphoꝝ cōferrēt. Sed hæc hactenus. Nūc de auentino colle dicendū eſt: de cuiꝰ nomine Varro ſic ait: Auentinū aliquot de cauſis dicūt. Neuius ab auibꝰ: eo ꝙ ſe a thyberi ferrēt aues. Alii a rege auentino albano ꝙ ibi ſit ſepultꝰ. Alii auētinum ab aduētu hoim: quod cōmune latinoꝝ ibi Dianæ templum ſit conſtitutū. Sed ut ait: Ego maxime puto qđ a

uehendo auentinus ſit dictus: quod cum mons ipſe a cæteris partibus urbis paludibus eſſet excluſus uehebantur ad illum nauibus homines. Cuius ueſtigia quod ea pars dicitur uelabrum: & ab eo uehēdi actu uelatura: ſicut merces a marcando: & aere. hæc ille. At uero Liuius ſecūdum quam rettulit opinionē aſſeruit Idem Ouidius in. iiii. faſtorum cum ait: Venit auentinus poſt hos: lacus unde uocatur Mons quoque. Et in xiiii. metamorphoſeos libro inquit:

Tradit auentino q quo regnarat eodem
Monte iacet poſitus: tribuitq; uocabula monti.

fuit ſuper hoc monte ara: quam Liuius libro primo ab urbe: dixit primam in auentino Herculi ab Euandro poſitam. Idem in eodē libro refert Numā Ioui elicio arā dedicaſſe. fuit & ſuper illo templum Lunæ ſacrum: de quo Ouidius libro faſtorum:

Luna regit menſes: huius quoq; tempora menſis.
Finit auentino luna colenda iugo.

fuit inſuper & in illo templum ſumptuoſiſſimū ſacratū: quod de parte prædæ ueientanæ Camillus uouerat: ut Liuius in qnto ab urbe teſtatᷣ. fuit & ædes Libertatis quam Gracchꝰ teſte Liuio de ſecūdo bello punico ex mulctatitia pecunia faciendum curauit. Quĩ & Plinio teſte libro. xvi. naturalis hiſtoriæ: fuit ſuper eodem monte lauretum ſilua Ioui ſacrata. fuit etiā aquæ claudiæ forma: quæ teſte Caſſiodoro ex cælio monte in auentinū perducebatᷣ. Sub illo uero fons fuit: de quo oli bibebant Faunus & Picus ſatyri: iuxta quem Numa uinū ponens ſatyros inebriauit. Vnde Ouidius:

Lucus auentino ſuberat niger ilicis umbra:
Quo poſſes uiſo dicere numen ineſt. & reliq.

fuit & maioris famæ ſpelūca Caci: ex eo ſcꝫ latere montis: quo auentinꝰ in palatinū ſpectat: de quo late Virgiliꝰ in. viii. æneidos. & Ouidiꝰ in faſtis:

Cacus auentinæ timor atq; infamia ſiluæ.

Et hæc de auentino.

Nūc ad palatinū accedendum eſt. Cuiꝰ uocabuli cām reddidit Varro de lingua latina cū ait: Quartæ regionis palatium: quod palantes cū euandro uenerūt: qui & palatini aborigines ex agro reatino: qui appellatᷣ palatium ibi conſederunt. Sed hōc alii a Palantia uxore Latini putarunt. Eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam. Itaq; Neuius balatium appellauit. hæc Varro. & licet cum unico. l. ſcribatur: eius tamen prima longa a poetis ponitur: ut Martialis epigrammatum libro quarto aſſeruit: Poſſeſſa malis palatia regnis. Verum & ante has Varronis deſignationes puto pallanteum cum duplicato. l. cognominatum: cum dicat Virgilius in. viii. æneidos:

Arcades his oris genus a pallante profectum:
Qui regem euandrum comites qui ſigna ſecuti
Delegere locum: & poſuere in montibus urbem:
Pallantis proaui de nomine pallanteum.

Et infra idem ait. Nobile pallanteum. Vel forte pallanteum urbs: aut pro auo Euandri: aut ut aſſerit Plinius libro quarto naturalis hiſtoriæ: a pallantio urbe arcadiæ cognominata fuit. Et palatium ac palatinus mons ex cauſis: quas ſupra poſuit Varro ſuper hoc monte: ut ex Cornelio Tacito accæpimus primo urbs roma ædificata fuit. Et in eo reges primo: deinde conſules: poſtea imperatores maiori ex parte ſedem habuerunt. habuitq; etiam teſte Liuio libro ab urbe condita tertio: ædes Vani ducis Fudani: quæ Vani prata diruto ædificio publicatoq; ſunt appellata. & in bello macedonico dixit idem Liuius. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedicationem factos megaleſia appellatos. Et in. viii. de ſecūdo bello punico: matrem inquit magnam deū a græcia aduectam in ædem uictoriæ quæ ē in palatio pertulere. fuit etiā in palatio teſte Plinio li. naturalis hiſto. primo: phanum febri dicatū: & li. xii. dixit fuiſſe ĩ palatio templū quod fecerat Diuo Auguſto cōiunx Auguſta. Quod deinde incendio cōſumptū fuit: ut uidimus in dictione cinamomū. Et ut refert Suetoniꝰ. C. Calicula ſuper templū Diui Auguſti ponte tranſmiſſo palatium capitoliūq; coniunxit. Cuius & reliquias quaſdā adhuc cōſpicere libet. In eodem teſte Suetonio Cæſar Auguſtus templū Apollinis in ea parte excitauit: quam fulmine ictam ſedari adeo haruſpices ꝓnūciarant: addidit porticus cū bibliotheca latina græcaq;: quo loco iam ſenior ſæpe etiā ſenatum habuit: decimaſq; iudicum recognouit. Vnde ait Ioſephus ĩ ſecundo de captiuitate iudaica: Itaq; conuocato ab Auguſto Cæſare opimatum romanorū amicorūq; concilio in palatii Apollinis templum: quod priuatū ipſiꝰ ædificium admirandis operibꝰ exornatū erat. multitudo quidem iudæorum conſtitit cum legatis. fecit etiam Auguſtus teſte præfato Suetonio quædam opera ſub nomine alieno: nepotum & uxoris ſororiſque: ut porticum baſilicamque Lucii: & Caii. Item porticum Liuiæ & octauiæ: theatrumque Marcelli. Sed et cæteros principes urbanos ſæpe hortatus eſt: ut pro facultate quiſque monumentis uel nouis uel refectis: & excultis urbem adornarent. Multaque a multis tunc extructa ſunt: ſicut a Martio Philippo ædes Herculis & muſarum: a. L. Cornificio ædes Dianæ: ab Aſinio Pollione atrium libertatis: a Minacio Planco ædes Saturni: a Cornelio Ballo theatrum: a Statilio Tauro amphitheatrum: a. M. uero Agrippa complura & egregia. Cælius uero mons Varrone teſte a Cælio Iubennio duce nobili: qui cum ſua manu dicitur Romulo ueniſſe auxilio contra Latinum regem nomem ſumpſit. In quo ut puto: uel habitauit uel ſepultus fuit. Et ut teſtatur Liuius libro primo: fuit urbi additus: quo tempore Tullius Hoſtilius albam euertit: & albanorum familias romam duxit.

Et quo frequentior habitaretur eam ſedem regiæ cœpit:ibiq; habitauit. Et ſubdit:curiam fecit quæ Hoſtilia uſq; ad patrum noſtrorum ætatem appellata eſt. Et infra dicit albanos eum incoluiſſe monteꝫ: Suetoniꝰ ſcribit Veſpaſianum imperatorẽ in eo monte templum Diui Claudii ædificaſſe. Et Iulius capitolinus in geſtis Tetrici tyrãni:tetricorum inquit domus fuit in monte cælio contra lyſium metelinum:& fuerunt Fauni Veneris & Cupidinis:aliorumq; deorum ædes:aræ:& templa in cælio monte.& teſte Sexto Ruffo in deſcriptionibꝰ ſuis fuit macellum magnum antrum Cyclopis:lupanaria cohortes quinq; uigilum:caſtra peregrina ſpoliarium & armamentariũ. Nũc etiam medio in eius dorſo binæ aquæductus formæ ſumptuoſiſſimi ſuperbiſſimiq; operis conſpiciunt᷑.Quarũ una cubitales detinet litteras Antonii Caracallæ:quæ deſignant eam ab illo in capitolium eſſe deductam. Altera a Claudio in palatinũ: ut tituli marmorea tabula inciſi iuxta xenodochium lateranẽſe demonſtrant. In extremo eiuſdem montis baſilica iam eſt lateranenſis:quæ ſic quoq; cognominata ẽ:qa in lateranẽſiũ nobiliſſimæ gentis ædibꝰ extructa fuit. Vnde Hieronymus ad Marcellam inquit:Quis credat mulierem nobilem & potentem in domibus laterani:q neroniano truncatus eſt gladio publice pœnitentiam ægiſſe. De quo ſane laterano Cornelium Tacitum locutũ exiſtimo in uita Neronis cum ait:Proximam necem Plantii laterani conſulis deſignati Nero adiungit adeo ꝓpere:ut non amplecti liberos non illud breue moræ arbitriũ permitteret. Et Iulius capitolinus de.M. Antonio Aurelio dicit:educatus eſt in eo loco:in quo natus in domo aui ſui iuxta ædes laterani:non longe ab hac baſilica.alia ẽ ſanctæ crucis in Hieruſalem:ab Helena Flauii Conſtantini matre conſtructa: eo ſcꝫ loco teſte Petro bibliothecario:ubi templa erant Veneris & Cupidinis ſimul iuncta. Videt᷑ adhuc illi ꝓpinquum amphitheatrum ſemidirutum:quod Statilii Tauri maiores noſtri appellauere. Ex parte uero qua ad palatinum cælius uergit:ædes fuerũt paternæ beati Gregorii:in quibꝰ ille monaſterium ſupeſtruxit. Exquilini autem montis eo quo omnium maximus eſt longam poſuit Varro nominis expoſitionem. Et in multis partibꝰ Varronis etiã ætate obſcurati. Sed quæ ad rem faciunt:hæc pauca ſunt. Secũdæ inquit regionis exquiliæ: alii eas ſcripſerunt ab excubiis regis dictas:alii ab eo quod excultæ a rege Tullio eſſent. & infra exquiliæ duo mõtes abiti Verum ut iam ꝑſpicere ualeamus:Celebrior ps illa fuit quæ a foro Traiani & turribus quas comitũ & militiæ appellant:incipiens per montem cui caballo nũc nomen eſt:ad thermas uſq; dioclitianas protenditur: & in portam deſinit quam ſupra exquilinam diximus:& quæ iam ſancti Laurentii nominatur. Altera uero pars collis uia iterſecatur:quæ Patricii uicus dicit᷑. Et ſuper hac parte eccleſia eſt celeberrima ſanctæ Mariæ maioris: alii ſancti Viti i macello:aduſq;.C. Marii trophæa: & ultra protendit᷑. Dirimiturq; a cælio monte per uiam:quæ porta neuia uſq; ad amphitheatrum:quod colloſſeuꝫ uocamus reducit᷑. fuerunt igitur i exquilis ædificia q̃plurima & admiranda: & primo a turri militiarum aſcendentes cernunt᷑ ruinæ thermarũ: quas & Conſtantini ſtatuis illius fuiſſe coniector:& uſq; in domum ꝓſperi cardinalis de columna uiri i toto orbe clariſſimi declinare conſpicimus.de quibus Apollodorus & Ammianus mẽtionem fecerunt. Cernuntur & illic ingentes ſeminudorũ ſenum marmoreæ ſtatuæ:iuxta quem locum uicus eſt:qui corneliorum dicitur:ubi illorum ædes fuiſſe putamus:proximo ab inde ac pene contiguo loco cõſpiciũtur caballi marmorei ingentes:cum uiris ſeminudis:lora tenentibꝰ miro artificio compacti. Quorum unus opus Praxitelis latinis litteris inſcribitur:alter Phidiæ. Quos teſte Sexto Ruffo Tiridates armeniorum rex romam portauit. Quem uenturum Nero ut laute acciperet theatrum Pompeii unius diei opera totum inauraſſe:Cornelius Tacitus & Plinius rettulerunt. Hic eniꝫ rex ut diuerſi alii ex aſia græcia aliiſq; locis multas tabulas & plura ſigna clariſſimorum artificum romam detulerunt:ut nõnulli auctores & maxime Plinius atteſtatur. Iuxta hũc locum turrim illam fuiſſe nõnulli aſſerunt:ex qua Suetonius Neronem ſcribit urbis incendiũ ſpectaſſe & ſcænico habitu troiæ incendium decantaſſe. Inde non longe aliæ ſunt Dioclitiani thermæ:ædificiũ quippe pulcherrimum & admirãdum. In eadem exquiliarum parte uico patricii thermæ fuerunt nouatianæ: ut oſtendit Damaſus in uita Pii romanii pontificis: quem ſanctæ Praxedis rogatu eccleſiam ſanctæ Pudẽtianæ ſororis ſuæ ſupra thermas nouatiana ædificaſſe ſcribit:ſimiliter in geſtis beati Laurentii legimus monaſterium ſub ſuo nomine in pane & perna in thermis olympiadis ædificatum fuiſſe. Fuerũt & in alio exquiliarꝫ colle trophæa.C. Marii de cimbris atq; teutonis:quæ nũc ultra ſanctum Vitum in macello cernunt᷑:& cimbria uocantur. De quibus ac eorum deriuatione in dictione trophæum uidebimus. cernũtur & diuerſoruꝫ ædificiorum ſpectandæ inſigneſq; ruinæ. Inter quas adhuc integros fornices conſpicimus:quos uulgo gallucii thermas appellant. Et ut quidam nimium curioſi diuinant:fuit ibi inſignis illa baſilica:quã Suetonius ſcribit.C. Cæſarem Caio & Lucio nepotibus extruxiſſe. Idq; ex præfato Gallucii nomine iterpretari uoluerunt. fuit & in eodem colle macellum:cuius uerbi hanc Varro expoſitionem affert. Omnia poſtq̃ cõtracta in unum locum quæ ad uictum pertinebant:& ædificatus locus macellum appellatus:ut quidam ſcribunt: quod ibi fuerit hortus.alii quod ibi domus fuerit:cui cognomen fuit macellum:quæ ibi publice ſit diruta: & in qua ædificatum hoc quod uocetur macellum:nec unicũ hoc i loco romæ fuiſſe macellum puto: ſed & ꝑ alia diuerſa urbis loca. Vnde & Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie inquit:

Multos porro uides quos ſæpe cluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet ſpectare macelli.

Et quibus

Et quibus in ſolo uiuendi cauſa palato eſt. Sed iuxta exquiliarum macellum eccleſia conſpicitur ſancti Viti quæ dicitur in macello: cui contiguus eſt triumphalis arcus: quem litteræ adhuc ſtantes indicant compoſitũ honori Galieni imperatoris fuit. & teſte Plinio libro. i. naturalis hiſto. i exqliis ædes malæ fortunæ: & ædes erant nepotis Plinii: ut ex epiſtola de morte Martialis apparet. Quin & alia pene inumerabilia: quæ omnia pueſtigare longum eſſet & impoſſibile. Sed nunc de quirinali & uiminali ꝓſequimur: quos ob puitatẽ Varro colles & non montes appellat: dicens tertiæ regionis colles qnq;: ab deoruꝫ phanis appellati: e quibꝰ nobiles duo colles: uiminalis a Ioue uimineo: cuiꝰ ibi aræ ſunt. collis qrinalis a Quirini phano. Sunt qui a qritibus qui cum Tatio uribꝰ uenerunt romã: quod ibi habuerint caſtra. hos duos colles ſcribit Liuius in primo ab urbe: Seruium regem addidiſſe cum amplificandæ urbi animum adiæciſſet: deinceps auxiſſe exquilias: inibiq; ipſum ut loco dignitas fieret habitaſſe: aggeris foſſa & muro circundidiſſe urbem. ſane quod a porta flumentana uſq; ad collinam continet̃: ad qrinalem pertinere dicũt: q paruo quoq; iteruallo ob ædificiorum ruinas a uiminali diſcernit̃. Qui uſq; ad thermas dioclitianas ꝓtendi dicit̃. Verũ i colle uiminali: & ſi plura fuerint ædificia: nihil tamen aliud certum comperi: q̃ tres in illo ſpecioſiſſimas totius urbis domos fuiſſe. De quibꝰ Plinius libro. xv. naturalis hiſto. ſcribit. ut. M. Craſſi oratoris unaꝫ. Aliãq; præſtãtiorẽ Q. Catulli illius qui cum. C. Mario cimbros fudit: Ac poſtea capitolii tegulas inaurauit: Ipſumq; capitolium ſpoliis cimbricis adornauit. Tertiam ambarũ pulcherrimã. C. Aquilii equitis romani: queꝫ clariſſimũ fecit iuris ciuilis ſcientia. Ipſeq; fuit quem. M. Cicero in officiis dicit legem de dolo malo tuliſſe: cuiuſq; ad legem aquiliam extantium adhuc legum titulus annotat̃. Fuerunt & in illo ut nõnulli putant ſaluſtiani horti: quorum reliquias obſtupendas deſignant: a porta uiminali in collinam. & ad ſanctam uſq; Suſanam extendi putant. In colle uero quirinali dixit Liuiꝰ i bello macedonico ædem Fortunæ primogeniæ fuiſſe: quã primo bello punico uotam Cneus Domitius prætor urbanus dedicauit. Fuerũt & nõnulla alia quæ paulo ante: cum de collina porta loqueremur nouinauimꝰ. Et hæc de collibus urbis dicta ſufficiant. Nũc ad campum martiũ tranſeuntes: q ſic quoq; a Liuio deſcribitur in. ii. ab urbe: ager tarquiniorum: q inter urbem & thyberim fuit conſecratus Marti: martiꝰ deinde cãpus fuit. ea Liuii uerba nõnulli acutius conſiderãtes: qcquid ꝑpe capitolium & thyberim interfuit: campum martiũ fuiſſe dixerunt. Cum eo tẽpore urbs ad capitolium aut parum citra finiret̃. Idem Ouidius Iuturnæ ædem deſcribens oſtendere uidet̃: quaꝫ ea in parte fuiſſe dicit: qua campus martius uirginea ambit̃ aqua. ait enim: Te quoq; lux eadeꝫ turni ſoror æde recæpit Hic ubi uirginea campus obitur aqua. Conſtat autem uirgineam aquã ꝑ quirinalis collis cauernas campuꝫ olim martium: quæ nunc triuii regio dicit̃ illabi. Nam ea ſola aqua iam urbem romã ex exteris ingreditur. Quam teſte Suetonio. M. Agrippa prius induxit: deinde a Tiberio Claudio inſtaurata fuit: ut titulus i marmore exciſus indicat: qui talis eſt: Tiberius Claudius Druſi filius Cæſar Auguſtus ductus aquæ uirginis deſtinatos ꝑ Cæſarem fundamentis nouos refecit ac reſtituit. habuit olim campꝰ martius ædificia plura & admiranda. Quoꝝ puulæ ruinæ adhuc reſtantes ad miraculum reſpiciunt̃. Nã in ea parte qua depreſſior erat naumachia fuit a Cæſare conſtructa. Poſt quem Auguſtus ſexto cõſulatu mauſeolum inter uiam flamineaꝫ & thybridis ripas cõſtrui fecit: opus ſane in toto orbe admirandũ. Ita ut Suetonius & Alii nõnulli ſcriptores æternum: ut puto iudicantes deſcribere neglexerint. Solus ex his quos legere ualui Caſſiodorꝰ ultimus de rebus his ſcriptor: & q illum integrum uiderat talia refert: Auguſtus mundi dominus ad potentiam ſuã opus extollens in campo martio mirandam erexit romanis fabricam: & moles extendens imẽſas firmiſſimis ſtruxit montibus: ubi magnarum rerum iudicia clauderent̃. Biſſena quippe hoſtia ad duodecim ſigna appoſuit. Et infra dixit duos in campo martio fuiſſe obeliſcos: interpretationem ægyptiæ philoſophiæ continẽtes. Plinius uero. xxvi. naturalis hiſto. libro: ſic quoq; ſcripſit: is obeliſcus qui eſt i campo martio centum decem pedum eſt a Meroſide inſcriptus: cui Diuus Auguſtus mirabilem addidit uſuꝫ ad Solis umbras depræhendendas: dierũq; ac noctium horas. conſtruxit & ideꝫ in campo martio iuxta thyberim porticũ: quæ teſte Iulio capitolino in uita ultimi Cordiani mille pedum erat: & ex oppoſito aliam ſimiliter mille pedum æqualiter diſtantes ad ſpatium pedum qngentorum frequẽtatum undiq; uiridanti lauro myrtoq; & buxo & in medio ſtratum breuibꝰ columnis altrinſecus poſitis ad pedes mille: quod eſſet deambulatoriũ: ita ut i capite eſſet baſilicum pedum qngentorum. Cogitauerat præterea eodem Iulio teſte cuꝫ Myſitheo: ut poſt baſilicuꝫ thermas æſtiuas ſui nominis faceret: ita & ut hyemales in principio porticus poneret ſuoque uſui eſſet. Erat & ſimiliter in campo martio locus alius quem ecuria: alii equiria uocitabãt: de quo. M. Varro ſic ſcripſit: ecuria ab equorũ curſu dicunt̃. Eo enim die ludis currũt in martio campo. hæc ille. Nam & locus ludorum & dies quo agitabant̃: ecuria dicebatur. de quo Ouidius circa finem ſecũdi libri faſtorum inquit:

Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecũdo
Marſq; citos iunctis curribus urget equos:
Ex uero poſitum permanſit ecuria nomen:
Quæ deus in campo præſtitit ipſe ſuo.

Vnde & nunc quoq; in campo martio: & adhuc eccleſia conſpicitur quæ ſanctæ Mariæ in ecuria uocitatur. Erat & templum Iſidis: de quo uidimus in dictione Oſiris. fuit etiaꝫ in campo martio: & adhuc conſpicitur colũna intrinſecus cochlea: & extrinſecus multiplicibꝰ rerũ geſtarũ

ſculpturis elaborata:honoriq; Aurelii Antonini Pii:teſte Sexto Ruffo dicata. Cuius imperatoris imago in
illa talis conſpicit̃:qualem in antiquis numiſmatibꝰ cernere conſueuimus. Iuxta hanc columnam: ut multi
uolunt comitia:centuriata romani populi fiebant:quando.ſ.tribus ad ſuffragia illic reddenda citabantur
Quod ueriſimile eſſe uidetur:cum tumulus ſit poſt eam uerſus occidẽtalem plagã:qui corrupte hodie ac-
cæptorum dicit̃:ab antiquis citatorum mons uocabatur:hoc eſt eorũ:qui poſtq; citati ſuffragia intra ſepta
contulerant:ne laturis ſe denuo imiſcerent ab aliis ſeparabantur.& per pontem:qui ab ſeptis uſq; ad tumu
lum conducebat diſcedere conſueuerant. De quo ponte Suetonius in uita Cæſaris:ubi de conſiliis cõiura-
torum in Cæſarem diſſerebat:inquit primum cunctati:utrum ne in campo martio per comitia tribꝰ ad ſuf-
fragia uocantem ꝑtibus diuiſis ponte deiicerent. Nam teſte eodem Suetonio imperatores nõnunq̃:ut unꝰ
de populo ſuffragia dabãt. Ait enim de Auguſto in illius uita:quotiens magiſtratuũ comitiis iterfuiſſet tri-
bus cum cãdidatis ſuis circuibat: ſupplicabatq; more ſolenni.ferebat & ipſe ſuffragium in tribubꝰ:ut unus
e populo.hæc ille. Comitii uocabulum:ut quidam ferunt:& loco & actui cõmune fuit: hoc eſt a cõmunita-
te ubiq; dictum eſt. Nõnulli uero alii comitium in ſingulari locum eſſe dixerunt ꝓpe ſenatum:quo ire eq̃ti
bus romanis:& populo romano licebat. Comitia uero in plurali actionem eſſe creandorum magiſtratuum
Vnde & iuxta palatium comitium fuiſſe:& Varro & Plutarchus oſtendere uidẽtur. Ait enim ſic Plutarchꝰ
in uita Romuli. Quo ambo duces Romulus ſcilicet & Tatius ad percutiendum fœdus conuenere:hucuſq;
comitiuʒ uocant. Nam conſtat eodem Plutarcho teſte eo in loco fuiſſe:ubi ſabinæ patrum & uirorum ani-
mos conciliauere. Sed clarius id Varro demonſtrat:ait enim ante curiam hoſtiliam roſtra ſub dextera huiꝰ
comitio locus ſubſtructus.hæc illius uerba:ex quibus & his quæ ſupra narrauimus cõſtat eum locum ad ra
dices palatini fuiſſe:quod comitium in ſingulari uocabant. In quo forte priuatiora ſuffragia impendi con
ſueuerant. Nam ait ſic quoq; Gellius in.xv.noctium atticarũ:in libro Lælii fœlicis ad Quintum Mutium
primo ſcriptum ẽ:Labeonẽ ſcribere calata comitia eſſe:quæ ꝓ collegio pontificum habentur:aut regis:aut
flaminum inaugurandoꝝ cã.eorum autem alia eſſe curiata:alia centuriata:curiata ꝑ lectorem curiatum ca-
lari.i.cõuocari:centuriata ꝑ cornicinẽ. Et ſubdit in eodem Lælii fœlicis libro. Hæc ſcripta ſunt:is q̃ nõ uni-
uerſum populum:ſed ꝑtem aliquam adeſſe iubet:nõ comitia:ſed cõciliuʒ edicere debet. Tribuni autẽ neq;
aduocant patricios:neq; ad eos referre de ulla re poſſunt. Ita ne leges q̃dem ꝓprie:ſed plæbiſcita appellan
tur:quæ tribunis plæbis ferentibus accæpta ſunt:quibꝰ rogationibꝰ ante patricii nõ tenebãtur:donec. Q.
Hortenſius dictator eam legem tulit:ut eo iure quod plæbs ſtatuiſſet oẽſq; quirites tenerent̃. Item in eodẽ
libro hoc ſcriptũ eſt. Cum ex generibus hoĩm ſuffragium ferat̃:curiata comitia eſſe: cum ex cenſu & ætate
centuriata:cum ex regionibus & locis tributa. Centuriata autẽ comitia intra pomœrium fieri nephas eẽ q̃a
exercitũ extra urbem imperari oporteat:intra urbẽ imperari ius nõ ſit:ꝓpterea centuriata ĩ campo martio
haberi:exercitũq; imperari præſidii cã ſolitum:quoniam populus eẽt id ſuffragiis ferendis occupatus.hæc
ille. Ex quibus id quoq; intelligi põt:quod Liuius in.ii.ab urbe dixit:patres incontione:quæ ꝑ ãnum dura-
uit:effugere nõ ualuerunt. Quin Volero ex plæbe tribunus reficeret̃. Cum rogationem tulerit ad populũ
ut plæbei magiſtratus tributis comitiis fierent. Nam nõ ſolum tribꝰ quinq; ex his:quæ romæ eſſent: ſiue in-
tra mœnia:ſiue in ſuburbanis:& agro complexæ.ſed par ꝓpe numerus ex Italia ad ferenda ſuffragia comi
tiorum temporibꝰ confluebant. Vnde & Suetonius in Auguſti uita:ſic inquit. Vrbe urbaniſq; rebus admi
niſtratis Italiam duodeuiginti coloniarum numero deductarũ refrequẽtauit:operibuſq; ac uectigalibꝰ pu
blicis pluriſariam inſtruxit:etiaʒ iure ac dignitate urbi quodãmodo ꝑ ꝑte aliqua adæquauit:ex cogitato ge
nere ſuffragiorũ:quæ de magiſtratibus urbicis decuriones colonici in ſua quiſq; colonia ferent. Et ſub die
comitiorũ obſignata romã mitterent. Quæ oĩa Aſconius Pædianꝰ Ciceronis oratões exponẽs longo ꝓceſſu
explicauit. Et cũ præter illas duodeuigĩti colõias pluribꝰ aliis Italiæ ciuitatibꝰ ferẽdi ſuffragia ius fuiſſe oſtẽ-
derit:iſra ſubdit. Cn. Põpeiꝰ Strabo pater. Cn. Põpeii magni trãſpadanas colonias nõ nouis colonis iſtituit
ſʒ ueteribꝰ incolis manentibꝰ ius dedit latii:ut poſſent habere ius q̃d cæteræ latinæ coloniæ.i.ut petẽdi ma-
giſtratus iure ciuitatem romanam adipiſcerent̃. Hæc illius uerba:quæ ad comitiorum intelligentiam dicta
ſufficiant. Iam de roſtris:quæ dixit Varro ante curiam hoſtiliam fuiſſe uidenduʒ eſt:de quibꝰ Liuius in.viii.
ab urbe loquens ait. Naues antiatum partim in naualia ſubductæ ꝑtim incenſæ:roſtriſq; earum ſuggeſtum
in foro extructum adornari placuit. Erant ergo roſtra in foro locus ad palatini radices. Vnde ad populum
loqui plurimum conſueuerant:& a roſtris nauium ſic quoq; cognominatus. Ideo ait Seruius ſup.viii.ænei
dos. Romanum forum eſt:ubi nunc roſtra ſunt. Præter hæc Varro locum alium eſſe dixit:etiam non longe
a comitio qui græcoſtaſis uocitatus fuit:dicens ubi nationum ſubſiſterent legati:qui ad ſenatũ eſſent miſſi:
hic græcoſtaſis a parte:ut multa dictus eſt:hoc ut puto intelligens quia græci cum inter cæteros ad ſenatum
miſſos ob philoſophiam & oratoriam digniores eſſe uiderent̃ a legatorum ꝑte hoc eſt ab ipſis græcis locus
ubi omnes ſubſiſterent legati græcoſtaſis dictus eſt. Et ſubdit Varro de loco alio quod ſenaculum uocabãt
dicens:Senaculum ſupra græcoſtaſim ubi ædes Concordiæ:& baſilica opima ſenaculum uocatum: ubi ſe-
natus:aut ubi ſeniores conſiſterent.hæc ille.de quo Valerius Maximꝰ in.ii.li.meminit cũ dixit. Antea ſenatꝰ
aſſiduam ſtationem eo loci peragebat:q̃ hodie ſenaculũ appellatur. Et puto ædem Concordiæ non longe a

lacu curtio in eodem palatino fuiſſe:cum ſupra idem ipſe Varro rettulerit Curtiuꝫ ut rapidiore curſu ī hiatum ſe præcipitaret a concordia mouiſſe:hoc eſt a loco ubi poſtea Concordiæ templum fuit.Nāq; aliā Cōcordiæ ædem fuiſſe puto:quam Ouidius in primo faſtorum libro:a Liuia Germanici matre ædificatam rettulit cum ait ad Germanicum:

Hanc tua conſtituit genitrix:& rebus & ara

Templaq; feciſti quæ colis ipſa deæ.Quam a Tiberio imperatore dicatām Suetonius ſcripſit.Qui lōge poſt Ciceronem:ad quē Varro de lingua latina ſcripſit.Fuit & ſimiliter in radicibus palatini tēplum Ioui ſtatori a Romulo uotum bello ſabinorū: eo.ſ.in loco ubi romani precibus Romuli: ac pudore commoti pugnādi contra ſabinos animos & audaciam recuperarūt:atq; eo in loco primum ſteterunt. Fecerat & ſimiliter non longe a tarpeia tēplum Romulus Ioui feretrio:ubi quercus erat paſtoribus ſacra:quem teſte Plutarcho ī uita Romuli ſic appellauit ob illata uulnera in Acronē regem ceninēſium:quem ſingulari certamine ieteremerat.Nam ut ait Plutarchus latini uulnus inferre ferire dicūt.Cuius exuuias manib9 ꝓpriis ipſe Romulus deportauit:& ad ſacram paſtoribus quercū depoſuit.Vbi ab eo cōſtructo templo romani duces:ut idem Plutarchus pergit nō niſi de ſingulari prælio cæſis hoſtiū ducibus ferebāt ſpolia:quæ uocabant opima: uel ab ope:ut dixit Varro:uel ab opere ut exiſtimat Plutarchus: cuꝫ ſit opus egregiū:ac clariſſimū ducē belli parē ſibi ductorem ſuperare.Vnde Virgilius in.x.Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis. Quod qbus romanis ducib9 cōtigerit:uidimus in dictione Acron.Fuerunt & alia romæ loca ab noſtris auctoribus nominā ter expreſſa:ut carinæ ſubura:tabernola:uia ſacra:de qbus aliquid loqui Varrone duce uiſum eſt.hic libro iiii.de lingua latina īnuere uidet planum illud quod inter Marii trophæa & lateranēſe palatium interiacet tabernolam regionē cognominatā fuiſſe.A qua uult Varro carinas incipere:& in uiam ſacram deſinere:ita ut ea loca ubi nunc eſt eccleſia ſancti Petri ad uincula:& uaſtiſſimæ ruinæ : quæ contra amphitheatrum coloſſei adhuc cernunt ſub carinis teneantur : quæ etiam ſic quoq; ab inhabitātibus:& tabellionibus nominantur.Quin & ibidem ex qbuſdam inſcriptionibus ueterem curiam fuiſſe cōiectamur. In qua augures ſedem habentes inaugurari conſueuerant.De qua Varro curiæ inquit duorum generum ubi curarent ſacerdotes res diuinas:ut curiæ ueteres:& ubi ſenatus humanas:ut curia hoſtilia:& alia in loco idem Varro curare a cura dictum:& cura quod cor urat:curia ubi ſenatus rempublicam curat.Et illa ubi cura ſacrorū publica.at uia ſacra a curia ueteri incipiens:ſecus amphitheatrum coloſſei ad ſeptētrionem plagam uergens: ſubtus Titi & Veſpaſiani arcus:uſq; ad ꝓximam capitolii arcem perducebat.Et inde dictam dixit Varro:ꝙ ꝑ eam ab arce ideſt a capitolio ad augures ſacra quot menſibus ferebantur.Et ſubdit ſacræ uiæ ꝑtem ſolam tunc fuiſſe uulgo notam:quæ eſt a foro eunti primo cliuo.Vnde ait Liuius in.ii.ab urbe:uicus romæ erat q uia ſacra dicebatur.Et Horatius in.i.ſermonum:Ibam forte uia ſacra ſicut meus ē mos.Quare & recte Petrus bibliothecarius ſcripſiſſe uidet:Fœlicem ſummum pontificem eo nomine tertiū feciſſe eccleſiam ſanctorum Coſmæ & Damiani uia ſacra in tēplo Romuli in hac qa iuxta forū romanuꝫ erant: fructus & poma uendicabant:dicente Ouidio in primo de arte amandi:

Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa

Illa uel in ſacra ſint licet empta uia.In huius ſummo teſte Liuio poſita fuit equeſtris ſtatua ī honorē Chloeliæ.Virgo.ſ.inſidens equo.Suburam uero inde dictam Varro affirmat:quod ſub muro terræ carinaꝫ fuerit.Et ſubdit ſubura Iunius ſcribit ab eo quod fuerit ſub antiqua urbe.Cui teſtimoniū pōt eſſe quod ſubeſt loco q terreus murus uocatur.Quare ait Iuuen.in.v.ſatyra de tyberino quodam ignobili piſce: Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburæ.

Nam tota adiacens regiuncula ab ea crypa quæ uſq; in tyberim protendebatur:ſubura cognominata fuit. Vnde & Petrus bibliothecarius dixit beatum Gregorium conſecraſſe gothorum eccleſiam:quæ ē ī ſubura ſub nomine uirginis Agathæ.Et ut ſcribit Suetonius in uita Cæſaris:habitauit primo Iulius Cæſar in ſubura modicis ædibus.Poſt autem pontificatum maximum:in ſacra uia domo publica.Et Plinius li.xix. Cæſar inquit dictator totum forum romanum:uiamq; ſacram ab domo ſua in cliuum uſq; capitolinuꝫ in munere gladiatorio linteis contexuit.Fuitq; ea domus quam Octauian9 Auguſtus teſte Suetonio ſumptuoſe nimis a Liuia ornatam ad ſolū uſq; dirui fecit.In cuiuſq; area porticus Liuia cognominata: poſtea ſtructa fuit.De quo Ouidius libro faſtorum.vi.

Diſce tamen ueniens ætas ubi liuia nunc eſt.

Porticus immenſæ tecta fuiſſe domus.Ad quam deinde porticum teſte Plinio Veſpaſianus pacem ſuā ædificauit.Erat & non longe a ſubura:& carinis pagus dictus ſuccuſanus. Cuius tertiam litteram non cum.b. ſed cum.c.ſcribendam dixit Varro:quia eo dictus eſt:quod ſuccurrit carinis.Erat & inſuper romæ ſub capitolio ad eam ꝑtem:quæ in Lucii Septimi Seueri arcum triumphalem conuerſa eſt:nō longe a foro bouario uicus:qui iugalis a iugis boum:quæ inibi fieri conſueuerāt cognominatus eſt.De quo Liuius in libro macedonico inquit:Saxum ingens ex capitolio in uicum iugarium procidit:& multos oppreſſit. Legimus & in Liuio libro.iiii.ab urbe:de æquimelio: quod cum.æ. diphthongo in prima ſcribitur: quid romæ fuerit. Nam cum factam cædem Spurii Melii ex equeſtri ordine ob regnum concupitum ſcripſiſſet: addidit nec

ſatis eſt eius ſanguine expetitum:niſi tecta parieteſq; intra quæ tantum amentiæ concæptum eſſet diſſiparẽtur:bonaq; contracta preciis regni mercandi publicarentur.Iuſſere itaq; quæſtores uendere ea bona:atque in publicum redigere.Domum deinde:ut memoriæ area eſſet oppreſſæ nephariæ ſpei dirui ex templo duxerunt.Id æquimelium appellatum eſt.Itaq; ait Varro in.iiii.de lingua latina:Aequimelium quod æquata Melii domus publicum quod regnum occupare uoluit.Et ſubdit is locus ad buſta gallica quod roma recuperata gallorꝫ oſſa:qui poſſiderant urbem ibi coaceruata ac conſepta ſunt.Sed iam de ueliis quæ in plurali & ſingulari efferuntur uidendum eſt.de quo Liuius in.ii.ab urbe:cum de Valerio Publicola primo cuꝫ Bruto conſule loqueretur.Quod ædificabat in ſumma uelia alto & munito loco domum:ut arceꝫ inexpugnabilem:quam ob ſuſpitionem regni demolitus in infimo cliuo reædeficauit.De qua Varro cum palatiũ a balatu ouium deſcripſiſſet:Inquit huic germalium & uelias coniunxerũt.Et infra ſubdit Veliæ unde eẽnt plures accæpi cauſas:in quibus cum ibi paſtores palatini ex ouibus ante tonſuram inuentam uellere lanam ſint ſoliti:quaſi dicat a uellendo ueliam collem quẽdam dictum:qui cum germalio alio colle palatio per aggeres coniunctus fuit.De inſula uero quæ in medio thybridis inter urbem & ianiculum adhuc conſpicitur ſcribit Liuius in.ii.ab urbe:poſtq̃; conſecratus Marti Tarquiniorum campus fuit:forte ibi tunc ſeges farris dicitur fuiſſe maturæ meſſis:quem campi fructum quia religioſum erat conſumere deſectam cum ſtramento ſegetem magna uis hominum ſimul immiſſa corbibus fudere in thyberim tenui fluentem:a qua ut mediis caloribus ſolet:ita in uadis hæſitantis frumenti aceruos ſediſſe illitos limo.Inde inſulá paulatim & aliis quæ fert temere flumen eodem uectis factam.Poſtea credo additas moles manuq; adiutum: ut tam emmẽs ara firmaq; templis quoq; ac porticibus ſuſtinẽdis eſſet.hæc ille.Ea autem in inſula duo fuere templa Iouis & Aeſculapii nepotis ex Phœbo.De q̃bus Ouidius li.faſtorꝫ primo inquit:

Quod tamen ex illis licuit mihi dicere faſtis
Sacrauere patres hoc duo templa die:
Accæpit phœbo nymphaq; coronide natum
Inſula diuidua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte eſt:cœpit locus unus utrũq;
Iunctaq; ſunt magno templa nepotis auo.

Inſuper & de ærario romano uidendum eſt.De quo Macrobius in ſaturnalibꝰ libro primo ſcribit: Romani ædem Saturni ærarium eſſe uoluerunt:quod tempore quo Italiam incoluit:fertur in eius finibus nulluꝫ furtum eſſe commiſſum.Aut quia ſub eo nihil erat cuiuſq̃; priuatum.Nec ſignare ſolum:aut partiri limite campum Fas erat in medium quærebant:ut ait Virgilius.ſimiliter & Feſtus ærarium inquit populus romanus in ædem Saturni habuit.Ideo inquit præfatus Macrobius apud eum locabaẽ populi pecunia cõmunis ſub quo fuiſſent cunctis uniuerſa communia.In eo etiam teſte Seruio ſuper.ii.georgicorum reponebãtur acta:quæ ſuſcæptis liberis faciebant parentes.Iuuenalis in ſatyra Neuole:

Nullum ergo meritum eſt ingrate ac perfide nullum:
Quod tibi filiolus uel filia naſcitur ex me
Tollis enim:& liberis actorum ſpargere gaudes

Argumenta uiri.Varro libro.iiii.de lingua latina:ueſtigium inquit etiaꝰ nũc manet in æde Saturni.Quod etiam nũc ꝓpter penſuram trutinam habet poſitam:ærarium ab eo appellatum.Et fuiſſe uideẽ in faucibus capitolii.Nam ut ait Seruius ſuper.ii.æneidos:ubi dixit Virgilius:Sanguine placaſtis uẽtos: & uirgine cæſa.Oreſtis oſſa ab aritia romam tranſlata ſunt:& condita ante templum Saturui:quod eſt ante cliuuꝫ capitolii iuxta Concordiæ templum.Vnde Macrobius:habet inquit Saturnus aram:& ante ſenaculũ illic græco ritu capite aperto res diuina fit:quia primum a pelaſgis:poſtea ab Hercule ita eam a principio factitataꝫ putant.Fuit & romæ locus q pro caſtris habebatur: quem primus oĩum principum Octauianus Auguſtus inſtituit:non alia ut putat ratione:q̃; ne milites uagi:& per urbem diſperſi rapinis tumultu contẽtionibꝰ ciuitatem redderent inquietam.Nam poſt uictoriam partam de.M.Antonio de Cleopatra ĩperio quiete potitus inter multa:quæ prudentiſſime egit binam inſtituit Claſſeꝫ.Vnam apud miſenum lucaniæ portũ:quæ Italiæ inſulas oramq; galliarum maritimam hiſpanias aphricamq; mauritaniaſq; & ſeptem trionalis oceani plagam tutaretur.Alteram apud rauẽnam in loco nũc candiano.In quo poſtea claſſenſe oppidum fuit.Cuius claſſis partes tutarentur ſinus maris adriatici:illyrici:dalmatiæ:epiri:græciæ:thraciæ:ponti:mæotidis & aſiæ in noſtrum mare uergentis:atq; oræ ægypti neceſſitatibus ſubuenirent. Quorum multitudo cum nõnunq̃; romæ uocareẽ:In ianiculo caſtra rauẽnatibus Auguſtus ipſe ſtatuit:ex quo regio tranſthyberina abinde quandoq; urbs reuẽnatium dicta fuit.At miſenatium peregrinorumq; militum in cælio monte caſtra locauit.Poſt Auguſtum Tiberius pernicioſiſſimam libertati romanæ atq; etiam imperio rem exorſus eſt. Nam teſte Suetonio caſtra romæ conſtituit:quibus prætorianæ cohortes uagæ ante id tempus & per hoſpitia diſperſæ continerentur.Cuius tyrãnidis fomes locum habuiſſe in ſuburbiis uiæ appiæ:ubi nunc eccleſia eſt ſancti Sebaſtiani nõnulli coniectantur.Et prima horum tyrãnis in aſſumptõe Claudii ad ĩperiũ apparuit ut præ cæteris hiſtoricis Ioſephus approbatiſſimus auctor in libro de captiuitate iudaica late deſcripſit. Et

poſt illum breuiter Suetonius tetigit in ipſius Claudii uita. Idemq; in morte Galbæ: & nouo Othonis imperio contigiſſe: & acre prælium in circo maxio capitolioq;: & palatio cum militibus prætorianis fuiſſe oſtẽdit. Et tandem intantum ꝓceſſit prætorianorum militum auctoritas ſiue temeritas: ut quem uellent imperatorem facerent: & factum imperio deturbarent. Vnde Helius Lampridius ĩ uita Heliogabali arbitriũ uitæ ac necis in prætorianis fuiſſe oſtendit: ait enim in caſtris milites precanti præfecto dixerunt ſe perſuros eẽ Heliogabalo: ſi & impuros homines & aurigas ab ſe dimoueret: atq; ad bonam frugem rediret. Scribit & Iulius capitolinus ædem fuiſſe in prætorianis caſtris: in quã ſenatus aliquãdo uocari cõſueuit: præſertim cũ de abrogãdo alicui imperio agendum eſſet. Nãq; eo in loco Maximinis patri & filio abrogato ĩperio Gordiani duo pater item & filius declarati ſunt Auguſti. & in uita Pupieni & Balbini imperatorum quãtum caſtra prætoriana urbi offuerint idem Capitolinus oſtendit dicens: Maximino quidem ad bellum ꝓfecto: romæ prætoriani remãſerunt. Inter quos & populum tanta ſeditio fuit: ut ad bellum ueniretur inteſtinum: romæ pars maxima incenderetur: templa fœderentur: omnes plateæ cruore polluerentur. Et infra ſubdit interea romæ iterum ſeditiones inter populũ & milites ortæ: ut nec cum edicta ꝓponeret Balbinus audiret̃. Veterani ſe in caſtra prætoria contulerunt cũ ipſis prætorianis: quos cœpit populus obſidere. Nec unq̃ ad amicitiam eſſent reducti: niſi fiſtulas aquarias populus incidiſſet. Idem Iulius eorũdem imperatoꝝ uitæ exitum narrãs: hæc in uerba ꝑſequitur. Illis contẽdentibus milites ſuperarunt: atq; eos nudatos ambos ueſtibꝰ regalibus de palatio cũ iniuriis perduxerũt: & per mediam ciuitatem ad caſtra raptare uoluerũt magna ex ꝑte laniatos. Sed ubi compertum ẽ germanos ad defenſionem illorum ſuperuenire ambos occiderunt: in itinere medio reliquerunt. Inter hæc Gordianus Cæſar ſublatus a militibus imperator eſt appellatꝰ Auguſtus. Et idem Capitolinus ſenatuſcõſultum inquit de imperio Valeriani principis optimi in prætorianis caſtris factum fuit. Et multa quæ de his diuerſis in locis legunt̃. Quibus oſtenditur prætoriana caſtra grandẽ peſtem libertati romanæ: atq; imperio intuliſſe. Pontes etiã romæ ſuper thyberim fuiſſe legimus & uidimus. Quorum nomina cum ſuis cauſis adhuc ſatis comperta nõ habemꝰ. Scribit tamen Liuius in primo ab urbe pontẽ ſubliciũ ab Anco Martio cõſtructũ fuiſſe. Qui teſte Pli. ligneus ꝓrſus: & ſine ferreo clauo priꝰ fuit: ita diſpoſitus contignatione: ut eximerent̃ trabes ſine fulturis: ac reponerent̃. Quod quidem ſic facere religioſum erat. Poſtq̃ Horatio Coclite defendẽte ægre reuulſus eſt. Sed teſte capitolino illũ Antoniꝰ Pius imperator marmoreũ fecit. Hunc eundem ipſũ eſſe nõnulli putant: qui ad radices auentini demolitus aſpicitur. Alii quibus adhæreo eum illum eſſe uolunt: qui nunc ſanctæ Mariæ Pons uocitatur. Iſque ad tranſitum eius temporis urbis commodior eſſe uidetur. Sicq; uel huius uel alterius nomen ignoratur. Nonnulli uero putant eum: qui eſt ad radices auentini: æmilium dictum fuiſſe. Alii illum qui iam dicitur pons mollis in uia tyburtina æmilium olim uocitatum aſſerunt. his alius ſuperinductus eſt pons: qui Iouis inſulam urbi coniungit. Quem. Q. Lepidum &. M. Curium ædiles ſtruxiſſe titulus in marmore exciſus oſtendit. Cum uero qui ad ianiculum inſulam applicat: Valẽtinianum ſuperiorem & ualẽtem ſtruxiſſe ſimilis titulus indicat. Alius fuit qui ad ianiculum etiam & portam aureliam maxime deferebat: qui aureliꝰ ſimiliter uocabat̃. Cui iam demolito rupto nomen eſt. Aliꝰ fuit pons triumphalis portæ coniunctus: qui & ipſe nomen a triũphis: qui per illum agebantur accæpit. Proximus pons eſt huic Hadriani: caſtello ſeu mætæ coniunctus: qui & ſancti Angeli uocitatur. Eſt etiam ſupra flumentanam portam in uia flaminea extra urbem pons alius: q miluius neſcio a quo denominatur. Arcus triumphales fuiſſe Romæ q̃plurimos & legimus & conſpicimus ſed quoſdam dirutos: quoſdam ruinis coopertos: quoſdam etiam nouis ædificiolis ab aſpectu hominũ ſemotos. Integrum pene illum conſpicimus: qui Flauii Conſtantini fuit iuxta amphitheatrum coloſſei. Cui talis inſcriptus eſt titulus. Imp. Cæſari Flauio Conſtantino Maximo publii filio Auguſto ſenatus populuſq; romanus. Quod inſtinctu diuinitatis mentis magnitudine cum exercitu ſuo: tam de tyrãno q̃ de omni factione uno tempore iuſtis rempublicam ultus eſt armis. arcum triumphis inſignem dicauit. Alium ſimiliter pene integrum Lucii Septimi iuxta ſanctum Hadrianum ſub capitolio cernimus: in quo talis ſtat titulus. Imp. Cæſ. L. Septimo. M. F. Seuero Pio ꝑtinaci auo patri patriæ parthico arabico & parthico adiabenico Pót. max. trib. poteſtatis. xi. Imp. xi. Cos. iii. procos. Et Imp. Cæſ. M. Aurelio. L. F. Antonino Augu. Pio fœlici tri. pot. vi. ꝓcos. P. P. optimis fortiſſimiſq; principibus ob remp. reſtitutam imperiumq; ro. propagatũ inſignibus uirtutibus eorum domi foriſque. S. P. Q. R. Videmus & alium ſemidirutum iuxta palatium & templum Pacis in uia ſacra: in quo hæc quoq; inſcripta ſunt uerba. S. P. Q. R. Diuo Tito Diui Veſpaſiani. F. Veſpaſiano Augu. Et licet etiam in hoc arcu ex uno quidem latere: ipſum Titum triumphantem in curru a quattuor equis ducto conſpicere: ex altero uero latere uaſa templi: & candelabrum illud ditiſſimũ ſeptem ramorum: tanq̃ ante currum Titi portarentur inſculpta. De quibus Ioſephus libro ſeptimo de bello iudaico deſcribens Titi triumphum ſic ait. Spolia uero alia quidem paſſim ſequebantur. Eminebant autem ante duces ea quæ apud hieroſolymam in templo reperta ſunt. Menſa aurea ponderis talẽti magni: & candelabrum ſimiliter quidem auro factum: ſed opere commutato ab uſu noſtræ conſuetudinis. Nam media quidem columna baſi hærebat: tenues autem ab eo cannulæ producebantur formatæ ad ſimilitudinem fuſcinæ: & in ſummo quæq; in lychnis ſpeciem fabricatæ erant numero ſeptem ſeptimi diei: qui apud

iudæos eſt indicantes honorem. uel ut idem auctor alibi dixit ſtellas errantes ſignificabant. Et ſubdit poſt
hæc autem portabatur lex iudæorum nouiſſima ſpoliorum. Et poſtq; totum triumphum deſcripſit infra
ſubdit: Veſpaſianus pacis templum ædificare decreuit. Itaq; mira celeritate:& quæ hominum cogitationes
ſuperaret effectum eſt. magna enim diuitiarum largitate uſus: inſuper perfectis id picturæ: ac figmentorum
operibus exornauit. Omnia nãq; in illud phanum colecta ſunt ac depoſita: quorum uiſendorum ſtudio ꝑ
totum orbem: qui ante nos fuerunt homines uagabantur: quomodo aliud apud aliud ſitũ eſſe uidere cupi
entes. Hic autem repoſuit etiam quæ iudæoruꝫ fuerunt inſtrumenta his ſeſe magnifice ferens. Legem uero
eorum & penetralium uela purpurea in palatio condita ſeruari præcæpit. Hieronymus ſimiliter ſuper lo-
helem: Veſpaſianus inquit & Titus romæ templo Pacis ædificato: uaſa templi hieroſolymitani: & uniuerſa
donaria in delubro illius conſecrarũt. quod ut ſubdit græca & romana narrat hiſtoria. Eſt & alius arcus iu-
xta eccleſiam ſancti Georgii. In quo talis eſt inſcriptio. Imperatori. Cæſar. L. Septimo Seuero Pio ꝑtinaci.
Augu. Arabic. Adiabenic. Parth. M. fortiſſimo fœliſſimo. pont. maximo. trib. poteſt. xii. Imp. xi. Conſ. iii.
patri patriæ. Et Imp. Cæſ. M. Aurelio Antonino Pio fœlici. Augu. tribu. poteſt. vii. Cos. iii. P. P. procos for-
tiſſimo fœliciſſimoq; principi & Iuliæ Augu. matri Augu. ii. Et caſtrorum & ſenatus & patriæ. Et Imp. Cæſ.
M. Aurelii Antonini Pii fœlicis Augu. parthici maximi britannici maximi argentarii: & negotiantes boarii
huius loci deuoti numini eorum. Cernimus & arcum alium in macello: queꝫ ſupra Galieni iperatoris fuiſſe
diximus. Quin & alios q̃plures: quorũ inſcriptónes & tituli ſunt demoliti. Quidam tamen diuinare uolũt
arcum illum: qui in uia flaminea iuxta eccleſiam beati Silueſtri: & Laurentii in lucina conſpicitur. Domitia-
ni principis fuiſſe: a quo licet tituli & marmoræ cruſtæ ablatæ fuerunt. In una tamen quæ reſtat Domitianũ
eum ſculptum eſſe uolunt: qualis a Suetonio deſcribitur. Sed tunc ſedentem dormientemq; & Mineruam:
quam ſuperſtitioſe colebat ſomniantem excedere ſacrario: negantemq; ſe ultra eum tueri poſſe: quod ex-
armata eſſet a Ioue. Fecit etiam Claudius teſte Suetonio Tiberio marmoreum arcuꝫ iuxta Pompei theatrũ
decretum quidem olim a ſenatu tamen omiſſum peregit. Fuerunt & romæ templa phanaq; admiranda: &
ſacella pene innumera: ut templum Iouis capitolini cum his quæ ſupra rettulimus. Templum Iſidis in cam-
po martio: ut uidimus in dictione Oſiris. Cuius reliquias quaſdam porticus & marmoreas columnas inter
Antonini columnam: & pantheon conſpici quidam uolunt: quæ phani ipſius magnitudinem & pulchritu-
dinem aliquantulum argumentari uidentur. Nec inde longe ex antiquis ædificiis templum ꝑ magna parte
integrum conſpicitur: quod pantheon cum. th. aſpirato ab hiſtoricis cognominatur. Quod mea quoq; in-
terpretatione ſummum deorum indicat. Nam παν denotat omne quod ſane in ſimilibus ſæpe comperi ad
ſummum ſpectat: & θεων deorum. Vnde ait Plinius libro. xxxvi. naturalis hiſtoriæ: pãtheon Ioui ultori ab
Agrippa factum fuit. Dion uero hiſtoricus græcus pantheon dictum ait ſiue ꝙ in Martis Veneriſq; imagi-
nibus ſub ipſo templo conſtitutis omnium deorum imagines effictæ erant: ſiue ut potius arbitrari uidetur:
ꝙ templum ipſum rotundum ſit: cæloq; perſimile: & ſic quoq; omnium deorum habitatio cenſeatur. Sed
quod ab Agrippa factum fuerit: oſtendit etiam idem Plinius in. xxxiiii. eiuſdem operis cum ait: Syracuſana
ſunt in pantheo capita columnarum poſita ad id idem titulus in frontiſpicio templi ſic indicat. M. Agrippa
L. F. conſul tertium fecit. Deinde ab Hadriano inſtauratum fuiſſe Spartianus i eius uita atteſtatur. Quin &
poſt hanc inſtaurationem aliam a. L. Septimo & . M. Aurelio Antonino minores litteræ: quæ in eodem fron
tiſpicio leguntur indicare uidétur: quæ i codẽ fuiſſe etiã ſimulachrũ Veneris oſtendit Macrobius in ſatur-
nalibus dum magnitudinem eius unionis deſcribit: quem in auribus Cleopatra geſtabat. Cuius magnam
partem per acetum conſumpſerat in conuiuio: quo. M. Antoniuꝫ ſumptibus ſuperare contendebat. Sed ꝙ
ſuperfuit uicta regina: & capta ægypto romam delatus diſſectuſq; eſt. Et facta ex una margarita duæ ipoſi-
tæq; ſimulachro Veneris: ut monſtruoſæ magnitudinis conſpiciuntur in templo: quod pantheon dicitur.
Fuit et templum Pacis Veſpaſiani opus: de quo pauloante uidimus. Nec i tota urbe alterius ædificii ruinæ
ſpectabiliores admirabilioreſq; cernuntur. Præter hæc & aquæductus mutiplices & admirãdi romæ fuerũt
qui aquas in urbem teſte Frontino: qui de his proprium librum ad Neruam imperatorem ſcripſit: uarie cõ
ducebant: quas omnes Sextus Ruffus: qui poſt illum fuit in deſcriptionibus ſuis: undeuiginti connumerat
uidelicet: traianam: anniam: atticam: martiam: claudiã: cæruleam: iuliam: auguſteam: appiam: algentianaꝫ:
cyminiam: ſabatinam: aureliam: damnatam: uirgineam: tepulam: ſeuerianaꝫ: antonianam: alexãdrinã: quæ
uel a conditoribus: ut traiana: annia: martia: & plures aliæ: uel a locis unde ducuntur: ut cyminia: uirginea:
cærulea: & aliæ nonnullæ nomen aſumpſere. Virgilius in ſeptimo: Et cymini cum monte lacum. De martia
ſic inquit Plinius libro. xxxvi. naturalis hiſtoriæ: dicantur nunc uera æſtimatione inuiſa: alibi miracula. Q.
Martius iuſſus a ſenatu aquarum anienis ductus reficere nouam a nomine ſuo appellatam. Cuniculis per
montes actis intra præturæ ſuæ tempus adduxit. Agrippa in ædilitate ſua adiecta uirginea aqua cæteriſque
corriuatis: atq; emendatis lacus ſeptingentos fecit. hæc ille. ob quæ puto ſubiratum reſpondiſſe Auguſtum
romanæ plæbi uinum petenti. Cum apud Suetonium ait: tot aquas introduxit Agrippa gener meus & ui-
num quæritis. Sed non longe poſt proſequitur Plinius uicit antecedentes aquarumductus nouiſſimum im
pendium operis incohati a. C. Cæſare: & peracti a Claudio. Quippe lapideam excelſitatem omnes urbes &

montes æquantem:ut lauacra impleret curtios atq; cæruleos fontes adductos. Erogata in id opus talentuʒ
quingenta ſexaginta milia. Et proſequitur idem Plinius. Si quis aquarum abundantiam in publico bal
neis:piſcinis:euripis:domibus:hortis:ſuburbanis uillis:ſpatiaq; uenientium:extructos arcus montes pfoſ-
ſos:conualles æquatis:fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum.hæc ille.quæ ſiquis la-
tius noſcere cupit legat Frontinum de aquæductibꝰ ad imperatorem Neruam.Cuius tempore ob aquaruʒ
copiam urbem dicit a ueteri infamia purgatam:quæ tribus menſibus anni dicebatur peſtilens. Fuerunt &
romæ thermæ theatraq; & amphitheatra.de quibus in propriis dictionibus uidimus:uidebimuſq;.Sed qa
nonnullis dubium eſt ubi nam fuerit domus Neronis:quæ aurea dicta fuit:de illa quæ noſtri auctores ſcri-
pſere referendum explanandumq; duximus.De qua primum Suetonius in illius uita ſcripſit domum dicẽs
a palatio exquilias uſq; fecit Quã primo tranſitoriam:mox incendio abſumptam reſtitutamq; auream no-
minauit.De cuius ſpatio atq; cultu ſuffecerit hæc rettuliſſe.Veſtibulum eius fuit in quo coloſſus centumui-
ginti pedum ſtaret.Ipſius effigies tanta laxitas:ut porticus triplices militarias haberet.Item ſtagnum maris
inſtar circumſeptum ædificiis ad urbium ſpeciem rura inſuper aruis atq; uinetis:& paſcuis ſiluiſq; uaria cũ
multitudine omnis generis pecudum atque ferarum.In cæteris partibus cuncta auro lita diſtincta gemmis
unionumq; conchis erant:cœnationes laqueatæ tabulis eburneis uerſatilibus:ut flores fiſtulis & unguenta
deſuper ſpargerentur:præcipua cœnationum rotũda:quæ perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circũ-
agerentur.Balneæ marinis albulis fluentes aquis eandem domum cum abſolutam dedicaret hactenus com
probauit:ut ſe diceret quaſi hominem tandem habitare cœpiſſe.hæc Suetonius.De eadem Cornelius Ta-
citus ubi incendium romæ deſcripſit:ſic inquit. Eo tempore Nero Antii agens nõ ante in urbem regreſſus
eſt:q̃ domui qua palatium & Mecennatis hortos continuauerat ignis appropinquaret. Neque tamen ſiſti
potuit quin & palatium & domus & cuncta circum haurirentur & infra ſubdit.Cæterum Nero nixus ẽ pa
triæ ruinis extruere domum.In qua haud proinde gemmæ & aurum miraculo eſſent ſolita pridem & luxu
uulgata:q̃ arua & ſtagna & in modum ſolitudinum hinc ſiluæ & aperta ſpatia & proſpectus. Itaque teſte
Plinio in trigeſimotertio naturalis hiſtoriæ:apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem.Et in.xxxiii. de
eadem inquit.In aureæ domus Neronis ſolariis aues ex argento mirabili opere ſculptæ fuerunt. Et libro
trigeſimoſexto dixit.Eam in domum Neronem incluſiſſe ædem fortunæ:quæ ex lapide pheginide tranſlu
cens ædificata foribus clauſis claritatem diei intus haberet.Verum hæc domus a ſequentibus deinde prin-
cipibus diruta fuit:& uaria deſuper ædificia conſtructa.Inter quæ amphitheatrũ id fuiſſe accæpimꝰ:quod
coloſſeum a Neronis coloſſo uocamus:dicente Martiale:Hic ubi conſpicui uenerabilis amphitheatri Eri-
gitur moles ſtagna neronis erant.In eadem domo ſuperædificatæ fuerunt & thermæ:dicente eodem Mar-
tiale: Hic ubi miramur uelocia munera thermas:& reliqua:quæ uidimus in dictione amphitheatrum:& di
ctione coloſſus. Nam quia coloſſus ille Neronis relictus fuit: qui ſtabat in porticu domus aureæ: & iuxta
illum amphitheatrum conſtructum fuit dicta eſt moles tota coloſſeum. Ex quo ſane Neronis coloſſo : ut
ſcribit Helius Lampridius in uita Commodi Antonini Neronis caput Commodus abſtulit:& ſuum ſuper-
impoſuit:ac titulum more ſolito ſubſcripſit:& certe apud lateranenſem eccleſiam nõ longe ab amphithea
tro caput grande æneum etiam nunc aſpicimus:quod Commodi fuiſſe ex numiſmatum imagine depræ-
hendimus: ob quod nõnulli id eẽ putant:qđ ipſe ſpurciſſimꝰ Cõmodus capiti flagitioſiſſimi Neronis ſub-
rogauit. Conſpicitur & hoc tempore moles: non longe ab arcu Conſtantini : & amphitheatro coloſſeo :
hoc eſt ante beati Gregorii monaſterium:quam a nonnullis ſeptizonium:ab aliis ſeptodium uocari legimꝰ
Nam cum magna ex parte demolita ſit:tres adhuc ĩ illa columnarum ordines inuicem ſuperimpoſitos hoc
tempore uidemus. Hanc quoque molem Seueri Aphri imperatoris ex Helio Spartiano fuiſſe depræhen-
dimus. Ait enim de illo loquens opera eius publica romæ præcipua extant. Septizonium & thermæ ſe-
uerianæ. Et paulo infra ſubdit:cum ſeptizonium faceret nihil aliud cogitauit : q̃ ut ex aphrica uenientes
ſuum opus cernerent:& medium ſimulachrum eius locatum additum palatinis ædibus. Is regium arcum
ab ea parte facere uoluiſſe perhibetur:quod etiam poſt Alexander cum uellet facere ab aruſpicibus dicitur
eſſe prohibitus:cum hoc ſciſcitans non litaſſet. Iulius uero Capitolinus in Antonini Getæ uita:qui eiꝰ Se-
ueri filius fuit non ſeptizonium: ſed ſeptodium dixit. Nam de Antonino locutus inquit. Illatus eſt maio-
rum ſepulchro:hoc eſt Seueri:quod eſt in uia appia euntibus ad partem dexteram ſpecie ſeptodii ſtructum
quod ille ſibi uiuens ornauerat.hæc ille.Quæ ſane uocabula diriuationem græcam detinẽt. Ita ut uel ſeptẽ
zonarum ædificium fuiſſe dicatur:uel ſeptem uiaruʒ hoc eſt per illas zonas incedentiũ:ut iam cõſpici libet.

Abacus cuȝ.c.exili ſcribitur:fuit teſte Herodo.li.hiſto.ii.æthiopum rex: qui Anyſim ægypti regem fugauit:& illius regnū qnquaginta annis obtinuit.

Sabyllus cuȝ.y.græco & duplicato.l.ſcribitur: fuit teſte Herodo.li.hiſto.vi.Gelæ urbis ſiciliæ tyrānus poſtq̄.ſ.interfecit Cleandrum panternei:qui tyrānidem prius ſeptem annis occupauerat.

Sabini cū.i.latino ſcribiť:fuerūt teſte Plinio in.iii.naturalis hiſto.popūli in Italia a religiōe & cultu deoꝝ:q̄ſi ſeuini cognominati.Nā σέβομαι græce diciť latine colo:uel ueneror.hi teſte Plutarcho in uita Romuli ciuitates ſine mœnibꝰ incolebant:ut priſcam illā lacedæmonioꝝ cōſuetudinē referrēt.Vnde in ea quæ romanæ urbi ꝓpinqua ſunt colonias:deinde deduxerunt tanq̄ꝫ nullū alium aduerſum populū ob animi magnitudinē ꝑtimeſcerent.Ideoqꝫ cū diceret Virgi.in.ix.Tacioqꝫ ſeni curribuſue ſeueris.inq̄t Seruiꝰ iō dixit Seueris quod cū filias ꝑdiderint ceninēſes:antēnates:cruſtumeri:& ſabini cæteris primū qeſcētibꝰ:ſoli ſabini bella ſumpſere.Hi aduerſum nouos maritos licenter plurimū ſcōmatibꝰ iocabantur.
Quod Lucanus i.ii.tetigit cū ait:Nec ſoliti luſere ſales nec more ſabino.Excæpit triſtis cōuitia feſta maritꝰ.
Et a ſabino ſabellus deduciť.ut Virgi.in.ii.georgi.de Italia loquens ait:Hæc genꝰ acre uirū marſos pubēqꝫ ſabellam Extulit.& in.ii.georgi.Denteſqꝫ ſabellicus exacuit ſus.Item Iuue.Menſamqꝫ ſabellam.

S adyattes cū.y.græco & duplicato.t.ſcribiť:fuit Ardyos filii Gygis filius:qui teſte Herodoto li.hiſto.i.poſt patrem regnauit in lydia.Cuius regno eius filius Alyattes ſucceſſit.

S agarus cū unico.r.ſcribiť:ē teſte Herodoto li.hiſto.iii.fluuius phrygiæ.Liuiꝰ uero in.vii.de bello macedo.fluuium eſſe dixit Gallogræciæ:qui per phrygiam defluens:& ad berecyntū oppidum pertingens:i ꝓpontidem tandem influit.

S ais cum.i.latino ſcribiť:ciuitas ē i ægypto iuxta hoſtiū quoddam nili:quod ab ipſa ciuitate ſaiticum cognominatum fuit.

S aiticum cum.i.latino utrobiqꝫ & abſqꝫ aliqua aſpiratione ſcribitur.Vnūm eſt ex hoſtiis nili:ut in dictiōe ſebennyticum uidebimus.

S aliunca cū.i.latino &.c.exili ſcribiť:uoluerūt qdam græcū eē:quod minime neqꝫ ē:ſed latinā hȝ etymologiā hoc eſt a ſaliēdo dictū:ut ait Plinius.xxi.naturalis hiſto.li.ſaliunca folioſa qdeȝ ē:ſed breuis & quæ necti nō poſſit radici numeroſe cohæret herba uerius q̄ꝫ flos:& quæ manu cōpreſſa facile cōdenſať.de qua Virgiliꝰ meminit in bucolico:Puniceis humilis q̄ꝫtum ſaliunca roſetis.

S alamin cū unico.l.&.i.latino ſcribiť:& ſalamis etiā dici pōt atqꝫ ſalamina:ſed uerius i.n.deſinit:quod retinet in obliquis quēadmodum attis & attin delphin & delphis:eleuſin & eleuſis. Eſt ergo ſalamin inſula in euboico mari cōtra athenas ſita:urbeȝ retinēs ſui nominis:in qua Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit.Sȝ cū reuerteretť Teucer a bello troiano nec de inimicis Aiacis:teſte Iuſtino ultus fuiſſet:a patre expulſus cyprum perrexit.Ibiqꝫ urbē aliam ſalaminā condidit. De qua Horatiꝰ i primo carminū meminit.Nil deſperādum teucro duce & auſpice teucro.Certus enim ꝓmiſit apollo ambiguā tellure noua ſalamina futuraȝ.At de priori ſalamina intellexit Quintilianus i.vi.de inſtitutione oratoria cū ait:Neqꝫ eſt ignobile exemplum megarios athenienſibꝰ cū de ſalamina contēderent uictos Homeri uerſu. Qui tamen ipſe in omni editione reperitur:ſignificans Aiacē naues ſuas athenienſibus iunxiſſe.uerſus aūt Homeri hi ſunt αιασ δ᾽ἐκ σαλαμινοσ ἄγεν δύο και δέκα νηασ στησε δ᾽ἄγον ἱν᾽ ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγεσ.Horum primum quidem Ariſtoteles in.i.rhetoricorum rettulit:ſecūdum uero apud Herodotuȝ cōperi.Nam adhuc i nullo exemplari homerico inueni.

S almoneus cū unico.l.&.n.&.eu.diphthongo in fine ſcribiť:habetqꝫ accentū ſuper ſecūda:fuit teſte Lactātio grāmatico cuiuſdā Aeoli filius:q apud helidem regnauerat.hic maxima inſolētia diuinos ſibi honores quæritabat:factitabatqꝫ iacere fulmina:ut Iuppiter.Sed a Ioue ipſe fulminatꝰ in inferna demerſus ē:dicente Virgilio in.vi.æneі.Vidi & crudeles dantem ſalmonea pœnas.Idem Homerus in.xi.odyſſeæ.

S almoxis ultīa cū.x.cōſonāte &.i.latio ſcribiť:fuit teſte Herodo.li.hiſto.iiii.dæmon qdam thracum.

S alum cum unico.l.ſcribiť:& ſignificat apud nos mare:deduciturqꝫ a uerbo græco:quod eſt σαλεύεσθαι:quod eſt moueri & agitari.

S amos cū unico.m.ſcribiť:nomē ē duaꝝ inſulaꝝ i mari ægæo:de qbus in ſequēti dictione uidebimus.

S amothracia cum.th.aſpirato &.c.exili atqꝫ.i.latino ſcribitur:inſula eſt in ægæo mari thraciæ adiacens:quæ prius ſamos dicta eſt:poſtea ex commixtis thraciæ incolis ſamothracia dicta fuit:dicente Virgilio i.vii.æneі.
Threiciamque ſamum: quæ nunc ſamothracia fertur.
Nam dixit threiciam ad differentiam alterius inſulæ ſami:quæ aſiæ adiacet ex oppoſito ad epheſum & andro uicina:ut oſtendit Ptholemæus in geographia: de qua Iuuenalis in.iii.ſatyra meminit cum ait:Hic andro ille ſamo. At e ſamothracia teſte Apuleio in ſecundo floridorі deſpicitur parum pelagi: eſtque frumento pigra fœcundior olıueto: nec uinitori nec olitori ſcalpiť: incolis frequens eſt:& hoſpitibus celebrata. oppidum habuit quod fuiſſe ampluȝ indicant mœnia ſemiruta.hæc teſte Lactantio in primo diuinarum

inſtitutionū ex Varronis teſtimonio fuit Iunoni dicatiſſima: eo ꝙ in illo nata fuit educataq;: & Ioui nupta ut inquit cantatiſſimus rumor ē. Ob quod præ cæteris numinibꝰ ſamiis in nobiliſſimo tēplo illi dicata: ut idem auctor ſubdit honorabatᷣ. Et ut Apuleius in præfato li. rettulit ante aram Iunonis in ſamo erat: eiꝰ ſtatua a Polycrate tyranno dicata: qua nec pulchrius nec ditius qcq; eſt: adoleſcens eſt uiſenda pulchritudine crinibus fronte: & in oībus membris ſuis admirabilis. Quin & teſte Plinio in. xxxvi. naturalis hiſto. fecit ſcopas Venerem: quæ ſamothraciæ ſanctis cærimoniis coluntᷣ. Quare dixit Iuue. Iures licet & ſamothracū Et noſtrorū aras. & maxime cū romanis timēda uideretᷣ Iuno. Hæc eadem fuit Pytagoræ patria & unius ſibyllarum. Et cum ſit in ea gleba tenaciſſima: primum illic fictilia uaſa facta dicuntᷣ: quæ ab auctoribꝰ ſamia uocitatᷣ. In eadem teſte Homero circa initium libri. xiii. iliados: nemoroſus eſt collis: unde omnē idam & oēm troianam urbem ſubiicere oculis qs poſſet.

S ambuca cum. c. exili ſcribitᷣ: genus eſt inſtrumēti: ut dixit Iulius Pollux ad Cōmodum imperatorem.

S andyx cū. y. græco ſcribitᷣ: & ponitur a græcis teſte Plinio in. xxii. naturalis hiſto. inter olera ſilueſtria. Idem Opinion & Heraſiſtratus affirmarūt: dicūtq; illam breui caule & in aliis fœniculo ſimilē eſſe. hæc eſt quam Ariſtophanes poeta comicus Euripidi tragico obiicit iocularīter matrē eiꝰ ne olus qdē legitimū uēdicaſſe ſed ſandycem: ex eadē fit color ſandycinus: ut teſtis ē Seruius ſuper id Virgilii in bucolico: Sponte ſua ſandyx paſcētes ueſtiet agnos. Qui ſane color teſte Pli. in. xxxv. li. conficitᷣ ex ſandaraca & rubrica admixta. Sꝫ ut idem dixit in præfato. xxii. libro peculiaris laus eiꝰ herbæ ē: quod fatigato Venere corpori ſuccurrit: marceſcentesq; ſenio iam coitus excitat: ſiſtitq; profluuia alba fœminarū.

S angaris cū unico. r. & . i. latino ſcribitᷣ: fluuius q teſte Liuio in. vii. de bello macedonico: ab adoreo mōte diffuſus: & per gallogræciam phrygiamq; defluēs: egradium midæ urbē alluit. & ut dixit Seruiꝰ ſup. vi. æneiiuxta caſtellum berecynthos fluens: miſcetᷣ deinde thymbræo fluuio: ita ut geminatis aquis maior effectus: haud longe a troia in ꝓpontidem cadit.

S annites cum duplicato. n. & . i. latino atq;. t. exili ſcribitur a græcis: populi ſunt italici in ſannio inter picenū campaniam & apuliam poſiti.

S apiri cū. i. latino ſcribitᷣ: ſunt teſte Orpheo in argonautica populi iuxta pontum.

S appho cū duplicato. p. & ſecūdo aſpirato ſcribitᷣ: fuit fœmina leſbia & nobilis uates: a qua uerſus qdam lyrici ſapphici ſunt cognominati: quos illa comperit. De hac Ouidiꝰ in. ii. de triſtibus inquit: Leſbia quid docuit ſappho niſi amare puellas? Et de remediis li. ii. inquit: Me certe ſappho meliorē fecit amice. Martialis i. vii. Carmina iam fingi ſappho laudauit amatrix. Cuiꝰ ſane opera ex maiorū negligentia amiſimus: nec inter græcos eius aliquid cōperire ualui. Habemus aūt traductā (ut putamus ab Ouidio) eius quādam nobilem epiſtolam: quam uerſu elegiaco ad Phaonem amaſium direxerat.

S arcariꝰ cū. c. exili & . i. latino ſcribitᷣ: fluuiꝰ ē teſte Heſiodo ī theogōia: quē Ariſtarchi gloſa dicit eē ī phrygia

S arcaſmos cū. c. exili ſcribitᷣ: dicitur teſte Seruio ſup. ii. ænei. iocus cū amaritudine: ut Priamo inqt Pyrrhus apud Virgilium in. ii. æneidos: Referes hæc & nuntius ibis Pelidæ genitori: illi mea triſtia facta Degeneremq; neoptolemum narrare memento.

S arcophagus cū. c. exili & . th. aſpirato ſcribitᷣ: accipiturq; a noſtris ꝓ ſepulchro: eo quod σάρκα. i. carnem: φαγει: hoc eſt comedit. Vnde Pliniꝰ ī. ii. naturalis hiſto. inquit circa aſon troadis lapis naſcitur: quo conſumuntᷣ omnia corpora: & ſacrophagus uocatur.

S ardanapalus cū unico. l. ſcribitᷣ: & cū accētu ſup penultīa a latinis ꝓnuntiatᷣ: q̄ ſane ꝓducitᷣ. Iuue. ī ſaty. Oībꝰ ī terris: Et uenere & cœnis & plumis ſardanapali. Nā fuit aſſyriorꝫ rex ultimꝰ: de quo Diodorꝰ hiſtoricꝰ apdᷣ græcos plene ſcripſit. & Iuſtinus apud noſtros tetigit: tandē ab Artabano: q eius noīe medis præerat regno priuatꝰ ē: q e mediis ſcortis ſeipm in regnū iæcit. Iuſſitq; teſte Cicerone in. v. de quæſtiōibꝰ tuſculanis: uerba hæc buſto ſuo inſcribi. Hæc habui quæ edi quæq; exaturata libido Hauſit: alia iacēt multa & pclara relicta.

S ardanis cū unico. n. & . i. latino ſcribitᷣ: fuit uir lydius q Crœſo ſuadere conatꝰ ē: ne perſis bellum inferret.

S ardinia cū. i. latino ſcribitᷣ: inſula eſt in tyrrheno mari ſita: quæ a Sarbo filio Herculis: q e libya ueniens inſulam occupauit teſte Solino nomē ſortita fuit: a qua ſardous adiectiuū nomen deducitur. Oui. in. iiii. faſtorꝫ Sardoaq; regna ſiniſtris reſpicit a remis.

S ardis cū. i. latino ſequēte. ſ. ſcribitᷣ: eſtq; numeri pluralis: & teſte Priſciano ī. vii. terminat noīatiuū & accuſatiuū ī. is. ut. ſ. ſonū græcū ſeruet. Nā eodē Priſciano teſte apdᷣ græcos ei diphthongū finalē hꝫ: ut αἱ σαρδεισ: τασ σαρδεισ. Similiter ut dicit alpis: ſyrtis: trallis: urbs fuit ī lydia ad latꝰ tmoli mōtis maxīe pcelebris ut teſtis ē Herodotꝰ li. hiſto. i. Et Pliniꝰ li. v. natu. hiſto. Eadē fuit olim regia Crœſi lydorꝫ regis: ut late oſtendit præfatus Herodotꝰ. Et Horatius ī. x. epiſtola. Quid concinna ſamos: quid Crœſi regia ſardis.

S ardonyx cū. y. græco ſequēte. x. ſcribitᷣ: lapis ē olim apud romanos pcioſus. Eſtq; generis maſculini & fœminini. Perſiꝰ: Et natalicia tandē ſardonyce. Iuue. in ſatyra Et ſpes & ratio: Ideo cōducta paulus agebat ſardonyce. maſculini ut idem in ſatyra Credo pudiciciam: In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyces: eſtque dictio compoſita ex ſardo qui lapis fuit in Sardinia primum compertus coloris rubei: & onyx qui eſt unguis: quaſi utriuſque colorem teneat. Ideo inquit Macrobius de lapidibus ſardonycē facit duo noia

ſardus & onyx:& ut dicũt habet colorẽ ſubcandidum cum rubro ac more latino diciẽ etiã ſardonycꝰ. Iuue. in ſatyra Exẽplo quodcũq; malo. Arguit ipſoꝝ quos littera gẽmaq; princeps Sardonycus.

S armatæ cum.t.exili ſcribiẽ:hi populi ſuut quos græci ſauromatas uocant:ut in ea dictione uidebimus.

S arnus cũ.n.poſt.r.& non ſarrus:ut ꝗdam uoluerũt ſcribiẽ:fluuius ẽ cãpaniæ ex ſarno mõte campaniæ ortũ ducens iuxta oppidũ ſarni in radicibꝰ montis poſitum:primoq; magno cũ murmure montis defluit:mox in paludes amplas deſinit:quæ graues incolis nebulas toto ãno emittũt:deinde coactus rupibꝰ ueſeuum montem radit:& ab inde ꝑuo contentus curſu in tyrrhenum mare concidit. De hoc Virgilius li.æneí.vii.meminit dum cãpanos deſignat populos turno fauẽtes dicens. Saraſtes populos de qua rigat æquora ſarnus. Et teſte Seruio ſaraſtes ipſi populi ſunt a ſaryno fluuio cognominati.

S arra cũ duplicato.r.ſcribitur:& cũ dictio ſit phœnicia & nõ græca ſecũdũ.r.minime aſpirari cõſueuit:urbs fuit in phœnicia:quæ teſte Seruio circa finẽ ſecũdi georgi.dicta fuit deinde tyrus:ſed id quoq; nomen a piſce quodam accæpit:ꝙ illic abundat:& ſar illa lingua uocatur:ex cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebatur. Ex quo adiectiuũ ſarranus deducitur:ut Virgilius in præfato loco:
Vt gemma bibat:& ſarrano dormiat oſtro.

S arpedon cũ.e.abſq; diphthongo ſcribiẽ:ſuper quã habet accentũ: & declinaẽ huius ſarpedontis:fuit teſte Homero Iouis filius ex laodomia Bellerophontis filia. Herodotꝰ uero dixit in primo eum fuiſſe Iouis filiũ ex Europa:ac Minois fuiſſe fratrem:ut in ea dictiõe uidimꝰ. Hic cõ rex eẽt lyciæ & in armis ſtrenuꝰ troianis cõtra græcos fauit:& multa bellãdo ſtrenuitatis documẽta demonſtrãs:a Patroclo tãdem interimiẽ.

S ataſpis cũ.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto li.hiſto.iii. Vir magnus & diligens: quem Xerxes ad ꝑſcrutandam libyam miſit.

S atrae cum. t.exili ſcribitur:populi ſunt græcorum in litoribus thraciæ:ut oſtendit Herodotus in ſeptimo: hiſtoriæ libro.

S artago cũ.t.exili ſcribitur:diciẽ patella in qua caro frigiẽ:& a σάρξ:quæ eſt caro nomen aſſumpſit:& latine frixoriũ ab ipſo frixationis ſono dictã uolunt. dicitur & apud illos alio uocabulo τήγανον:quod ſane uocabulum ꝓ eadem re tuſci obſeruãt:dicentes teganum frictumq; apud græcos diciẽ τιγάνιστον. At uero peluis a pelluendis pedibus uel manibus diciẽ. Feſtus ſolum de pedibus dixit. Malluuiũ eodem teſte ideſt in quo manus lauanẽ:labrum cõmune eſt quod uulgo diciẽ bacile. Addit Feſtus gutturnium eſſe uas:ex quo aqua ĩ manꝰ datur:ab eo quod per oris anguſtias gutta fluat. Patellæ poſſunt etiã lances & parapſides dici Horatius in epiſtolis:Nec modica cœnare times holus omne patella.

S atyrus cũ.t.exili &.y.græco ſcribitur:animal eſt:quod teſte Plinio in.v.naturalis hiſto.de homine nil aliud præfert ꝗ̃ figuram:habitatq; in receſſu inſulæ canopeæ:in confinibꝰ ethiopiæ.& ut ſcribit Hieronymus in uita Pauli:ad quem cum pergeret beatus Antonius uidit homũculum aduncis naribus & fronte cornibus aſpera:cui extrema corporis in caprarum pedes deficiebant. Et præmiſſo ſigno crucis cum quiſnã eſſet interrogaſſet Antonius:reſpondiſſe fertur mortalis ego ſum:unus ex accolis heremi:quos uano errore deluſa gentilitas phaunos ſatyroſq; & incubos colit.

S atyra cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:genus eſt poematis:quod quaſi ſaturam dictum nõnulli putãt. Nam teſte Feſto ſatura genus eſt cibi ex uariis rebus conditum. Et ſubdit inde genus carminis dici in quo de multis rebus diſputatur. hæc ille. nec abſunt qui dicant a ſimilitudine ſatyrorum dictã. Nam illi leues:nudi: dicaces:& capripedes appellanẽ:hi uero leues ꝗ de his quæ ſunt uitia in cõmuni hominum uſu deſcribũt:uel quod facile de uitio in uitium arguẽtes labãtur. Nudi quod aperte repræhendãt:dicaces ꝗa impetuoſi garruliq; & abũde dicant. Et ꝗa capra uile animal eſt & turpe:& hi ſimiliter de turpibus & rebus uilibꝰ:hoc eſt uitioſis ſcribere conſueuerũt capripedes ſunt appellati. nam nõ ita eleuatur carmen ſatyricum aut augeſcit nec talem habet tubam:qualẽ heroicum ipſm habet:nec unam eandẽq; materiã continuat:ſed ĩ multas ſcinditur:ac in fine ſæpenumero langueſcit:pluſq; habet deinde grauitatis atq; difficultatis:ꝗ̃ carmen elegiacum. Habet etiã quãdam miram rerum uariarũ ſuauitatem:doctrinam:atq; copiam ſub illa obſcuritate latentem:& ſic mordax eſt dicax:nudum:petulcum:ferox:de una re in alteram more ſatyrorũ aĩalium tranſiliens. Sane ipſa ſatyra ut dixit Quintilianus tota noſtra eſt:hoc ẽ non a græcis cõſueta niſi in modum comœdiæ antiquæ:ut uidimus in dictione comœdia:& in dictione prologus. Primus apud latinos inſignem laudem adeptus ẽ Lucilius. Sed purus magis ac terſior Quintiliani iudicio fuit Horatiꝰ. Perſius uero ut nobis uidetur obſcurus fuit & preſſus:eius tamen labor (ut dixit Quintilianus) fuit præcipuus: & multum ueræ gloriæ:quãuis in uno libro promeruit. Ideo dicebat Martialis ad Pudentem in epigrammatibus.
Sæpius in libro numeratur perſius uno.
Quam leuis in tota marſus amazonide. Sed ut mihi uidetur lepidiſſimꝰ inter cæteros eſt Iuue. de quo Quĩtilianus intellexit de ſatyricis loquẽs cum ait:Sunt clari hodie:& qui olim noĩabuntur.

S atrapa cũ.t.exili ſcribiẽ:dictio eſt perſica:quæ apud nos præfectum indicat.

S atagytæ abſq; abliqua aſpiratione & cum.y.græco ſcribitur:fuerunt teſte Herodoto libro hiſtoriarũ.iiii. populi in aſia ſcythica.

S auromatæ cũ.t.exili ſcribit᷑:ſunt teſte Herodoto li.hiſto.iiii.populi q ex ꝓfundo paludis mæotidos ĩcipiẽtes:regionẽ uerſus boreã itinere dierꝫ qndeci incolunt exilẽ qdẽ ac tenuem. Sed fœlicibus & ĩfœlicibus arboribus referta.hos dixit Plinius in.vi.naturalis hiſto.eſſe medorũ ſobolẽ:& prius li.iiii.dixerat ſauromatas ſcytharum gentes græci uocant:quas ſarmatas romani dicũt.Et Florus in.iiii.ſarmatæ inquit: nihil præter niues raraſq; ſiluas habent:quibꝰ ẽ tanta barbaries:ꝙ pacẽ non intelligant.Ideo hos ꝑ Lentulum ꝓhibere danubio ſatis Auguſto fuit.De quibꝰ etiam Seneca in tragœdia furentis Herculis ait:

Illic dura carent æquora fluctibus:
Et qua plena rates carbaſa tenderent:
Intonſis teritur ſemita ſarmatis.

S aulius cum.i.latino ſcribit᷑:fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarum.iiii.rex ſcytharum:& pater Indathyrſi:ut in ea dictione uidimus.

S aurus cum.au.diphthongo ſcribitur:dicit᷑ a noſtris lacertus.Fuit etiam teſte Plinio in.xxxvi.hiſtoriæ natu. ꝓprium nomen ſculptoris eximii.

S atniois cũ.t.exili ſequente.n.conſonante &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Orpheo fluuiꝰ phrygiæ.

S cæna cum.c.exili &.æ.diphthongo teſte Priſciano ſcribit᷑:hocq; ex antiquorum cõſuetudine magna: q̃ꝫ ex uera orthographia obſeruari dixit.Nam cũ dictio ſit græca:nec apud græcos diphthongũ habeat:abſque diphthongo etiã apud nos tranſferri debuit:dicit᷑ enim græce ϛκηνη.Sed iam certa,ẽ & approbata cõſuetudo ex antiquiſſimis marmorũ inſcriptionibꝰ & claris auctoribꝰ:quæ ꝑ diphthongũ illaꝫ ſcribi demõſtrãt Varro tamen dixit ſuper hac dictione uariã fuiſſe ueterum opinionem. Aliis.ſ.ꝑ.c.exile ſicut apud græcos ſcribendũ aſſeuerantibꝰ:aliis in ſignum ꝓductiõis ꝑ.æ.eſſe notandũ.Et hanc ultimaꝫ opinionem ex eadem cã cõfirmauit Apulegius grãmaticꝰ:ut uidimus in dictõne æthica:atq; in dictõne cæra.& traducit᷑ a noſtris ſcæna.i.iumbratio.Nã teſte Seruio & Caſſiodo.a ruſticis primũ inũbratõis cã cõperta fuit:ubi priꝰ carmia incõdita ſæpiꝰ decãtabãt:Quare & a nõnullis tabernaculũ traductũ fuit.Vnde & ſcænophegia tabernaculorum feſta ducta ſunt.Verũ eodem Caſſiodoro teſte cũ in urbes deducta fuit ſcæna redactũ ẽ nomen ad cã ꝑtem theatri:quæ ab uno eius cornu ad aliud ducebat᷑.Nam ut uidebimus in dictõe theatrũ:cõſtruebatur ipm theatrũ in formã ſemicycli.Et illa ſcæna dicebat᷑:quæ ab uno illius cornu in aliud cornu cũ copertura ducebat᷑.Et teſte Seruio in.iii.geor.Apud maiores theatri gradus tantũ fuerũt:& ſcæna de lignis ad tẽpus fiebat.Vnde ut ait ꝑmanſit cõſuetudo:ut cõponant᷑ pægmata a ludorũ theatralium editoribꝰ.hæc ille.Scæna autẽ quæ fiebat:aut uerſilis:ut ductilis erat.Verſilis tũc erat cũ ſubito tota machinis qbuſdã cõuertebatur:& aliam picturæ faciem oſtendebat.Ductilis tunc cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpẽs picturæ nudabat᷑ interior. Quod perite utrũq; tetigit Virgilius cum ait: Vel ſcæna ut uerſis diſcedat frontibus:ſingula ſingulis complectens ſermonibus.

S cænitæ quia teſte Solino a ſcæna dicunt᷑:cũ.c.exili &.æ.diphthongo ſcribit᷑:populi ſunt nobiles arabiæ habitantes montẽ caſſitũ:q ſcænitæ cãm nominis iducũt:quod tẽtoriis ſuccedũt:nec altas domos habent.

S cæa porta troiana cum.c.exili &.æ.diphthongo ſcribitur:ut oſtendit Homerus libro tertio iliados:ubi ait ὅτι ϛκαιαι πυλαι ἧϛαν.

S camander cum.c.exili ſcribitur:fluuiꝰ ẽ troiæ ex ida deſcẽdẽs:quẽ Heſiodus θειον ϛκαμανδρον:hoc ẽ diuinum ſcamandrũ uocauit.hunc ex noſtris plures xanthum fuiſſe dixerunt.

S camandrius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit filii Hectoris & Andromachæ nomen: quod illi teſte Homero in.vi.iliados:primo pater impoſuerat.Sed ut ait eum cæteri Aſtyanactem uocare maluerunt. Quod ſolus illius pater urbem tutaretur:ut uidimus in dictione Aſtyanactes.

S camonea cum.c.exili ſcribitur:frutex eſt teſte Diaſcoride ex una radice uirgas plures efferens:cuius ſuccus ualet in medicinis.

S capha cum.c.exili &.ph.aſpirato ſcribitur:eſt nauicula in ligno cauata:& a ϛκαπτω:quod eſt cauo deducitur.Vnde & a multis foſſura:alueus & linter traducitur.Aphricanus iuriſcõſultus de euictõne ſcapha inquit per ſe parua nauicula eſt.

S caphium cum.c.exili ſcribit᷑:uas ẽ concauũ in quo cacari conſueuerat.Vlpianus iuriſcõſultus de auro & argento legato.Scaphia habita uentris cã non puto argento legato contineri. Quare loquens Iuue. de mulieribus quæ romæ luctabant᷑ dixit in ſatyra Credo pudiciciam:Et ride poſitis ſcaphium cũ ſumitur armis. Martialis ſimiliter in.xi.Te potare decet gẽma q mẽtora frangis In ſcaphium mœcchæ ſardanapale tuæ. Plautus in bacchidibus ꝓ galea ſcaphium ꝓ inſigni ſit corona plectilis.

S carus cum.c.exili ſcribitur:piſcis eſt teſte Columella libro nono:de agricultura:qui totius aſiæ græciæ litore ſicilia tenus frequentiſſimus exit.Nunq̃; in liguſticum nec per gallias enauit ad ibericum mare. Itaq; ne ſi capti quidem perferantur in noſtra uiuaria diuturni queunt poſſideri.Et Quintilianus in quito:nec helorum noſtro mari nec ſcatum ducas.Vnde teſte Macrobio libro.iii.ſaturnali:Adeo ignotus italicis litoribus erat:ut nec nomen latinum eius piſcis habeamus.

S captẽſula abſq; aliqua aſpiratione:& cũ.p.ante.t.ſcribitur:locus eſt teſte Feſto in macedonia: ubi argẽtum

effodiť:dictꝰ a ſcappo uerbo græco:qđ é effodio. Vnde Lucretiꝰ:Quales ſcaptéſula ſubter odorés emittit.

S ceptrum abſq; aliqua aſpiratione uel diphthógo ſcribiť:uirga erat qua reges in ſimilitudiné Iouis utebantur:cum teſte Seruio ſuper.xii.æneidos:ipſiꝰ Iouis ſit ꝓprium.hoc & ad fœdera ſemper adhiberi conſueuerat.unde in fœdere Aeneæ & Latini ait ipſe Latinus apud Virgilium præfato loco: Vt ſceptrum hoc dextra ſceptrum.ná forte gerebat nunq̃ fronde leui fundet uirgulta.& reliqua.cuius cám dixit idem Seruius:qui maiores ſemper in fœdere ſimulachrum Iouis adhibebant:quod cum tedioſum eſſet præcipue quádo fiebant:cum longe poſitis gentibus fœdera inuentum é:ut ſceptrũ tenétes q̄ſi imaginem ſimulachri redderét Iouis:cuiꝰ ꝓprium é ſceptrum. Iuppiter eni & non detinens ſceptrum pater é patratꝰ:ſed ille quaſi pater.

S chema cum.ch.aſpirato ſcribiť:dici poteſt latine figura ſiue cultus.

S cheſis cũ.ch.aſpirato ſcribiť:& dici pót habitudo:ut nominũ quoq; cũ multitudo incóiunctoꝝ nominum quodam ambitu copulať iuxta id Nubila:nix:grandoq;:ꝓcellæ:fulmina:uenti.

S cyla cũ.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribitur:ſignificat apud græcos id quod dicimꝰ ſpolia/uel manubiæ tantum in plurali:at in ſingulari nomen fuit uiri ꝓpriũ:q teſte Herodoto libro hiſto.iiii. filius fuit Ariapithis ſcytharum regis cui in regno ſucceſſit.

S cylus eodem modo ut ſuperior dictio ſcribiť:fuit frater Dipeli:de qbꝰ in dictione Dipelus uidimus.

S cylurus cũ.c.exili &.i.latino ſcribiť:nomen fuit uiri ꝓpriũ:qui teſte Plutarcho.lxxx.filios maſculos habuit

S cylla cum.c.exili &.y.græco & duplicato.l.ſcribiť:nomen fuit duarum maxime mulierũ:de qbꝰ poetæ memorant. Vna fuit Niſi megarenſium regis filia:de qua Ouidius in.ix.metamorpho.omnia ꝑtractauit. Nã cum eius patriam Minois obſideret:& ſtatutum fatis eét urbem capi nó poſſe:quouſq; pater Niſus purpuream quam habebat comá conſeruaret. Illa amore Minois capta:capillum patri abſcidit: & ſic patriá ac patrem ꝑdidit. Sed a Minoe deinde ſpreta:lamentabilibꝰ queſtibꝰ deficiens in auem ſui nominis uerſa é. De qua etiam idem Ouidiꝰ de arte amandi li.i.dixit:Filia purpureos niſi furata capillos:Puppe cadés nauis facta referť auis. Altera teſte Seruio ſuper.iii.ænei.& i bucolico:fuit Phorci filia:ex Cretaria nympha: de qua Ouidius in.xiiii.metamorphoſe.omnia expreſſit. Nam cum deus marinus Glaucus hanc ardenter amaret: a qua ipſe ſpernebatur. Et Circe Glaucum ipſm mirum in modum amaret.ſuadebat Glauco Circe:ut ſpernentem Scyllam ſperneret:& ſe amantem amaret. Cui prius inquit Glaucus:naſcentur in æquore frondes. Et in ſummis naſcentur montibus algæ Soſpite q̃ Scylla noſtri mutentur amores. Et quo irata Circe nec uolens amatum lædere contra Scyllam ipſam incanduit: quæ ſibi præferebať. Et quod fontem in quo Scylla ipſa lauari conſueuerat:ueneficiis potétiſſimis uitiauit:adeo ut cum fontem itrauit:canes terribiles iuxta inguina ſua conſpiceret: q monſtruoſis latratibꝰ ipſam deterrebant. Quibꝰ ipſa exterrita præcipité ſe mari dedit:quá ut ait Virgi.in.iii.ænei. Cæcis cohibet ſpelúca latebris Ora exertátem:& naues in ſaxa trahentẽ Vnde & Oui.li.i.de arte inquit:Altera ſcylla maris monſtrum medicamine circes. Pube premit rapidos inguinibuſq; canes.huiꝰ formam depingens Virgi.in eodem libro.iii.ænei.inquit:

Prima hominis facies:& pulchro pectore uirgo
Pube tenus:poſtrema immani corpore piſtris.

Delphinum caudas utero cómiſſa lupoꝝ. Saluſtius uero cócordans cũ Plinio li.iii.hiſtoriæ naturalis dixit i ſicilia eſſe ſaxum ingens humanam habés effigié in ꝑte ſuperiori:in iferiori uero plures habere dixerũt refectos ſcopulos ſub radicibus cauernoſos. Inter quos dum æſtuoſũ mare intrat:ab eiſdem refractũ tumultuando repræſentat latratũ canum & ululantes lupos.

S cylaceum cũ.c.exili utrobiq;:&.y.græco atq; unico.l.&.e.ſine diphthongo ſcribiť:fuit oppidũ ab athenienſibus i ſcylacea regióe:quæ é in ultimo Italiæ cóſtructũ:ut dixit Solinꝰ in litore ſinꝰ ſcylacei:ut oſtédit Ptholemæus in geographia.de quo Virgi.circa finé libri.iii.ænei. Caulóniſq; arces & nauifragũ ſcylaceum.

S ciopodes cũ.c.exili &.i.latino ſcribiť:fuerũt hoíes qdam monſtruoſi in deſertis indiæ:q teſte Plinio li. vii. naturalis hiſto.in maiori æſtu humi iacentes reſupini:umbra ſe pedũ ꝓtegebát. Et cóponiť dictio ex σκία: quæ eſt umbra:& πόδεσ pedes.

S cyphus cum.c.exili &.y.græco ſcribiť:fuit teſte Macrobio Herculis poculũ ut liberi patris cantharus é. & aliud uas quod abſq;.ſ.diciť cyphus:de quo in ſua dictione uidimus.

S cyrus cum.c.exili &.y.græco ſcribiť:inſula eſt in mari ægæo una ex cycladibꝰ:& Lycomedis regis patria:in qua Achilles ſub puellari habitu adoleuit:atq; eius regis filiá Deidamiá grauidauit:quæ ab iſula & ipſa ſcyrias nunq̃ nominať. Ouidius in.i.de arte amandi. Scyrias æmonio uicta puella uiro.

S cyronia ſaxa eodé mó ſcribiť. Ná ſaxa ꝓpinqua ſunt athenis ſex milibꝰ paſſuũ porrecta in memoriá ultoris Theſei. E quibꝰ Ino cũ Palæmone filio in ꝓfunda ſe præcipité iaculata auxit mari nomen.

S cytha prima cũ.c.exili &.y.græco:ſequens cũ.th.aſpirato ſcribiť:fuit teſte Herodoto libro hiſto.iii. Herculis filia a qua ſcythiam dictam putat.

S cythia prima cum.c.exili &.y.græco:ſequens cũ.th.aſpirato ſcribiť &.i.latio:regio eſt ſeptétrionalis: quæ diuidiť a fluuio tanais:& ps qdem una remanet in europa:altera uero in aſiam ꝓtendiť. Et quæ é in europa ad thraciam terminať:paucaq; gignit aíalia. Et teſte Plinio in.viii.naturalis hiſto.a fulmine é imunis. Quæ

uero in

uero in aſia ad orientem uergens diuerſas continet gentes:de quarum moribus dixit elegantiſſime Iuſtinꝰ
in primo ſuorum epitomatum. Vniuerſaliter aũt oẽs ſcythicæ gẽtes teſte Herodoto li.hiſto.iii.arcubꝰ ſunt
equitantes:non ex aratro ſed ex feris:quas uenant' uitam ducentes.
S chiſma cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris ſciſſura:& deriuat' a σχίζω:qđ eſt ſcindo
S chœnos cum.ch.aſpirato &.œ.diphth.ſcribit':dicitur latine funis:quo nomine dicta fuit ciuitas una boe-
tiarũ:de qua meminit Homerꝰ i.i.iliados.Et ſic quoq; teſte Ariſtarcho cognomiata a Schœno patre Atlãtis
S chœnobates prima cum.ch.aſpirato &.œ.diphtgongo ultima cũ. t.exili ſcribitur:dici poteſt latine funiã-
bulus.Nam componit' ex ſchœnos qui eſt funis:& bates ambulans:qua dictione utitur Iuuenalis in.iii. ſa-
tyra:cum de græculis loquitur.
S chola cum.ch.aſpirato ſcribit':& dicit' a σχολάζω uerbo græco: quod eſt uaco:quia teſte Feſto cæteris re-
bus omiſſis uacare liberalibus ſtudiis pueri debent.
S copas cũ.c.exili ſcribitur:fuit ſculptor marmorarius.Cuius opera ubi romæ habeantur:& quæ fuerint ret-
tulit late Plinius in.xxxvi.naturalis hiſtoriæ .
S combrus cũ.c.exili ſcribitur:genus eſt uilis piſcis:ideo frequẽter ſaliuntur hi piſces.
S corpius & ſcorpio cum.c.exili ſcribit':uermis eſt ferens in cauda mortale uenenum.
S copulus cũ.c.exili ſcribit':ſed a græcis dicitur ſcopelos cũ.e.in penultima:quã nos in.u.noſtrum cõuertimꝰ
S cotonia abſq; aliquã aſpiratione:&.i.latino ſcribit':dici põt obtenebratio. Nam infirmitas eſt tenebroſita-
tem inducẽs:& deducitur a σκοτοῦμαι uerbo:quod apud nos eſt uertiginor. Vnde & deducit' σκότος:
quod eſt tenebræ.
S cutulata abſq; aliqua aſpiratione ſcribit'.Et ut qdam uolunt græca eſt dictio deducta a σκυτεύω:quod eſt
ſuo:ita ut ſcutulata ueſtis ſit undiq; ſuta:quæ mulieribꝰ permaxime cõueniebat.Ego cũ id nunq̃ apud græ
cos compererim:magis latinũ puto:& ex eo potiſſimum:quod dicit Pli.li.viii.naturalis hiſto.duʒ de gene-
ribus lanæ & ueſtium pertractat: Scutulis diuidere ueſtes gallia docuit. Iuxta quem ſenſum dixiſſe uidet' Iu
uena.in.ii.ſatyra cum ait:Cærulea indutus ſcutulata:& galbana raſa.Nam ſcutuʒ & ſcuta rotũdam formã
indicat:& inde ſcutula diminutiuũ pro ſcutella ſumitur:ut Lucilius teſte Priſciano circa finem tertii: dũ de
diminutiuis tractat dixit libro.v.Scutulam ligneolam in cerebro infixit.Martialis etiã in.xi.Sic iplet gaba-
tas parapſideſq; & leues ſcutulas cauaſq; lãces.Et inde hæc ſcutulata ueſtis ſcutulis diſtincta. Galbana uero
genus ueſtis ſimiliter dicũt mulieribus aptum:quæ græce γαλβάνη uocatur.
S ebennyticum cum duplicato.n.ſequente.y.græco:penultima cum.t.exili &.i.latino ultima cuʒ.c.exili ſcri-
bitur:nomen eſt unius ex hoſtiis nili:quod teſte Herodoto libro hiſto.ii.in duo alia diuiditur ſcilicet in ſai-
ticum:& mendeſium.
S eleucus cum.c.exili ſcribit':fuit unus ex principibus Alexandri:q poſt Alexandri mortem:primus ĩ ſyria re-
gnauit:de quo Appianus clariſſimꝰ hiſtoricus græcus libro de bello ſyrico:ſic inquit:Seleucum audio:cum
Alexandri camillus adhuc eſſet p longum tẽpus equitanti pedes aſtitiſſe:cumq; ex labore deficeret appræ-
henſa equi cauda inſequi pſeueraſſe: caſu uero extremam aciem regii teli frontem eiꝰ pſtrinxiſſe : ſtatimque
cruore effuſo Alexandrũ cũ tenta careret diademate ꝓprio obligaſſe uulnus:diadema ex cruore fœdatum
eſſe. Ob hæc Ariſtandrũ uatẽ inſpecto eo prædixiſſe ferũt regem illũ futurũ qdem:uerum cum maximo la-
bore regnaturũ.Sic ille per.xl.regnauit ãnos cõputatis his qbꝰ ſatrapes habitus eſt. Cæterũ iugi labore: ut
octogenarius adhuc bellũ gereret:& depugnans extinctus ſit.Et ut idem auctor ꝓſequit' defuncto Seleuco
q deinceps ab illo ſyriæ regnum ſuſcæperunt hi fere habent' Antiochus primus:q nouercaʒ fert' duxiſſe:&
Sotheris cognomẽ habuit.Nam ut idem auctor in eodẽ uolumine late prius oſtenderat.Stratonicẽ Seleu-
ci uxorem Antiochi nouercam & iam pueruʒ Seleuco enixam Antiochus ipſe adoleſcens miſere deperibat:
uerum paſſionẽ comprimẽs non palam cuiq̃ facere audebat:tantum morbo indulgens ultro mortẽ appe-
tebat.Sed tãdem Eraſiſtratus medicus re cognita ad Seleucum inquit.filius tuꝰ inſanabili morbo corripit'.
Ad clamitãtẽ regem addidi Eraſiſtratꝰ paſſio hæc amor ẽ:& qdẽ mulieris quam cõſequi haud potis ẽ.admi-
ratꝰ Seleucꝰ:nõne uniuerſæ inquit aſiæ ĩperito & ꝓ ſupſtite filio oĩa dare poſſuʒ?ſolum quæ mulier hæc eẽt
efflagitabat.Cui Eraſiſtratus meam inquit uxorem deperit:tum rex miris pollicitationibꝰ rogabat:ut illam
in cõiugium filio daret:cui tãtum regnum debebat'.Cui reſpondens Eraſiſtratus:an tu inquit q̃q̃ eiꝰ parẽs
ſi uxorem tuã cuperet Antiochus illam ultro daturus eſſes? tum Seleucus deos oẽs pſancte deierans ſponte
ac læte daturum obtulit.Quod cum non ficte regem effari Eraſiſtratus cognouiſſet: paſſionẽ oẽm filii de-
tegit:& quẽadmodum id depræhendiſſet enuntiat Seleucus gaudio elatus unicũ opus ſupereſſe ſibi arbi-
tratus eſt:quo pacto id filio pſuadendum eſſet:quo pacto & uxori:ſed tandẽ uoti cõpos coacto exercitu rẽ
pandit:ei filio uxorem cõiugem dedit:quod magnificũ & regale ab omnibus exiſtimatũ fuit:ac magnificẽ-
tius qddam & ſapientius adoleſcentis amor:atq; ad amorem eius inſignis moderatio. Ex huius igitur An-
tiochi & nouercæ cõiugio natus eſt alter Antiochus:cui etiã dei cognomẽ affuit a mileſiis primũ inditũ:qđ
Timarchum eorum tyrãnum expuliſſet:huic Antiocho pharmaco interempto Seleucus filius ex Laodice ĩ
regno ſucceſſit Callinicus cognominatus.Seleuco aũt ipſi filii duo affuere ætate adulti: Seleucus.ſ. & An-

tiochus.Seleucus ex mala ualitudine cum iam duobus ãnis regnaſſet:per Pharmachum ſublatus:cui frater
Antiochus ſuccedens magnus cognominatꝰ ẽ.Hic bellum cum romanis geſſit:ac ſeptem & triginta ãnis re-
gnũ tenuit.habuitq; filium ſeleucum & antiochum.Sed facta cum romanis pace miſſus fuit Antiochus ob-
ſes romam:& mortuo patre ſucceſſit Seleuchus:ꝗ dato romanis Demetrio filio fratrem antiochũ liberauit
is cum in patriam reuerteretᷣ:& iam athenis ꝓpinquus eſſet Seleucus ex inſidiis Heliodori cuiuſdaʒ ex ſuis
interficitᷣ:quem ſuſcipere regnũ conantẽ Eumenes & Attalus ui pepulere:antiocho in regeʒ ſubſtituto: cui
blandiebanᷣ maxime.Huic filius Antiochus nouẽ ãnos habẽs ſucceſſit in regno: quem ob patris uirtutem
Syrii Eupatrũ cognominauerũt:quẽ Lyſias aluit:& Demetrius obſes claneculũ e roma diffugiens:& a ſyriis
grate ſuſceptus: Lyſiam pariter & pueruʒ Antiochũ interemit:& ipſe regno præfuit:ꝗ a babylonis Sother
eſt cognominatꝰ.Poſt quẽ ex eodẽ genere multi fuerunt principes & tpe perbreues:fuitq; belluʒ mithrida-
ticum:& ſyria in romanorum poteſtatem uenit.
S elymbria ſecũda cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur: ciuitas eſt teſte Herodoto libro hiſto.vi.i
ꝓpontide propinqua byzantio.
S emiramis cum.i.latino utrobiq; ſcribitᷣ:fuit aſſyriorum regina:& Nini regis uxor:hæc mortuo marito: nõ
eſt auſa tradere imperiũ filio impuberi derelicto:nec ipſa palaʒ tractare timẽs illos non eſſe fœminæ paritu-
ros.Quare teſte Iuſtino in primo ſimulat ſe filiũ eſſe Nini:& pueruʒ ꝓ fœmina:hoc ẽ ipſa Semiramide oſtẽ-
debat:ſicq; ſexum mẽtita magnas res geſſit:quarũ amplitudine ubi inuidiam ſuperatam putat: quæ ſit: &
quẽ ſimulaſſet fatetur.Quod nec illi dignitatẽ ademit:ſed admirationẽ auxit:quod mulier nõ fœminas mõ
uirtute:ſed etiam uiros anteiret.hæc ut græci ſcriptores & latini illos ſequẽtes ferũt: babylonem condidit.
Sed hos redarguit Ioſephus diligentiſſimus hiſtoriarũ ſcriptor libro ad Appionẽ alexandrinum grãmati-
cum primo inducens Beroſi chaldæi auctoritatẽ antiquiſſimi & ueriſſimi ſcriptoris:ꝗ manifeſtiſſime oſtẽdit
urbem primo ampliatam & exornatã:ac muro cinctã fuiſſe a Nabuchdenoſor rege lõge ante Semiramidẽ.
Sed hæc ut idem refert Iuſtinus:non cõtenta acqſitos a uiro regni terminos tueri:æthiopiam quoq; iperio
adiæcit:indis bellum intulit:quo præter illam & Alexandrũ magnum nemo intrauit. Et ut refert Valerius
Maximus de ira & odio:dum die quadã circa cultũ ſui corporis occupata eſſet:& nuntiaretᷣ illi babylonem
defeciſſe:ſoluta adhuc altera pte crinium ꝓtinus ad eam expugnãdam cucurrit:nec prius decorem capillo-
rum redægit in ordinem:q̃ tãtam urbẽ in ſuã poteſtatẽ reſtituit.Quare merito a Iuuenale redargui potuit
Otho romanorũ imperator:ꝗ dum romanis uiris oim uariorũ grauiſſimis & fortiſſimis imperitare certa-
ret:ſpeculum in ciuili bello cõtra Vitellium deferebat:quo ſeipm armatum uidebat:an decẽter cõptus eẽt:
cum iã tolli uexilla iuberet.Quod neq; in aſſyrio pharetrata Semiramis orbe Mæſta:nec actiaca fecit Cleo
patra carina.Verum cũ Semiramis in præliis ſemper & ſanguie uerſaretᷣ:a ſtupris nunq̃ ceſſauit. Immo te-
ſte Plinio in.viii.naturalis hiſto.Equũ fuiſſe amatum a ſemiramide uſq; in coitum Iuba auctor eſt. nec eru-
buit filio cõmiſceri.Alios uero flagitioſe cõcæptos expoſuit impie:quibꝰ rebꝰ cognitis ac diuulgatis:ut eius
infamia tolleretur ꝑ legem ſtatuit:ut inter parentes ac filios nulla delata reuerentia:ut cuiq; libitum eẽt li-
ber concubitus fieret.Iuſtinus uero non cõſueuiſſe illam cũ filio cõcubitum dixit:ſed ad extremum ait cum
filii concubitum petiiſſet: ab eodem interfecta eſt:duos & quadraginta annos poſt Ninum regno potita
Diodorus uero ſiculus alia & auerſa his etiam ſcribit.
S epia cum.i.latino ſcribitur:ſcopulus ẽ teſte Herodoto diuerſis ĩ locis:quẽ iuxta litora atheniẽſium eẽ oſtẽ-
dit.Eſt etiam genus piſcis:de quo ſatis Plinius eſt locutus.
S erbonis cũ.i.latino ſcribitᷣ.Eſt teſte Herodoto in.ii.palus:iuxta quam eſt mons caſius.
S eres cum.e.abſq; diphthongo & unico.r.ſcribitᷣ:ſunt Solino teſte in collectaneis:& Plinio in.vi.naturis hi-
ſtoriæ:populi aſiæ ſcythicæ mites & quietiſſimi inter ſe.Reliquorum mortaliũ cœtus fugiunt adeo ꝙ cæte-
rarum gẽtium cõmercia abnuant.arbores apud hos non ſolum folia ſed lanam etiã ꝓferunt:quæ ab eis de-
nominata ſericum appellatur.Vnde Seneca in hippolyto:
Procul ſit muricis tyrii robur:q̃ fila ramis ultimi ſeres legũt. Et Virgi.in.i.georgi.Velleraq; ut foliis depe-
ctunt tenuia ſeres.Et ut dixit Plinius Primũ eorum flumen ꝓſtharas:ꝓximum cambri:tertium lanos:a quo
ꝓmontorium.Et ſubdit Solinus in ripis cambris ſine interprete depoſita rerum precia oculis æſtimãtes:ſua
tradunt aliena non emunt.Quare debet intelligi eos non egredi terminos ſuæ gentis.Vnde ideſt:Ignoti fa
cie ſed noti uellere ſeres.horũ nomen teſte eodem Plinio latine ſiluarum nobiles ſonat.
S ermyle cũ.y.græco ſcribitur:fuit teſte Herodoto ciuitas in ſithonia:ut in ea dictione uidebimus.
S eriphius cum.i.latino utrobiq; ſcribitᷣ:a ſeripho inſula.
S erpillus cũ.i.latino & duplicato.l.ſcribitᷣ:herba eſt puorum foliorũ capillis ꝑ herbam ſerpentibus:unde no
men accæpit:ut in primo horum cõmẽtariorum libro uidimus:
S eſoſtris cũ.t.exili &.i.latino ſequente.s.deſinit:fuit teſte Herodoto li.hiſto.ii.rex ægyptii.Idẽ referente Pli-
nio in.vi.naturalis hiſto.conatus eſt nauigabilẽ alueuʒ ex rubro mari in nilum ꝓducere:qua pte ad peluſiũ
decurrit ſeptuaginta duobꝰ milibꝰ paſſuũ interuallo.Mox Darius rex perſarum idem excogitauit.Deinde
Ptholemæus ſequens ꝗ eduxit foſſam latitudine pedũ centũ:altitudine triginta:longitudine trigitaſeptem

miliū̄ paſſuum uſq; ad fontes amaros:ultra deterruit īundationis met⁹ excelſiore trib⁹ cubitis rubro mari comperto:q̄ terra ægyptii.& ſubdit:Aliqui non eam afferunt cām.Sed immiſſo mari corrūperetur aqua nili:quæ ſola potus præbet.

S etinum cū.t.exili &.i.latino ſcribit̄:uinum eſt ſic quoq; cognominatū ab agro eius nominis ubi naſcit̄: qui teſte Plinio libro.iii.naturalis hiſto.eſt in campania.

S yagros cum.y.græco ſcribitur:a noſtris aper cognominatur. Nam quod apud græcos σῦσ:apud nos ſus dicitur:& ἄγροσ ferus.

S ybaris prima cū.y.græco:ultima cū.i.latino ſcribit̄:fuit oppidū antiquiſſimum.xii.milibus paſſuū ab urbe diſtans.Quin & aliud teſte Herodoto li.hiſto.v.crotonæ ꝓpinquū eſt:& eodeꝫ nomine fluuius in calabrya crathi fluuio ꝓpinquus.Item nomē iuuenis cuiuſdam apud Horatiū in primo carminū:Lydia dic per oēs te deos oro ſybarim cur ꝓperes amando ꝑdere.

S ibylla prima cū.i.latino:ſequēs cū.y.græco:qn & duplicato.l.ſcribit̄.Nomen eſt non ꝓpriū mulieris:ſꝫ officii.Nam σιοῦσ dæos æoles uocant:βουλὴ uero ſentētia eſt ſeu cōſilium:ex q̄bus id uomen cōponunt. Ita ūt ſibyllas.i.dei ſentētias:antiqui noſtri uaticinatrices mulieres dixerunt:quas deceꝫ fuiſſe memorat Varro in libris rerū diuinaꝝ:quos ad.C.Cæſarem pontificē Maxi.ſcripſit:eaſq; oēs ut rettulit Lactantius enumerauit ſub auctoribus: q de ſingulis ſcriptitauerūt. Primā fuiſſe dixit de pſis:cuius mentionē fecit Nicanor q res geſtas Alexandri macedonis ſcripſit.Secūdam libycam:Cuius meminit Euripides ī lamiæ ꝓlogo.Tertiam delphicam:de qua Chryſipppus loquit̄ in eo libro:quē de diuinatione compoſuit.Quartā cymeam ī Italia:quā Neuius in libro belli punici Piſo in ānalibus nominat. Quintam erythream:quaꝫ Apollodorus erythreus ſuā affirmat eſſe ciuē.Eāq; graiis ilion petētibus uaticinatā:& perituram eſſe troiā.Et Homerum mendacia ſcripturū.Sextam ſamiā.De qua ſcribit Eratoſthenes in ātiq̄s ānalibus ſamioꝝ repperiſſe ſe ſcriptum.Septimā Cumanā nomine amaltheam:quæ ab aliis Erophile uel Demophile nominat̄. Eāq; nouem libros attuliſſe ad regē Tarq̄niū Priſcum:ac pro his trecentos philippos poſtulaſſe.Regēq; aſpernatū precii magnitudinē deriſiſſe mulieris inſaniā illam in conſpectu regis tres combuſſiſſe:ac ꝑ reliquis idem ꝑciū popoſciſſe.Tarquiniū multo magis inſanire mulierē putauiſſe:quæ denuo tribus aliis exuſtis: cū in eodem precio perſeueraſſet:motū eſſe regem ac reſiduos trecentis aureis emiſſe.Quoꝝ poſtea numerus ſit auctus capitolio refecto:quod ex oibus ciuitatibus & italicis & græcis præcipueq; erythreis coacti allatiq; ſunt romani.Cuiuſq; ſibyllæ nomine fuerūt.Octauam helleſpontiā: in agro troiano natam uico marmeſſo circa oppidū gergitheum:quam ſcripſit Heraclites ponticus: Solonis & Cyri fuiſſe tēporibus.Nonā phrygiam quæ uaticinata ſit Ancyræ.Decimā tyburtē uel tyburtinam nomine Albuneā:quæ tybure colitur.ut dæa iuxta ripas amnis amœnis.Cuius in gurgite ſimulachrū eius inuentū eſſe dicit̄ tenens in manu librūm.

S ycābri prima cū.y.græco:ſequēs cū.c.exili ſcribit̄.Sed apud græcos prima diphthongum habet ου:a qua nos.o.abicim⁹ & retinem⁹.υ.populi ſunt germaniæ.De q̄b⁹ Marti.i.i.Crinib⁹ ī nodū tortis uenere ſycābri.

S icani prima cū.i.latino:ſequens cū.c.exili ſcribit̄:fuerunt ſecūdū nōnullorum opinionem populi hiſpaniæ a fluuio ſicoride cognominati.Vnde & Lucanus inquit:Heſperios inter ſicoris non ultimus amnis.Hi duce Sicelo ad Italiaꝫ ueniſſe dicunt̄: eāq; tenuiſſe excluſis ab originibus.Mox ipſi pulſi ab illis:quos ante pupulerant:inſulam uicinā Italiæ occupauerūt.Eāq; ſicaniā q̄dem a gentis cognomine:ſiceliā uero a nomine ducis uocitauerūt. Et inde quoq; Italum regem ueniſſe:a quo Italiā cognominatam fuiſſe dixerunt.

S icilia cū.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribit̄:inſula eſt ad ultimū Italiæ:quam græci ſiceliam:uidelicet ſecūdā cū.e.uocali ſcribētes dicunt:quod latini in.i.cōuerterūt.Hæc ut Plinius in.iii.naturalis hiſto.& alii fere oēs putauerūt hiſtorici:olim Italiæ cōiuncta fuit:ſed terræmotu agēte ſeu alia quauis ruina diuiſa ea ps fuit ab Italia:undis intermediis ſine requie fluctuantibus. Vnde & Virgilius in.iii.æneī.ait:

Hæc loca in quondam & uaſta cōuulſa ruina:
Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas.
Diſſiluiſſe ferunt:cū ꝓtinus utraq; tellus
Vna foret.& reliqua:quæ ꝑſequit̄.Idem Lucanus in.iii.cōfirmauit.Hanc ſiciliæ inſulam pulchritudine deſcripſit Thucydides de bello pelopōneſiaco libro.Cuius formā ut ſummatim dicamus triangularē poſuit qn & ipſos angulos totidē ꝓmontoria in extremitatibus ſuis cōficere dixit.E q̄bus ipſa a poetis trinacria dicta fuit.Horum q̄dem unus in meridiē uergit:& pachynus dicit̄.Alius uero ad ſeptētrionem ſpectat:& pelorus uocat̄.Nec plus diſtat ab Italia q̄ mille q̄ngentis paſſibus. Alius aūt in libyam & occaſuꝫ tendit:atq; in ipſam carthaginē maxime ſpectare,uidet̄.Nec ab aphricæ litore pluſq̄ centūuiginti milia paſſuuꝫ diſtare conſtat:uocaturq; lilybeus.& hi tres montes tria inſulæ latera cōſtituentes.Vnum q̄dē ad aphricā exponūt reliqua uero duo latera uerſus Italiam ipſam coartantes inſulā in peloꝝ deducunt.Sane a ſicilia ſiculus deriuat̄:paucioꝝ.ſ.ſyllabaꝝ q̄ primitiuū quod rariſſime fieri cōtingit:cū in deriuatiuis additio fieri ſoleat: ut pater paternus:mater maternus:hō humanus:roma romanus.Et raro aliter:ut ab hiſpania hiſpan⁹:a lauinia lauinus:a ſicilia ſiculus:& pauca alia.Nam de his loquor quæ ſunt adiectiua.

S icyon prima cū.i.latino:ſequens cū.c.exili &.y.græco ſcribit̄:fuit teſte Plinio in.iiii.naturalis hiſto. achaiæ

urbs in laconia:unde & laconia quandoq; ſicyonia uocata fuit:Refertiſſima oliuetis:ob quod ait Virgiliꝰ i
ii.georgi.Teritur ſicyonia bacca trapetis.de qua Cicero in.v.de officiis.Aliam eodẽ nomine oſtendit Pliniꝰ
eſſe in mari ægæo inſulam ex oppoſito ad epidaurũ:quã altam eſſe & eminẽtem uoluit.Ideʒ Iuue.in.iii.ſa-
tyra cum ait:Hic alta ſicyone.Vnde & hæc ſicyonia calciamẽti genus acceptum fuit.Lucanus:
Et pedibus leua ſicyonia demit honeſta.

S ycos cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:uocabulum eſt græcũ id ſignificans quod ficum dicimus:& a nõnul-
lis ex poetis noſtris antiquiſſimis teſte Parthemio uſitatum fuit:& Neuium rettulit dicentem:Hodie ſycos
mihi recens fuit.Vnde & ſycomorus ficus fatua dicitur:& ſycophanta ficuũ comeſtor.Sed iã apud noſtros
ficus cum.f.atq;.i.latino ſcribitꝛ:quaſi a fœcũditate dicatur.Et ſic quoq; apud cæteros antiquos ſcriptũ cõ-
perimus.Sane ut moderniores ꝗdam grãmaticorum putant:cum pro fructu quidẽ ponitur ſemper ẽ quar-
tæ:cum uero ꝓ arbore ſecũdæ eſt declinationis:quæ ambo contra rationẽ & antiquorum auctoritatẽ dicta
ſunt.Nam in ſecũda quoq; declinatione & genere maſculino nõ modo apud poetas:ſed apud oratores ap
probatiſſimos ficus etiam ꝓ fructu cõperitꝛ.ut Horatius in fine ſermonum:Pinguibus & ficis paſtum iecur
anſeris albi.Plinius in.xv.naturalis hiſto.Culices uolant morſuq; ficoruʒ crebro:hoc eſt auidiore paſtu api-
unt ora.& ſimilia in mille locis.Vnde & eius nepos in epiſtola ad Octauum Ruffum:Quæ nunc cuʒ ficis &
boletis certamen nõdum habent.Cicero de ſenectute ex tantulo grano fici.Quin & ĩ genere maſculino ꝓ-
tulit ipſe auũculus Plinius uariis in locis ſuæ naturalis hiſto.& Macrobius ut clariſſime oſtẽdemus.Rurſus
& ꝓ arbore ſæpius quartæ ponitꝛ:ut idem Cicero de oratore dixit uxoreʒ ſuã ſuſpendiſſe ſe de ficu.Quãq;
& ſecundæ etiam ponatꝛ.ut Iuue.in ſatyra Omnibus in terris inquit:Ad quæ diſcutiẽda ualent ſterilis mala
robora fici.Idem & Macrobiꝰ ſemper fere ſecundæ declinatõnis utitur.Qui & plurimos ueterũ uſos fuiſſe
oſtendit.At uero Priſcianus uoluit ꝓ fructu quoq; & morbo tantũmodo quartæ eſſe declinationis:hocque
auctoritate Martialis dicentis in primo epigrãmatum:

Cum dixi ficus rides quaſi barbara uerba:
Et dici ficos cæciliane iubes.
Dicemus ficus:quas ſcimus in arbore naſci.
Dicemus ficos cæciliane tuos.

Ita ut quodlibet horum uerſiculorũ ponatꝛ quartæ declinationis præterq; in
ſecũdo:& per hoc oſtendat Martialis ſecũdum Priſciani expoſitionem uitium & fructuũ quartæ eſſe decli-
nationis:genere aũt differre. Alii uero aliam dicũt Martialis fuiſſe ſcripturã:& frequẽtius ſic haberi uidetꝛ

Cum dixit ficos rides quaſi barbara uerba:
Et dici ficus cæciliane iubes.
Dicimus ficus:quas ſcimus in arbore naſci.
Dicemus ficos cæciliane tuos.

Ita ut in primo ꝗdem & ultimo uerſiculo ſit declinatiõis ſecũdæ:in duobus uero intermediis ſit q̃rtæ.Nam
ut hi ſic legentes aiunt:nõ riſiſſet ille Martialem quod diceret ficus:cum certum ac manifeſtuʒ eſſet nõ eſſe
barbarũ:nec quod genere forſitan abuſus fuiſſet:cũ dicendo ſolum ficus nõ magis ad unũ genus:q; ad re-
liquũ ſe cõtraheret.Sed certe ridebat illum alia declinatione uſum fuiſſe q; debebat:ut etiã ex mutatõe de-
clinationis in ſecũdo uerſu apparet.In quo Martialis ad declinationẽ non ad genus reſpondet:cũ ficos qđ
barbarũ & nõ reperiri Cecilianus uolebat:ipſe Martialis dixiſſet & nõ ficus:quod latinũ erat. At Martialis
utrũq; poſſe dici & latinũ eſſe oſtendit.Et magis ioco q; ſerio ad ſolum morbũ ficos rettulit:oſtendens illuʒ
adeo ſtolidũ eẽ:ut negaret ficos reperiri:quo clariſſimi auctores utuntꝛ:& ficos hoc eſt morbũ ad ſimilitudi
nem fructꝰ appellatum:ipſe ſecũ & ꝗdem cũ dolore geſtaret.Itaq; & latinum & uſitatũ eẽ.Quin & ficꝰ q̃rtæ
declinationis non poſſe etiã eſſe generis maſculini oſtendit.Ficꝰ ergo cum ſecũdæ declinationis eſt & fructũ
& morbũ:ad cuiꝰ ſimilitudinẽ aſſumptum eſt deſignare habet:qn & ꝓ utroq; generis eſt maſculini:ut mul-
tis in locis oſtendit Plinius.Vnde in.xvi.naturalis hiſto.ait:Fici mirabiles ſunt & abortiui q nunq; mature-
ſcunt.Et in eodẽ li.heladis inquit:Ficos ſub folio ꝗdem puos groſſos uero ſupra foliũ naſci.Similiter Ma-
crobius groſſi appellantꝛ inquit fici:q non matureſcunt:hos græci dicunt ὀλύνθους.Et ſubdit in milibus
tot ficoꝝ nõ uidebitis groſſum.At uero cũ generis ẽ fœminini & declinatõis ſecundæ arborẽ tãtũmodo:ut
Plinius eodẽ li.Magna inquit & radicũ differentia copioſæ fico:platano:robori:& ſubdit:Aliis recto mea-
tu:ut lauro:oleæ:aliis flexuoſo:ut fico.& infra ſubdit.Quidã breuitate radicũ celeriꝰ ſeneſcere arbores pu
tant:quod coarguũt fici:quarum radices longiſſimæ & ſenectꝰ ocyſſima.Cũ aũt quartæ ẽ declinatiõis fru-
ctum & arborem deſignare põt:ac ſemper ẽ generis fœminini:ut idẽ Pliniꝰ in eodem li.ficus inquit:ſolæ ex
oĩm arborum fœtu maturitatis cãm meditantꝛ.Sic Iuue.Si uis aliam decerpere ficũ.Sed de ficulnea dubiuʒ
apud quoſdã habetꝛ:an ab antiquis uſitatum fuerit uocabulum:quod nos uſitatũ cõperimus:non ſolũ in-
terpretatiõe Hieronymi cum ĩ euangelio ait:Reſpice ficulneas & cæteras arbores.Sed ĩ Plinio auctore præ
ſtantiſſimo li.xvi.natu.hiſto.ubi tractans de cura & uſu foliorũ inqt:bobus ꝗbus & ficulnea:& ligna ex he
dera tradentꝛ:& ex harũdĩe ac lauro.Reperitur ſimiliter ficulnus ficulna ficulnuʒ adiectiuũ eſſe:ut Horatiꝰ
Olim truncus eram ficulnus inutile lignũ.Et ꝓ matoriato ex ea arbore accipiendũ eſt:ut a corylus colurnꝰ

Virgilius li.georg.iii.Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis.a populus populnus:ab abies abiegnus.Plautus in caſina:Sed mane dum num iſtæc:aut populna ſors:aut abiegna eſt tua.a quercu quernus. Virgiliꝰ li.georgi.i.Sed tamen & quernas glandes tum ſtringere tempus.Ab ilice iligneus uel iliceus:Terẽtius in adelphis:Lectulos iligneis pedibꝰ.Statiꝰ in.vi.thebaidos:Orniq; iliceæq; trabes metuendaq; ſucco Taxus.a ſalice ſaligmus.Virgi.in eodem li.Et cuſtos furum atq; auiũ cum falce ſaligna.

Sycomorus cum.y.græco:&.c.exili ſcribitur:dicit̃ a noſtris ficꝰ fatua.Nam componitur ex ſycos qui eſt ficꝰ: & μωρός fatuus.

Sycophanta prima cũ.y.græco:ſequens cũ.c.exili:tertia cũ.ph.aſpirato:ultima cum.t.exili ſcribit̃: traducit̃ apud noſtros calũniator:ad uerbum dici ficorũ comeſtor φάγω enim eſt manduco:& phanta is dicitur qui edit:σύκους.i.ficos.Sed quare calũniator dicatur:duabus id rationibꝰ fieri comperi. Vnam qdem apud Syneſium grãmaticum græcum.Alteram uero apud Pompeiũ Feſtuȝ.Prima eſt quod ex duobꝰ ſeruis græcis alter abſumpſerat ficos:alter quis ꝓrſus exediſſet ignorabat:domino tamẽ conquerẽte a ſonte iſons accuſabat̃:Herus prudentiſſimus utriq; calidam præbuit.Solus delinquens euomuit.Quid enim ieiunꝰ euomeret:niſi inteſtina. tunc primũ natum eſt id uerbum ſycophanta.i.calũniatur:qa inſontẽ falſo crimine calũniabatur.Feſtus uero hac de cã ſycophãtas appellatos dixit atticos inquiens quõdam iuuenes ſolitos aiũt in hortos irrũpere:ficoſq; colligere:quam ob cãm lege eſt cautum:& cõſtitutum:ut q id feciſſet capite truncaret̃:quam pœnam q perſequerentur:ob puula detrimẽta ſycophantas appellatos.

Sidon cum.i.latino ſcribit̃:urbs fuit:quam teſte Iuſtino in.xviii.ſuorum epitomatũ:phœnices cõdidere:qui terræmotu uexati relicto patrio ſolo aſſyrium ſtagnum primo:mox mari ꝓximum litus incoluere condita ibi urbe:quam a piſcium ubertate ſidona uocauerunt:eo quod tali nomine piſcem phœnices uocent. Sed deinde poſt multos annos a rege aſcaloniorum expugnati ciues nauibꝰ appulſi tyron urbẽ ante ãnum troianæ cladis cõdiderunt.De eiꝰ ſucceſſu præfatus Iuſtinus ꝓſequit̃.Sed ex his ſatis cõſtat quare Dido ipſa ſidonia nõnunq̃ a Virgilio cognominata fuit.

Sidus cum.i.latino ſcribit̃:& latinum eſt uocabulũ:ac a ſido quod eſt fixus ſto deductũ puto. Nec illis credo qui græcum eſſe uolunt:& a συνοδεύω:quod eſt cõmeo & conuenio tractum exiſtimant:ita ut ſecundum illos cum.y.græco ſcribat̃:& ſit plirium ſtellarum cõuentus.Nec aliis ſimiliter aſſentior q græcum eſſe putantes ex συν componi dicunt:quod indicat ſimul:& εἰδεῖν uidere:quaſi ſimul conſpectam ex pluribꝰ ſtellis formam indicet.Macrobius latinum eſſe dixit:& ſuper ſomnũ Scipionis ponẽs differentiã inter ſtellas & ſidus ita ſcribit.Nũc uideamus quæ ſint hæc duo nomina:quorum pariter meminit Cicero cuȝ dicit: Quæ ſidera & ſtellas uocatis.Neq; enim hic res una gemina appellatione monſtrat̃:ut enſis gladiꝰ. Sed ſunt ſtellæ qdem ſingulares & erraticæ & certæ quæ nõ ãmixtæ aliis ſolæ ferunt̃.Sidera uero quæ in aliud ſignum ſtellarum plurium compoſita ferũtur:ut aries:taurus:andromeda:perſeus:corona: & quæq; uariaruȝ genera formarũ in cælo recæpta credũtur.Sic & apud græcos aſter & aſtrum diuerſa ſignificant:& aſter ſtella una: & aſtrũ ſignũ ſtellis coactum:quod nos ſidus uocamꝰ. Hæc ille ſecũdũ merã uocabulorũ ꝓprietatem expreſſit.Nam & quãdoq; etiam ꝓ ſtella ſidus ab auctoribꝰ poſitum legimus:ut apud eundem Ciceronẽ in eodem li.de uniuerſitate inquit.Itaq; neſciunt hos ſiderũ errores.Et li.ii.de natura deorum ait: Nam cum duo ſint genera ſiderũ:quorum alterũ ſpatiis imutabilibus ab ortu ad occaſum cõmeans nullum unq̃ curſus ſui ueſtigium inflectit:alterum aũt cõtinuans cõuerſiones duas:idem ſpatiis curſibuſq; conficiat.Quintilianus ſimiliter in mathematico: Quid hæc inquit fulgentium ſiderum ueneranda facies: quod quædam uelut infixa:ac cohærentia perpetua ſemelq; capta ſedulo collucẽt. Alia toto ſparſa cælo uagos curſus certis emætiũtur erroribus.aſtrum ſimiliter a Virgilio pro unica ſtella poſitum fuit:quam in funeribus Cæſaris appariuiſſe dicunt:cum ait in bucolicis:Ecce dionæi proceſſit cæſaris aſtrum.Fateor tamẽ nunq̃ ſtellã dici arietem:taurum:andromedam:perſeum:ſed ſidus:unde eſt quod dicimus hibernũ ſidus.Et illud Quĩtiliani:Nos graue huius ãni ſidus afflauit.

Siderites cũ.i.latino utrobiq; &.t.exili ſcribit̃:lapis eſt ferro ſimilis:a quo nomen aſſumpſit.Nam apud græcos σίδηρος ferrum dicitur.

Syene cum.y.græco ſcribit̃:ciuitas eſt in cõfinibus æthiopiæ & ægypti.Et teſte Plinio in.ii.naturalis hiſto.ſupra alexandriam uerſus merediẽ qnquaginta miliũ ſtadiorum.Ac ut ſcribit Macrobius li.ii.ſuper ſomniuȝ Scipionis directe locata eſt ſub tropico æſtiuo:ideſt ſub cancro in extremo torridæ zonæ. Quare cuȝ ſol ad cãcrũ uenit in medio ſolſtitii die ſupra uerticem ciuitatis cadens:nullam ꝓrſus in ea umbram efficit. Quod Lucanus tetigit in.ii.cum ait:Vmbras nuſq̃ flectente ſyene:hoc eſt per dies ſolſtitii.Et ſubiunxit in.viii.Nã quis ad exuſtam cancro torrente ſyenem Ibit.Idẽ li.x. Cancroq; ſuam torrente ſyenem. & ut dixit Seruius in bucolico philoſophi eo loco effodere puteum nimiæ altitudinis:quem ſol radiabat recto intuitu octauo calendas iulias:quando ẽ in cancro.

Syla cũ.y.græco & unico.l.ſcribit̃:mons eſt lucaniæ & ſilua in illo ſic dicta:quaſi σῦρα.i.tracta:hoc ẽ latronibus frequẽtata.ut Saluſtius de fugitiuis in ſilua ingt ſyla fuerũt:de qua Virgi.li.xii.meminit.

Sylla cum.y.græco & duplicato.l.ſcribit̃:de cuius ortographia in primo horũ cõmentariorum li.mõſtrauimꝰ

fuit teſte Saluſtio romanus nobilis:& ut nõnulli dicunt ex antiqua Scipionũm familia. In adoleſcentia omnibus flagitiis inqnatã uitã duxit:hoc eſt uſq; ad quæſturã:quã ſub Mario adeptꝰ eſt. In qua uitam omnẽ penitus cõmutauit.& ut dixit Valerius Maximus:catenas Iugurthæ manibus iniæcit:Mithridatẽ compeſcuit:ſotialis belli luctus repreſſit:Cinnæ dominationẽ frægit:& Marium q olim ſe quæſtorem faſtidierat: ipſam illam ꝓuinciam ꝓſcriptum & exulem coegit petere.Fuitq; litteris græcis & latinis doctiſſime eruditꝰ: facũdus:acer:aſtutus:gloriæ cupidus:ſui ſecurus:multarum rerũ & pecuniæ maxime largitor:aĩo grandis: ita ut dicat Saluſtius dubitari potuit fortior an fœlicior eſſet.Nã fœlix eo dici uoluit:quod de inimicis marianis fœliciter ultus fuit.Et dictator inde effectus ita rempublicam ſuppreſſit:ut teſte Cicerone in.v.uerrinarum:nemo illo inuito nec bona nec patriam nec uitam retinere poſſet.Vltimo teſte Plinio nepote de uiris illuſtribus ordinata republica dictaturam depoſuit:& ſub priuata uita ſe contulit puteolos. Qua de re Suetonio teſte Iulius Cæſar dicere conſueuerat illum litteras neſciuiſſe: quia dictaturam depoſuiſſet . De quo in dictione ꝓlogus uidimus. Tãdem incidit in morbum ulcere in inteſtinis oborto.Quo tp̃e tanta pediculorum:ut aiunt uis toto corpore eius manauit:ut nullo argumento cohiberi poſſent:atque hoc pacto mortem obiit.

S ilenus cũ.i.latino & unico.l.ſcribit̃:prima tamen apud græcos habet diphthongum ei:quæ in.i.longã cõuerſa fuit:ut ſæpe fieri uidimus:fuit Bacchi nutriciꝰ q iam ſenex ſuper aſello ſedens:Bacchũ p loca omnia ſequebat̃.ut Ouidius primo de arte amandi:

Ebrius ecce ſenex pando ſilenus aſello.
Vix ſedet:& preſſas continet arte iubas.

S yllaba cũ.y.græco & duplicato.l.ſcribit̃:dici poteſt latine complexio.Nam compoſitum uocabulum eſt ex συν:quod eſt con:& λαμβάνω capio.

S yloſon cũ.y.græco & unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſto.iiii.Samiorum tyrãnus.

S ilphii cum.i.latino ſcribitur:fuerũt teſte Herodoto libro hiſtoria.iiii.populi libyci ab inſula plateæ uſque ad os ſyrtium protenſi.

S ilarus cũ.i.latino & unico.l.ſcribit̃:fluuiꝰ eſt campaniæ ſalerno propinquꝰ:ita ut a fluuio exiſtiment qdam oppidum ipſum nomen aſſumpſiſſe.Et ut ait Pli.i.iii.naturalis hiſto.campaniã a lucanis diuidit.In quo ultra ſurrhentũ:ut idem dixerat i.ii.non mõ uirgulta:ſed uolatilia lapideſcũt.Alias potu ſalubres ſunt aquæ eius.De hoc meminit Virgiliꝰ in.iii.georgi.cum ait:Eſt lucos ſilari circa.

S yllepſis cũ.y.græco:& duplicato.l.ſcribit̃:dici põt latine concæptio. Nam componit̃ ex σύν quod ẽ con: & ληψισ accæptio : & tunc quoque fieri dicitur cum aut pluralis dictio ſingulari uerbo complectitur: ut Sunt nobis mitia poma Caſtaneæ molles:& preſſi copia lactis. Aut cum pro multis unus ponit̃.Iuxta id Virgilii in.ii.æneі. Verũq; armato milite complent:milite dixit pro militibus.Item & pro uno multi:ut idem in viii.ænei.Vos o calliope precor aſpirate canẽti.Nam rectum fuiſſet:uos o muſæ:& tu Calliope.

S yllogiſmus cũ.y.græco & duplicato.l.& penultima cum.g.ſequente.i.latino ſcribit̃. Eſt argumentationis ſpecies alias & diuerſas ſub ſe ſpẽs detinens.De quibus omnibus late uidimus in commentariis dialecticæ: quæ nuper edidimus.

S ilua cum.i.latino ſcribit̃:atq; græcam originem habere depræhendit̃.Nam ὕλη latine materia dicit̃: quæ aſpirationem primũ cõuertens in.s.ut in pluribus dictionibus fieri ſupra oſtendimus: & non nihil mutatis litteris:ut.y.græcum in.u.noſtrum & poſt.l.appoſitum:atq; in initio addito.i.latino reſultat ſilua:ideſt materia:ſeu prima materia.Quintilianus libro.x.de inſtitutione oratoria:diuerſum inquit eſt eorum uitiũ q primo decurrere per materiam ſtilo q̃uelociſſimo uolunt.Et ſequentes calorem atq; impetum ex tempore ſcribunt:hanc ſiluam uocant:repetunt deinde & componunt quæ effuderant.Sed uerba emendant̃:& numeri manent ĩ rebus temere contextis:quæ fudit leuitas.

S yma cũ.y.græco ſcribit̃:urbs fuit in aſia:qn & pro monte iuxta pontum poſuit Orpheus in argonautica.

S ymeon cũ.y.græco &.e.abſq; diphthongo ſcribit̃:nomen fuit uiri ꝓprium.

S imon cum.i.latino ſcribitur:fuit uir athenienſis coriarius & philoſophus.Nam ut ſcribit Laertius quotiẽs ad eius officinam perrexiſſet Socrates:atq; diſſereret omnia quæ meminiſſe poterat annotabat. Vnde & ipſius dialogos trigintatres uno eodem codice compræhendi dixit Idem auctor : cui cum Pericles ſi ad ſe pergeret polliceretur cuncta neceſſaria exhibiturum:reſpondiſſe fertur:fiduciam inquit uendere conſilii non fuit. Alius fuit Simon qui ſcripſit rhetoricam.Alius item medicus Seleuci & Nicanoris neceſſarius. Alius ſculptor.

S imilax cum.i.latino utrobiq;:& unico.m.atq; unico.l.ſcribit̃:arbor eſt:quam teſte Sextio latini taxũ dicunt Vnde Callimachus σμιλακα φορέοντα ζωα.Alii dicunt eſſe genus hederæ denſis geniculatæ caulibus ſpinoſis frutticoſæ ramis:folio:ceu hedera paruo non anguloſa:ac ræticulo eminente:pampinos flore candido olente lilium.Fert racemos labruſcæ modo non hederæ colore.hanc dixit Plinius.xvi.naturalis hiſto. omnibus ſacris & coronis eſſe infauſtam : quoniam ſit lugubris uirgine eius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata in hunc fruticem. Et ſubdit id uulgus ignorans plærumque feſta ſua polluit hederam

exiſtimando ſicut in poetis:aut Libero patre:aut in Sileno quis omnino neſcit quibus coronârentur. Et ſequitur ex ſimilace fiunt codicilli propriumq; materiei eſt:ut admota auribus leuem ſonum reddat. At uero de taxo arbor ē teſte eodem Plinio aſpectu ſimilis pino &piceæ minime uirens:gracilisque & triſtis:ac dira nullo ſucco. Et fert lætalem fructum baccas:quibus in hiſpania præcipue uenenum ineſt. Vaſa etiaʒ uinaria ex ea in gallia facta mortifera fuiſſe compertum eſt.hæc ille. Reperitur & in inſula cyrnes quæ corſica diciť dicente Virgilio in Nœri:Sic tua cyrnæas fugiant examina taxos.atq; idem in georgicis:Amant aquiloneʒ & frigora taxi. Dixit etiam præfatus Sextius eſſe in arcadia tam præſentis ueneni:ut ſiqui dormiant ſub ea: cibumue capiant moriantur. Et ſubdit Plinius:Sunt & qui toxica hinc appellata dicant uenena:quæ nūc toxica dicimus:quibus ſagittæ tinguntur. Et ſubdit: Repertum innoxiam fieri ſi in ipſa arbore clauus æreus adigatur. Et ut non longe ſupra idem dixerat auctor in europa ſex genera cognatarum arborum feruntur pinus pinaſter:quæ eo teſte nihil aliud eſt q̄ pinus ſilueſtris:mira altitudine & a medio ramoſa ſicut pinus ī uertice. Picæa quæ ut idem aſſerit montes amat atq; frigora feralis arbor:& funebri indicio ad fores poſita Quartum genus abies. Quintum larix:cui fere eadem cum abiete eſt facies:ſed materia præſtantior:& longe incorruptior:& odore acrior:nec alio modo ignis ui conſumitur q̄ lapis. Sextum genus ē tæda quæ oīa amant montes:& perpetuo ut ait uirent:nec facile diſcernunť in fronde.

S imichida cū.i.latino utrobiq;:&.ch.aſpirato ſcribiť: ponitur a Theocrito in bucolico paſtor:quem expoſitores patrem fuiſſe Theocriti aſſerunt.

S ymmachus cū.y.græco & duplicato.m.atq;.ch.aſpirato ſcribiť:nomen eſt uiri ꝑprium:compoſitū ex σῦν quod eſt con:& μάχοσ bellator:& pōt eſſe appellatiuum.

S ymmetria prima cum.y.græco ſubſequente duplici.m.atq;.t.exili &.i.latino in penultīa ſcribitur:dici pōt cōmenſuratio. Plinius tamen melius inquit in.xxxiiii.naturalis hiſto. Non habet latinū nomen: ſymmetria quam diligentiſſime cuſtodiuit Lyſippus nō incerta ratione.

S immias cum.i.latino utrobiq;:& duplicato.m.ſcribiť:fuit teſte Laertio philoſophus thebanus: qui uigintitres dialogos ſcripſit.

S ymbolum cum.y.græco ſcribitur. Erat teſte Iulio Polluce ad Commodum imperatorem de uocabulis reꝝ paruū numiſma. Vnde & ſignum a nōnullis traducitur. Qui & euſymbolum bonum omen interpretantur Item & cum ex σῦμβάλλω:quod eſt confero deducatur . Quidam collationem interpretari uoluerunt. Ita ut cœna illa dicatur collatio:in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Symbola enim huius ſymbolæ eſt collatio:Iuxta quod forſitan locutus eſt Terentius cum ait in andria:Symbolum dedit.i.iudicio meo portionem ſuam contulit:uel ſymbolum dedit ideſt ſignum dedit:ut ānulum uel aliquid tale quo uſq; pecuniam conferret.

S imethus cum.i.latino &.th.aſpirato ſcribiť:fluuius eſt ſiciliæ haud longe ab urbe catinenſi:iuxta quē Thalia ſiue ut alii uolunt Aetna nympha Ioui paliſcos peperit. De quo ſane fluuio meminit Ouidius li. faſtorū iiii.cum ait: Quaq; ſimetheas accipit æquor aquas. Et Virgilius in.ix.æneidos:Eductum martis luco ſimethea circum flumina.

S impoſiuʒ prima cum.y.græco ſcribitur. Et apud nos teſte Cicerone honeſtiore uocabulo:magiſq̄ accurato cōuiuium dicitur.

S ymphonia prima cum.y.græco ſcribiť:dicitur a noſtris conſonantia. Nam componitur a ſyn quod eſt con: & φωνία uocalitas. Et inde ſymphon conſonatus:ut Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam: Micturiūt hic Effigiemq; deæ longis ſymphonibus implent:ideſt diutius:& iugibus ſonitibus urinæ. Nam eſt in mictura fœminæ quædam uniformis conſonantia.

S ympho cū.y.græco ſcribiť:apud græcos uero per additionem.n.deſinit:ſonitus qdam eſt cum conſonantia:ut in præcedenti dictione uidimus.

S ympinium prima cū.y.græco:ſequens ac penultima cū.i.latino ſcribiť:uas eſt non diſſimile cyatho ī ſacrificiis cōtinēs libabile:ut dixit Feſtus:& cōponiť ex σῦν:quod ē con:& πίνω bibo:de quo Iuuena.in ſatyra Credo pudiciciā inqt:Et qs tunc hoīum cōtemptor numinis:aut quis Sympiniū uidere numæ:nigrumque catinum. Sane ſecūda ſyllaba quam.i.latinum continere diximus pōt illud more antiquorū in.u.cōuertere ac dici ſympunium:ceu optumus ꝑ optimus lubens ꝑ libens & ſimilia.

S ymplegades cū.y.græco ſcribiť:ſunt teſte Plinio in.iiii.&.vi.natura.hiſto.ſcopuli: uel ſecūdū Pomponiuʒ in ſecūdo duæ inſulæ helleſponti cōtra thraciū boſphoꝝ mille qngentis paſſibꝰ ab europa diſtantes : quas nōnulli ex poetis noſtris etiā cyaneas uocauerūt:ut ī ea dictione uidimꝰ. Has Oui.in.xv.metamor.li.mobiles primū fuiſſe:ſed poſtea imobiles factas dixit:Timuit cōcurſibꝰ argo Vndaꝝ ſparſas ſymplegadas eliſaꝝ Quæ nunc īmotæ perſtant uentiſq; reſiſtunt.

S imois cū.i.latino utrobiq; ſcribiť:ultima tamen apud græcos habet.ei. diphthongum:quam nos cōuertimus in noſtrum.i.productum:& format genitiuum ſimoentis cum.o.&.e.diuiſis:ut Virgilius in prīo æneidos:Alma uenus genuit phrygii ſimoentis ad undas. Nā diuiſa diphthongo ei quæ eſt ī ultīa recti:& interpoſitis.n.&.t.ac in fine addita.s.ipm formamus genitiuū. Similiter in accuſatiuo ſimoenta:ut idē i.v.ænei.

Victor apud rapidum ſimoenta. Et in eodem libro: Hectoreos amnes xanthum: ac ſimoenta uidebo: ꝑ quẽ modum & Homer⁹ ipſe declinauit. At Heſiodus non ſimoenta: ſed per ſynæreſim ſimunta dixit in theogonia cum ait θεῖον σιμοῦντα: hoc eſt diuinum ſimoenta cum. œ. cõiunctis. ut libet illam diphthongum. ou aliquando in. oe. traducere: ut in antehabitis uidimus: & eſt fluuius ex ida troiano monte ſcaturiẽs: iuxtaq́ troiam decurrens: qui cũ mari approqinquat: xantho commiſcet᷑: & in paludem coactus iuxta ſigæũ promontorium in mare deſcendit.

S imoeſius cum. i. latino utrobiq́: & oe. diuiſis ſyllabis ſcribitur: fuit troianus Anthemionis filius: quẽ ideo ſic uocatũ dixit Homerus in. iiii. iliados: quod eũ mater cũ ab ida deſcenderet: & pecora ad parentes reuiſenda deduceret: ad ripam ſimoentis peperit: eum deinde ætate florentem: nec dum uxorẽ ſortitũ: ut dixit Homerus Aiax Telamonius interficit.

S ynæreſis prima cum. y. græco: ſequens cum. æ. diphthongo ſcribitur: figura eſt qua plura per unum coniũguntur. Nam componitur a σὺν: quod coniunctionem indicat: & αἵρεσις diuiſio: quaſi diuiſorum cõiunctio: quod tam in græcis q̃ latinis dictionibus facere conſueuimus. In græcis quidem ut Panthus pro panthous: Alcinus pro alcinous: Demophon pro Demophoon: Laocon: pro laocoon. In latinis uero maxime in genitiuis ſecũdæ declinationis facimus: qui cum ſæpe in duo. ii. terminentur: a poetis noſtris in unum cõiunguntur: ut Virgilius in Tityro: Nec ſpes libertatis erat nec cura peculi. In eodem Pauperis & tuguri ꝓ tugurii. Idem in. iiii. georgicorum: Florentem ſtudiis ignobilis oti pro otii. Idem in primo æneidos: Hic tamen ille urbem pataui: pro patauii. Iuuenalis in ſatyra Omnibus in terris: Antoni gladios potuit contẽnere: pro Antonii. Similiter dicit᷑ bigæ pro biiugæ: quadrigæ pro quadriiugæ. In quibus unuꝫ. i. primũ abiicitur: & per ſynæreſim alterum. i. & u. in unicum ſolum. i. conuertuntur: ut ſimiliter bini pro biuni: derit in ſcanſione pro deerit & ſimilia. Sicuti econtrario per aliam figuraꝫ nõnunq̃ dicimus fieri pro firi: amarier pro amari & ſimilia.

S ynagoga cum. y. græco ſcribitur: dici poteſt coadunatio: quæ & pro re & loco accipitur. Nam componitur ex σὺν: quod eſt con: & ἀγωγή ductio.

S ynalœpha prima cum. y. græco: penultima cum. œ. diphthongo ſcribitur: dici poteſt compreſſio. Nã componitur ex σὺν: quod eſt con: & ἀλοιφή preſſio. Et eſt cum uocalis aliqua in fine dictionis per ſubſequẽteꝫ uocalẽ abiicitur in metro: ut Semper ego auditor tantum: & in mille aliis locis.

S ynanche cũ. y. græco & ch. aſpirato ſcribit᷑: dicitur a noſtris angina: ut Plautus: Vellem me in anginaꝫ uerti ũt huic auiculæ fauces præoccup ırẽ. Nã componit᷑ ex σὺν: & ἄγχω: quod ẽ affligo: ango: ſuffoco. Vnde & morbus eſt q ſpiritum ſuffocat.

S yncopa cum. y. græco & c. exili ſcribitur: dici poteſt latine conciſio. Nam componitur ex ſyn quod eſt con: & κόπτω incido. Et eſt figura quando littera uel ſyllaba in medio dictionis uel cõſonãtiæ uel metri cã abſcindit᷑: ut forſan pro forſitan: cõpoſtus ꝓ compoſitus. Virgi. i. i. ænei. Compoſtus pace quieſcit. Porgite ꝓ porrigite: ut Et pocula porgite dextris.

S yncathegorematica prima cũ. y. græco: & tertia cũ. th. aſpirato: reliqua oĩa ſine aſpiratione ſcribunt᷑: & traducit᷑ a Priſciano li. ii. dum de oratione ꝑtractat. i. conſignificatiuã.

S ynchesis cum. y. græco & ch. aſpirato: atq́. e. ſine diphthongo ſcribitur: dici poteſt a noſtris cõfuſio. Nam σὺν dicit con: & χέσις fuſio. Eſtq́ Donato teſte hypbatum undiq́ confuſum: ut id Virgilii in. i. ænei. Tris nothus abreptas in ſaxa latẽtia torquent: Saxa uocant itali mediiſq́ in fluctibus: aras. Quoruꝫ ordo eſt tris. ſ. naues abreptas nothus torquet in ſaxa: quæ. ſ. ſaxa in mediis fluctib⁹ latentia itali uocant aras. Item i. ii. Iuuenes fortiſſima fruſtra Pectora ſi uobis audẽtẽ extrema cupido Certa ſequi quæ ſit rebus fortuna Videtis exceſſere adytis oẽs ariſq́ relictis Dii quibus imperium hoc ſteterat ſuccurritis urbi Incenſæ. Ordo eſt o iuuenes fortiſſima pectora fruſtra ſuccurritis urbi incẽſæ: quia exceſſere dii adytis: unde ſi uobis cupido certa eſt ſequi mẽ audentẽ extrema: & reliquã: quæ Seruius: & latius Macrobius ꝓſecuti ſunt.

S ynechon cum. y. græco & ch. aſpirato ſcribitur: dici põt a nobis cõtinens. Nam componit᷑ ex σὺν: quod eſt con: & ἔχω habeo.

S yncipu t cum. y. græco ſcribitur. Nam ut nonnulli uolunt ex σὺν præpoſitione græca componit᷑: quæ con & ſimul indicat: atque caput dictione latina: ita ut ea pars ſimul caput eſſe dicatur. Eſtque anterior pars capitis: occiput poſterior.

S ynecdoche prima cũ. y. græco: ſequens cum. c. exili ante. d. ultima cũ. ch. aſpirato dici põt cõcæptio: a Cicerone uero in dignitatib⁹ dicit᷑ intellectio: & ẽ figura cũ a pte totum uel a toto ps intelligit᷑. a parte qdeꝫ totũ ut Flãmas cum regia puppis Extulerat. i. regia nauis. A toto uero ps: ut Quã multæ glomerant᷑ aues ubi frigidus ãnus Trans pontum fugat. i. frigida hyems.

S ynodus cũ. y. græco ſcribit᷑: dici põt a noſtris cõuentus. Nã cõponit᷑ ex σὺν quod ẽ con: & ὁδός uia: & a cõuentu fit cõuenticulũ: ut Cicero ꝓ Sextio: Cõuenticula inqt hoim: quæ ciuitates nominarũt.

S yneſius prima cum. y. græco: penultima cum. i. latino ſcribitur: nomen eſt uiri ꝓprium deductũ a σύνεσις quæ eſt conſcientia.

S yngraphũ cum.y.græco &.ph.aſpirato ſcribiť:dici pót ſecũdum litteram ipſam conſcriptio. Suetoniꝰ li.i.
Non dubitauit a qbuſdam iuſiurãdum:atq; etiam ſyngrapha exigere.

S ynonyma cum.y.græco utrobiq; ſcribitur.

S inopes cũ.i.latino ſcribiť:fuit teſte Orpheo in argo.ciuitas iuxta pontũ:quá Pomponius dicit eé in cappa-
docia:& a.L.Lucullo romano ſubacta iperio.Eadé teſte eodé Pomponio in.i.fuit Diogenis patria.

S inopis cum.i.latino utrobiq; ſcribiť:terra eſt rubea:quæ teſte Plinio in.xxxv.naturalis hiſto.iuenta é primũ
in ponto:& nomen a ſinope urbe aſſumpſit.

S yntaxis pria cũ.y.græco:ſequens cũ.t.exili:ultima cũ.x.conſonáte:atq;.i.latino ſcribiť:dici pót a noſtris cõ
ſtructio & ſeries.Ná cóponiť ex ſyn quod eſt con:& τάττω ordino:unde τάξισ:quæ ſeries é & ordo.

S ynthesis cũ.y.græco i prima:&.th.aſpirato i ſequéti ſcribiť:dici pót a noſtris cópoſitio. Nam componiť ex
ſyn:quod eſt con:& θέσις poſitio.Et eſt figura cũ ſingulare nomen multitudiné deſignás:cũ uerbo plurali
cóponitur.Virgi.in.i.æneí.Pars in fruſtra ſecant:uerubuſq; tremétia figunt.Ouidius in heroidibus:
Turba ruunt in me luxurioſa proci.

S yphax cũ.y.græco ſcribiť a græcis:quoꝝ ſcriptura nos & in barbaris ſequi debemus: fuit numidaꝝ rex:de
quo Liuius li.iiii.de ſecũdo bello punico:& aliis in locis loquitur.

S iphnos cũ.i.latino ſcribiť:inſula eſt in mari ægæo.In qua teſte Herodoto libro hiſtori.iiii.argentifodinæ &
aurifodinæ multæ erant.

S yracuſæ p.y.græcũ:& duplex.r.a græcis ſcribiť:nos uero q primá corripimus cũ unico.r.ſcribimus:ut plu-
res etiam ex illorũ poetis cóſueuerũt.Virgi.in bucolico:Prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu. urbs eſt
ſiciliæ ſub pachynno monte ſita.Quá pulcherrime deſcripſit Cicero li.uerrinaꝝ.vi. Florus uero in li.ii.ſic
de ſyracuſis breuiſſime inquit:longe illis triplex murus totidéq; arces portꝰ marmoreus fons celebratꝰ are-
tuſæ:quæ hactenus eis ꝓfuere:ut pulchritudini uictæ urbis parcereť.

S irenes prima cũ.i.latino ſcribiť:licet apud græcos ſit ei diphthongus:quá in.i.ꝓductá:ut in multis uidimꝰ
cóuertimus:deduciturq; ab ἕρειν:quod eſt cónectere & retinere.Cuius aſpiratio ut ſæpe fieri uidimus i.s.
cómutata fuit.Et fuerũt ut dicũt poetæ tres acheloi fluminis filiæ ex Calliope muſa.Hæ iſulas quaſdá iuxta
pelorum inter ſiciliam & italiá habitaſſe ſcribũtur.Quod Ouidius etiam tetigit in.xiiii.metamorpho. dũ
Aeneæ tranſitũ deſcribés inquit:Terraſq; calenti Sulfure fumátes acheloiadũq; reliquit Sirenũ ſcopulos.
Quod Claudianus poeta iſignis clarius oſtédit:ac latius in li.de raptu Proſerpinæ.Haꝝ una uoce teſte Ser-
uio ſup.v.æneidos circa finé:alia tibiis:alia lyra canebat.Sed tanta dulcedine cantꝰ tranſeũtes nautas afficie
bant ut ſopirenť:quos cũ ſopitos ꝓſentiſcerét:ſubmergebát & deuorabát. Quare cũ iuxta illas tranſiturꝰ
eſſet Vlyxes:admonitꝰ a Circe ſocioꝝ aures cæra obturauit:& ipſe ſe ad nauis malum ligari iuſſit:atque ſic
quoq; tranſiuit illæſus.Quod illæ grauiter ferentes:& ira ſuccéſæ ac dolore cómotæ ſe præcipitauerunt in
fluctus:quod Iuue.tetigit in ſatyra Neuole:quádo apud illũ ait Neuola:Nam ꝓ me fortuna rogať:Affigit
cæras illa de naue petitas:Quæ ſiculos cantꝰ effugit remige ſurdo.Quod ió dixit Neuola:qa cũ paꝝ ſupra
uellet fortuná ꝓ diuitiis poſtulare intendés dicere:o quádo ero diues:quodá ominali uerbo ꝓiecto non di-
xit diues:ſed dixit quádo ego pauper ero:quod ille in malũ omen aſſumens:inquit deinde:Nam ꝓ me for-
tuna rogať.& reliqua.Has ſane ſyrenas dixit Ouidi.in.vi. metamorpho. comites fuiſſe Proſerpinæ cũ ra-
pereť a Plutone.Et tres fuiſſe dicunť:una nomine Parthenope:alia Leucoſia:tertia Ligia.

S irius cũ.i.latino utrobiq; ſcribiť:apud græcos quoq; eſt.ei.diphthógꝰ i prima:quæ in.i.noſtrũ cóuerſa fuit
ut ſæpe fieri uidimꝰ:& ut qbuſdá placet a σείω qđ é moueo:uel ut aliis magis uideť a σείρω qđ é ſicco deri
uať.Et diciť ſtella quædá: quæ a nónullis qdem poniť i fronte cæleſtis canis:ab aliis uero i eiꝰ ore. Oriturq;
in uigeſimonono gradu crancri:hoc é circa mediũ méſem Iulii:& circa mediũ Septébris occidit.uel ut aliis
placet ante id tps influxum amittit.Ná i eo tpe intermedio oía cómouet atq; ꝑturbat:dicente Plinio li.ii.na
turalis hiſto.ſentiri ex eiꝰ ortu effectꝰ maxíos in terra. Et qa é de natura Martis hoíes nimio ſolis ardore fati
gat.Ideo dixit Iuue.Sirius ardet. Quin & tũc quoq; feruent maria:in cellis uina mouenť: herbæ areſcunt.
ut Virgi.in.iii.æneí.Tũ ſteriles exurere ſirius agros.Canes eo tpe maxíe agitanť in rabié.Et ut idé ait Virgi.
in.x.æneí.Ille ſitim morboſq; ferens mortalibus ægris
Naſciť:& læuo contriſtat lumine cælũ.Sane uoluerũt nónulli a uerbo σύρω:quod é traho deductum fuiſſe
cũ ut dicũt ex magnitudine ſigni longũ tractũ habere uideť:uel qa oía ad ſe trahit.Quæ utiq; etymologia
orthographiæ nó correſpondet:qa tũc quoq; p.y.græcũ ſcribereť:quod nũq; apud illos cópertũ fuit.Nec
longũ h3 tractũ ſirius:ſed ſignũ totũ:quod canis diciť magnũ é.In quo teſte Ptholemæo ſtellæ ſũt.x.& octo
& extra corpus.xi.Verũ hunc canem fuiſſe Icari a meſſoribus trucidati oſtendit Ouidi.li.faſtoꝝ.iiii.cũ ait:
Eſt canis icarium dicunt quo ſidere moto:
Toſta ſiti tellus præripiturq; ſeges.Et tũc quoq; cané occidere: Virgi.cũ ſolé taurꝰ gerit:ait ení i.i.georgi.
Candidus auratis aperit cũ cornibus ánum
Taurus:& aduerſus cedens canis occidit aſtro.Nam tũc quoq; ob ſolis ſplédorem uideri nequit:& cũ com
munis ſit generis canis diminutiuũ canicula tantũmodo fœminini comperitur.

Syrma cū.y.græco ſcribit᷑:& eſt generis neutri:poniturq̃ ꝓ cauda:hoc eſt tractu ueſtis fœminarū: & a σύρω: quod eſt traho deducit᷑. Vnde ait Seneca de baccho:q̄ habitu muliebri nōnunq̄ ſe ornabat: Auro decoruꝫ ſyrma barbaricū trahit:ut uidimus in dictiōe Bacchus. Iuxta quod & ipſuꝫ ſyrma aliquādo ꝓ lōga tragicæ orationis ſerie tenorē ſuū uſq; in ultimū ꝓtrahens ponit᷑. Iuxta quod dixit Iuue. in ſatyra Stēmata q̄d faciūt cum Neronis meminit:Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita ſaltu Proſtitui graiæq; apiū meruiſſe coronæ Et ſubdit:Ante pedes domiti longū te pone thyeſtæ:hoc eſt longa de Thyeſte tragœdiā:ob quā apiū graiæ ꝓmeruit coronæ. Et ꝓgit dicens ſyrma uel Antigones:hoc ē uel longū ſcripturæ tractū de ipa Antigone ab illo recitando ꝓductum:ut idem in ſatyra:Quis neſcit uoluſi. Iuxta hanc eandē ſentētiam ait:

Nam ſcelus a pyrrha q̄q̄ oia ſyrmata uoluas:

Nullus apud tragicos populus facit. hoc ē q̄q̄ longa tragœdiarum uolumina legas:nullū cōperies populum hoiem comediſſe:ut ille de quo illic loquit᷑. Similiter Valerius in phormione:ut rettulit Priſcian⁹ i.vi. inquit:Quid hic cū tragicis uerſibus & ſyrma facis:ubi dixit ſyrma ꝓ ſyrmate.

Syrtes cū.y.græco &.t.exili ſcribit᷑. Sane cū i ultima ſit ei diphthongus: nōnulli ex noſtris abiiciētes.i.retinēt e.& dicunt ſyrtes. Alii uero abiiciunt.e.& retinēt.i. Vel ut alii putant totā diphthongū in.i.noſtrū cōuertūt & dicūt ſyrtis. hoc eſt hæ ſyrtis & has ſyrtis:ut uoluit Priſcianus in.vii. Inducitq; Virgiliū dicentē i.x.æneí. In ſyrtis in ſaxa uolens uos turnus adoro. At in prío ut in emēdatis codicibus ſemp aſpexi in es finit cuꝫ ait: In breuia & ſyrtes urget miſerabile uiſu. Et ſunt loca q̄dā maris periculoſa circa fines aphricæ uerſus ægyptum:a σύρειν:quod eſt trahere cognominata:ut Placuit Saluſtio in iugurthino. Eſtq; in eis teſte Plinio li. vi. naturalis hiſto. inæqualitas magna maris & terræ:& i uno q̄dē loco ꝓfundiſſima fit aqua. In alio uero undoſa:nec in eodē ſtatu ꝑmanet. Nā ſpirante uēto q̄ mō cumulus & ſupra mare fuerat: in ꝓfundiſſimas reſidet ualles:& q̄ deprimebat᷑ in ualles nūc ſupra aquas aggerit᷑. Suntq; loca hæc duo in aphrica & maiores faciunt ſyrtes ac minores dicente Ouidio li.ii.de fine titulo:Quo lateant ſyrtes magna minorq; ſitu. Et teſte Solino ducentoꝝ q̄nq̄ginta miliū paſſuū interuallo ſeparant᷑. Eſtq; minor aliquanto clæmentior: quæ teſte Polybio diſtat a carthagine trecentis milibus paſſuū:atq; totidem ambit᷑. Maiores uero ambitu q̄dringentorum uigintiq̄nq; miliū paſſuū cōmenſurant᷑. Inter unā uero & reliquā ſpatiū ē ducentoꝝ q̄dragita miliuꝫ paſſuū. Vnde & teſte Seruio ſup.x.æneí.id fieri cōtingit:ut ibi arenoſa ſint in mari loca ſyrtes uocitent᷑. Sꝫ de præfatis ſyrtibus plura loq̄tur Lucanus in.ix.ſuæ pharſaliæ libro.

Syria prima cū.y.græco:& ſequēs cū.i.latino ſcribit᷑:regio eſt aſiæ quæ ab oriēte fluuio euphrate:ab occidēte noſtro mari & ægypto terminat᷑:a ſeptētrione uero h̄ꝫ armeniā & cappadociā:a meridie aūt ſinū arabicū

Syringa prima cū.y.græco:& ſequens cū.i.latino ſcribit᷑:fuit arcadiæ nympha a Pane ardenter amata: quaꝫ teſte Ouidio in.i.metamorpho. ſe ſpernētem cū Pan cupide ſequeret᷑:& illa fugiens ad Ladonē fluuiū ꝑueniret:& fluuio impedita nō amplius effugere poſſet:iuocato aliaꝝ nympharum auxilio in paluſtres cānas cōuerſa eſt:quas cū Pan excideret ex ſeptē calamis in amoris ſolatiū fiſtulam primus ſibi cōfecit. ut Virgili⁹ in corydone:Pan primus calamos cæra cōiungere plures Inſtituit.

Siſyphus prima cū.i.latino:& penultima cū.y.græco ſcribit᷑:fuit teſte Homero li.vi.iliados:Aeoli filius: hic iſthmon:hoc eſt ſtricturam illā terræ:quæ inter mare ioniū & ægæum conſiſtit:latrociniis occupabat: Ita ut Autholiam Autholii filiā Laertæ deſponſatam cū ad maritum duceret᷑:ut quidam dicunt:uel ut alii aſſerūt ad oraculū Apollinis cōſultura accederet latrocinio cæperit. & ut multi crediderunt grauidauit:ex qua tūc natum Vlyxē uolūt. Quod Aias illi exprobauerit apud Ouidiū li.xiii.metamorpho. quādo ait:

Quid ſanguine cretus

Siſyphio:furtiſq; & fraude ſimillimus illi

Inſeris æacidis alienæ nomina gentis?

Tandē occiſus Siſyphus a Theſeo apud inferos trudit᷑:& hac pœna afficit᷑:ut grāde ſaxū ſupra montē portare coactus cū ad apicē deduxerit:cōtinuo ad ima relaxet᷑:dicente Ouidio in.xiii.metamorpho. Aut petis Aut urges rediturū ſiſyphe ſaxū. Et Seneca in Hercule furente:Ceruice ſaxum grande ſiſyphea iacet.

Syſtole cum.y.græco:&.t.exili ſcribitur:dici poteſt correptio. Nam figura dicit᷑:cū longa ſyllaba cōtra eius naturā corripit᷑. Virgi.in.i.æneí. Cōnubio iungā ſtabili ꝓpriāq; dicabo. Vbi nu. breuē poſuit:quæ naturaliter longa eſt. Nā alio in loco longā poſuit:ut in.iii.æneí. Hectoris andromache pyrrhi cōnubia ſeruas. Ideꝫ in.iiii. Cuiq; loci leges dedimus cōnubia noſtra reppulit. & i eodē:Nomadūq; petam cōnubia ſupplex?

Siſamus cū.i.latino ſcribit᷑:teſte Homero in.ii.iliados:urbs paphlagoniæ.

Sithonia cū.i.latino &.th.aſpirato ſcribit᷑:ꝑs ē litoralis macedoniæ citra athon uerſus thermopōtū:habetq; teſte Herodo.li.vii.hiſtoriaꝝ:ciuitates toronē:galipſon:ſermylē:macybernā:& olynthon. In eadē mons eſt ſithon q̄ maxīe niuoſus:de quo Virgi. i ultīa ægloga:Sithoniaſq; niues hyemis ſubeam⁹ aquoſæ. In hac eadē loc⁹ ē dict⁹ κυνόσ.i.canis:ubi Hecuba cōuerſa i canē: Veterūq; diu memor illa maloꝝ: ut ait Ouidius:

Tum quoq; ſithonios ululauit mæſta ꝑ agros.

Situla cū.i.latino &.t.exili ſcribit᷑:nec uerbū eſt græcū:ut q̄dam uoluerunt ſed latinum:& a ſorte ut aſſerūt nomen accæpit. Nā ciſtam illā deſignat:qua ſortitio ſuffragiorū accipit᷑. Plaut⁹ i caſina:Sortitio illa i ſitula.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Nec in diminutiuo ſitellam:ut nõnulli aſſerunt: ſed ciſtellá a ciſta deductam ſemper legimus. Cicero de na-
tura deoꝝ li.i. Vt igitur. T. Gracchum cum uideor concionátem in capitolio uidere de. M. Octauiano deſe-
rentem ciſtellam. Nam in illam ſuffragia.i. uoces ſuas de approbanda lege ponebant:aut quid ſimile. Soli-
tum autem erat afferri ciſtellam cum lex ferenda eſſet. Quod oſtendit Cicero cũ ait in rhetoricis ad Heren-
nium. Cum. L. Saturnius legem frumẽtariam de ſemiſſibus & trientib⁹ laturus eſſet. Q. Cepio q̃ p id tp̃s
quæſtor urbanus erat:docuit ſenatum ærarium pati non poſſe largitioné tátam. Senatus decreuit ſi eá legẽ
ad populum ferat aduerſus rempublicam uideri ferre:cum uiris bonis legem cœpit:collegæ intercedere.
Ille nihilominus ciſtellam detulit:Cepio ut illum cótra intercedentib⁹ collegiis aduerſus rempublicá uidit
ferre cum uiris bonis impetum fecit:pontes diſturbat:ciſtellas deiæcit:Impediméto eſt quo ſecius ferat᷑: ac-
cerſitur maieſtatis & reliqua. Liuius in.iiii.ab urbe: Teſtibus datis tribuni populũ ſummouerũt. Ciſtellaque
lata eſt ut ſortirentur:ubi laturi ſuffragium ferent.
lata eſt ut ſortirentur:ubi laturi ſuffragium ferent.

S merdis cum.m.poſt.s.in prima: & in ultima cũ.i.latino ſcribit᷑: fuit Cambyſæ regis frater:quem cũ Camby
ſes in ſomniis uidiſſet regio throno ſedenté metuens ne regnum occuparet occidi iuſſit. Cæterũq; dum di
uitiis in ægypto Cambyſes moram traheret: Patizites q̃dam magus:quem rebus ſuis præfectum domi reli-
querat: Smerdim fratrem ſuũ similé Smerdi fratri Cambyſæ regem declarat. Quem deinde Darius Hiſta-
ſpis filius coniuratione facta cum nõnullis perſarum nobilibus trucidauit:& ip̃e pſarum rex creatus fuit:ut
Herodotus in.iii.hiſto.ſcripſit:ut nos ſupra uidimus in dictione Darius.

S myrna cũ.y.græco ſcribit᷑:urbs ẽ minoris aſiæ:quá fluuius meles circũfluit.hanc teſte Herodoto ĩ uita Ho-
meri Theſeus theſſalus in monumẽtum uxoris ſuæ:quæ ſmyrna uocabat᷑ cõſtruxit.

S oc⁹ cũ.c.exili ſcribit᷑:fuit troianus Hippaſi filius generoſus aĩo & corporis dignitate:hic teſte Homero ma
gno aĩo Vlyxem uulnerauit:ſed ab eo ip̃e deinde interfectus eſt.

S ocrates abſq; aliqua aſpirarione ſcribit᷑:fuit athenienſis philoſophus clariſſimus:ex pago alopecenſi:filius
Sophroniſci marmorarii:& Phanaretæ obſtetricis. Fuitq; ut q̃dam ferunt Anaxagoræ primum auditor:po
ſtea Archelai:cui in ſchola ſucceſſit. Et cũ ante illum philoſophi oẽs rebus phyſicis pſcrutandis operá tantũ
modo ĩpenderent:ip̃e ut q̃dam putant tedio reꝝ obſcuraꝝ & incertarum faſtidiẽs res obſcuras:phyſica po
ſtergauit:& ad aliq̃d pbatũ & certũ cóperiédũ:quod beatæ uitæ neceſſariũ foret: aĩm applicauit. Itaq; prĩo
teſte Ciceróe ĩ plogo q̃nti tuſculanaꝝ libri philoſophiá euocauit e cælo:& ĩ urbib⁹ collocauit:domoſq; ĩtro
duxit & coegit de uita & morib⁹ rebuſq; bonis & malis quærere:q̄obrẽ ut ſcribit Solinus nõ ſolũ conſenſu
hoĩm:uerum etiá Apollinis oraculo fuit ſapientiſſim⁹ iudicatus. Fuitq; orator pmptus & acer. Et prim⁹ teſte
Fauorino cũ Aeſchine diſcipulo oratoriæ artis campos aperuit. Fuitq; etiá illi cura corporeæ exercitationis
atq; erat præclari habitus:ut dixit Laertius. Militauitq; quádoq; & Xenophonté ab equo deiectum in præ
lio facto in delo uiriliter ſuſcipiens ſaluũ reddidit:fugientibus athenienſib⁹ uniuerſis in bello nauali uicit.
Victoriáq; Alcibiadi:qué ip̃e teſte Ariſtippo ſuis manibus armauerat:de cuius morte uidimus ĩ dictĩóe any-
tus. Reliqua latius in Diogene Laertio legere poteris. Fuit & alius Socrates thebanus uir diues & nobilis:q
paupertatis amore:quam multũ dilexit:rem familiaré largam & uberé donauit populo. Arbores plurimas
& fructiferas ſpreuit:unico contẽtus baculo quo infirmitaté ſuſtentabat humaná. Alius fuit hiſtoricus: qui
argos diligenter deſcripſit. Alius epigrámatũ poeta. Alius Cous q ĩterpretatiões & iuocationes ſcripſit.

S olymi ſecũda cum.y.græco ſcribit᷑:fuerunt populi iuxta lyciam:quos Homer⁹ li.iliados.vi.pugnaciſſimos
fuiſſe dicit:& a Bellerophonte deuictos. Et li.v.odyſſeæ:oſtendit idem Homerus etiá in montibus habitaſ-
ſe cum ait: τηλοθεν ἐκ σολύμων ὀρέων. Vnde & Cornelius Tacitus cũ de iudæorum origine opiniones
ait. Alii clara iudæorum initia ſolymos carminibus celebratam Homeri gentem conditam urbem hieroſo-
lymam nomine ſuo feciſſe. Vnde Iuuenalis in ſatyra Credo pudiciciam inquit: Interpres legum ſolymarũ.
Similiter Martialis in.vii. Linges non mihi nam pba & puſilla eſt. Sed quæ de ſolymis uenit peruſtis dánatá
mó mẽtulam tributis. & declinat᷑ urbs:hæ ſolymæ ſolymaꝝ:& hieroſolymæ hieroſolymarũ:q̄n & hieroſo-
lyma hieroſolymæ:unde hieroſolymitanus.

S olon cũ unico.l.ſcribit᷑:fuit unus ex ſeptem ſapiẽtibus græciæ Execeſtiadæ filius:patria ſalaminius qui teſte
Gellio li.xvii.noctiuꝫ atticarum:athenis claruit regnãte Tarquinio Priſco romæ. de illo Plato in primo Ti-
mæi inquit: Memini Critiam doctiſſimum oĩum doctrinaꝝ dixiſſe plane Soloné uideri non ſolum pruden-
tia cæteris laude dignis:ſed etiam carminibus præſtitiſſe. Et ſi ſermoné quem ab ægypto reuerſus ĩſtituerat
impleſſet:a quo quidem ſeditionibus cæteraq; intẽperie ciuilis diſſenſionis impediente deſciuit:opinor nõ
minorem Heſiodo uel Homero futurum eſſe. Erat quippe ſermo de magno ac famoſiſſimo titulo:de his q̄
geſſerat ciuitas athenarum:cuius memoria extincta eſt:tam illorum morte q geſſerant:q̄ impendio tẽporis
cõlaſſioris. Idem teſte Ariſtotele in.ii.politicorum libro dedit atheniẽſibus leges cum tanto temperamẽto cõ-
poſitas:ut dixit Iuſtinus ſimiliter in ſecundo:quod parem gratiam a ſenatu & plæbe cõtraherẽt:q̄q̄ plæbs
& ſenatus in ſumma prius eſſent diſſenſione. Et ut dixit Valerius de ingratis: Si illis athenienſes ppetuo uti
uoluiſſent:ſempiternum habituri fuiſſent imperiũ. Idem cum oĩum hoĩm ac oraculi iudicio ſapientiſſimus
haberetur:indulſiſſe ſcribitur uino.

S olœciſmus cum unico.l.ſequente.œ.diphth.&.c.exili atq;.i.latino ſcribitur:dicitur uitioſa uerborũ com/
poſitio:ut inter nobis ꝓ inter nos:uel date ueniam ſceleratorũ ꝓ ſceleratis. Et ut oſtẽdit Gellius li.v.noctiũ
atticarum:ab Aſinio Capitone:& eiuſdem ætatis aliis imparilitas eſt appellatus. Vetuſtioribus uero latinis
ſtribiligo dicebať a uerſuta uidelicet:& praua compoſitione tortuoſæ orationis:tanq; ſterobiligo quædam
Quod uitium Aſinius Capito in litteris:quas ad Clodium tuſcũ dedit hiſce uerbis diffiniuit. Solœciſm⁹ ẽ
inquit impar & incõueniens compoſitura ꝑtium orationis. Vnde ait Iuue.in ſatyra Credo pudiciciam: So/
lœciſmum liceat feciſſe marito. Et tranſlatiue Martialis in epigrãmatibus inquit: Sæpe ſolœciſmum mẽtula
noſtra facit. Et teſte Laertio nomẽ hoc a Solone cõtraxit:q cum ĩ cilicia urbem a ſuo nomine ſoloen cõderet
& paucos in ea atheniẽſium habuerit tractu temporis cum patriam uocem corrumperent:& inconuenienti
patrium cõpoſitura loquerenť:factum ẽ ut qui ſimili uitio aliquãdo peccaſſent:ſolœcizare dicerenť. Quo
tamen uocabulo teſte Gellio qui elegantius locuti ſunt uſi non fuerũt. Ita ut de ſe dicat:nos neq; ſolœciſmũ
neq; barbariſmum apud græcorũ idoneos adhuc inuenimus. Nam ſicut barbaron:ita ſolœcon dixerunt.
Et ſubdit:noſtri quoq; antiquiores ſolœcon facile ſolœciſmõ haud ſcio an unq; dixerit. Quod ſi ita ẽ iquit
ille:neq; in græco neq; in latino ſolœciſmus ꝓbe dicitur.
S omatopœia media cũ.t.exili:ſequens cũ.œ.diphthongo ſcribiť:dicitur ad uerbum corporis factura: ideſt
σώματοσ ποιια. Et eſt figura cũ incorporeum mõ corporeo loqui introduciť.
S ophocles cũ.c.exili ſcribitur:fuit atheniẽſis poeta tragicus & clariſſimus:de quo plures ex noſtris uaria &
magnifica ſcripſere. Quem Cicero diuinum poetam libro.i.de diuinatõe uocauit. Ex quo Virgilius Augu/
ſto alludẽs in bucolico ait:Sophocleo tua carmina digna cothurno. hũc primũ ex poetis græcis didici a ui/
ro clariſſimo Iſidoro græco:iam nũc ſanctæ romanæ eccleſiæ cardinali ruſſienſi cognominato.
S ophiſta cũ.i.latino &.t.exili ſcribitur:nomen ẽ deriuatiuũ a ſophos:q eſt ſapiens:quaſi æmulator ſapientis
Nõnunq; etiã & ꝓ ſophiæ.i.ſapientiæ calũniatore accipiť. Quin & ꝓ apparente:ac non exiſtente ſopho.
S ophroniũ cũ.ph.aſpirato ſimiliter &.i.latino ſcribiť:nomen eſt fœminæ ꝑ diminutioné adulationis amato/
riæ ꝓlatum:& a σοφροσύνη:quæ eſt prudentia deductum uelut totula prudens.
S ophroſyne cum.y.græco ſcribiť:& interpretatur ut in præcedenti dictione uidimus prudentia. Fuit etiam
eo nomine uocitata filia ſuperioris Dionyſii tyrãni ſiciliæ. uidi etiã interpretatũ modeſtiã & prudentiam.
S ora cum unico.r.ſcribiť:fuit oppidum agri uolſci:quod teſte Liuio in.x.ab urbe: poſtea ſannites poſſede/
runt:& ob difficillimum aditum tutiſſimũ credebať. Quod deinde quomodo defecerit a romanis:atq; etiã
in illorũ poteſtatem redierit:oſtenderat idem Liuius in.ix.ab urbe.de eodem Iuue.meminit cum ait: Optia
ſoræ Aut phabrateriæ domus.
S oſia cũ unico.s.&.i.latino ſcribiť:nomen ẽ ꝓprium:& apud græcos habet.s.in fine:quod noſtri abiiciunt.
At apud illos ςωσίας ſcribiť:& cũ habeat ω mega in prima naturaliter illã ꝓducit.
S oſtratus abſq; aliqua aſpiratione ſcribiť:fuit teſte Herodoto li.hiſto.iiii.uir Aeguntes filius Laodamantis.
S oter cum.t.exili ſcribiť:diciť a noſtris ſaluator:& a uerbo σώζω:qđ ẽ ſaluo deduciť. Vnde & ſotiria ſalus.
S padix cum.i.latino ſcribitur:teſte Gellio in.ii.noctium atticarũ:Spadica græci uocant auulſum palma ter/
mitem cum fructu ideſt palmitem.
S pæra cũ.æ.diphthongo ſcribiť:& latine dicitur globus atq; ideſt quod ex omni exteriori ꝑte rotundũ appa
ret. Et nõnunq; cũ.ph.aſpirato etiã a noſtris ſcribitur uidelicet ſphæra.
S pargapiſes cũ.i.latino & unico.s.ſcribiť:fuit teſte Herodoto li.hiſto.i.& Iuſtino ſimiliter ĩ primo:fili⁹ To/
myris reginæ maſſagetarũ:quem dolo Cyrus cæpit:ut late præfati auctores tractauerunt.
S parta cum.t.exili ſcribitur:fuit ciuitas:quæ & alio nomine lacedæmon dicitur:ſeu latine lacedæmonia:atq;
in plurali lacedæmoniæ lacedæmoniarum. Ex Herodoto tamen colligere uiſus ſum:ſpartam urbem fuiſſe:
& lacedæmona regionem:in qua illa cõſiſteret:ſed indifferenter ꝓ alterutra tam ab illo: q; ab aliis auctori/
bus poſitam legimus. Sed quã ob cãm ſparta dicta fuerit:ponit Iuſtin⁹ libro ſuorũ epitomatũ tertio dicens:

Et ut rettulit Cicero in ſecũdo de quæſtionib⁹ tuſculanis: Spartanis uirginib⁹ magis palæſtra:puluis uena/
ticus:labor:& militia in ſtudio ẽ:q; fertilitas filiorum. Vnde & uarium habitum ab aliis uirginibus ferre cõ
ſueuerant:dicente Virgi.in.i.ænei. Virginis os habitumq; gerens & uirginis arma Spartanæ.
S patha cũ.th.aſpirato ſcribiť:& latine diciť pñt enſis:deriuaturq; a uerbo σπωμαι:quod ẽ euagino.
S pelæum penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:diciť a noſtris ſpelunca. Virgili⁹ ĩ ultima ægloga:Certum
eſt in ſiluis inter ſpelæa ferarum Malle pati.
S perchius cum.ch.aſpirato:&.i.latino ſcribiť:apud græcos uero eſt in penultima ei diphthongus quã nos
in.i.cõuertimus.

in.i.conuertimus.Eſt fluuius theſſaliæ: quem ũt ait Pomponius pelion mons effundit: & cum uelociſſimo curſu defluit in ſinum maliacum cadit.

S peuſippus cũ.eu.diphthongo &.i.latino:atq; duplicato.p.ſcribit᷑:fuit athenienſis philoſophus:Eurymedontis filius:ex pago myrrhuniſio:& Parthone Platonis ſorore natꝰ:octo ãnos ſcholæ platonicæ magiſter fuit.Iraſcebatur facile:& uoluptati dederat manus.Nam aiunt illũ ira cõcitatum catulũ in puteũ deiæciſſe & uoluptatis gratia in macedonia ad Caſſandri nuptias iuiſſe:& cũ uehiculo in academiã ferret᷑:haberetq; Diogenem obuiũ:diceretq; illi ſalue.Reſpondit Diogenes:at tu nequaq̃; ſalue:q eiuſmodi cum ſis uiuere ſuſtines.Deinde cum iam paralyſi ſolueretur:orauit Xenocratem ut ſibi in docendo ſuccederet.Aiũt ſenio confectũ ſibi mortem conſciuiſſe mærore impulſum.Plutarchus uero ſcrip ſit illum pediculis efferueſcentibus interiiſſe.Fuit corpore gracili teſte Timotheo.Reliquit plura cõmentaria: & dialogos eius libros Ariſtoteles tribus talẽtis emit teſte Fauorino.Ad hũc Simonides ſcripſit hiſtorias.Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent uaſa capacia.

S pyridon prima cũ.y.græco ſequenens cũ.i.latino ſcribit᷑:nomen eſt uiri ꝓprium.

S phinx cũ.i.latino ſcribit᷑: atq; a nõnullis aſpiratur prima:& facit in genitiuo declinatione q̃dẽ græca huiꝰ ſphingos:latina uero huiꝰ ſphingis:aĩal eſt prodigioſum:quod cũ hõibus offertur ſi illũ præſentiat ſaluat᷑ ſi uero beſtia prius hoĩem ſenſerit ꝑditur ipſe homo.

S pinter cũ.i.latino &.t.exili ſcribit᷑: nõ græcum ſed latinum:iõq; cũ. y.græco ſcribi non põt: ut q̃dam inſcii uolucrũt:diciturq; græce ἀκροχέριον & aut fibulam in humeris aut armillam ſignificat.Plautus ĩ Menæchinis:Iubeas ſpinter nouũ recõcinarier.Idem in eodẽ:mihi tu dederis pallam & ſpinter nunq̃; factum.

S pondeus cũ.e.abſq; diphthongo a latinis ſcribit᷑:græci uero habẽt ei diphthõgũ in penultima.ex qua nos abiicientes.i.retinemus.e.Et eſt pedis genus ſic quoq; dictus ꝙ in ſacrificiis & libamẽtis eo maxime uterentur.Nam σπονδὴ libamẽtum deſignat:fœduſq; ac ſponſionẽ.Et ab eo σπονδιοφόροι apud græcos dicebant᷑ ſacerdotes q a noſtris feciales dicunt᷑:& cõſtat ſpondeus ex duabus ſyllabis lõgis: ideo pes ẽ tardus & grauis.Vnde Homerus in.i.iliados:inducens chryſeida Agamẽnonis puellam uolentibus græcis reſtitui patri Chryſæ:& quaſi inuitam ab Agamẽnone diſcedentẽ:aſcendẽtemq; lento paſſu nauẽ:uerſus illos duos ſpondeis omnibus refecit:hocq; ut illius tardum diſceſſum magis effingeret.Rettulit etiam Cicero in li.de ſuis conſiliis.Cũ uiolenti adoleſcentes tibiaꝝ etiam cantu:ut fit inſtincti mulieris pudicæ fores frangerent admouiſſe tibicinam:ut ſpondeũ caneret Pythagoras dicit᷑:quod cum illa feciſſet tarditate modoꝝ & grauitate canentis illoꝝ furentẽ petulantiã cõſedaſſe.Idẽ Quinti.rettulit in.i.de inſtitutione oratoria.

S purius cũ.i.latino ſcribit᷑:ille dicit᷑ qui incerto patre natus ẽ:& a σπορεῖν quod eſt ſeminare deducit᷑. quia nihil aliud de patre q̃; ſemen affert.

S tadium cũ.t.exili &.i.latino ſcribit᷑:latine curriculũ transfert᷑ quod Herculẽ primum ſtatuiſſe dicunt:& eo ſpatio terminaſſe:quod ipẽ uno ſpiritu confeciſſet.Nam octaua ps mille paſſuũ eſt.

S tather prima cũ.t.exili:ultima cũ.th.aſpirato ſcribit᷑:genus eſt ponderis:& ut q̃dam dicũt unciæ medietas: deſcenditq; a ςαθμίζω:quod eſt trutino uel pondero . Et inde ſtatheram dictum puto iſtrumẽtum quo res ponderantur.

S temma cũ.t.exili & duplicato.m.ſcribit᷑:dici põt a noſtris infula uel corona:Homerus circa initium iliados ςέμματ᾽ ἔχων ἐν χερςί.Atq; idem deſignat:quod apud illos ſtephanos.Nã & ſtẽma & ſtephanos a ςεφανῶ quod eſt corono deducit᷑:Vnde & tranſumptiue ꝓ nobilitate generis capit᷑:quã plærũq; ex uictoriis & coronis maiorum noſtroꝝ cõtrahimus:ꝑ quem modũ ait Iuue.in tertio:Stemmata q̃d faciunt?q̃d ꝓdeſt pontice longo Sãguine cenſeri?Quid & ꝓ inſcriptionibus ſaxorũ:ut Martialis in.x.Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.Sane accæpiſſe Virgiliũ.li.v.æneí.Coronam ꝓ galea:teſtis eſt Seruius q id exponens.Omnibꝰ in morem tonſa coma preſſa corona inquit.i.galea:atq; illũ ſermone homerico uſum fuiſſe dixit q ſtephanon ꝓ galea poſuit.Et ut Plinius circa initium libri.xxi.Quædam coronæ funiculis in orbem obliquũque & in ambitũ currunt:q̃bus tenuioribꝰ utebant᷑ antiqui ſtrophios appellantes.hæc ille. quod ſane græcũ uocabulum eſt.Intortũq; & inuerſum deſignans.Et ſubdit ipẽ Plinius:Vnde nata quæ ſtrophiola dicuntur. Quin & uocabulũ ipſum tarde inde cõmunicatum eſt inter ſacra & bellicos honores coronis nomen ſuuꝫ uindicantibꝰ.Et pergit cum uero a floribus fierent ſerta a ſerendo ſeriue appellabant᷑.Hæc ipſe Piniꝰ.Cæterum licet ſertus ſerta ſertum adiectiuũ ſit:ut ſertos flores:ſertas coronas.Lucanus:Accipiunt ſertas nardo florente coronas. In neutro tamen genere ſertum: & in plurali ſerta abſq; additione alterius ſubſtãtiui a noſtris auctoribꝰ ꝓferunt᷑:ut Virgilius in Sileno:Serta ꝓcul tãtum capiti delapſa iacebant. Adduntq; illi adiectiuũ ueluti ſubſtantiuo:ut idem in primo æneí.Ture calent aræ ſertiſq; recentibus halant. Et ut idem Plinius in.xvi.naturalis hiſto.ſuæ atteſtatur:Antiquitꝰ nulla corona niſi deo dabat᷑. Ob id Homerus cælo tantum eam & prælio uniuerſo tribuit.Viritim uero ne in certamine q̃dem ulli.Feruntq; primuꝫ oĩum Liberum patrẽ impoſuiſſe capiti ſuo coronaꝫ ex hedera.Poſtea deoꝝ honores ſacrificãtes coronas ſumpſere uictimis ſimul coronatis.nouiſſime & in ſacris certaminibꝰ uſurpatæ:in quibꝰ hodieq; non uictori dant:ſed patriam ab eo coronari ꝓnuntiatur. Inde natum ut triumphaturis conferrent᷑ in templis dicandæ:mox ut

ſ

ludis darentur. Verum ut idem auctor in.xviii.li.refert:& ſabinus Maſſurius in li.memoraliũ romæ aruorum ſacerdotes Romulus in primis inſtituit ſeq; duodecimũ fratrem inter illos appellauit. Et tunc ab Acca laurentia nutrice ſua ſpicea corona:quæ uitta alba colligaret in ſacerdotio ei ꝓ religioſiſſimo inſigni data: quæ primo apud romanos fuit corona:honoſq; ſacerdotibꝰ non niſi uita finitur. Et exules etiam ut ide; ait captoſq; comitat. Quin & in li.xvi.idem rettulerat Plinius Romulũ frondea hoſtium corona Hoſtiliũ coronaſſe:quod fidenam primus irrupiſſet. Auus hic Tullii Hoſtilii regis fuit. Nec alias tũc quoq; nouiſſe coronas q̃ bellicas certum ẽ. At uero deinde uni gentiũ romanis plura coronarum genera cõtigere:q̃ cunctis aliis gentibus:de quibꝰ oibus quædam referre curabo:quæ in diuerſis auctoribus uariiſq; eoꝝ locis:& præcipue in Plinio & Gellio legi. Fuerunt ergo apud romanos diuerſorum generum coronæ:in magno.ſ.honore & precio:uidelicet triumphalis:obſidionalis:ciuica:muralis: uallaris ſiue caſtrenſis naualis: oualis: & oleagia. Triumphalis corona laurea erat:quæ.ſ.ex lauro confecta triumphãti dabat. Nam ut ait Pliniꝰ circa finem libri.xv.naturalis hiſto.laurus triumphis ꝓprie dicata erat. Et infra ſubdit romanis ea arbor præcipue eſt læticiæ:uictoriarũq; nũcia:& militum lanceas piloſq; & faſces imperatorũ decorat. Ex ea ĩ gremio Iouis optimi maximiq; deponit:quotiẽs læticiã nouam uictoria attulerit. Idq; nõ qa ꝑpetuo uiret:nec quia pacifera eſt:cũ præferenda ſit olea:Sed qa ſpectatiſſima in monte pernaſo. Ideoq; etiã grata Apollini aſſuetis eo dona mittere. Iam & regibꝰ romanis teſte Lutio Bruto fortaſſis etia; in argumẽtum quoniã ibi ĩ libertatem publicam:is meruiſſet lauriferam tellurem illã oſculatus ex reſponſo:& qa fulmine ſola nõ iacit. Ob has cãs eqdem crediderim in honorẽ habitã in triumphis:adeo quod in ꝓfanis uſibꝰ pollui laurum & oleã fas non eſt. Et infra ſubdit Tiberiũ principem tonãte cælo coronari ea ſolitũ ferunt cõtra fulminum metus. Sed & circa Diuũ Auguſtũ euẽta eius digna memoratu. Nãq; Liuiæ Druſillæ:quæ poſtea Auguſta matrimonii gratia nomẽ accæpit:cum nupta eſſet illi Cæſari gallinam cõſpicui candoris ſedenti:aquila ex alto abiæcit in gremiũ illæſam. Intrepideq; miranti acceſſit miraculũ tenẽte roſtro laureum ramũ onuſtũ ſuis baccis. Conſeruari alitem & ſobolẽ iuſſere aruſpices:ramũq; eũ ſeri:ac rite cuſtodiri. Quod factũ eſt in uilla Cæſarum:fluuio tyberi impoſita:iuxta nouũ lapidem flaminea uia:quæ ob id uocat ad gallinas:mireq; ſilua ꝓuenit ex ea triumphans. Poſtea Cæſar laurum in manu tenuit:coronãq; capite geſſit:ac deinde ĩperatores Cæſari iuncti:traditusq; mos ẽ ramos:quos tenuerũt ferendi:& durant ſiluæ nominibꝰ ſuis diſcretæ. Obſidionalis corona erat:quã liberati ab obſidione dabãt ei:q ĩpos liberauerat. Et hæc teſte Plinio li.xxii. erat uiridis e gramie decerpto:ide unde obſeſſos ille obſeruaſſet. Nãq; ut ait ſummũ apd antiquos ſignu; uictoriæ erat uictos porrigere herbã e terra:& altrice humo: q̃ & quãdoq; cæde humectata fuerat:q̃ graminea nulla fuit corona nobilior in maieſtate populi terraꝝ principis. Nã cæteras oẽs magno ĩteruallo ſuperabat:quas ſinguli hoies:& duces ĩpi ĩperatoreſq; militibꝰ:aut aliquãdo collegis dedere. Vnde ſi ciuicæ coronæ honos ut uidebimus uno aliquo ciue ſeruato:ut idem auctor inquit præclarus ſacerq; habet. Quid tandẽ exiſtimari debet uniꝰ uirtute reſeruatꝰ uniuerſus exercitꝰ? Hanc ſane corona; gramineã teſte Gellio li.v.noctiũ atticarum.S.P.Q.R.Quinto Fabio Maximo dedit bello pœnoru; ſecũdo:quod urbẽ romanam obſidione hoſtium liberaſſet. Hac eadem corona Plinio teſte Publius Decius Mus pater tribunus militu; ab exercitu conſeruato donatus fuit imperatore Cornelio Coſſo conſule ſamnitum bello. Quod late oſtendit Liuiꝰ li.viii.ab urbe:& hiſtorici alii plures:quin & ãno deinde.iiii.ſequẽte:ut idem Liuius refert:Decius ipſe creatꝰ conſul in bello cõtra latinos ꝓ exercitu ſe deuouit. Idem & poſt illũ Decius filius ter cõſul fecit:ut late Liuiꝰ in.x.ab urbe oſtendit. Eadem corona.L.Siccinius Dẽtatus ſemel donatus eſt:de quo miranda ſcribũt Pliniꝰ li.vii.&.xxii.naturalis hiſto.Solinus circa initiũ ſuorũ collectaneorum:& Valeriꝰ de fortitudine. Cõtigit & ſimiliter eiuſdẽ coronæ honos.M.Calphurneo flamini tribuno plæbis:q.M.Attilium regulũ in ſicilia tpe primi belli punici apud cecinam liberauit. Quin & Cneo Teio Acinati cẽturioni teſte Plinio ĩ præfato.xxii.li.idem honos euenit. Nam capeſſens is primum pilum ſub catulo excluſam ab hoc legionẽ ſuam hortatus tribunum ſiſſ dubitãtem ꝑ caſtra hoſtium errumpere interfecit:legionẽq; eduxit. Scripſit & Sylla dictator ab exercitu ſe quoq; donatum apud nolã legatum bello marſico:Idq; etiam in uilla ſua tuſculana:quæ fuit poſtea Ciceronis pinxit. Et ut dixit Plinius:Si uerum ille de ſe ſcripſit maiori ignominia ciuiu; ꝓſcriptione coronam ĩpam deturpauit:q̃ paucorũ cõſeruatione ꝓmeruit. Eadem corona Aemilianum Scipionẽ ĩ aphrica donatum Varro ipſe teſtat Manilio conſule:& cohortibꝰ ſeruatis:totidemq; ad ſeruandas eas eductis. Quod ut rettulit Plinius in eodẽ.xxii.libro ſtatuæ eius ĩ foro ſuo Diuꝰ Auguſtus inſcripſit:& hæc hactenus de obſidionali. Ciuica uero corona illa dicebat teſte Gellio præfato li.v.quã ciuis ciui a quo ſeruatꝰ eſt ĩ prælio:teſtem uitæ ſalutiſq; percæptæ dat. & fuit eiuſmodi corona teſte Plinio li.xvi.primo ilignea:poſtea magis placuit ex æſculo. Seruius uero ſuper.vi.ænei.dixit ex quercu:qa ante eã uitæ in hac arbore hominibus fuit:q glandibus ueſcebant. Similiter Gellius ea inquit fit ex fronde querna:quoniam cibus uictuſq; antiquiſſimus ex quercu capi ſolitus eſt. Etiam ex ilice quod genus ſuperiori ꝓximum eſt:ſicuti ſcriptum eſt in quadam comœdia Cecilii:Aduehunt inquit:cũ ilignea corona:& chlamyde noſtram fidẽ. Et ſubdit:Maſſurius aũt ſabinus in.xi.librorũ memoralium ciuicam coronã tum dari ſolitum inqt:cũ is qui ciuẽ ſeruauerat eodem tẽpore etiã hoſtem occiderat:neq; locũ in ea pugna reliquerat:alteriꝰ ciuicæ coronæ negat cõceſſu;

& pergit Gellius: Tiberium tamen Cæſarem conſultum an ciuicam coronam capere poſſet: qui ciuem i præ
lio ſeruaſſet: & hoſtes ibidem duos interfeciſſet: ſed locũ in quo pugnabat nõ retinuiſſet. Eoq; loco hoſtes
potiti eſſent. Reſcripſiſſe dicit eum quoq; ciuica dignum uideri. Quod apparet & tam iniquo loco ciuẽ ab
eo ſeruatum: ut ipſe fortiter pugnãtibus retineri nõ quiuerit. Quod autem fuerit ius ciuicæ coronæ: Plini⁹
li. xv. explicauit dicens: Accæpta licet uti perpetuo ludos ineunti: ſemper aſſurgi etiam a ſenatu in more eſt:
ſedẽdi ius i ꝓximo ſenatu uocatio munerũ oĩum ipſi patriq; & auo paterno. Quatuordeciꝫ eas accæpit Sic-
cinius Dentatus: tres Capitolinus. Aphricanus de patre accipere noluit apud trebiam. hæc Plinius. Hac ea-
dem corona teſte Gellio. L. Gellius uir Cẽſorinus in ſenatu Ciceronem conſulem donari a republica cẽſuit:
quod eius opera fuiſſet atrociſſima illa coniuratio Catilinæ detecta: & uindicata. & ut Plinius præfato pro-
xime libro inquit: Cedunt his coronis murales uallareſq;: q̃q̃ aureæ & precio antecedẽtes: cedũt & roſtra-
tæ: q̃uis in duobus dicat ſuo æuo celebres fuiſſe: ut infra uidebimus. Muralis corona teſte Gellio i. v. aurea
erat qua donabatur ab imperatore: qui primus murum ſubiit. Inq; oppidum hoſtium ꝑ uim aſcẽdit. Iccir-
co quaſi muri primus aſcenſor decoratus ẽ. Vallaris uero corona ea ẽ: quæ & caſtrenſis dicitur. Eadeꝫ aurea
erat: habẽs inſigne ualli. hac teſte Gellio donabat imperator eum qui primus hoſtium caſtra pugna introi-
uit. Naualis ſimili modo ex auro erat: quaſi roſtris nauium inſignita qua donari conſueuerat: q prim⁹ mari-
timo prælio armatus in nauem hoſtium ui tranſibat: accæpitq; eam in bellis piraticis dante Põpeio. M. Var
ro romanorum oĩum doctiſſimus. Quin & tribuẽte Auguſto. M. Agrippa e ſiculis bellis: quæ & ipſa pirati-
ca fuere. Oualis uero corona teſte Gellio myrtea erat: ea utebantur imperatores: q ouantes introibant urbẽ
Ouandi ac non triumphandi: ut ſubdit cã erat. Cum aut bella non rite indigna: neq; cum iuſto hoſte geſta
ſunt: aut hoſtium nomẽ humile: & non idoneum ſit: ut ſeruorum piratarumq;: aut deditione repente facta
in puluere: ut dici ſolet incruẽtaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptam eſſe Veneris frondem crediderunt
quod non martius: ſed quaſi uenereus quidam triumphus foret. & ſic quoq; teſte Plinio li. xv. natu. hiſto.
Poſitius libertus in conſulatu triumphãs de ſabinis primus omnium ouãs ingreſſus urbem ẽ: quoniam reꝫ
leniter ſine cruore geſſerat. Et myrto ueneris uictricis coronatus inceſſit. Nam ut ꝓſequitur Gellius ad ea q̃
ſupra poſita ſunt: hãc myrteam coronam. M. Craſſus cũ bello fugitiuorum cõfecto ouans rediret: inſolẽter
aſpernatus ẽ. Senatuſq; cõſultum faciũdũ ꝑ gratiam curauit: ut lauro non myrto coronaret̃. Sane prætere-
undũ non ẽ quod ad ouatiões attinet: ſuper quo diſſenſiſſe ueteres ſcriptores accipio. Partim eni ſcripſerũt
q ouarent introire ſolitos equo uehente. E qbus Serui⁹ ſup. iiii. æneı. dixit: Qui ouationẽ meret̃: uno equo
utitur: & a plæbeiis uel ab equitib⁹ romanis deducit̃ ad capitolium: & de ouib⁹ ſacrificat. Vnde & ouatio di
cta eſt. At Sabinus Maſſurius (ut refert Gellius) pedibus ouantes ingredi dicit ſequentib⁹ eos non militib⁹ ſꝫ
uniuerſo ſenatu. Item Suetonio teſte Tiberius Auguſti priuignus ante imperium prim⁹ oĩum ouans curru
urbem ingreſſus ẽ triumphalibus ornamẽtis: nunq̃ ante cuiq̃ tributo talis honoris genere. Maſſurius teſte
Plinio eodeꝫ. xv. li. auctor eſt: curru quoq; triumphantes myrtea corona uſos. Vnde & L. Piſo tradidit Pa-
pyrium Maſonem: qui primus in monte albano triumphauit de corſis: myrto coronatũ ludos circenſes ſpe
ctare ſolitum. M. Valerius auus maternus Aphricani ſequẽtis duab⁹ utebat̃ coronis laurea & myrtea. Olea
gina aũt corona poſtrema ẽ: qua teſte Gellio uti ſolent: q in prælio non fuerũt: ſed triumphũ ꝓcurant. Et ut
refert Gellius. M. Cato obiæcit. M. Fuluio nobiliori: quod milites ꝑ ambitionẽ coronis leuiſſimis de cauſis
donaſſet: de qua re uerba ipſa appoſuit Catonis. Nam principio qs uidit corona donari quẽq̃: cum oppidũ
captum non eẽt: aut caſtra hoſtium incẽſa non eſſent? Fuluius aũt in quem hoc a Catone dictũ ẽ coronis do
nauerat milites: q uallum curauerant: aut qa puteum ſtrẽnue foderãt. Dabant̃ etiam coronæ i ludis & ſacris
certaminib⁹: quas primum e floribus cõſertas habebãt: ita ut uerſicolorum florũ mixtura: ſuaues etiam mi-
ſceret odores. Nam teſte Plinio in. xxii. ſuæ hiſtoriæ naturalis: Pauſias Sicyonius ex ingenio Glyceriæ coro-
nariæ ab eo dilectæ: pulcherrimũ coronaꝝ artificiũ inſurrexit. Nam ille cũ ſua opera picturæ Glyceriũ cũ
coronis effingeret: illa ut eũ ꝓuocaret coronas ſæpius uariaſſet: cẽtq; inter eos certamẽ artis & naturæ tabel
las interim plures eiuſmodi picturæ reliquit: quæ exemplar uariis & pulcherrimis ſertis exhibuere. Idq; fa-
ctum eſt teſte eodem Plinio poſt Olympiadẽ centeſimam. Sic coronis e floribus recæptis paulo mox ſubiere
quæ uocãtur ægyptiæ: ac deinde cum hyeme terra flores negat Ibernæ uenere ramento e cornibus cincto:
poſteaq; e lamina aurea tenui uel aurata: aut inargentata dabant̃. Et ſubdit Craſſus diues primus argento
auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit. primus q inſtituit celare eas. P. Claudius pulcher bracteaſq;
& phaleras dedit. Hæc Plinius: q in eodem libro oſtẽdit eo luxuriã ꝓceſſiſſe: ut coronas ex odoratiſſimis flo
ribus mero infunderent: & in hilaritate odorum uinum abſorberẽt. Vnde & ſcelerata Cleopatra apparatu
belli actiaci Antonio gratificationem ipſius reginæ timente: nec niſi prægustatos cibos ſumẽte fertur ab ore
eius luſiſſe extremis coronis floribus ueneno illitis: ipſiuſq; capiti impoſita: mox ꝓcedente hilaritate inuita-
uit Antonium: ut coronas biberent. Quis iſtas timeret inſidias? Ergo cum ſerta in cyphum incipiẽti haurire
oppoſita manu. En ego ſum inquit illa chare Antoni: quã tu noua prægustantiũ diligentia caues. Ideo mihi
ſi poſſum ſine te uincere libere occaſio: & ratio adeſt. Inductum in cuſtodiã bibere iuſſit illico expirantem.
Scripſit de coronis apud græcos Mneſtheus: atq; Callimachus medici oſtendentes: q̃ nocerẽt capiti: & quæ

prodeſſent. Scripſit & Theophraſtus Apud latinos uero nonnulli ut ferunt: ſed de floribus ſolus Plinius proſecutus eſt.

S tentor abſq; aliqua aſpiratione ſcribit': fuit heros magnánimus & fortis ex his græcis: qui ad troiá uenerũt cuius teſte Homero li. iliados. v. tantus erat uocis ſonitꝰ q̃tus aliorũ q̃nquaginta. Quod Iuue. ipſe tetigiſſe uidet' in ſatyra Exẽplo quodcũq; malo quũ ait: Tu miſer exclamas: ut ſtentora uincere poſſis: Vel potiꝰ q̃tũ gradiuus homericus. i. mars. De quo late uidimus in dictione gradiuus.

S thenelus cum. th. aſpirato & unico. l. ſcribitur: fuit teſte Homero Papanei regis filius ex Euadne uxore: qui ꝓ græcis ĩ expeditiõe troiana pluria glorioſa peregit. Fuit & alter eodẽ nomine quẽ in cõtiõe Agamẽnonis refert Homerus Perſei fuiſſe filium ex Andromeda coniuge: atq; patrem Euryſtei mycenarum regis.

S thenobæa prima cum. th. aſpirato: penultima cum. æ. diphthongo ſcribitur: & a ſthenos quod ẽ robur deſcendit. Fuit Ariobatis lyciorum regis filia: atq; uxor Prœti regis argiuorum. De qua in dictione Bellerophontes uidimus.

S teſichorus prima cũ. t. exili: ſequens cũ. i. latino: penultima cũ. ch. aſpirato ſcribit': fuit poeta lyricus eximiꝰ. De quo etiam Quintilianus meminit in. x. de inſtitutione oratoria: & Horatius in. iiii. carminum: Cææq; & alcæi minaces Steſichoriq; graues camenæ.

S tilpon cum. t. exili &. i. latino ſcribitur: fuit megarenſis philoſophus: & teſte Heraclide in tantum & mutatione & eloquẽtia & ſapientia præceſſit alios: ut parum abfuerit: quin omnis græcia in illũ intenta: ĩ megará tranſiſſe diceret'. Cicero uero in li. de fato dicit illũ fuiſſe acutum hoĩem: maximeq; ſuis tẽporibus approbatum. Laertius aũt cũ eum maxime ciuilẽ dixerit ſubdit: ac præter uxorem quá dixerat:
Nicarete etiam pellice utebatur.

S tymphalis prima cum. t. exili &. y. græco: ultima cum. i. latino ſcribitur: palus eſt in achaia: ex qua eraſinus ꝓfluit fluuius: & ab illa ſtymphalidas aues dictas nõnulli putauerunt.

S tymphalides prima cum. t. exili &. y. græco: penultima cum. i. latino ſcribit': aues fuiſſe ſcribuntur miræ magnitudinis: ita ut illarum allæ ſolares radios occulerent. Seneca in tragœdia furẽtis Herculis: Solitaſq; pẽnis cõdere obductis diem: petũt ab ipſis nubibus ſtymphalides. has Herculem ſagittis trãſfixiſſe: ad terráq; cecidiſſe: ſcripſerunt poetæ. Quin & eſſe diuerſas ab harpyiis oſtendit Seneca in præfata tregœdia: atque in Medea dicens:
Reliquit iſtas inuio plumas ſpecu
Harpyia cum zetem fugit:
His adiice pennas ſauciæ ſtymphalidis
Lernæa paſſæ ſpicula. Vnde Iſidorum atque Bocatium erraſſe conſtat: qui inter harpyias & ſtymphalides non diſtinxerunt.

S tigma cum. t. exili &. i. latino ſcribit': dici poteſt nota: & inde etiam punctum: & a ϛιζῶ uerbo græco: quod ẽ pungo. Ponitur tamen ꝓ ꝓprio quodam ſigno: ut Martialis in primo: Cæſaris atq; iouis cum fert nũc ſtigma iuuentus: Par onus ut tulerint altius iſte tulit. Idem in. xii. Frons hæc ſtigmate non meo notáda eſt. Et ut quidam putant etiam ſtilla ex eodem uerbo originem traxit: ita ut apud nos gutta dicatur: ut ſtilla aquæ: ſtilla olei. Martialis in præfato. xii. Atq; olei ſtillam donaret opellicus unctor. & inde ſtillicidium: hoc eſt ſtillagę cadium ſi dici poſſet: & ſtillo uerbum ac diſtillo.

S tylus cum. t. exili &. y. græco ſcribitur: dicitur a noſtris columna: unde epyſtilium capitellũ id dicitur: quod ſupra columnam locatur.

S typs cũ. t. exili &. y. græco ſequẽte. ps. ſcribit'. At uero græci dicũt ϛυπόσ: hoc ẽ ſtypus: & ſignificat omne quod facile incẽdit': atq; nomen aſſumpſiſſe dicit' a ϛύπιον: quod ẽ ſtuppa: q̃a ea facillime incendatur.

S timachon prima cũ. t. exili &. i. latino: ultima cũ. ch. aſpirato ſcribit': nomen ẽ uiri ꝓprium: ſed cõpoſitũ ex ϛίζω: quod ẽ pungo: & μαχὴ bellum. Virgi. in Daphnide: Iampridem ſtimachon laudauit carmia nobis.

S tyx cũ. t. exili &. y. græco ſcribit': palus eſt inferni poetarum carminibꝰ decantata. & deducitur a ϛυγνός: q̃ eſt triſticia: uel mæſticia. Hanc Heſiodus fuiſſe filiam dixit Oceani & Tethyos: quæ cum Pallãte concũbens genuit Zelum & Victoriam. At uero Victoria adeo in giganteo bello Ioui fauit: ut ꝓ munere cõcederet illi Iuppiter: ut ſiq̃s deorum per ſtygem paludem matrem eius peieraret: cẽtum ánis priuaret' diuinitate: ut Virgilius li. ænei. vi. Stygeamq; paludem Dii cuius iurare timent: & fallere numẽ. Similiter Homerus ĩ hymno Apollinis καὶ τὸ κατειβόμενον ϛυγος ὕδωρ ὅσε μεγιςος ὅρκος δεινοτατος τε πέλει μάκαρεςι θεοῖσ. Herodotus uero li. hiſtoriarum. vi. dixit ꝓ uera hiſtoria ſtygem paruam eſſe aquam in arcadia in ciuitate: quæ dicit' nonacris ex petra quadam profluẽtem. Hæc eadem teſte Plinio li. ſecũdo naturalis hiſto. licet neq; odore neq; colore ſit abominabilis: ilico tamen pota necat: qualia ſunt magorũ artificum uenena: quæ depræhendi niſi morte non poſſunt. Et in li. xxxi. de eadem inquit: piſciculos quoſdam generat: q̃ comeſti repente perimũt comedẽtes. Eſt & palus alia eodẽ nomine apud Memphim: de qua uidimꝰ ĩ dictiõe Oſiris.

S toici abſq; aliqua aſpiratione &. i. latino ſcribitur: fuerunt philoſophi apud athenas eximii originem ducẽtes a Zenone cictiẽſi: ſic quoq; dicti teſte Laertio de uitis philoſophorum a quadá porticu: quæ erat athenis

& pyſianactica uocabatur:referta uaria & multæ ſcientiæ pictura polygnoti. In qua cum diuerſis tẽporibus iam mille quadringenti triginta ciues interfecti fuiſſent:uoluit Zeno locum illum ſtabilem atq; inuiolabilem reddere. Quare cœpit in illo docere:ad quem eo audiendum diſcipuli cõfluentes:q antea Zonenii dicebantur:poſtea ab ipſa porticu ſtoici ſunt uocati:ut Epicurus in epiſtolis atteſtat᷑. Siquidẽ & ante Zenoneꝫ teſte Eratoſthene poetæ in illa morantes dicti ſunt ſtoici:a quibꝰ multũ incremẽti illa appellatio cæpit.

S tomachus cuꝫ.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur. Nec componi poteſt:ut quidam uolunt ex ſtomatos.i.ore:& κοιλίας uentre:quaſi ſit os uentris:qa tunc quoq;.c.ipſum aſpirari non poſſet:quod apud græcos ſemp aſpiratur. Ideo melius alii dicunt componi ex ſtomatos ideſt ore:& ἔχω:quod eſt habeo: qa os ſit habẽs:& ſic.c.aſpirandum eſt.

S tola cum.t.exili ſcribit᷑:& dicitur a noſtris indumentum.

S torax cum.t.exili ſequente.o.iam ſcribitur. At uero a græcis & antiquis latinis cũ.y. græco ſcribebat᷑ uidelicet ſtyrax. Vnde cum ſit genus aromatis dixit Plinius in.xii.naturalis hiſtoriæ: arabia ex ſyria reuehũt ſtyracem acri odore:eius in focis abigentes ſuorum faſtidium. Quin & ad ſerpentes fugandos urunt in odoriferis ſiluis frequentiſſime.

S tlata abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:latinum eſt & non græcum:ut quidaꝫ putauerũt. Eſtq; teſte Feſto genus nauigii latum magis q̃ altum:a cuius latitudine ſic appellatũ ẽ. Nam ut in primo horum cõmentariorum li.uidimus : antiqui cõſueuerũt dictioni incipienti ab.l.apponere.ſt. Et inde ſtlataria:ut Spondet enim tyrio ſtlataria purpura filo.i.quæ per mare allata eſt.

S tranguria cum.t.exili &.i.latino ſcribit᷑:difficultas eſt urinæ. Nam componit᷑ dictio ex ϛραγγαλίζω:qđ ẽ conſtringo:& uros urinam.

S trategemata abſq; aliq̃ aſpiratiõe ſcribit᷑:dicuntur exẽpla ſeu cõſilia militaria:qbus hoĩes ad ſimilia faciẽda uel imitanda dicunt᷑. Nam cõponitur dictio ex ϛράτος:q eſt exercitus:& ἄγω duco.

S tratocles abſq; aliqua aſpiratione & cũ.i.latino ſcribitur:nomen eſt uiri ꝓprium:cõpoſitũ tamẽ ex ϛρατος qui eſt exercitus:& κλέος gloria.

S tratonicus ſimiliter ſcribit᷑:& cõponit᷑ ex ſtratos & νίκη:quæ eſt uictoria: quaſi exercitus ſit uictor.

S trato abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑:fuit lampſacenus philoſophus Arceſilai filius uir eloquentiſſimus. Et in ſpeculatõne phyſica præ cætæris diligentiſſime ſpeculatus. Vnde & phyſicus eſt appellatus. Fuit Ptholemæi Philadelphi præcæptor:a quo talentis octuaginta donatꝰ ẽ. Scripſit de regno libros.iii.de iuſticia. iii. de diis.iii.de magiſtratibus.iii.de regia philoſophia:de fortitudine:de cælo:de ſpiritu:& de aliis multis rebus. Aiunt eum fuiſſe tam tenuem:ut ſine ſenſu moreretur. Fuere Stratones.viii. Primus Iſocratis auditor. Secundus hic ipſe. Tertius medicus. Quartus hiſtoricus ſcriptor geſtorum Philippi.& Perſæ:qui contra romanos bella geſſere. Sextus poeta epigrãmatum. Septimus antiquus medicus teſte Ariſtotele. Octauꝰ peripateticus:q uixit alexandriæ.

S trymon cum.t.exili &.y.græco ſcribit᷑:fluuius eſt:qui teſte Plinio in.v.naturalis hiſto. macedoniam a thracia ſeparat:fluitq; a uertice montis æmi. Et ut refert Vibius plurimo gelu ſtringitur:ad quẽ tẽporibꝰ calidis multæ grues cõfluunt. Quare Virgilius in.i.georgi.grues ſtrymonias uocauit:duꝫ ait. Strymoniæq; grues & amaris intyba fibris. Et ſimilia Lucanus in tertio.

S trongyle cum.t.exili &.y.græco ſcribit᷑:inſula eſt in mari tyrrheno una ex æoliis ſic quoq; dicta:qa ſit rotũda & globoſa:quod ſtrongylon græce deſignat.

S trophades cũ.t.exili ſcribit᷑:ſunt teſte Plinio in.iiii.naturalis hiſto.inſulæ duæ ĩ mari ionio ante cephaloniã poſitæ prius dictæ plotæ harpyiarum patria:ut ſupra uidimus in dictione Phineus.

S tropylus cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:eſt auicula ægyptia:quæ teſte Solino in collectaneis cum eſcas appetit in os crocodili intrans beluæ dentes paulatim ſcalpit:ſenſimq; ſcalpurigine blandiente aditu ꝫ ſibi uſq; ad fauces facit:moxq; ad interiora penetrat:& populatis uitalibus aluo exit.

S trophius cũ.t.exili &.i.latiuo ſcribit᷑:fuit rex phocenſis pater Pyladis:amicuſq; & conſanguineus Agamẽnonis:de quo in dictione Pylades uidimus.

S truthius prima cũ.t.exili:ſequẽs cũ.th.aſpirato:&.i.latino ſcribit᷑:auis eſt grandis & corpore grauis:quare uolando currit:creſcitq; in aphrica:ut oſtendit Herodotus in.iiii.hiſtoriarum.

S tupa cum.t.exili & unico.p.ſcribit᷑:nam græce dicitur στηπιόν:& habet primam longam. Virgilius in.v. æneı. Stupa uomens tardum fumum:ubi dixit Seruius ſecundũ antiquam orthographiaꝫ:hoc eſt ubi illud y.græcum in.u.noſtrum conuerſum. Nam nos.ſ.moderniores ſtypam dicimus a ſtypãdo. Et ut ſubdit abuſiue etiam dicitur linum.

S ulmo cum.u.ante.l.ſcribitur:oppidum eſt in brutiis pelignæ regionis. De quo Ouidius.

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis:
Milia qui nouies diſtat ab urbe decem.
Et in libro quarto faſtorum ait:
Serus ab iliacis & poſt antenora flammis

Attulit æneas in loca noſtra deos.
Huius erat ſolemus phrygia comes ũnus ab ida:
A quo ſulmonis mœnia nomen habent. Et ſubdit oſtendens ſe illos faſtorum libros eo tpe cópoſuiſſe: quo
apud ſcythas relegatus erat: dicens ad Germanicum: cui opus inſcripſit:
Mœnia Sulmonis patriæ germanice noſtræ:
Me miſerum ſcythico q̃ procul illa ſolo eſt.

S urrhentum cum duplicato. r. & ſecũdo aſpirato atq;. t. exili ſcribitur: oppidum fuit campaniæ a græcis teſte
Iginio conditum: quod palmitibus generoſum dixit. Vnde & Plinius in. xiiii. naturalis hiſto. Vina ſurrhé-
tina in uineis tãtum naſcentia: cõualeſcentibus maxime probata: propter tenuitatẽ ſalubritatemq;. Et ſub-
dit Tiberius Cæſar: dicebat conſenſiſſe medicos: ut nobilitatem ſurrhentino darét. Alioquin eſſe generoſuz
acetum. C. Cæſar: qui ſucceſſit illi nobilem uappam certant maſſica: atq; ex mõte gaurano puteolos baiaſq;
proſpectantia. Nam phalerno contermina ad principatus uenere. Et paululum ſupra dixerat Diuus Augu-
ſtus Setinum prætulit cunctis. Et pergit ſecunda nobilitas phalerno agro erat: quod exoleſcit nimietate co-
piæ: potius q̃ bonitate. Et infra ſubdit: his præponi ſolebant calena. De quibus in ea dictione uidimus. Quí
& ſubſequitur infra mulſum appellant muſto uſq; ad tertiam ptem menſuræ decocto. Quod uero ad dimi
diam eſt defrutum uocamus: omnia in adulterium mellis excogitata. Et ſubdit oſtendens quid ſit paſſuz di-
cens id fieri ex quacũq; uua alba & dulci: tamen præcocta ſiccante ſole: donec paulo amplius dimidiũ pon-
dus ſuperſit: tunſaq; leuiter exprimunt. Idq; dici paſſum: deinde quantũ expreſſere adiiciunt uinaciis aquæ
puteariæ: ut & ſecũdarium paſſum faciant. Et pergit diligentiores eodem modo ſiccatis acinos eximunt: ac
ſine ſarmentis madefactos uino excellenti donec intumeſcant premunt. Et ſupra dixerat pſythium paſſi ge-
nus addito melle eſſe. Et utitur Plinius declinatione uini in plurali uina uinorum & uinis. Idem Horatius in
ſermonibus cum ait: Surrhentina uafer qui miſcet fæce phalerna Vina columbino limuz bene colligit ouo
Et Ouidius de arte amandi libro primo:
Illic ſæpe animos iuuenum rapuere puellæ.
Et uenus in uinis: ignis in igne fuit.

Littera apud græcos & exilis habetur & aſpirata. Exilis quidé hoc é quæ ſine aſpi-
ratione eſt: tau ab illis nominat̃: aſpirata uero theta dicitur. quæ diuerſaz a priori
formam detinet: & uim ipſius noſtri. th. aſpirati detinet: ut in primo horum com-
mentariorum libro late uidimus. Et ut quidam ferunt: erant hæ duæ litteraꝝ for-
mæ exilis. ſ. & aſpiratæ militum notæ apud ueteres. quibus uti deſignabat̃: quot
poſt bellum ex militib⁹ ſupereſſent: quotue i bello cecidiſſent: ita ut. T. quæ exilis
eſt: in capite uerſiculi appoſita ſuperſtitem deſignabat militem. Si uero ipſum. θ.
ad cuius militis nomen appoſitum fuiſſet: illum defunctum annotabat. Quod
Perſius in quinta ſatyra tetigiſſe uidetur cum ait: Et potis es nigrum uitio præfi-
gere theta.

T aburnus cum. t. exili ſcribit̃: & eſt teſte Seruio ſuper ſecundum georgicorum: mons cãpaniæ oliuetis abun-
dans. Quare dixit Virgilius: Iuuat iſmara baccho Conſerere: atq; olea magnum ueſtire taburnum. Eundẽ
retinere optima paſcua dixit idem Seruius ſuper. xii. æneidos.

T achompſo cũ. t. exili & . ch. aſpirato ſcribit̃. Eſt teſte Herodoto li. hiſto. ii. inſula quædam nili.

T ænarus cum. t. exili & . æ. diphthongo ſcribitur: promontorium eſt laconiæ iuxta ſpartam ciuitatem: hoc eſt
circa finem maleæ montis: ut dixit Seruius ſuper. iiii. georgi. In quo q̃a hiatus magnus eſt: ex quo agẽte ſpi-
ritu: q̃a nõnunq̃ ſtrepitus pgredi pcipiuntur: dixere ueteres p hunc eſſe deſcenſuz ad inferos. Vnde Virgi.
Tænarias etiam fauces alta hoſtia ditis. Et Seneca in Hercule furente:
Spartana tellus nobile attollit iugum:
Denſis ubi æquor tenarius ſiluis premit:
Hic ora ſoluit ditis immitis domus. Et reliqua quæ eloquentiſſime proſequitur: atque idem Statius in ſe-
cundo thebaidos.

T ænia cum. t. exili & . æ. diphthongo: atq;. i. latino ſcribit̃: a noſtris dici poteſt faſcia Virgilius in. vii. æneidos
Fit longæ tænia uittæ: ubi Seruius uittæ extremitatem dixit. Sed pro uittis poſuit manifeſte Virgilius in. v.
ubi ait: Puniceis ibant euincti tempora tænis. Alii uero nõ putant eſſe græcum ſed latinũ: & a tenẽdo dedu-
ctum: quod falſum eſt. Nam ſyllabæ q̃titas diuerſa eſt: & ſane notandum é ubi tænis dixit Virgi. a nomina-
tiuo tæna: non autem tænia deduxiſſe.

T agus cum. t. exili ſcribitur: fluuius luſitaniæ toletum radens: qui ut ait Plini⁹ li. iii. naturalis hiſtoriæ: oritur
prope hiſpaniam carthaginem: & ob arenas auriferas cæteris eiuſdem regionis amnibus antefertur. Vnde
ait Iuuenalis in. iii. ſatyra: Tanti tibi non ſit opaci Omnis arena tagi: dixitq; opaci: ideſt frigidi: ut Virgilius

in Tityro:Frigus captabis opacum:ideſt auram frigidam. Item in primo georgicorum:Et ruris opaci Falce premes umbram. Vel dicas opaci:ideſt ob arenulas aureas turbidi. Idem in primo georgicorum:Atq; auro turbidus hermus.

T aygetus cum.t.exili ũtrobiq;:&.y.græco ſcribitur:mons eſt laconum inter lacedæmoniaꝫ poſitus:ſic quoq; cognominatus a Taygeta filia Agenoris regis phœnicum. Eſtq; mons gelidus:dicẽte Lucano i.iiii.,Gelidiq; inculta iuuentus Taygeti. Virgilius uero etiam taygetam montem uocat cum ait in li.ii.georgi. Virginibus bacchata lacænis Taygeta. Vnde & adiectiuum deducitur.ut Taygetiq; canes. Eſtq; etiam Taygeta nomen ꝓprium unius ex pliadibus.

T alæmeneus ſecũda cũ.æ.diphthongo ſcribiť:nomen uiri fuit ꝓprium:q troianis auxilia tulit.

T alentum ſine aſpiratione aliqua:& unico.l.ſcribiť:eſt teſte Iulio Polluce de uocabulis rerum ad Cõmoduꝫ Cæſarem ponderis cuiuſdam nomen:oſtenditq; hoc auctoritate Homeri dicentis χρύσεα πατὴρ ἐτίταινε τάλεντα. Cæterũ ut apud auctores noſtros comperi:duplex eſt talentũ:atticũ & euboicuꝫ. Rurſus & talentum atticum duplex eſt magnum.ſ.& paruum. De magno dixit Liuius in.xxxvi.ab urbe cõdita. Magnũ talentum atticum octoginta libras habet:& paulo plus. Idem in.xxxiiii.manifeſte monſtrauit talentuꝫ illud magnum octogintatres libras & quattuor habere uncias: quod ſi uolumus ad nũmos referre romanos ait Priſcianus:ſex milia denariorum romanorum habere.hoc quoq; ſi complete ſpeculari uolumꝰ:ex ipſis põderibus facile cognoſcere poſſumus. Nam apud romanos hæc ſane pondera in uſu erant: Siliqua primũ quod græci κεράτιον uocauerunt:hoc eſt granum illud:quod ex ea ſiliqua:qua nos fabam græcam uulgo dicimus:extraxerant:& pro pondere aſſumpſerant. Hoc quoq; apud romanos minimum ex nominatis põderibus habebatur. Poſt ſiliquam erat obolus:qui Dardano auctore ſcrypulis ſimiliter apud græcos dicebatur:hic ſex ſiliquas continebat. Drachma deinde poſt ſcrypulum erat:quæ ex deceꝫ & octo ſiliquis:hoc eſt tribus ſcrypulis conſtare dicebatur. Poſt drachmam argenteus habebatur nummus: qui denarius apud romanos uocabatur. Hic ex quattuor ſcrypulis:hoc eſt drachma:& tertia parte confectum erat. Poſt hunc uncia dicebatur.hæc ex octo drachmis ſiue ſex denariis conſtabat. Poſt unciam libra italica erat:quæ ex.xii. conſtabat unciis:hoc eſt denariis ſeptuagintaduobus: ſiue drachmis nonagintaſex. Eadem apud italos as: apud græcos uero mna dicebatur:quam nos minam per interpoſitionem unius.i.traducere conſueuimus. Sed ut certo argumento comprobari poſſe uideo:maior erat q̃ libra noſtra. Namq; ut ait Plinius in.xii. naturalis hiſtoriæ:de ture locutus etiam inueniuntur guttæ:quæ tertiam partem minæ: hoc eſt trigintatrium denariorum pondus æquent.hæc ille. Atticum igitur talentum:quod magnum dicebatur:ut diximus libras octogintatres:& uncias quattuor ex noſtris continebat. Vnde ait Terentius in phormione:Siquis daret talentum magnum. Quare apud romanos teſte Liuio ſic inſtitutum eſt. Talentũ ne minus pondo octuaginta romanis ponderibus pendat. Idem alio loco ſic decreuit ſenatus:ut non pluſq̃ tertiæ libræ & quaternæ unciæ ſingulis deſint talentis. Paruum uero talentum teſte Dardano libras habet ſexaginta: de quo Seneca in decimo epiſtolarum ad Nouatum:Viginti inquit quattuor ſeſtertia:ideſt talentum atticum paruum. Nam igitur uigintiquattuor ſeſtertia teſte Varrone: ſexaginta libras habent: & ſic ſeſtertium duas libras habet & mediam:dicente etiam ipſo Varrone de lingua latina:dipondius enim & ſemis antiquuꝫ ſeſtertium eſt & ueteris conſuetudinis:ut retro æra dicerent ita ut ſemis. Quintus ſemis:quartꝰ ſemis: tertius pronuntiarent a ſemis tertius:ſeſtertius dictus.hæc ille. Id ſcilicet denotans poſt dipondium: hoc eſt duas libras ſemis:hoc eſt mediam libram tertium pondus eſſe. Ita ut ſemis cum ad duo pondera ſit: tertius dicatur ſeſtertius ſeu ſeſtertium:ſicut dipondus & dipondium:quæ per.s. & non per.x.ſcribuntur eo quod a ſemis componuntur. Nam dipondius a duobus ponderibus dictum fuit:& unum pondus aſſipondium dicebatur. Id ideo quod as libræ erat pondus. Deinde a numero reliquum dictum uſque ad centuſſis:ut a tribus aſſibus treſſis:& ſic uſque ad decem. A decem uero aſſibus decuſſis:a duobus decuſſibꝰ uiceſſis:deinde triceſſis uſque ad nonuſſis & centuſſis. Vnde ait Perſius:Et centum grætis uno centuſſo licetur:ideſt auctione uenditur:quæ per incrementum precii fiebat:ut ſupra late uidimus in dictione Auctio. Sed ad talentum redeundo dixit Plinius teſte Varrone talentum atticum ſexdecim aliis taxari. Euboicum uero licet minus attico fuerit:non tamen longe minus. Nam teſte Feſto quattuor milium nummuꝫ romanorum erat. Legimus etiam apud Homerum talentum ſua ætate quid paruum fuiſſe. Nam in ludis funebribꝰ Patrocli ultima præmia dixit duo talenta eſſe. Et primum uictorem bouem accæpiſſe: quo fieri uidetur: ut minus duo talenta q̃ unus bos fuiſſent. Fuerunt præterea diuerſarum unciarum nomina apud antiquos ꝓlata: ita ut libra uel as unciæ duodecium eſſet. Deuns unciæ undecim:quaſi uncia dempta ex aſſe. Dextans unciæ decem:quaſi dempto ſextante ex aſſe. Dodrans nouem:quaſi dempto quadrante ex aſſe: Beſſis unciæ octo quaſi bis triens uel binus triens. Septuns unciæ ſeptem. Semis unciæ ſex:quaſi ſemis as ideſt libra media. Quincuns unciæ quinq;. Triẽs unciæ quattuor.i.tertia pars aſſis. Quadrãs unciæ tres:qa ſunt q̃rta ps aſſis. Sextans unciæ duæ ideſt ſexta pars aſſis.deinde uncia ab uno dicta eſt. At ſeſcuns uel ut alii dicunt ſeſcuntia cum.s.& non cum.x.uncia eſt & media. Sicut ſemodius unus modius eſt & dimidiatus: & ſelibra libra cum dimidia:ſemiuncia ſemis eſt unciæ.duæ ſextulæ ſunt tertia ps unciæ.i.ſcrypuli octo. Sicilicus ſcrypuli ſex.

Sextula ſcrypuli quattuor. Dimidia ſextula ſcrypuli duo. Ruſus ſextula & dimidium ſextulæ ſicilicus appellatur. ſcrypulus ſiliquæ ſex.

Talthybius prima cum.t.exili:ſecũda cum.th.aſpirato atq;.y.græco:penultima cũ.i.latino ſcribit᷑: fuit teſte Homero in græcorum exercitu Agamẽnonis præco: qui una & Eurybates miſſi ſunt ab Agamemnone ad Achillis tentoria pro Briſeide abducenda.

Thalpius cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑: fuit teſte Homero unus ex græcis:q ad troiam uenere.

Thalamus cum.th.aſpirato & unico.l.ſcribit᷑:eſt coiugis utriuſq; cubiculum.

Thalia cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribit᷑:una eſt ex nouem muſis:ut uidimus in dictiõe Muſa. Et apud græcos quidem habet accentum in prima:apud latinos uero in penultima. Virgilius in bucolico:Noſtra neque erubuit ſiluas habitare thalia.& deriuatur. a θαλλω:quod eſt germino uel uireo. Sed ut dixit Seruius latine ſcribi debuiſſet Thalea cum.e.ſicut cytherea & non cytheria. ſed græce protulit Virgilius Thalia p euphoniam i:ut græcum ſeruaret ſonitum:ius uel legem regulæ contẽpſit:quaſi dicere uelit:Regulam eſſe ut ibi apud græcos ẽ ei diphthongus:apud latinos transferri habeat in.e. non in.i.quod (ut ſæpe uidimus) nõ ſemper obſeruamus ut νεῖλοσ nilus σπονδεῖος ſpondens:& plura alia. Sane hæc eadem uel altera codẽ nomine gratiarum fuit una:ut uidimus in dictione charitas.

Thalaſſius cum.th.aſpirato & unico.l.atq; duplicato.s.ſcribit᷑:nomẽ fuit uiri ꝓprium:cui in raptu ſabinaꝝ pulcherrima cõtigit uirgo:ut dixit Plutarchus ĩ uita Romuli:& a θαλάσσῃ: quod eſt mare deducitur.

Thales cum.th.aſpirato:& uuico.l.ſcribitur:fuit unus ex ſeptem græciæ ſapientibꝰ:& teſte Herodoto ex patre Examio:& matre Cleobolina ex thelidarum familia:qui Phœnicum nobiliſſimi a Cadmo:& ab Agenore originem ducũt. Platoneq; teſte natus primuſq; ſapiens uocatus eſt:quo tempore Damaſiꝰ athenis princeps erat:ſub quo ſeptem quoq; ſapientes appellati ſunt:ut Demetrius Phalerius in deſcriptione principũ meminit. Fuit & mileti ciuis inſcriptus. Idem poſt reipublicæ negotia ad contemplãdam rerum naturaꝫ ſeſe tranſtulit. Et ut ait Cicero in primo de natura deorum:primus de reruꝫ natura traditur diſputaſſe. Sane iuxta quoſdam nulluꝫ ingenii ſui monumentum reliquit. Callimachus hunc dicit inuentorem fuiſſe minoris urſæ:ac illius ſtellas notaſſe:quibus phœnices nauigant. putant hunc plæriq; primum aſtrologiæ ſecreta rimatum:ſolis defectus:cõuerſioneſq; prædixiſſe:ut Eudenius de aſtrologiæ hiſtoria Heraclituſq; & Democritus atteſtantur. Sunt qui illum primum dixiſſe immortales eſſe animos affirment:ut Cherillus poeta. ab ægyptiiſq; præcepta geometriæ accæpit. Ipſe idem teſte Hieronymo rhodio oſtendit philoſophum ditari poſſe ſi uellet:cum olei penuriam præuidiſſet. Obiit cum certamen gymnicuꝫ ſpectaret:æſtu.ſ.ac ſiti fatigatus. Ortum Thaletem primo anno.xxxv.olympiadis Appollodorus in chronicis tradidit. Mortuũ ãno ætatis.lxxviii.uel nonageſimo ſecũdum Soſicratem:fuitq; temporibus Crœſi.

Thamanæi prima cũ.th.aſpirato:penultima cum.æ.diphthongo ſcribit᷑:fuerunt teſte Herodoto libro hiſto.iii.populi in ſcythia aſiæ.

Thamyra cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribit᷑ nõnulli thamyras cum.s.ĩ fine : apud græcos uero Thamyris cuꝫ i.latino ante.s.ſcribitur:fuit uir thracius cantandi arte præclarus. Hic teſte Homero in.ii.iliados. Cum ex œchalia ueniens in dorio eẽt:muſaſq; obuias habuiſſet:ſcientiam cantãdi gloriabũdus ſibi uẽdicauit:eaſq; ad certamen muſices ꝓuocauit:ad cuiꝰ inſolẽtem uocẽ illæ Iouis filiæ ſtomachatæ:& modulationẽ qua præditus erat:& pulſandæ citharæ peritiã & ſenſum uiſus penitꝰ abſtulerũt. Quãobrẽ dicebat Ouidius:Quid miſerum thamyram picta tabella iuuat?cum.ſ.eam uidere non poſſet. Et Propertius:

Me licet & thamyræ cantoris fata ſequantur:
Nunq; ad formoſos inuide cæcus ero.

Tanager cũ.t.exili & unico.n.ſcribit᷑:fluuiꝰ ẽ lucaniæ regionis:quæ eſt inter campaniã & calabryam:quem in æſtate ſiccari oſtẽdere uidet᷑ Virgi.cum ait in.iii.georgicoꝝ:Et ſicci ripa tanagri. exponit Seruius ideſt non multum abũdantis aqua.

Tanais cũ.t.exili &.i.latino ſcribit᷑:fluuiꝰ ẽ ſeptẽtrionalis in ſcythia:qui ĩ paludẽ mæotidem defluit:quem niualem dixit Virgilius in.iiii.georgi. Et Lucanus in.iii. Aſiæ quoq; terminus idem Europæ mediæ dirimens confinia terræ. Nunc huc:nunc illuc qua flectitur ampliat orbem.

Thanatos prima cũ.th.aſpirato:ultima cũ.t.exili ſcribitur:dicit᷑ a noſtris mors:& inde athanatos ĩmortalis. Et nõnunq; mors ipſa actum moriẽdi dicit᷑:ut Virgi.in.xi.æneï. Multa boum circa mactant᷑ corpora morti. Aliquando uero deam quãdam:ut Statius in ſcopulis:Mors ſæua ſedet. Et Lucanus:Ipſamq; uocatã: Queꝫ petat a nobis mortem tibi coge fateri.

Tanes cum.t.exili ſcribit᷑:fuit uir perſa:& unus ex ducibus Darii.

Tantalus abſq; aliq̃ aſpiratione ſcribit᷑:fuit teſte Lactantio grãmatico ſuper.ii.thebaidos Iouis ex Plote nympha filius:quod ille apud Senecã in Thyeſte ꝓfitet᷑ cũ ait:Magne diuoꝝ parens noſterq; q̃uis pudeat. Hũc dicit Euſebiꝰ li.de tẽporibꝰ regeꝫ fuiſſe phrygiæ:& bellũ aduerſum Troẽ Dardaniæ regẽ:ac Ganymedis patrem geſſiſſe:eo quod uenãtẽ Ganymedẽ uiolẽter abſtulerat. Idem cũ deos hoſpitio ſuſcæpiſſet filiũ ſuũ Pelopem eis comedendũ appoſuit:mentitꝰ alias eẽ carnes:a qbꝰ epulis dei oẽs excæpta Cerere abſtinuere:quæ

illius comedit humerum:ob quod facinus illuȝ Iuppiter in ĩfernũ detruſit:atq; hoc ipſo ſupplicio dãnauit: ut uſq; ad inferi⁹ labiũ ĩ lympidiſſima diuerſaret' aqua: ſed tunc quoq; cũ ad potum inclinaret' fugaciſſima Inſuper & inclinari arbores redolentibus pomis uſq; ad os eius ſtatuit:quæ omnia fugiebant:dum ea fame uel ſiti capere conaretur. Quare de illo dicebat Seneca in Hercule furente:

In amne medio faucibus ſiccis ſenex:
Sectatur undas:abluit mentum latex.
Fidemq; cum iam ſæpe decæpto dedit:
Perit unda in ore:poma deſtituũt famem.

Et Ouidius in.iiii.metamorpho. Tibi tantale nullæ
Depræhenduntur aquæ:quæq; ĩminet effugit arbos. Et in li.ii.de ſine titulo:
Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat
Tantalus:hoc illi garrula lingua dedit. Quo fit ut inter odorata poma & aquas poſitus:fame ſitiq; pereat. & ut dicũt poetæ fuit hic Tantalus Agamẽnonis & Menelai auus:a quo patronymicum deducit' tãtalides. Ouidi.li.ii.de triſtibus:Quid niſi tantalides agitãte cupidine currus Pyſæam phrygiis uexit eburn⁹ equis. Fuit & alius Tantalus corinthiorum rex adeo pius:ut dicat' a poetis deoꝝ mẽſis accubuiſſe. Ali⁹ fuit Thyeſtis filius ex Merope Atrei coniuge ſuſcæptus:quem ipſe Atreus occidit:& patri comedendum appoſuit.

Tapetum cuȝ.t.exili utrobiq; ſcribit':habetq; accẽtum in penultima. Virgilius in.vii. Inſtrato oſtro allipedes pictiſq; tapetis. Et dicit' etiam hic tapes huius tapetis. Vnde eſt:Qui forte tapetib⁹ altis Extruct⁹. Et ſimiliter idem:Pulchroſq; tapetes.

Tapinoſis cũ.t.exili &.i.latino utrobiq; ſcribit':at ſecũda apud græcos habet ei diphthongum: & dicitur latine humiliatio. Vnde & figura quædam tũc dicit':cum rei magnæ ſit humilis expoſitio. Virgilius in primo æneı. Apparent rari nantes in gurgite uaſto.ubi gurgitem ꝑ mari poſuit teſte Seruio. Nam ταπεινός græce:latine dicitur humilis.

Taphos cũ.t.exili ſcribit':a noſtris dicit' ſepulchrum. Et a tapho deducitur epitaphiuȝ:& ut ait Plinius in.vii. naturalis hiſto. Sepultus intelligit' quoquo mõ conditus:humatus uero humo contectus.

Tapſus cũ.t.exili ſcribit':nomẽ eſt inſulæ decem ſtadiis a ſicilia diſtantis uerſus ſyracuſas: & pene fluctib⁹ par uel parũ maior:ut dixit Seruius. Vnde inquit Virgilius in.iii.ænei. Tapſũq; iacentem.

Taracina cũ.t.exili & unico.r.a nõnullis ſcribit'. At uero in oĩbus græcis codicibus.r.duplicatũ comperi:oppidum fuit uolſcorum in campania:quod prius anxur dicebatur:ut in ea dictione uidimus. Et teſte Solino cum inſula ante eẽt circũflua ĩmenſo mari:nunc æuo nectente addita cõtinẽti:& ob diuerſam fortunaȝ a reginis expertam taracinam a ταράττω:quod eſt conturbo dictam putat.

Thara cum.th.aſpirato ſcribit':fuit teſte Herodoto parthorum uicus.

Taratius cum.t.exili utrobiq; &.i.latino ſcribit':fuit teſte Plutarcho in uita Romuli miniſter Tarchetii impii albanorum regis.

Tharchetius cum.t.exili:&.ch.aſpirato ſcribitur. Rettulit Plutarchus in uita Romuli quoſdam dixiſſe hunc immanem fuiſſe:ac impium albanorum regem.

Tarchon cum.ch.aſpirato ſcribit':nomẽ eſt ꝓprium compoſitum ex τὸ articulo græco:& archon ꝑ abiectionem.o.dicitur Tarchon:ſed cum ſit ꝓprium accipit.ω.magnum in ultima:hoc eſt τάρχος. Sane cum ad latinos tranſfert':deberet abiici ultimum.n.& dici Tarcho:ſicut Apollo:quẽadmodum ĩ primo horum commẽtariorum li.ut plurimum fieri oſtendimus. Et ſic Virgilius in.viii.ænei.n.abiæcit cuȝ ait:Hinc tarcho:& tyrrheni tuta tenebant:cã metri feciſſe dicunt:ut.ſ.ſcynalæpha fieri poſſet.ut ſimiliter in.x.cũ ait:Partheniumq; rhapho & præduꝝ uiribus horſen. Nam rhaphon dicit':ſimiliter tarchon cũ.n. Idem alibi expreſſit: ut in.x.Haud fit mora tarchon iungit opes

Tarentum cum.t.exili utrobiq;:atq; unico.r.ſcribitur:fuit calabryæ urbs inclyta in ultimo Italiæ circa ſalẽtinorum confinia: a Tara Neptuni filio teſte Seruio ſuper tertio æneidos primum ædificata:atq; a ſpuriis ſpartanorum Pallante duce deinde plurimum ampliata. Quod Iuſtinum intellexiſſe puto cum ait libro.iii. ab illis conditam:unde & græci tarantum dicunt: ſicut talantum: ſe per quem modum uenerunt longo & pulchro ſtilo proſequitur idem Iuſtinus. Similiter Florus pulcherrima refert cum bellum ſcribit tarentinũ. Et in uita Pyrrhi in Plutarcho. Id Iuuenalis declarat in ſatyra Stemmata quid faciunt cum ait: Iunctamq; tarentum.

Taras cum.t.exili ſcribitur:fuit Neptuni filius:quem tarentum ædificaſſe quidam putant.

Tarna cum.t.exili ſcribitur:urbs ponitur ab Homero libro q̃nto iliados fertiliſſima: quam expoſitores uocatam poſtea ſardis dixerunt.

Tarpeia cum.t.exili ſcribit':fuit teſte Plutarcho in uita Romuli filia Tarpeii:quæ romanam arcem in capitolio conſtitutam ſabinis prodidit.

Tarſus cũ.t.exili ſcribit':urbs fuit præclariſſima ciliciæ:quam teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ:Perſeus Danaes nobiliſſima proles ædificauit. Vnde & Lucanus in q̃rto. Deſerit' tauriq; nemus pſeaq; tarſus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Per hanc fluuius amœniſſimus cydnus defluit:ut in ea dictione uidim⁹:fuitq; Pauli apoſtoli patria.

T artarus abſq; aliqua aſpiratione ſcribit’:locus eſt infernalis:quem Ariſtarchus ſuper Heſiodi theogonia a ταράττομαι:quod eſt conturbor deriuari dixit:q̃a illic omnia perturbata dicunt’: & ĩ plurali ſolo neutro genere effertur.

T arteſſus abſq; aliqua aſpiratiõe:& cũ duplicato.ſ.ſcribit’:locus ponitur ultra colũnas Herculis.

T aſium cũ.t.exili &.i.latino:atq; unico.ſ.ſcribit’:genus eſt uini a τάσις quæ eſt detentio deductum.

T atianus abſq; aliqua aſpiratione ſcribit’:nomen ẽ uiri ꝓprium.

T aurus cum.t.exili ſcribit’:& ꝓ quocũq; forti boue accipit’. Virgilius li.georgi.i. Ergo age terræ Pingue ſolum primis ex templo a mẽſibus ãni Fortes inuertant tauri. Et inde taurinus: ut in. iii.eiuſdem operis. Alii taurinis follibus auras Accipiunt. Nam omnia nomina quæ a mutis aĩalibus in hanc formam deriuant’:ĩ lõgam in penultima ſeruant:u t aper aprinus:caper caprinus:lupus lupinus:formica formicinus. Plaut⁹ ĩ menæchinis: Atq; eccum incedit gradu formicino. Lepus leporis leporinus. Hirũdo hirũdinis herũdinus. Idẽ Plautus in rudente: Ad hirũdininum nidum uiſa eſt mihi ſimia aſcenſionem ut faceret. Similiter ueruecin⁹ a ueruece:& porcinus a porco:ouinus item ab oue:ſuinus a ſue. Nam ouilla & ſuilla teſte Priſciano diminutiua ſũnt. Eſt etiam taurus mons:q̃ teſte Plinio in.v.naturalis hiſto.ⁱ& Solino ĩ collectaneis primo: ab indico mari ſurgit. Deinde inter ægyptum & pamphilicum pelagus obiectus ſeptentrioni dextero latere:leuo meridianæ plagæ occurrit. Deniq; ſe rhypheis iugis ãnectit:ſed pro gentium ac uarietate linguarum pluriſariam nominatur. Apud indos hiamos:apud parthos prenyphates:inde taurus. Aſt ubi in excellentiſſimam ſublimitatẽ cõſurgit caucaſus. Pomponius uero Mela li.i.ſuæ coſmographiæ conat’oſtendere caucaſũ nõ eẽ iugum tauri montis ꝑ hoc:quod euphrates q̃ a latere tauri demiſſus eſt:tendens in meridiem caucaſum a ſiniſtra:& taurum excludit a dextera.

T aurominium cum.t.exili &.i.latino ſcribit’:mons eſt & ſupra illum in ſicilia:quam eẽ romanorum coloniã dixit Ptholemæus in geographia. Eſtq; teſte Appiano aſperrimus:& acutiſſimos detinẽs lapides:iuxta cui⁹ litus optimos capi mullos oſtendit Iuue.in ſatyra Si te propoſiti cum ait: Mullus erit domino:quẽ miſit corſica:uel quem Taurominitanæ rupes.& reliqua. Nam teſte Priſciano circa finem libri ſecundi a tauromino taurominitanus deriuat’:ut a gadibus gaditanus:a drepano drepanitan⁹. Vnde Plini⁹ libro.xiiii. naturalis hiſto. Taurominitanus inq̃t honos lageis.i.uuis,ꝓ mamertino plærũq; ſubditur.

T auchira cum.ch.aſpirato:&.i.latino ſcribitur:ciuitas eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto:barcæorum in libya.

T antologia cum.t.exili utrobique ſcribitur:ad litteram exponi poteſt ideſt eloquium:ut Virgilius in primo æneidos: Si fata uirum ſeruant:ſi neſcitur aura Aetherea:neq; adhuc crudelibus accubat umbris. Idẽ in.iii. Humilẽq; uidemus Italiã:italiam primus cõclamat achates:Italiã læto ſotii clamore ſalutãt. Nã totũ quod repetit’unum ẽ:ſed ad exprimẽdum affectum crebro ſermone denuntiatur.

T axus cum.t.exili ſcribitur:dictio latina eſt:& denotat arborem:de qua late in dictione Similax uidimus.& eſt generis fœminini:cum ponitur,ꝓ arbore.ut Virgilius in bucolicis: Sic tua cyrneas fugiant examina taxos cum uero,ꝓ animali ẽ generis maſculini.

T haumantias prima cum.th.aſpirato:& penultima cum.t.exili:&.i.latino ſcribitur:uocata fuit hoc nomine Iris ab θαῦμα:quod eſt miraculum:ſeu admirabile. Nam ſic quoq; apud mortales is diuerſorum colorum aſpectus uiſus eſt:& iõ thaumãtis.i.miraculi filia dicta ẽ. Vnde & thaumãtias deriuatum eſt. Virgi.libro.ix. ænei. Ad quem ſic roſeo thaumãtias ore locuta eſt.

T haſii cũ.th.aſpirato & unico.s.ſcribit’:populi ſunt thraciæ:teſte Herodoto li.hiſto.vi.in inſula thaſo degẽtes:apud quos fodit’ materia auri:& aliorum quorũdam metallorum.

T earus cum.t.exili & unico.r.ſcribitur:fluuius eſt thraciæ:ad cuius caput cum Darius ad ſcythas proficiſcẽs & boſphorum tranſmeaſſet:applicuerit caſtra diebus tribus cõtinuit:cuius dulciſſima & limpida aqua delectatus:eo in loco columnam teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto:græcis litteris inſcriptam appoſuit cuiu s ĩſcriptionẽ latine ſic traducimus: O teari fluuii fons:cum omnium fluuiorum optimam & pulcherrimam proferas aquam:& ad te Darius Hyſtaſpis filius perſarum & meſopotamiæ rex omnium hoĩm optimus & pulcherrimus:ad ſcythas,ꝓficiſcens ꝑuenerit:hæc quoq; tibi inſcripta appoſuit.

T heatrum prima cum.th. aſpirato:ultima cum.t.exili ſcribitur:dici poteſt a nobis uiſorium uel ſpectaculũ Cuius origo teſte Caſſiodoro(neminem enim præter hunc de re hac legere ualui)ab græcis tracta eſt. Nam cum agricultores feriatis diebus ſacra diuerſis numinibus per lucos uicoſq; celebrarent:athenienſes primũ agreſte principium in urbanum ſpectaculum collegerũt:theatrũ græco uocabulo appellantes: quod eminus aſtans turba conueniens ſine aliquo impedimento conſpiciat. Et infra ſubdit:hos ritus romani ſicut cætera extrema ad ſuam rempublicam non inutiliter trahentes: ædificium alta cogitatione concæptum magnanimitate mirabili condiderunt. Hæc illi in epiſtola ad Symmachum Boetii ſocerum oſtendit eam machinam in hemicycli ſpeciem eſſe conſtructam: & frontem illam quæ uelut corda inter arcus cornua patebat ſcænam appellari: Quæ binis & ſæpe pluribus contignationibus conſtabat.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Hemicyclus uero nullo obtectus fornice lintheis quandoq; tegebatur. Vnde ait Plinius li.xix.naturalis hi-
ſtoriæ:Primus omnium Catullus lintheis in theatro umbram fecit:& pariter byſſina uela primus in theatrū
duxit.habebat & theatrum gradus:in qbus hoies ad ſpectādum conſidebant:ita ut altiores in ambitu ſem-
per excreſcerent.In quam ſane formam primū theatrum.M.Scaurus in ſua ædilitate:non qdem perpetuo:
ſed triginta tātūmodo diebus ſcænicorum ludorum duraturum extruxit. dicente Plinio:Hic fecit in ædili-
tate ſua opus maximum oium:quæ unq̄ fuere humana manu facta:non temporaria mora:ueruꝫ etiā æter-
nitatis deſtinatione.theatrū hoc fuit ſcænæ triplicis trecētarum ſexaginta columnarum:ꝑs ſcænæ inferior e
marmore fuit:media e uitro. Inaudito etiam poſtea genere luxuriæ ſummæ colūnæ tabulis inauratis:& co
lūnæ(ut diximus)duodequadraginta pedū.Signa ærea inter colūnas ut diximus fuerunt.xxiiii.numero.ca-
uea ipſa cæpit hoim octoginta milia.Quod aūt ſcribit Plinius ſe ſupra dixiſſe:fuit in li.xxxiiii. in hæc uerba
In.M.Scauri ædilitate tria milia ſignoꝝ in ſcæna tātum fuere temporario theatro.Et li.xxxvi.non longe ab
initio:trecētas inqt ſexaginta colūnas.M.Scauri ædilitate ad ſcænam theatri temporarii:& uix uno mēſe fu
turi in uſu uiderunt portari.Et infra ſubdit:Maximas earū duodequadraginta pedibus luculei marmoris.
hæc ille.qui & marmora de tēporariis theatris ſcripſit.Nam eodē li.oſtendit.C.Curionē:q bello ciuili par-
tibus cæſarianis fauit:in funebri patris munere theatra duo temporaria conſtruxiſſe. Vnde ait theatra duo
iuxta fecit ampliſſima ex ligno acerno:ſingulorum uerſatili ac penſili libramēto.In quibus utriſq; ante me-
ridianum ludoꝝ ſpectaculū numerum fiebat edictio inter ſe auerſis:ne iuicem obſtreperēt:& repente circū
actis:ut conſtet poſtremo die ſedētibus aliquibꝰ & cornibus inter ſe coeuntibus amphitheatrum gladiatoꝝ
ſpectaculum edebat ipſm magiſtratum & populū circūferens romanum. Et ſubdit longo ꝓceſſu oſtendens
ſe populi romani furorē admiratum:qui terrarum uictor:& totiꝰ dominator orbis uniuerſus uelut duobꝰ
nauigiis impoſitus binis cardinibus ſe crediderat:& ſeipſm depugnātem ſpectabat periturus momento ali-
quo laxatis machinis. Verum māſurum theatrum ex quadrato lapide primus Pompeiꝰ magnus romæ ſtru-
xit.De quo Cornelius Tacitus:Nerone inqt quartum Cornelio Coſſo conſulibus.Quinquēnale ludicrum
romæ inſtitutum eſt more græci certaminis uaria fama:ut cuncta ferme noua.Quin.Cn. quoq; Pompeium
incuſatum a ſeniorıbꝰ ferunt ꝙ māſuram theatri ſedem poſuiſſet. Nā antea ſubitariis gradibus & ſcæna in
tempus ſtructa fuerat.Et infra ſubdit: Sed conſultum pſimoniæ quod perpetua ſedes theatro locata ſit:po
tiuſq; imenſo ſumptu ſingulos per ānos conſurgeret ac ſtrueret̃.huius theatri magnitudinē ideꝫ Corneliꝰ
Tacitus ex illo oſtendere uidet̃: ꝙ Nero nobilibus germanis populi romani magnitudinē oſtenſurus. Eos
ut inquit in Pomponei theatrum populo plenum introduxit.Quin & teſte Plinio li.xxxiiii.naturalis hiſto.
hoc ipſm theatrum Nero inſano ſumptu inaurauit:ut in illo Tiridantem armeniorū regem exciperet. Verū
Suetonio teſte:licet hoc theatrum a Cn.Pompeio incohatum fuiſſet:& magna pte extructum Caligula im
perator abſoluit.Hoc inter miranda totius orbis ædificia Caſſiodorus in epiſtolis admirat̃.Apud hoc ipſm
theatrum Pompeius atrium ſui nominis(quæ multis poſtea in locis curia appellata eſt)ſtruxit.Quo in loco
C.Cæſarem occiſum fuiſſe Suetonius ſcribit.Ante quod atrium porticus fuit pompeiana. De qua Ouidiꝰ
de arte amandi dixit:

Tu modo pompeia lentus ſpatiare ſub umbra:
Cum ſol herculei terga leonis adit. Theatrum etiam ſummæ magnitudinis teſte Suetunio a Cæſare ſtruit̃:
tarpeio monte accubans.Scænæ uero cauſa ex eo proceſſit:ut inde comici tragiciq; & cæteri poetæ ſua reci
tarent poemata.Sunt & additi pantomimi:quibus perſonatis tragicorum & poetarum inuenta per ſingu-
lorum actuū aſſimulationem monſtrarentur.Erant & in ſcæna aulæa:erant præcones:erant tibicines:citha-
rœdi:cornicines:choraules:organarii:ſymphoniaci:tragœdi:comici:homeriſtæ:funiambuli:pilarii:poda-
rii.& ſimiles.Et ut ait Seruius in undecimo æneidos:ludi theatrales apud ueteres non erant niſi in honoreꝫ
Liberi patris.

T heatrides cū.th.aſpirato ſcribit̃:fuit nomen uiri ꝓprium.

T hebe huius thebes:uel thebæ harum thebarum in plurali numero utrūq; ab auctoribus comperitur: & cū
th.aſpirato ſcribitur:nomen fuit nonnullarum ciuitatum. Nam una in ægypto erat : quam teſte Diodoro
ſiculo libro hiſtoriarum ſecundo:Buſyris ægypti rex condidit:& quam græci heliopolim:ideſt ſolis urbeꝫ
uocauere.Cuius mœnia centum quadraginta ſtadiorum ambitu fuiſſe dixit.Eamq; magnis ædificiis ac ſpe
cioſis deorum templis:aliiſq; ornamentis pulcherrimis exornauit.Simili modo & priuatorum domus uſq;
ad quartam & quintam contignationem ſtruxit. Ciuitatem inſuper non ægypti ſolum: ſed aliarum orbis
omnium reddidiſſe fœliciſſimam idem auctor enarrauit. Hanc eandem Plinius libro trigeſimoſexto natu-
ralis hiſtoriæ : penſilem totam fuiſſe ſcribit:ſubter quam reges ſoliti erant exercitus maximos armatorum
educere nullo ſentiente ex oppidanis. Et quod mirabilius eſt medium oppidum fluuius interſecabat.Ha-
buitque teſte Homero libro iliados quinto:portas centum:quod Iuuenalis tetigit in ultima ſatyra cum ait:
Atq; uetꝰ thebæ centū iacet obruta portis.A qua ut Plini.cōfirmauit:regio thebaica æthiopiæ cōtermia de-
nomiata ē.Alia fuit thebe ī boetia ab Cadmo Agenoris filio primū ædificata:ſꝫ ab Amphiōe: ut ī ea dictiōe
uidimꝰ muris plurimū exornata.Fuitq; urbs clariſſima:& Bacchi atq; Herculis patria:quā tandē Alexāder

magnus euertit uenditis ciuibus ſub corona. Hæc nõnunq̃ a poetis draconigena nominať: quia a Cadmo cum qnq; uiris natis ex quodam dracone ab ipſo interfecto cõſtructa fuit: & apud auctores obſeruatum eſt ut thebani a thebis in boetia: & thebei a thebis in ægypto dicantur. Alia teſte Homero lib. iliados. vi. fuit in cicilia patria Andromaches uxoris Hectoris: quod Ouidius li. i. triſtium cum ait: Nec cruciere minus q̃ cuȝ thebana cruentum Hectora theſſalico uidit ab axe trahi. de qua uidimus in dictiõe Andromache. Alia etiã teſte Plinio libro. iiii. naturalis hiſto. fuit in lucania: quæ regio eſt Italiæ inter campaniaȝ & calabryam: ut uidimus in dictione Italia.

Theano cũ. th. aſpirato ſcribiť: habetq; accẽtum in fine. Fuit teſte Homero li. iliados. vi. filia Ciſſi thracii: & Antenoris dia coniunx: quã troiani ſacerdotio Mineruæ præfecerũt.

Techna cũ. t. exili & . ch. aſpirato ſcribiť: diciť apud noſtros ars. Terentius: Quam ſcio hanc eſſe technã Parmenonis. & inde technites artifex. Vnde teſte Vitruuio li. iiii. de architectura: Callimachus ob elegantiaȝ & ſubtilitatem artis marmoreæ Calotechnus fuit nominatus ideſt bonus artifex: & ſic per oppoſitum cacotechnus malus artifex dici poteſt.

Thecla cum. th. aſpirato & . c. exili ſcribiť: nomen eſt ꝓprium mulieris.

Telamon cum. t. exili ſcribiť: fuit Aeaci filius: frater Pelei patris Achillis: atq; pater Aiacis: & rex ſalaminæ: ut uidimus in dictione Aſopus.

Telecrus cum. c. & . t. exilibus ſcribitur: rex fuit laconiæ.

Telemachꝰ cũ. t. & . ch. aſpirato ſcribiť: fuit filiꝰ Vlyxis ex Penolope: quẽ ad troiã ꝑgẽs cũ uxore puulũ reliq̃t.

Telemus cum. t. exili & unico. l. atq; ſine aliqua diphthongo ſcribiť: fuit teſte Homero in odyſſea: & Theocrito in bucolicis unus ex cyclopibus & mantes magnus: q Polyphemũ occæcãdum ab Vlyxe prædixit: dicente ipo Polyphemo apud Theocritum in ea ægloga: quæ icipit Δαμόιτασ καί Δάφνισ: de ipſo ſcilicet Telemo: Τήλεμος ἔχθρὰ γορέων ἔχθρα φέρωποτί δικον όπωσ Τεκέεσσι φυλάστί. Ouidiꝰ uero lib. xiii. metamorpho. ſi texus iam emendatus habeť non Telemum: ſed Telephum uocauit dicens:

Telephus eurymedes: quem nulla ſefellerat ales
Terribilem polyphemon adit: lumẽq; quod unũ
Fronte geris media rapiet tibi dixit ulyxes.

Sed ex defectu librarioꝝ ex ſimilitudine nominum ꝓceſſiſſe exiſtimo.

Telephus cum. t. exili: & unico. l. ſcribiť: fuit Herculis filius ex Auge nympha ꝓgenitꝰ: ũt Sophocles atteſtať quem in ſiluis expoſitum a cerua lactatum dixit. Sed tractu temporis robuſtus effectꝰ in licia cithenſibꝰ imperauit. Venienſq; deinde in auxilium troianoꝝ: dum Vlyxem inſeq̃tur a trunco: quẽ in uinea forte oſtẽdit præpeditus: ab Achille in ſiniſtro femore uulnerať: ſed a ſuis ꝓtectus manus illius effugit. Ac cum ĩdies uulneris dolore grauareť: nec adhibita ꝓficerent remedia: Apollinẽ cõſuluit: qui reſpondit non aliter illum liberari poſſe: q̃ quod iterum ab Achille uulnerandus accederet: qui ſic quoq; ab illo iterum uulneratꝰ incolumis effectus eſt. Quod Ouidius tetigit li. i. de remediis cum ait:

Vulnus achilleo quæ quõdam fecerat hoſti:
Vulneris auxiliũ pelias aſta tulit.

Quin & Pyrrhus Agamẽnoni apud Senecam in troade dixit:

Inhoſpitali telephus regno impotens
Dum myſiæ ferocis introitus negat:
Rudem cruore regio dexteram imbuit:
Fortẽq; tandẽ ſenſit & mitem manum.

Quod Plinius ad naturalẽ referens hiſtoriam dixit ferri naturã ſtiticiſſimam eſſe & ſiccã. Quare in emplaſtris plagaꝝ cõſolidatiuis limaturã ferri medici cõſueuerũt adhibere ut Achilles edoctus a Chirone ꝑ imiſſionem ferri Telephi uulnus ſanaſſe dicitur.

Telegonus cum. t. exili & abſq; aliqua diphthongo ſcribitur: fuit Vlyxis filius ex Circe: qui poſtea patreȝ incognitum interfeciſſe ſcribitur.

Teleſco cũ. t. & . c. exilibus ſcribiť: fuit nympha Oceani & Tethyos filia: ut oſtendit Heſiodus in theogonia.

Telys cum. t. exili & . y. græco ſcribiť: fuit teſte Herodoto libro hiſto. v. Sybaritum tyrãnus: facitq; ĩ genitiuo Telyos: ut Tethys tethyos.

Teleſarchus cum. t. exili & . ch. aſpirato ſcribitur: ciuis fuit ſamius.

Teleſtor abſq; aſpiratione: & unico. l. ſcribitur: fuit pater Euripidis.

Telonæus cum. t. exili & unico. l. atq; . æ. diphthongo in penultima ſcribitur: locus eſt ubi ꝓ magnis mercibꝰ exigitur. Nam τέλοσ græce apud nos tributum & uectigal & penſio traducitur.

Tellus cum. t. exili & duplicato. l. ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſto. primo: uir athenienſis: quem Solon Crœſo beatiorem putauit.

Telum cum. t. exili & unico. l. ſcribiť: omne id dicitur quod iaci poteſt: & a τήλορ quod latine longum ẽ deriuatur. Vnde & ꝓ gladio: q longus eſt nõnunq̃ ſumitur. Virgi. li. ix. æneí. At nõ hoc teluȝ mea quod ui dextera uerſat Effugiens. ubi telum. i. gladium intellexiſſe Virgilium dixit Seruius.

Themillas cum. th. aſpirato & . i. latino: atq; duplicato. l. ſcribitur: nomen fuit uiri troiani.

thectamenẽs

T heċtamenes prima cum.th.aſpirato:reliquæ ſine aſpiratione ſcribũtur:nomen fuit uiri ꝓprium.

T empe cum.t.exili ſcribit̃:nemus eſt æmoniæ inter oſſam & olympum ſitũ:qnq; milibus paſſuũ in longitudinem tendens:arboribꝰ tectum ſe ab utraq; ripa penei fluminis in cæluꝫ tollentibꝰ:quæ inter alia placidiſſimam umbrã reddũt.Nã ꝑ eius medium amnis peneus a pindi radicibꝰ ꝓfluens: iucũdiſſime diſcurrit: gramine ueſtitis marginibꝰ auiũq; concentu:& calculorum aquarum ſonitu peramœnus. Vnde ait Virgiliꝰ in iiii.georgi.Paſtor ariſtæus fugiens peneia tempe.Et Ouidius in.i.metamorpho.inquit:
Eſt nemus emoniæ prærupta:quod undiq; claudit
Silua:uocant tempe:per quæ peneus ab imo
Effuſus pindo:ſpumoſis uoluitur undis.Et reliquã.

T empſa cum.t.exili ſcribit̃:fuit ciuitas brutiorum.

T embrius cum.t.exili ſcribit̃:fuit teſte Orpheo in argonautica fluuius iuxta pontum.

T hemis cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit dea:quam teſte Feſto putabant eam eſſe:qua hõibus præciperet id petere quod fas eẽt:illãq; id eẽ exiſtimabant:quod fas ẽ. Naꝫ θέμισ fas apud græcos deſignat:habuitq; templum in boetia iuxta cephiſium amnem:ad cuius oraculum acceſſit Deucalion cum pyrrha uxore pro cõſilio recuperationis humani generis.

T hemiſtocles prima cũ.th.aſpirato:reliquæ ſine aſpiratione ſcribũtur:fuit uir atheniẽſis Neocli filiꝰ:ab adoleſcentia infamis.Sed hanc infamiã mirandis uirtutibus reliquo ſuæ uitæ tempore expurgauit:adeo ut anteferat̃ huic nemo:uel pauci pares putent̃.Nam teſte Thucydide de inſtãtibꝰ:quibuſq; ueriſſime iudicabat de futuris callidiſſime coniiciebat.Hic cuꝫ Xerxes & mari & terra bellum uniuerſæ inferret græciæ:cũ tãtis copiis:quantas neq; ante neq; poſtea habuit quiſq̃:ut in dictione Xerxes uidebimus:nõ ſoluꝫ ſalus patriæ & totius græciæ:ſed totius europæ fuit.Nam cũ maxime athenienſes peti dicerent̃:ob pugnaꝫ.ſ.marathoniam:in qua perſæ turpiter debellati fuerant:& ipſi delphos cõſultum q̄dnam facerent de rebus ſuis mitterent.Reſpondit Apollo teſte Herodoto:ut mœnibꝰ ligneis ſe munirent. Quod cũ nemo intelligeret: Themiſtocles perſuaſit conſilium Apollinis:ut in nauibꝰ ſe ſuaq; cõferrent.Quod ita fuiſſe cõpertum eſt. Nam ſic quoq; ſe cõponentes Xerxem ſua uirtute Themiſtocles nauali prœlio debellauit:& ex europa diſcedere tanto artificio curauit:ut ſe a Themiſtocle conſeruatuꝫ magis q̃ ſuperatũ crederet.Fecitq; præclara multa: quæ alii hiſtorici tractauerũt.De quo Quintilianus li.xi.de inſtitutione oratoria:Cæterum inquit quantuꝫ natura ſtudioq; ualeat memoria.Vel Themiſtocles teſtis:quẽ unum inter ãnũm optime locutũ perſice conſtat.Vel Methridates:cui duas & uiginti linguas:quot natõnibꝰ imperauit:tradit̃ notas fuiſſe.Vel Craſſus ille diues:q cum aſiæ præeſſet:qnq; græci ſermonis differentias ſic tenuit:ut qua quiſq; eum lingua poſtulaſſet:eadem ius ſibi redditum ferret.Vel Cyrus:quẽ oĩm militum tenuiſſe creditũ eſt nomina.Quin ſemel auditos quãlibet multos uerſus ꝓtinus dicitur reddidiſſe Theodectes.

T hema cum.th.aſpirato ſcribit̃:dici poteſt latine poſitum.

T enedus cum.t.exili ſcribit̃:fuit inſula notiſſima fama in conſpectu troiæ.

T henſa cũ.th.aſpirato ſcribit̃:ſunt uehicula quibꝰ deoꝝ ſimulachra religioſe portabant̃.Vnde Liuiꝰ lib.v. Quæ auguſtiſſima inq̄t ueſtis ẽ thẽſas ducẽtibꝰ triũphantibꝰ:ut ea ueſtiti medio ædiũ eburneis ſellis ſedere.

T heognis cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit poeta græcus.de quo Plato in li.de legibꝰ ſæpe meminit.

T heoclymenes prima cum.th.aſpirato:ſequẽs cum.t.exili &.y.græco ſcribit̃:fuit mantis quem Telemachus de Vlyxe conſuluit.

T heodorus cum.th.aſpirato ſcribit̃:nomen eſt uiri ꝓprium.de cuius cõpoſitione in antecedentibꝰ uidimꝰ. & de illiꝰ accentu in dictione Proſodia circa fnem.

T heodoſius cũ.th.aſpirato ſcribit̃:nomen fuit ꝓprium duorum clariſſimorum principum.

T heon cũ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Quintiliano li.xii.de inſtitutiõe oratoria:ſamius pictor:& in cõcipiẽdis uiſionibus(quas græci φαντασιας uocant)eximius.

T heopompus cum.th.aſpirato ſcribit̃.Quo nomine clariſſimi uiri nominati fuerunt.Vnus fuit ſpartanorũ rex:de quo Quintilianus de inſtitutione oratoria:& Valerius de moderatione meminerũt.Alius teſte Gellio libro.x.noctium atticarum:fuit tragicus & orator.

T heophraſtus prima cuꝫ.th.aſpirato ſcribit̃:fuit creſius.& teſte Anthenodoro in li.deambulationũ.viii.fullonis filius.In propria patria audiuit primo Leucippum ciuẽ ſuuꝫ.Inde cũ Platonem audiuiſſet: ſe ad Ariſtotelem tranſtulit.Eoq; in chalcidem ꝓfecto illi in ſcolæ regimine ſucceſſit.Fuit uir ſummæ prudentiæ:ſtudiiq; ſingularis:atq; eloquii admirandi.Ita ut cum antea teſte Laertio in uitis philoſophorũ:& Boetio ſup libros periphermenias Ariſtotelis:illi tyrãno nomen eẽt:ob diuinam eloquẽtiam Ariſtoteles Theophraſtũ uocitauerit.Et ut idem rettulit Boetius ſuper Porphyriũ:cõſueuit Theophraſtus in oĩbus his:quæ poſt magiſtrum diſputat leuiter illa ꝑtingere:quæ.ſ.ab ipſo Ariſtotele dicta ante cognouit.At quæ ab illo non ꝑtractata fuiſſe ꝑcæpit diſſerit diligentius.Itaq; circa trecenta librorum uolumina edidit.Et teſte Laertio libros tres priorum analyticorũ ſcripſit:& poſteriorũ ſeptem.De naturis.xviii.quorum ſeptem ut grandẽ & precioſiſſimum theſauꝝ teneo.De naturalibus hiſtoriis decem.De motu tres.De quæſtiõibꝰ.xxiiii.De diis.iii.

De legibus unum. De poetica unum. De oratoriis præcæptis unum:qn & plures alios:quos omnes diuina eloquẽtia præditos dicũt. Credit̃ & primum illũ:quẽ metaphyſicoꝝ Ariſtotelis dicimus:librum illius fuiſſe Verum cũ teſte Gellio li. noctium atticaꝝ. viii. Omniũ ſuæ ætatis facũdiſſimus eẽt:uerba tamẽ pauca ad populum athenieſem facturus:deturbat⁹ uerecũdia ſiluit. Pergebant ad eũ audiendum teſte Pamphylo in uigeſimoſecũdo cõmẽtariorum libro:duo milia diſcipuloꝝ. & ut idem auctor rettulit Menãdrum comicum iſtituit. Habuit & Nicomachũ Ariſtotelis filium diſcipulũ : quem teſte Ariſtippo in antiquis delitiis lib. iiii. libidinoſe amauit. Fuitq; beneficus & affabilis:& athenienſib⁹ mirum in modũ gratiſſimus. habebatq; hoc ſemper in ore:Sumptus precioſiſſimus tempus ẽ. obiit ãnorum. lxxxv.

T erebrum & terebra cũ. t. exili ſcribit̃:ut qdã putant græcũ ẽ:& a uerbo Τερέτρεω quod eſt forare deſcẽdere dicunt. Alii uero qbus magis adhæreo latinum putant:& a terendo deducũt:atq; ex ſe diminutiuũ gignit terebellum non terebellam.

T eredon cũ. t. exili ſcribit̃:uermis eſt ille:q rodit ligna. & græcũ eſſe cõtẽdunt: atq; ab ſono illos deducere dicunt:qui eſt Τερηδων. Nõnulli uero ex noſtris capta opportunitate a terendo deducũt.

T erebinthus prima cũ. t. exili:penultima cũ. i. latino:ultima cũ. th. aſpirato ſcribit̃:arbor eſt quædam nigrũ lignum cũ ſplendore præferens:habẽſq; ſoliditatem in buxi ſpeciem. Virgili. li. x. ænei. Incluſum buxo aut orithyia terebĩtho Lucet ebur. De hac arbore late Plinius in. xiii. naturalis hiſto.

T ereus cũ. t. exili ſcribit̃:fuit rex thracum:& Martis filius ex Biſtonide nympha:ut Callimach⁹ enarrauit:dicente etiam Ouidio li. vi. metamorpho. Et genus a magno ducentem forte gradiuo. Hic teſte Solino i ceniẽſi trhaciæ regione bectiam urbẽ ꝑ regia poſſidebat. Sed cum teſte Ouidio præallegato loco athenas bellica uirtute a barbaris liberaſſet:loco meriti:ut inter eum & Pandionem athenaꝝ regẽ firmior amicicia ſeruaretur:Prognem Pandionis filiã duxit uxorem. Quinto deinde ſequẽti anno Progne marito blandiens: cum iam illi Itym filium peperiſſet:Si gratia (dixit) ulla mea eſt:uel me uiſendam mitte ſorori:uel ſoror huc ueniat. magni mihi muneri inſtar germanam uidiſſe dabis. Profectus igit̃ athenas Tereus impetrauit a Pandione:ut ad uiſendam ſororem duceret Philomenã:quam cũ ſua litora tetigiſſet:in nemora alta traxit: & turpiter ſtuprauit:fruſtra clamato ſæpe parente:ſæpe ſorore ſua. & cũ clamare:ac lamẽtari minime ceſſaret ira cõcit⁹ Tereus linguam illi enſe abſcidit:atq; fidis mulierũ cuſtodibus dereliquit. Inde ad Prognem flens ueniens dixit Philomenam maris nauſea deperiſſe. Interim Philomena in candida tella purpureis filis mala intexuit ꝑpetrata:rogauitq; geſtu ancillam:ut tellam ipſam ad Prognẽ deferret. Qua conſpecta premens altum corde dolorem Progne:& læticiã confingens inſtantibus Bacchi orgiis thyrſis & pellibus:cum multis ornata mulierib⁹ ſiluas penetrans:& fractis ſororis ianuis Philomenam ſimili habitu indutã cõduxit in regiam. Ibidẽq; furiarũ ſtimulis agitata: Itym quem Tereo fuerat enixa ꝓpriis manibus iugulans:patri comedẽdum appoſuit. Et poſt epulas Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis Proſiliit natiq; caput Philomena cruentum Miſit in ora patris. Quas cũ Tereus gladio ꝑſequeret̃:in aues ſui nominis cõuerſæ ſunt. Progne in hirũdinem:Philomena in eius nominis auiculam: Itys in faſianum: & Tereus in upupam: ut elegantiſſime ꝑtractauit Ouidius: & nec minus eleganter noſtra ætate Gregorius Corratius uenet⁹ in præſtantiſſima tragœdia:cuius titulus eſt Progne. Facitq; Tereus declinatione græca in genitiuo Tereos. ut Martialis in ultimo:Flet philomena nefas inceſti tereos:& quæ Muta puella fuit:garrula fertur auis.

T hermæ cũ. th. aſpirato ſcribit̃:& a θερμόν:quod eſt calidũ deducit̃. Naꝫ ea loca:quæ aut calẽtib⁹ aquis:aut ipſo ſine aqs fornice:igni calefacto lauandi ſudandiue uſibus deputata:thermas græco uocabulo uocauere Itaq; cũ romanis frequens:atq; quotidianus eẽt lauandi uſus:ut romanæ oẽs atteſtant̃ hiſtoriæ. ad id quoq; res ipſa ꝓceſſit:ut ciues fere oẽs:q diuitiis abũdare uidebant̃:priuata balnea in ꝓpriis domibus detinerent. Hinc Cicero ꝑ epiſtolam Terentiam uxorem monet:ut curet labrum in balneo eẽ. qn & in aliis. Q. fratreꝫ aſiæ ꝓcõſulem certiorem reddit de balneis:quæ in arpinate extrui curabat. Sed præter priuatorum ciuium multa ſunt publice inſtituta balnea:in qb⁹ plæbs ipſa ꝓ libito ſe lauare conſueuerat. Quæ ſane cũ ad principum luxuriam duceret̃:nihil magis populare putabant:q̃ cũ ꝓmiſcue cũ plæbe lauabant̃. Nõnulli etiã frequentius:ut Cõmodus imperator:q teſte Capitolino ſepties in die lauabat:comedebatq; in thermis. Quin & Gordianum iuniorẽ ita lauandi cupidum dixit idem auctor:ut æſtate quater: aut quinquies in die: hyeme ſecundo lauaret. Galienũ ſimiliter iuniorem lauiſſe dixit æſtate in die ſepties:hyeme bis uel tertio. Quẽ præfecti magiſtriq; officiorum omnes ſæpiſſime ſequebant̃:& conuiuiis nationibuſq; ſimul cũ principe inſiſtebant. Admittebanturq; ſæpe mulieres pulchræ: & puellæ cum his anus deformes:cum quibus iocari ſe princeps dicebat. Sed teſte Helio Spartiano in Alexandri Seueri uita prohibuit Alexander balnea romæ cũ mulieribus mixtis uiris exhiberi:quod prius prohibituꝫ Heliogabalus fieri permiſerat. Namq; ipſi prĩcipes ad ſuam luxuriam:& populi ſolatium ingentia & immania thermarum ædificia conſtruxerũt. De quibus Ammianus libro. xvi. rerum geſtarum inquit:lauacra romæ in modum prouinciarum extructa uident̃ In quibus principum luxuria eo perducta eſt:ut nulla in re modeſtiam ſobrietatemq; ſeruaſſent. Verum ut præfatus Helius rettulit:Alexander brachteariorũ:uitrariorum:pellionum:clauſtrariorum:argentarioꝝ aurificum:cæterarumq; artium pulcherrimũ inſtituit uectigal. Ex quo iuſſit thermas:quas ipſe & ſupiores

fundauerant principes caleſieri:& populo uſibus exhiberi. Siluas ipſe in thermis publicas deputauit: addi-
ditq; oleum luminibus thermarum:cum antea non ante auroram paterent: & clauderentur ante ſolis occa
ſum. Et infra ſubdit: Opera ueterum principum inſtaurauit. Ipſe noua conſtruxit:iuxta eas quæ neronianæ
fuerant:nemus thermis ſuis de priuatis ædibus:quas emerat:dirutis ædificiis fecit Antonini Caracallæ ther
mas additis natatoriis perfecit & ornauit. Et ſubdit idem Spartianus Alexandrum ipſum opus ſuum duo-
bus primũ marmoribus porphyrico & lacedonico iſtituiſſe:etiã palatio exornato. & alibi refert illũ ther-
mis ſuis & ueterum frequẽter cum populo uſum fuiſſe. & licet plures fuiſſe credamus:duodecim tamẽ nos
thermas ex antiquis ſcripturis ãnotauimꝰ:ut agrippinas:neronianas: Veſpaſiani Titi:domitianas:antonia-
nas:alexandrinas:gordianas:ſeuerianas:dioclitianas:aurelianas:cõſtantinianas:& nouatianas. Agrippinæ
iuxta pantheon:& nõ longe a Minerua fuerunt quarum ueſtigia adhuc extant. In quibus teſte Plinio libro
xxxvi. naturalis hiſto. Arcus & pauimenta ex uitro poſuit. Et ut atteſtatur Rurſus in deſcriptionibus nõ lon
ge ab agrippinis alexandrinæ fuerunt. Cuius adhuc apud beati Euſtachii eccleſiam ueſtigia conſpiciuntur.
Quas ipſe Alexander Spartiano teſte iuxta neronianas ædificauit. Martialis in. xii. Et thermas tibi habe ne-
ronianas. Antõianæ thermæ:q̃ Baſſiani Antonii Caracallæ fuere:ſitæ fuerũt teſte Spartiano ĩ regiõe piſcina
ad uiã ardeatinam:nunc iuxta cœnobiũ ſancti Xiſti: & eccleſiam ſanctæ Priſcæ ac ſanctorũ Nerei & Achillei
Quarum celſam ſolcariam eodẽ referente auctore architecti negabant poſſe ulla ratiõe fieri:niſi qua facta
eſt. Nam ære & cupro cãcellos confectos dixit:qbus cameratio tota concreta eſt:& tãtum ẽ ſpatii:ut id ipm
potuiſſe fieri negent docti mechanici. Thermas uero gordianas ſcribit Iulius Capitolinus iuxta gordiano-
rum domum in uia preneſtina fuiſſe:quales præter urbem tunc nuſq; haberet orbis terrarum:& domũ du-
centas habere colũnas uno ſtilo dixit. Vbi nunc poſt eccleſiã ſancti Euſebii multæ & maximæ cernunt ruinæ
Conſtantinianas ab Apollodoro traditum legimus in exquiliis fuiſſe in dictione roma:cum exquiliarũ mon
tem deſcripſimus oſtendere curauimus. Quin & in eodem monte ſimili modo nouatianas extitiſſe mõſtra-
uimus. De ſeuerianis uero thermis nihil aliud certum habemus:q̃ Spartiano teſte Seuerum Aphrũ impa-
torem illas in tranſthyberina regione ædificaſſe. Idem de aurelianis Flauius Vopiſcus ſyracuſanus ſcripſit
eaſq; hyemales Aurelianum principem ĩ tranſthyberina regione ædificaſſe:quod aquæ frigidi aeris ibi de-
eſſent. Thermas autẽ Titi iuxta tẽplum pacis:quod ædificinm fuit patris ſtructas legimus. At uero domitia-
nas uoluerunt qdã ex auctoritate Petri bibliotecharii iuxta ſancti Silueſtri cœnobiũ extitiſſe. Ait enim præ-
fatus Petrus beatũ Silueſtrum eccleſiã in thermis domitianis ædificaſſe:quæ poſtea eius nominis fuit.

T hermodoon cum. th. aſpirato:& duplicato. o. poſt. d. ſcribit:pleno. ſ. nomine:& abſq; ſynæreſi. habet accẽ
tum acutum in penultima:quem apud nos cum græcum ſit nomen obſeruat. at cum ſynæreſis illa duo. o. in
unum longum cõuertuntur:in quod tranſit accentus circunflexus:ut uidimus in dictiõe Proſodia. Ouidiꝰ
li. iiii. de ponto: Et tu fœmineæ thermodoon cognitæ turbæ. Nam fluuius ẽ in regione colchidis:iuxta quẽ
amazonides habitauerunt:de cuius tamen ortu uariæ ſunt ſententiæ.

T hermopyle cum. th. aſpirato:&. p. exili:ſequente. y. græco ſcribitur:mons eſt longiſſimus:qui mediam ꝑr-
ſus græciã diuidit:ſicut & apœnini dorſo Italia ſcindit:ut atteſtat Liuius de bello macedonico li. v. Habetq;
anguſtas fauces:a qbus pylarum. i. portarũ nomen aſſumpſit. iuxta quas cũ aquæ ſint calidæ thermopylarũ
nomen adeptus eſt:apud quas magnus Xerxis exercitus corruit.

T hero cum. th. aſpirato ſcribitur. græci uero addunt. n. in fine:ac dicitur θερόν:quaſi ardens. nomen eſt pro
prium:de quo Pindarus meminit:& Virgilius in decimo cum ait: Occiſo therone uirum:qui maximus ul-
tro Aeneam petit.

T herſilochus cum. th. &. ch. aſpiratis:&. i. latino ſcribit:nomen eſt uiri ꝓprium.

T herſites prima cum. th. aſpirato:penultima cũ. i. latino:& ultima cum. t. exili ſcribit:fuit uir græcus: Quo
nõ deformior alter uenerat ad troiam ut dixit Homerus: Linguaue ꝓteruior alter. Vnde ait Iuue. in ſatyra
Stẽmata qd faciunt: Malo pater tibi ſit therſites dũmodo tu ſis Aeacidæ ſimilis.

T hera cum. th. aſpirato ſcribit:inſula ponitur ab Herodoto libro hiſtoriarũ. iiii. quam Iuſtinus puto theran-
nem:& nos corſicam dicimus:qa in illa Cyrnum regnaſſe dixit. Vnde & ab illo cyrnus etiam cognomina-
ta fuit:q filium habuit Ariſteum:cui nomen fuit Batus ob linguæ obligationem:ut poſuit Iuſtinus. Hero-
dotus uero exponit uocatum lingua libyca ideſt regem:qui deinde urbem cyrenẽ in libya ædificauit: ut in
dictione cyrene oſtendimus.

T hericyon prima cum. th. aſpirato:ſequens cum. i. latino:penultima cum. c. exili &. y. græco ſcribitur: nomẽ
fuit uiri proprium.

T erpſichore prima cum. t. exili:ſequens cum. i. latino:penultima cum. ch. aſpirato ſcribit:una fuit ex nouem
muſis:ſic quoq; a Τέρπομαι:quod eſt delector cognominata. de qua in dictione muſa.

T heſaurus cum. th. aſpirato ſcribitur.

T heſeus cum. th. aſpirato ſcribit:fuit ægæi athenarum regis filius ex Aethra coniuge:qui dũ eſſet adoleſcẽs
operante Medea nouerca pene a patre ueneno periit. Sed poſt mortem patris ad regnum athenarum eue-
ctus tot memoratu digna perægit:q inter plures Hercules unus ipſe cõnumeret. Et inde theſides cũ. i. latio

pro Hippolyto ponit̃:ut Ouidius heroidum epiſtolaꝝ quarta:
Theſides theſeuſq; duas rapuere ſorores.

Theſmophorea cum.th.aſpirato ſcribit̃:ſacra ſunt Cereris:quæ a noſtris cerealia dicuntur.ſed uerbum ipſm legis lationem diſignat.Nam θέσμός legem indicat:& phoria lationem. Et hoc ideo quia leges hominib⁹ prima Ceres indidit:dicente Virgilio in.iiii.Legiferæ cereri.Nam ante inuentum frumentum homines ſine lege uagabantur:illo inuento abiecta fuit feritas:& ex agrorum diuiſione primo nata ſunt iura.Vnde bene Ouidius in.v.metamorpho.muſam dicentẽ introduxit:Prima ceres unco glebam dimouit aratro. Prima dedit fruges alimẽtaq; mitia terris.Prima dedit leges.cereris ſunt oĩa munus.

Theſſalia cum.th.aſpirato & duplicato.s.atq;.i.latino ſcribit̃:regio eſt græciæ:quæ ſub attica olim compræhendebatur:ſed prius teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſto.æmonia dicta fuit. Eademq; pelaſgis & conargos: atq; hellas:theſſalia & dryopis ſemper a regibus cognominata fuit.Et ſubdit Plinius:ibi genitus rex noĩe Græcus:a quo græci:ibi Hellin⁹:a quo hellines.Ex his phiotæ oppida celebrata hellas:halos:lamia:phthia Eadem a rege Theſſalo ibi regnante theſſalia dicta fuit.Sed ut refert Herodotus li.hiſto.vii.& poſt illũ alii plures:fama eſt theſſaliam fuiſſe olim lacum:a montibus undiq; concluſum.Nam (ut proſequitur) ab oriẽte habet montem pelium:& coniunctos colles:a ſeptẽtrione olympum:ab occidente pindum:& a meridie othiym.In quorum media concauitate theſſalia ipſa concluditur:per quam iam quinq; fluuios principales decurrere dixit:uidelicet Peneum:Apidanum:Oenochonum:Enipheum:& Parmiſum.Qui omnes deĩde in unum commixti per unicum ſolum tranſitum in mare decurrunt:& ſolius Penei nomen detinent. Nam per mediam uiam:quæ ſola eſt iter olympum & oſſam gradiens:ipſe Peneus in ægæũ mare deſcendit.Hanc uiam eodem auctore teſte a Neptuno factam dicunt:ſeu (ut magis aſſerere uidetur) a terræmotu p ipſm deũ inducto:ut theſſaliam ipſam habitabilẽ efficeret.Lucanus uero in.v.dixit id Herculem confeciſſe.ſed ut ait Herodotus diligenter inſpicientibus manifeſte apparet terræmotus opus fuiſſe.

Teſiphone cũ.t.exili:& non cũ duplicato.s.ſequente.i.latino ſcribit̃:una dicitur ex furiis infernalibus:ut uidimus in dictione alecto.Cõponiturq; dictio ex Τίω:quod eſt Τιμωροῦμαι ulciſcor:& phonon necem. nõnulli uero ſeruantes ipſum.i.paruũ in prima:nec in.e.apud nos cõuertẽtes dicunt tiſiphone.

Theſis cum.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris poſitio uel poſitura:& eſt figura: q̃ ſenſus orationis per cola:commata:& periodos:diſtinguit.dicta quidem poſitura: quia punctis poſitis conuenientes denotat ſenſuum partes.uel quia ibi uox pro interuallo diſtinctionis deponitur.Nam dum in initio pronũtiationis nondum plena pars ſenſus eſt: & tamen reſpirare oportet: ſubſcribatur punctum: quod a græcis comma:ideſt perticula dicitur:a noſtris ſubdiſtinctio uocitatur: eo ꝙ ſub littera:uel ad finem litteræ ſignabatur ſic uidelicet:nos iam uirgula utimur. Vbi uero in ſequentibus iam ſentẽtia ſenſum præſtat:ſed adhuc aliquid de ſententiæ plenitudine reſtat puctum ſignabatur:quod dicitur colon.i.membrum & circa litteræ medium ponebatur:loco cuius nos hodie duobus punctis utimur. Vbi autem nos plenam ſententiæ clauſulam facimus:fit punctum:quo periodus:hoc eſt terminus dicitur:ut in ea dictõe uidimus.Apud nos uero uocatur diſtinctio:quia integram a ſequentibus diſtinxit ſententiam.& hoc apud oratores.Cæterum apud poetas ubi in uerſu poſt duos pedes ſyllaba alicuius dictionis remanet cõma dicitur:hoc eſt particulæ præciſio:quæ per ſcanſionem facta eſt. Vbi uero poſt eoſdem pedes nulla dictionis ꝑticula remanſit:colon dicit̃ & totus uerſus periodos dicitur.

Theſpiei cum.th.aſpirato ſcribit̃:populi ſunt græciæ.

Theſtylis cum.th.aſpirato:ſequẽs cũ.t.exili &.y.græco:ultima cum.i.latino ſcribit̃:nomen ẽ ꝓpriũ mulieris de qua Theocritus & Virgi.meminere.

Theſtor prima cum.th.aſpirato:ſequens cuꝫ.t.exili ſcribitur:fuit troianus pater Calchantis:ut oſtendit Homerus libro iliados primo.

Theta cum.th.aſpirato:ſequens cum.t.exili ſcribit̃:nomẽ eſt litteræ græcæ:quæ uim detinet.th.aſpirati. De qua in initio huius tractatus.T.litteræ uidimus.

Thetis prima cũ.th.aſpirato:ſequẽs cũ.t.exili (quãdo ꝓ matre Achillis poni cõſueuit) ſcribit̃.Et fuit filia Chironis & uxor Pelei regis theſſaliæ:ut ait ipſe Chiron apud Orpheũ in argonautica καὶ ἡμέτερον κοῦρον θέτισ ἀργυρόπεζα.De qua Ouidi⁹ li.xii.metamorpho.Virgili⁹ etiam meminit circa finem libri.vi.æneí. quãdo ait:Leua tenet thetis & melite panopeaq; uirgo.cui⁹tam prima ſyllaba q̃ ſecũda breuis ẽ:& declinatur thetis huius thetidos uel more noſtro thetidis.

Tethys prima cum.t.exili:ſequens cuꝫ.th.aſpirato &.y.græco ſcribit̃:& hac quoq; litteratura deſcripta fuit teſte Criſpo filia Cæli & Veſtæ:atq; uxor Oceani.Ouidius uero uidet̃ eam filiam fuiſſe Titani cum ait li.faſtorum.v.Duxerat oceanus quõdam titanida tethym.& habet tam primam q̃ ſecũdam longam:de qua intellexit Virgilius libro georgicorum primo cum ait:Teq; ſibi generum tethys emat omnibus undis.Et declinatur Tethys huius tethyos:ut Orpheus in argonautica: καὶ Τήθυοσ ἔσχατον ὕδωρ.Ouidius i præfato libro:Pars credidit eſſe.
Tethyos has neptes oceaniq; ſenis.Martialis li.i.epigrãmatum:Et quem ſupremæ tethyos unda ferit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

T etrametra abſque aliqua aſpiratione ſcribitur. Componiturque a teſſara: quod eſt quattuor: & metrum: carmina quattuor pedum.

T etrarcha ſola ultima aſpiratur: ille dicitur qui quartaʒ regni partem detinet. Et componitur ex τέταρτος qui eſt quartus: & ἀρχὸσ princeps.

T etradoron abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑: interpretari ualet quattuor palmoꝝ. Nam cõponit᷑ ex tetra: qđ eſt quattuor: & dorum palmus: dicente & Plinio li. xxxv. naturalis hiſto. Græci eni᷑ antiqui duorum palmaʒ uocabant. Et inde pentadoꝝ qnq; palmorum: & ſimilia dicuntur.

T ethippobatæ prima cũ. t. exili: ſequẽs cũ. th. aſpirato & . i. latio: qn & geminat᷑. p. atq; ultima ſine aſpiratiõe ſcribitur: ſunt Herodoto teſte populi in libya iuxta aſbiteos.

T eucer & quãdoq; Teucrus: ut in antehabitis uidimus: abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑: fuerunt hoc nomine duo celebres. Vnus quidem Scamandri cretenſis filius: qui relicta creta in phrigiam ueniens repperit Dardani poſteros in uallibus habitare. quibus (ut dixit Seruius ſuper. iii. æneidos) arcem conſtruxit. dicẽte etiã Anchiſe apud Virgilium eo libro de creta loquẽs: Maxim⁹ unde pater ſi rite audita recordor Teucrus rhœteas primum eſt aduectus ad oras. & reliqua quæ ſequũtur. Alter uero Teucer fuit Telamonis filius ex Heſiona Laomedontis regis filia: & Priami ſorore: ut poetæ omnes affirmant. Nam cum Hercules cum argonautis accederet: & troiam caperet: Telamonem ob inſignem uirtutẽ Heſiona donauit. ex qua etiaʒ ut oſtẽdere uidetur Homerus Aiacem genuit. At Sophocles in ea tragœdia: quæ iſcribitur αιασ μαςιγοφορος Aiacem dixit ex iuſta quidem uxore Teucrum uero ex Heſiona (quæ captiua & ſerua fuerat) natum fuiſſe: q cũ poſt troiæ euerſionem ſalaminã ad patrem rediret inuiſus patri: qa Aiacis obitũ non uindicauerat: ut etiã atteſtatur Iuſtinus li. xliiii. cyprum inſulam (a Belo patre Didonis tũc ſubactam) acceſſit: & urbẽ in ea cõdidit: quam de patriæ nomine ſalaminam uocauit. Et alia quæ ponit Iuſtinus.

T eudamedus cũ. t. exili ſcribit᷑: fuit teſte Homero li. ii. ilidos: pater Pelaſgi.

T eus cũ. t. exili ſcribit᷑: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ. i. urbs in lydia. Vnde teius teia teium nomen patrium deriuatur. Horatius libro odarum. iiii. Non aliter ſamio dicunt arſiſſe bathyllo Anacreonta teum ꝑ teium: ut in dictione anacreon uidimus.

T eutates abſque aliqua aſpiratione ſcribitur: nomẽ eſt lingua gallica Mercurii: qui ab illis humano ſanguine placabatur: dicente Lucano libro primo:

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates horrẽſq; feris altaribns heſus. De qbus Lactantius li. diuinaruʒ inſtitutionũ primo: galli ingt Heſum atq; Teutatem humano cruore placabant deos. q ſane ferialis ritus diu ſimiliter apud italos ſtetit: q latialem Iouem & Saturnum humana placabant hoſtia.

T euthramides prima cũ. t. exili & . eu. diphthongo: ſequẽs cũ. th. aſpirato: penultima cum. i. latino ſcribitur: fuit phryx: & patria ariſtæ: & pater Axyli: ut in ea dictione uidimus.

T hyaſus cũ. th. aſpirato & . y. græco ſcribit᷑: ſaltatio apud nos: & chorea dici poteſt: quæ Baccho exhibebat᷑: deduciturq; a θύω: quod eſt ſacrifico: quia in illius ſacrificiis exerceri cõſueuerant. de quo Virgi. i Daphni: Daphnis thyaſos inducere baccho.

T hyas cũ. th. aſpirato & . y. græco ſcribit᷑. Et dicit᷑ ſacrificula Bacchi. Nam teſte Seruio ſicut a Baccho baccha ſic a Thyoneo thyas. Virgilius li. æneidos quarto: Thyas ubi audito ſtimulant trieterica baccho. Reperitur etiam bacchis bacchidis.

T hyella cum. th. aſpirato & . y. græco: atq; duplicato. l. ſcribitur: dicitur a noſtris procella: poniturq; àb Homero pro una harpyiarum.

T iara cũ. t. exili & . i. latino ſcribitur: ornamentũ eſt quoddam capitis: quo mulieres perſicæ primit⁹ utebant᷑: ut Iuſtinus de Semiramide: quæ caput tiara texit. qua deinde uſi ſunt reges & ſacerdotes. Similiter Herodotus libro hiſtoriarum primo: geſtamen eſt inquit capitis perſicum. Seruius ſuper. i. tantummodo dixit: tiara eſt pilleus phrygius. Et Virgilius uſus eſt maſculino genere. Iuuenalis uero fœminino: ut Phrygia ueſtitur bucca tiara.

T yana cum. t. exili & . y. græco ſcribitur: fuit teſte Philoſtrato li. i. de uita Apollinii Tyanei urbs cappadociæ.

T ibareni cũ. t. exili & . i. latino ſcribit᷑: fuerũt teſte Herodoto li. hiſto. iii. populi ſcythici in aſia.

T yberis prima cuʒ. t. exili & . y. græco ſcribitur: fluuius eſt Italiæ: ab apœnnino defluens ex alpibus falterone paulo altius q̃ tuſcus arnus. Et primo tuſciaʒ ab umbris diuidens auctus pluribus fluuiis romam deuenit: quam a ianicolo ſeparat: & ultimo hetruriam a ueteribus latinis diuidens in mare tyrrhenum defluit. dict⁹ Tyberis (ut putat Feſtus) a Tyberi tuſcoruʒ rege: uel a Tyberino rege albanorum. Seruius uero ſuper. viii. æneidos inquit: Tyberim Alii a rege aboriginum dictum putant: qui dimicans i[illegible]euʒ occidit. Alii a quodam aborigine: quem Glaucus Minois filius in Italia interemit. Alii inter quos Liuius ab Albano rege q in eum cecidit. Quam ultimam opinionẽ ſecutus Ouidius libro. ii. faſtoꝝ ingt:

Albula quem tyberim uerſus tyberinus in undis:
Reddidit. hybernis forte tumebat aquis. Verum & ante regem hunc thybris cum. th. aſpirato dictus fuit.

Nam cum Euander ad Aeneam longo tempore ante regem Tyberinum loqueretur (nondum enim cóſtructa fuerat alba) dixit apud Virgilium libro.viii.

Tum reges aſperq: immani corpore thybris:
A quo poſt itali fluuium cognomine thybrim
Diximus. amiſit uerum uetus albula nomen.

Forſitan etiam poſt primum uerſum uerba ſunt poetæ non Euandri. Alii non a morte cuiuſpiam regis: ſed regem quédam tuſcorum latrocinari circa ripas huius fluminis conſueuiſſe:& a crebris iniuriis quib⁹ tranſeuntes afficiebat thybrim cognominatuꝫ fuiſſe aſſerunt:quaſi eſſet fluuius τῆς ὕβρεως:ideſt iniuriæ: ex qua ratione cum ὕβρις aſpiretur:thybrim aſpirari uolunt. Alii uero ex alia cauſa hoc idem accidiſſe uolũt Nam Seruius quoq: ſuper tertio æneidos:& græci nónulli exponentes Theocritum dicunt:ꝙ cum quodaꝫ tempore ſyracuſani apud ſiciliam uicerint athenienſes:ingentem hoſtium multitudinem captiuarunt:& eã cæſis montibus addere fecerunt monumenta ciuitati:tunc auctis muris etiam foſſa facta:quæ aqua repleta munitionem redderet patriæ. Hanc igitur foſſam per hoſtium pœnam & iniuriam illis factam thybrim uocauerunt:uidelicet ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Poſtea profecti ſiculi ad Italiam eam tenuerunt partem ubi nunc roma eſt uſq: ad rutulos & ardeam:unde eſt:Fines ſuper uſq: ſicanos. & albulam fluuium ad imaginem foſſæ ſyracuſanæ thybrim:quaſi τὴν ὕβριν:hoc eſt ignominiam uocauerunt. & ſic quoq: cum.th. aſpirato ſcribendum eſſet:quod in antiquiſſimis & emendatiſſimis codicibus de thybri ſemper ſcriptum comperimus: licet tyberim & tyberinum abſq: aſpiratóne ſcribant. Quare puto prius albulam dictum:deinde thyberim cum.th.aſpirato ab immani rege:uel ἀπὸ τῆς ὕβριος uocitatum. poſtea tyberim ſine aſpiratione a Tyberino rege albanorum in illo ſummerſo. Nec Ouidii uerba nos aſſerere cogunt ante Tyberinuꝫ in illo ſummerſum immediate albulam uocitatum:ut etiam ex Plinio libro tertio naturalis hiſtoriæ inſinuat᷑. hæc uerba dicente Tyberis ante thybris appellabatur:& prius albula dictus fuit. hæc ille. Dicitur etiam Tyberinus fluuii deus:ut Virgilius libro georgicorum.iiii. Vnde pater tyberinus & unde aniena fluenta. Nonnunq̃ uero:& pro piſce ponitur:ut Iuuenalis in ſatyra:Si te propoſiti ait: Vos anguilla manet longæ cognata colubræ: Aut glacie aſperſus maculis tyberinus.

T ibiſis cum.t.exili &.i.latino ubique ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ:teſte Herodoto libro hiſtoriarum.iiii.

T ybur cum.t.exili &.y.græco ſcribit᷑. Priſcianus de quo miror latinum dixit libro.vii.dum de tertia declinatione pertractat. Cui & hiſtoria:quæ græcum nomen eſſe oſtendit:& antiqua ſcriptura: quæ cum.y. græco illud ſcribit:ut in antiquis inſcriptionibus conſpexi:aduerſatur. urbs eſt ſexdecim milibus paſſuũ ab urbe roma diſtans. Quam teſte Solino ex auctoritate Catonis Cathyllus arcas:& præfectus claſſibus Euandri cõdidit. Plinius uero circa finem libri.xvi.naturalis hiſtoriæ:aliud ſentire uidetur: dicens tyburis originem multo ante urbem romam habent adhuc. Apud eos extant ilices tres etiam Tyburto conditore eorum uetuſtiores:apud quas in auguratus traditur fuiſſe. trandunt autem eum filium Amphiarei:qui apud thebas obierit:una ætate ante iliacum bellum. hæc ille aſſerens Tyburtum non Cathyllum tyburis oppidum condidiſſe. Verum Sextius græcus hiſtoricus libro antiquitatum.vi. Hos celebres auctores in hunc modum cõcordaſſe uidetur. Ait enim ut ex eo loco ad uerbum traduximus:Cathyllus Amphiarei filius fuit. Hic poſt prodigialem patris interitum apud thebas:de quo nos iam uidimus in dictione Amphiareus: iuſſu Oiclei aui ſui cum omni fœtu:& ſacris miſſus tres liberos in Italia procreauit Tyburtum Coracem & Cathyllum: qui depulſis ex oppido haud longe a roma poſito ueterib⁹ ſicanis : a nomine Tyburti maximi natorũ filii oppidum uocauerunt. Hæc Sextius:cui Virgilius conſentire uidetur cum ait:libro æneidos ſeptimo:

Fratris tyburti dictam cognomine gentem.

Nam ut idem Sextius proſequitur non deſunt inquit:qui dicant ſingulum fratrem ciuitatem ſingulam cõdidiſſe. Teſtis eſt mons:qui adhuc cathyllus dicitur:& corax oppidum famoſum inter uolſcos. Eſtq: ſitum tyburis oppidum loco maxime cliuoſo:quod Iuuenalis tetigit cum ait:in tertia ſatyra:Et proni tyburis arce. Quin & fluminis anienis decurrentibus aquis etiam humido:quod Ouidius libro faſtorum.iiii.tetigit cum ait:Iam mœnia tyburis udi Stabant argolicæ quæ poſuere manus. Eſt etiam uentoſuꝫ dicente Horatio Romæ tybur amant uentoſum:tybúre romam. ubi tybure pro tyburi teſte Seruio ſuper.iii.æneidos: q dixit:a tybur denominatiuuꝫ tyburtis ducitur:quod pro tyburis ponit᷑:teſte Capro. ſicut quiritis ꝑ quiris:& cæritis uel cæretis:ꝑ cæres. Vnde hic & hæc & hoc tyburs gentile nomen eſt.

T ycha cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Heſiodo in theogonia nympha filia Oceani & Tethyos

T icenum cum.t.&.c.exilibus:atq:.i.latino ſcribitur:oppidum eſt inſubrium:quod nũc papia dicit᷑. Nam ut oſtendit Ptholemæus in geographia:Inſubres habent mediolanum:nouariam:comum:& ticenum.

T ydeus cum.t.exili &.y.græco ſcribitur:habetque accentum in prima:fuit filius Oenei regis calydoniæ ex Euribœa:ut dixit Seruius ſuper ſexto æneidos:uel ex altera uxore:ut alii aſſerunt:qui cum uenando fratrẽ Menalippum inaduertenter occidiſſet furorem populi extimeſcens:relicto paterno regno:ad Adraſtũ argiuorum regem confugit. & alia:quæ de illo proſequitur Statius libro primo ſecundo & tertio atq: octauo ſuæ thebaidos. Homerus uero li.iiii.iliados de illo inquit:ut fere ad litteram hoc ſoluto ſtilo traducere

poſſumus. Cum mycenis Tydeus moraretur fama eſt: neminem illi uiribus corporis potuiſſe æquari. At poſtq̄ rediens ad fluenta Aſopi uenit: cæteri eum græci ad Eteoclē pro legato dimiſerunt. Ad quē cū iuiſſet ingreſſuſque regiam complures illic ciues comperiſſet (forte cum Eteocle in conuiuio erant) Non timuit & hoſpes & ſolus thebanos omnes ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atq; ut animoſe prouocauit: ita omnes (ſic illi Pallas propicia erat) ſtrenue uicit. Quamobrem thebani dolore indiguationis accenſi: reuerſuro inſidias tetenderunt: collatis ad opportunum locum: qua Tydeus tranſiturus erat: quinquaginta iuuenibus cum duobus ducibus deorum immortalium robore ſimilibus: Meone: Neomonide: & Lycophonte Autophoni filio. Eos Tydeus omnes ad ipſum locum occurrentes ſtrauit: occiditq; fretus deorum (quæ ſibi monſtrabantur) auguriis. Vnum tantum Meonem cum triſti nuntio redire permiſit. Immo iuſſit: & talis fuit Tydeus. hæc Homerus præfato loco de illo locutus eſt. Et libro. vi. iliados: dixit illum apud thebas cum aliis regibus populiſq; græcorum occubuiſſe. Et inde patronymicum deducit tydides.

Tydides prima cum. y. gæco: ſecunda cum. d. &. i. latino ſcribi forſitan deberet. licet noſtri iam nō. d. quæ media eſt inter. t. exile &. th. aſpiratum: ſed ob ipſam propinquitatem litterarum. t. ponant exile ac ſcribāt tytides: ſic fere in omnibus Virgilii codicibus repperi: & eſt tytides patronymicu; poſitu; pro Diomede filio Tydei. Virgilius libro æneidos primo:

O danaum fortiſſime gentis Tytide.

Quāq; Seruius ſuper octauo æneidos dicit: oīa nomina quæ in eus hodie exeunt: apud maiores ī. es. exibāt ut Nereus neres: Tydeus tydides: quaſi uelit dicere non eſt patronymicum tydides ſed principale: cuius oppoſitum Virgilius obſeruauit. Et ſubdit idem Seruius: Illa miſiſſe genitiuū in eis: ut tydeis: nereis. Sed ga plærūq;. s. (ut ait) in latinitate detrahitur: remanet ei: ut huius tydei: huius nerei.

Thyeſtes prima cum. th. aſpirato &. y. græco. ultima cum. t. exili ſcribitur: fuit filius Pelopis ex Hippodamia & Atrei frater: ac Tantali nepos. de quo Seneca in Thyeſte: & alii poetæ plura ſcripſere. Et inde Thyeſteus Vt Ouidius libro. xv. metamorphoſeos:

Neue thyeſteis cumulemus uiſcera menſis.

Tigranes cum. t. exili &. i. latino: atq; unico. n. ſcribitur: fuit rex maioris armeniæ: de quo Cicero in pōpeiana Et declinatur in genitiuo non ſolum Tigranis: ſed tigranæ.

Tigris cum. t. exili &. i. latino: utrobiq; ſcribitur: animal eſt truculentum & uelociſſimum: ita ut ſagitta; hyrcana lingua ad nomen indicet. Et ut dixit Seruius armeniæ malum: quo etiam india & hyrcania abundat: de quibus Statius libro ſeptimo thebaidos: Plinius libro octauo naturalis hiſtoriæ: atq; ſolinus plura dixere. Eſt & eadem ſcriptura ac nomine ex eadem cauſa accæpto fluuius: qui ex monte periardes armeniæ profluit: & primo quidem ſine nomine: uſq; ad medorum fines: ut aſſerūt Herodotus & Plinius: ſed ibi quoq; a celeritate ipſa qua decurrit tigridis nomen accæpit. inde influit in lacu;: qui aretyſa dicitur: per quē adeo uelociſſimo curſu decurrit: ut lacui prorſus non commiſceri probetur. Nam ex piſcibus compertum eſt: q ſunt in lacu nunq̄ fluuium ingrediuntur: nec qui fluuii ſunt in lacu prorſus habentur. Exit ergo celerrim⁹ & cum maximo impetu. Sed mox taurum montem ſubterlabens in alteram montis partem apud lacum cui nomen eſt zorunda effunditur: & illum ipſum eſſe ex paleis & purgamentis ac piſcibus dignoſcitur. Ibiq; iterum fluuius effectus: & lacum alterum tranſiens: rurſus in cuniculos demergitur: & Adiabenos & meſopotamiam iterū egrediens arabes præterfluit: & in mare rubrum iuxta urbem ampopolim cadit. Vnde ait Seneca in troade:

Et qui renatum prorſus excipiens diem;
Templum rubente tigrim immiſcet freto.

Tile cum. t. exili &. i. latino ſcribit᷑: deſcenditq; a τηλόθεν. i. longe. Nam inſula eſt oceani inter ſeptētrionalē: & occidentalem plagam: quæ ultima erat ex cognitis a romanis. Virgilius in. i. georgi. Tibi ſeruiat ultima tile. Alia eſt in aphrica cōtra ſinum carthaginis.

Tilos cum. t. exili &. i. latino ſimiliter ſcribitur: & ab eodem deſcendit. Inſula eſt ut ſcribit Plinius libro ſexto naturalis hiſtoriæ: cum oppido eiuſdem nominis in mari indico celeberrima plurimum margaritis: ipſa fert palmas: oleas creat: uineis abundat: terraſque omnes hoc miraculo ſola uincit: ut quæcūque in ea naſcatur arbor: nunq̄ ſpolietur tegmine foliorum. Hinc caucaſus mons famoſiſſimus incipit: protēſus ſuis cōtinuis iugis in maximam partem orbis.

Timæus prima cum. t. exili &. i. latino: ſequens cum. æ. diphthongo ſcribitur: fuit philoſophus patria locrēſis Platoni dilectiſſimus: cui diuinum illud opus Plato inſcripſit: ubi de rerum creatione diſſerit. De quo Hieronymus ſuper Eſaiam: Timæum de mundi hermonia aſtrorumq; curſu: & numeris diſputātem ipſe q interpretatus eſt Tullius ſe nō intelligere profitet᷑. hæc ille. At ipſe Cicero ad Atticū libro. viii. inquit:

Aenigma oppiorum ex uellia plane non intellexi
Eſt enim numero Platonis obſcurius.

Timarchides cum. t. exili &. i. latino utrobiq;: atque. th. aſpirato ſcribitur: nomen eſt uiri ꝓprium compoſitū ex τιμή: qui eſt honor: & ἄρχοντος principis: facitq; in genitiuo Timarchidis & Timarchidæ.

Timantes abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur:fuit pictor ſummus Parrhaſii æmulus:quem ſuperaſſe dicitur in Aiace pingendo.quod aliqui ſuffragiis magis q̄ ueritate factum credunt.Inter eius uero ingenii monumenta Iphigenia oratorum laudibus celebratur:quæ ante aras peritura cum mæſtos pinxiſſet omnes:& mæſticiæ omnem imaginem conſumpſiſſet patris ipſius uultum uelauit:quem iam dign e non poterat oſtendere.

Tymba cū.t.exili &.y.græco ſcribit̄:quod multi in.u.noſtrum conuertunt:& dicūt tumbam ſepulchrum.

Timon cum.t.exili &.i.latino ſcribit̄:fuit appolloniates fili⁹ Timarchi:qui dū iuuenis eſſet operā dedit ſaltationi:& choreas duxit:quibus poſtea repudiatis ſe ad ſtilponem contulit.Deinde reuerſus in patriam duxit uxorem.Poſt hæc uero iam uir ſapiens effectus & eloquens ad Pyrrhonem ſe conuertit.Deinde cū eſſet egenus iuit ad chalcedoniam:ibiq; philoſophiam & oratoriam exercuit.charus fuit Ptholemæo Philadelpho.ſcripſit poemata diuerſa:tragœdias.lx.comœdias.xxx.& ſatyras plures.Fuit & alius philoſophus nicæus:alius hortorum ſtudioſus.

Tymœtes prima cum.t.exili &.y.greco:penultima cum.œ.diphthongo:& ultima ſimiliter cum.t. exili ſcribitur:fuit regis Priami filius:de quo Euphorion:teſte Seruio ſuper ſecūdū æneidos ait:Priamus ex Aryſba filium uatem ſuſcæpit:qui cum quadam die uaticinaret̄ naſci ei dixit puerum:per quem troia poſſet euerti pepererūt ſimul & Tymœtæ uxor & Hecuba legitima uxor Priami.Quare Priam⁹ Tymœtæ filiū & uxorē iuſſit occidi.Ob quod Virgi.cū de græcorum equo loqueret̄ inqt:Primuſq; tymœtes Duci ītra muros hortatur:& arce locari.Siue dolo:ſeu iam troiæ ſic fata ferebant.

Tymœtas eodem mō ſcribitur:& fuit nomen uiri ꝓprium.

Timoniacus abſq; aliqua aſpiratiōe:&.i.latino utrobiq; ſcribit̄:fuit pictor byzanti⁹ Cæſaris dictatoris ætate q aiacem Cæſari pinxit.& Medeam ab eo in Veneris genitricis æde poſitam octoginta talentis uænūdatos.

Timotheus prima cū.t.exili &.i.latino:ſequens cum.th.aſpirato ſcribit̄:& nomen eſt compoſitum ex τιμη: qui eſt honor:& θεόσ deus.fuit etiam nomen athenienſis cuiuſdam uiri præclari & filii Cononis.hic a patre accæptam gloriā multis auxit uirtutibus.Nā ad patris laudes teſte.M.Tullio li.i.de officiis adiæcit gloriam ingenii & doctrinæ.Fuitq; teſte Aemilio Probo diſertus:impiger:laborioſus:rei militaris peritus:nec minus ciuitatis regendæ.De quo multa ab hiſtoricis præclare facta ſcribūtur.

Timoleon cum.t.exili &.i.latino ſcribit̄:fuit corinthius.& ſine dubio iudicio omnium uir clariſſimus. Nam ut ait Cornelius nepos huic uni contigit(quod neſcio an illi)ut & patriam in qua erat natus oppreſſā a tyranno liberaret:& a ſyracuſis:cui auxilio erat miſſus inueteratam ſeruitutē depelleret:totāq; ſiciliā multos annos bello uexatā:a barbariſq; oppreſſam ſuo aduentu in priſtinū reſtitueret:ut oīa late poſuit Plutarch⁹ in illius uita.A quo & gymnaſium:in quo ſepultus fuit timoleonteum cognominatū fuit.

Tympana cū.t.exili &.y.græco ſcribit̄:inſtrumēta ſunt ad pulſandū apta:præcipue matri deū cōceſſa:eo ꝙ huiuſcemodi inſtrumētis:curetes & corybantes filiū ſuū Iouem tutati fuerunt:ut oſtēdit Oui.li.iiii.faſtoꝝ.

Thymbra cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:herba ē quā ſaneturciā:teſte Plinio li.xviii. naturalis hiſto.dicimus:eſtq; herba aromatica & grauiter ſpirans. Virgilius libro.iiii.georgicorū:Et grauiter ſpirātis copia thymbræ:qua ager troiæ ad decem miliaria urbi uicinus abundat. In quo cum templum eſſet Apollini dicatum dedit cauſā herba:ut Thymbræus Apollo ipſe uocaretur. Virgilius in quarto æneidos: Da propriam thymbrææ domum:da mœnia feſſis. Quin & fluuius inde fluens thymbra eadem ſcriptura & ratione uocabatur.

Thymber cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri ꝓprium.

Thymum cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:herba eſt aromatica: & apibus dulciſſima . quod paſtor ille canens apud Virgiliū in bucolicis inquit:Nerine galathea thymo mihi dulcior hyble. Et cū iuxta athenas quæ(ut uidimus)a Cecrope rege cecropiæ dictæ ſunt. hæc uerba abūdanter dixit Virgi.in.iiii. georgicoꝝ: Cecropiūq; thymum & graue olentia centaurea.

Thymiama prima cū.th.aſpirato &.y.græco:ſequēs cū.i.latino ſcribit̄:eſt odor ſuauis thymi maturam referens:ūnde nomen aſſumpſit:ut Virgi.in.iiii.georgi.Redolētq; thymo fragrantia mella.

Tyndarus cū. t.exili &. y.græco ſcribitur:fuit rex œbaliæ:& filius Oebali regis:habuitque uxorem formoſiſſimam Ledam:ex qua genuit Caſtorem & Pollucem Clytæmneſtramque & Helenā.& pro Tyndaro nōnunq̄; Tyndareus ponitur. Ouidius in octaua epiſtola heroidum:

Me tibi tyndareus uita grauis auctor & annis Tradidit.

A Tyndaro uero maſculinum deriuatur patronymicum tyndarides:a quo abiecta.de.fœmininū in.is. deducitur tyndaris.Iuuenalis ī ſatyra Credo pudiciciam:ponens differentiā inter mortes:quæ a romanis fœminis uiris ſuis eo tempore inferebant̄:& eam quæ a Clytæmneſtra illata fuit Agamēnoni. hoc tantū refert quod tyndaris illa.i.Clytæmneſtra bipēnem inſulſā & fatuam:hoc eſt ſine aliqbus uiribus dextra leuaque tenebat:quia niſi adiuta fuiſſet ab Aegyſtho ob fœmineū timorē nequiuiſſet Agamēnonem interficere. Et ſubdit de romanis mulieribus poeta dicēs:At nunc res agit̄ tenui pulmone rubetæ.i.ueneноſæ illi⁹ ranæ:q̄ inter rubeta naſcitur.ac ſi dicat:noſtræ uiros ſuos ueneno necant: ī cuius remedium ſi earum uiri antidotū

Mithridatis forte prægustaſſent:etiam id idem cum Clytæmneſtra ferro conficere ſunt paratæ. Vnde ait. Sed tamen & ferro mortem uiris ſuis inferre ſunt diſpoſitæ Si prægustaret atrides Pontica ter uicti cautus medicamía regis:hoc é ſi cautꝰ atrides.i.uir ille quicūq; romanæ mulieris maritꝰ eēt ut atrides.i.Agamēnon qui uir fuit Clytæmneſtræ prægustaret medicamina antidota præſeruantia a ueneno:confecta.ſ. & prægustari cóſueta a Mithridate rege ponti ter a romanis uicto:ferro ſcilicet paratæ eſſent rem conficere.Nam ut ſcribit Plinius li.xxv.naturalis historiæ:quotidie antidotum contra u enena ſumebat:adeo ut cum quadragintaſex ánis cum romanis bella fouiſſet:ut dixit Iuſtinus li.xxxvii.demum tribus ingentibus bellis fœlicitate Syllæ:uirtute Luculli:& Pompeii magnitudine uictus eſt.Et cum iam morté ſibi inferre decreuiſſet: ut dixit Gellius li.xvii.& fruſtra uiolentiſſima uenena ſumpſiſſet:ultimo gladio ſe tranſfixit.At uero Pliniꝰ nepos in li.de uiris illuſtribus Mithridatem dixit uenenum ſumpſiſſe:quo tarde agente percuſſorem gallum atroci ultu territum reuocauit:& in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit.Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum illū fuiſſe aſſerunt:quos Lucanus ſecutꝰ in primo inqt:Poſt cilicas ne uagos & laſſi pontica regis Prælia barbarico uix cóſummata ueneno.Idem Eutropius li.ſuarum historiaꝝ.vi.

T ynnicus prima cum.t.exili &.y.græco : penultima cum.i.latino:ultima cum.c.exili ſcribitur : fuit filius Thraſboli.

T hynus cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribit̃:nomen é uiri ꝓprium:de quo Orpheus meminit.

T hyoneus cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribit̃:cognomen eſt Bacchi:quod a θύω:quod é ſacrifico deductū putant:eo quod illi adhuc inter humanos uerſanti ſacrificia reddebant̃.Ex quo thyas & thyades:ut a Baccho bacchides deduci aſſerit Seruius.Virgilius in.iii.æneidos:Thyas ubi audito ſtimulát trieterica baccho Nam ſacrificula eſt Bacchi.

T yphon cū.t.exili &.y.græco ſcribit̃:fuit gigas filius Terræ & Titani:de quo Seneca in Octauia:
Non tam ferum typhona neglecto ioue
Irata tellus edidit quódam parens.Verum a poetis noſtris quádoq; quidem etiam Typhos ſcribitur:quandoq; uero Typhoeus cum.œ.diphthongo.Lucanus in.iiii.Côditus inarimes æterna molle Typhœus. qué ſane uerſuȝ ex Homero traduxit libro iliados. ii.ubi ait:εἰναρίμοις ὅθι φασί Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς Nónunq; uero diuiditur diphthongus & ipſum.e.corripitur. Ouidius libro.v.metamorpho. Aethereas auſum ſperare typhoea ſedes.At uero in deriuatiuo ſemper diuiditur diphthógus & ipſuȝ.e.ſimiliter corripitur.Virgi.in.i.æneidos.Nate patris ſummi qui tela typhoea temnis.i.tela:quæ Typhoeū fulminauerūt Nam ut ait Heſiodus οὗτος γάρ ἐκεραυνώθη ὑπό Διός:Ideſt hic quoq; fulminatꝰ fuit a Ioue. Namq; ut fratres gigantes ab Ioue fulminatos ulciſceret̃:illum ꝓuocauit ad duellum:ob quod iratus Iuppiter ipſum fulminauit:& ſuper impoſuit inarimen inſulam ſecundū Virgiliū & Lucanū:ut uidimus in dictióe Inarime ſeu trinacriam ſecūdum Ouidiū li.v.metamorpho.ait enim ſic:
Veſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris:& magnis ſubiectum mollibus urget
Aethereas auſum ſperare typhoea ſedes.
Nititur ille qdem:pugnatq; reſurgere ſæpe:
Dextra ſed auſonio manus eſt ſubiecta peloro:
Leua pachynne tibi:lilybæo crura premūtur .
Degrauat ætna caput:ſub qua reſupinus arenas
Eiectat flammáq; fero uomit ore typhœus.& reliqua.

T iphys prima cum.t.exili &.i.latino:ſequés cuȝ.y.græco ſcribitur:fuit teſte Plinio li.vii.naturalis hiſto. arte carpentaria glorioſus:& primus adminicula gubernandi naues inſtituit.& fuit teſte Orpheo & Seneca argonautarum gubernator:ip̃o dicente in Medea:
Auſus es tiphys pandere uaſto
Carbaſa ponto:legeſq; nouas
Scribere uentis.Idem Virgilius prius ínuit cum ait í bucolico:Alter erit tum tiphys & altera:quæ uehat argo Delectos heroas.Diodorus uero ſiculus refert quoſdam affirmaſſe eius nauis gubernatorem Argon cognominatum:ut uidimus in dictione Argonautæ.Verum tiphym in ea expeditione periſſe dixit Seneca in præfata tragœdia cum ait:
Tiphys in primis domitor profundi
Liquit indocto regimen magiſtro
Litore extremo:procul a paternis
Accidens regnis:tumuloq; uili
Tectus:ignotas iacet inter umbras.

T ypus cuȝ.t.exili &.y.græco ſcribitur:ponitur a noſtris pro forma figuraq; & exemplari. Vnde archetypus ut in ea dictione uidimus.

T yrannus cum.t.exili &.y.græco:atq; duplicato.n.ſcribit̃:dicit apud nos ꝓprie fortem.Vnde & tyrones illi

dicunť:q fortes cũ ſint ad militiam exercenť. Nam ab initio teſte Trogo quæq; ciuitas & gens rerum publicarum imperium penes reges habebat:quos ut Iuſtinus ſcribit non ambitio popularis: ſed expectata inter bonos moderatio ꝓuehebat.q & tyráni ob fortitudinem uocabanť. Iuxta quem moduȝ Virgilius ipſe i.vii. æneidos:Aeneam ſuum:quem pium ſemper eſſe uoluit tyránum dixit cũ ait:Pars mihi pacis erit dextrá tetigiſſe tyráni. Sed creſcente malicia cum ſuperbe reges regnare cœpiſſent tyranni nomen ad illos ſolum reſtrictum eſt:q per inſolentiam imperii uiribus abutebantur. cui rei teſtimonio idem ſit Virgilius li. æneidos vii. cum ait:Gens bello præclara iugis inſedit hetruſcis. Hanc multos florenteȝ ános rex deinde ſuperbo Imperio:& ſæuis tenuit mezentius armis. Et ſubdit ꝙ ad ſuperbiam reſpicit:Quid memorem íſandas cædes? qd facta tyráni? Ecce quem ſupbum primo regẽ dixerat mox tyránum uocauit:ut & de ſceleſto Pygmaliõe prius dixerat li.i. Cõueniunt qbus aut odium crudele tyráni:Aut metus acer erat.

Tyres cũ.t.exili &.y.græco ſcribiť:fluuius ẽ ſcythiæ:teſte Herodoto li.hiſto.iiii.& poſt iſtrum ſecũdus:fluitq; ruens ex borealibus grandiq; palude:atq; in circuitu ſcythiá detinet & nebridam terrá:huius hoſtium ipſo Herodoto referente incolunt hellines:q tyritæ ab eo flumine cognominantur.

Tiryns pria cũ.t.exili &.i.latino ſequens cũ.y.græco ſcribiť:& ẽ generis fœminini:atq; teſte Homero lib.ilia. urbs mœnibus inſignis in pelopóneſo. cũ uero eſt generis maſculini:fluuius ẽ in argo.

Tirynthia prima cum.t.exili &.i,latino:ſequens cum.y.græco:penultima cuȝ.th.aſpirato:&.i.latino ſcribiť fuit teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſto.urbs in achaia argo ꝓxima:& longe a mycenis. hác eádem puto cum ea quæ Tiryns ab Homero uocata ẽ:ex qua cũ genitus fuerit Hercules dictus ẽ Tirynthius.

Tyrditania prima cũ.t.exili &.y.græco ſcribiť:nomen eſt ꝓuinciæ hiſpaniæ.

Tireſia cuȝ.t.exili &.i.latino utrobiq; ſcribiť: fuit teſte Homero li.x.odyſſeæ:Theban⁹ patria:& Peritri fili⁹ ut dixit Lactantius grammaticus. hunc dixit Ouidius cum forte duos angues coeuntes pcuſſiſſet effectum fuiſſe fœminá:& ſeptem ános in eo ſexu duraſſe:poſt quos cum iterum eoſdem comperiſſet percuſſis iterũ anguibus in priorem formam redactus eſt. demum cũ inter Iouem & Iunonem cõtentio fieret:qſnam maiorem í coitu uoluptatem ſuſciperet mas an fœmina:aſſerente Iunone de uiro:& Ioue de fœmina:& húc táq; expertum ambo arbitrum cõuocaſſet:dedit ille ꝓ Ioue ſentẽtiam:hoc eſt maiorem in fœminis eſſe uoluptatem q̃ in uiris:ꝓ quo irata Iuno ipſuȝ occæcauit. Sed pater oípotẽs ꝓ lumine adẽpto Scire futura dedit pœnáq; leuauit honore. hunc monſtrat Statius multa thebanis uiuũ prædixiſſe. ſed fugiens uictores thebanoꝝ in macedonia moriť & ſepelitur:poſtq; ſuam mortem apud inferos:ut late oſtendit Homerus in.xi.odiſſeæ multa futura prædixit Vlyxi deſcendẽti ad inferos. Verum ut ſcribit Plinius li.vii.naturalis hiſto. Ex fœminis mutari í mares nõ fabuloſum ẽ. Inuenim⁹ enĩ inqt:in ánalibus. Q. Licinio Craſſo Caio Caſſio Lõgino Coſſ. Caſim pueꝝ factum ex uirgine:iuſſuq; aruſpicum deportatum in deſertam inſulam. Lycinus Mutianus ꝓditur a ſe uiſus:q prius fœmina nupſit:mox barbam & uirilitatẽ ꝓmeruit uxoremq; duxit. Et ſubiunxit idem Plinius:uidi etiá in aphrica mutatum in marẽ die nuptiaꝝ Lutium Coſſiciũ ciuẽ theſbicanum. Ideȝ ſacer Auguſtinus de cõiugiis ueteris ac nouæ legis tpe inquit:Imperatoris Cõſtantini manifeſtũ ẽ puellam í ꝑte campaniæ in maſculum fuiſſe mutatam & romá ductum.

Tyrrhenus cũ.t.exili &.y.græco:atq; duplicato.r.ſecũdoq; aſpirato ſecundũ Priſciani doctrinaȝ ſcribiť:fuit frater Lydi regis lydiæ:ut in dictõe Lydia uidim⁹:q regno lydiæ dimiſſo fratri ad maritimá tuſciæ deduct⁹ ẽ quá tyrrheniá a ſe cognominauit. In qua tubaꝝ uſum primo adiuentũ fuiſſe dixit Sophocles í ea tragœdia quæ inſcribiť αἴας μαστιγοφόρος:quod Virgilius in.viii.ænei.confirmaſſe uideť cum ait: Tyrrhenuſque tubæ mugire p æthera clágor. Quod ſane a prædonib⁹ circa oras maritimas diſpſis ab Sophoclis expoſitoribus excogitatum fertur:ut ad prædas facillime cõuenirent.

Tyrrhus eodem mõ ſcribiť:nomẽ eſt uiri ꝓprium:cui ut ait Virgi.li.vii.ænei.regia parent armẽta:& lata cuſtodia credita campi.ſ.regis Latini.

Tyro cum.t.exili &.y.græco ſcribiť:dicitur nouus miles:hoc eſt hõ ille fortis qui ad miliciam exerceť: ut uidimus in dictione Tyránus:cuius diminutiuũ ẽ tyrũculus:& ad quácũq; artem illa poſſe referri dicunt. Iuuenalis í ſatyra Atticus eximie inqt:Nec fruſtũ capreæ ſubducere:nec latus aphræ Nouit auis noſter tyrunculus. Et notádũ in tyráno primam eſſe breuem:in tyrone & tyrũculo longam:licet eandem habeát analogiam. Fuit etiá teſte Iuſtino li.xviii.nomen ꝓprium patris Didonis:& Pigmalionis:q a Virgilio & aliis non nullis Belus uocatur. Nec Sicheum maritum Didonis fuiſſe dixit:ſed nomine Aterbam:quem & ſacerdotẽ & regem fuiſſe dixit.

Tyrus cũ.t.exili &.y.græco ſcribiť:fuit urbs uetuſtate originis magnitudine & claritate (ut dixit Curti⁹ í.iii. de geſtis Alexandri) ante oẽs urbes ſyriæ & phœniciæ memoranda. Et ut qdá ferunt dicta prius fuit ſarra. Fuitq; cõdita ab Agenore Priſci Beli filio in íſula ſeptuaginta milibus paſſuũ a terra diuiſa. Sed Alexandri oppugnátis induſtria cõtinens terra facta fuit:quod Ouidius li.xv.metamorpho.tetigit cum ait:

Fluctibus ambitæ fuerant antiſa pharoſq;
Et phœniſſa tyros:quaꝝ nunc inſula nulla eſt.

Thyrſis cũ.th.aſpirato &.y.græco in prima ſcribiť:nomen eſt paſtoris ꝓprium.

T hyrſus cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:haſta quædam erat pampinis ĩuoluta:quam bacchãtes in choreis deportabant. Ouidius li.faſtorũ.iii. Fœmineos thyro cõcitat ille choros. Vnde & Thyrſigerus dictus ẽ Bacchus. Seneca in Medea: Candida thyrſigeri proles.

T hyrea cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribit᷑:inſula eſt pelopõneſi:ut dixit Herodotus li.hiſto.iiii.

T hyre eodem modo ſcribit᷑:nomen eſt loci.

T yrteus abſq; aliqua aſpiratõe &.y.græco ſcribit᷑:fuit poeta græc⁹.de quo Plato ĩ li.de legib⁹ ſæpe meminit

T iſarantus cum.t.exili utrobiq; &.i.latino ſcribit᷑:fluuius eſt ſcythiæ:ut dixit Herodotus li.iiii.hiſtoriarum. & ſecundus poſt ordeſſum. Inter quem (ut ait) & iſtrum ſunt fluentes ararus:honoparis:& ordeſſus: qui in iſtrum decurrunt.

T iſana cum.t.exili &.i.latino:atq; unico.s.ſcribit᷑:nec eſt dictio græca:ut quidam uoluerunt:ſed teſte Priſciano libro.ii.eſt dictio latina.eſtq; ſuccus uel aqua ordei. Vnde tiſanarium deriuatur:quod eſt uas in quo ponitur uel tunditur uel coquitur hordeum.

T hyſſagetæ prima aſpiratur:ultima ſine aſpiratiõe ſcribit᷑:& duplicatur.s.populi ſunt ſcythici ultra ſauromatas & budinos uiuentes ex uenatõe:in quoꝝ territorio ut oſtendit Herodotus li.hiſto.iiii.flumina quattuor magna fluũt:uidelicet Lycus cum.y.græco &.c.exili. Oarus. Tanais cum.t.exili &.i.latino. & Syrgis: cuius prima habet.y.græcum.

T hyſbe cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribit᷑:facitq; ĩ genitiuo thyſbes:fuit puella babylonia:de q̃ Ouidius.

T itan ſine aliqua aſpiratione:&.i.latino ſcribit᷑:q & Titanus dicitur:fuit frater Saturni maior natu: & filius Vrani:ut late uidimus in dictione Chronus.

T ityrus prima cum.t.exili &.i.latino:ſecunda cũ.y.græco ſcribit᷑: ponitur a Theocrito & Virgilio laconum lingua,ꝓ quodam paſtore.& apud nos aries maior dici põt.

T ityus eodem mõ cum ſuperiori ſcribit᷑:hoc eſt prima cum.t.exili &.i.latino:ſecũda cũ.t.exili ſimiliter &.y. græco ſcribit᷑:fuit Iouis filius ex Eiara filia Orchomeni:quam Iuppiter Iunonis iram extimeſcens:in ſpecu ſub terra abſcõdit:ob quod ex illa Tityus natus dictus eſt a poetis terræ filius:dicente Homero circa finem libri.vii.odyſſeæ: Τίτυον γαιήιον υἱόν. Et Virgilio ſimiliter li.ænei.vi. Nec non & tityon terræ oĩpotentis alumnum Cernere erat. Hic cum Latonæ uim inferre uellet:ab Apolline ſagittis cõfoſſus:apud inferos magno cruciatu demergitur:ut Virgilius eodem li.vi.,pſecutus eſt:& Seneca in Hercule furẽte ait: Præbet uolucri tityus æternas dapes. Ouidius in.i.de ponto: Sic incõſumptum tityi ſemperq; renaſcens Non perit ut poſſit ſæpe perire iecur. Huius magnitudinẽ corporis nouẽ iugerũ dixerũt poetæ:ut Tibullus: Porrectuſq; nouem tityus ꝑ iugera terræ Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues.

T ithonus prima cũ.t.exili &.i.latino:ſequens cũ.th.aſpirato ſcribit᷑:fuit teſte Homero lib.x.iliados: Laomedontis regis filius:& Priami frater:ait enim: λαομέδον χάρα Τιθωνόν τέκετο πρίαμόν τε. Et ut rettulit Seruius ſuper.iii. Virgilii georgi.librum ubi ait poeta: Tithoni croceum linquens aurora cubile. Cũ iuuenis eẽt & forma decorus ab Aurora dilectus & raptus fuit:ex qua Memnonẽ genuit. Sed tãdem poſt longiſſimam optatãq; uitam audita Mẽnonis filii morte:in cicadam uerſus dicit᷑ a poetis:dicente Horatio: Lõga tithonum minuit ſenectus.quod iõ fictum puto:ꝙ cupiditate orientalis regni tractus:ubi nobis Aurora cõſurgit:ex uxore eoꝝ locoꝝ ducta Mẽnonem,ꝓgenuit:quẽ deinde mortuum noſcens in bello troiano:& paternũ regnũ deſolatum audiẽs:ad quæſtus cõuerſus uitã finiuit:ut latius uidimus ĩ dictione Memnon.

T itus abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur:nomen fuit clariſſimi romani principis filii Veſpaſiani:& fratris Domitiani.

T lepolemus cum.t.exili &.e.abſq; diphthongo:atq; unico.l.ſcribit᷑:habetq; accẽtum in antepenultima:fuit teſte Homero li.ilia.ii. Herculis & Aſtioches filius clarus rebus bellicis:& longo latoq; corpore redimitus. Veꝝ(ut ipſe Homerus ait)quũ ſimul ac ĩ domo materna ĩ iuuenilẽ ætatẽ adoleſceret. Lycamnion matris germanũ oli bello eximium:tunc autẽ iã ætate ,pucctũ iteremit. Sʒ cum cæteri Herculis ex illa filii nepoteſque Lycãmi ultionẽ iterfecti minarent᷑: cõparata ingẽti comitũ manu claſſiq; quã feſtinãter ædificaret impoſita ꝓfugit. Tandẽ uariis agitatus caſibus Rhodũ ꝑuenit:ibiq; iperium Rhodioꝝ q tres ꝑtes diuiſi erãt:adept⁹ eſt. Ita eni Iuppiter huic apud illos beniuolentiã cõciliauerat. ſuppeditauitq; eiſdẽ ob hunc mirificas opes affluentiſque diuitias. Tandem cum in bello troiano cum Serpedone filio Iouis & lyciorum rege: hoc eſt nepos cum patruo depũgnaret ab eo interfectus eſt:ut longo pulchroque ſtilo Homerus libro quinto iliados enarrauit.

T molus cum.t.exili ſequente.m.in eadem ſyllaba:& unico.l.ſcribitur:mons eſt ciliciæ:ut oſtendit Herodot⁹ libro hiſtoriarum quinto:& croco uino ac melle perfertilis. Vnde ait Virgilius libro primo georgicorum: Nõne uides croceos ut tmolus odores India mittit ebur. Veruñ & a noſtris poetis nõnunq; ſuperadditum fuiſſe.i.poſt.t.comperimus:ac dici timolus. Ouidius libro.vi.metamorphoſeos: Deſeruere ſui nymphæ uineta timoli. Nec aliter ipſe uerſus ſtare poſſit. In huius cacumine teſte Plinio homines centum quinquaginta annis uiuere Mutianus auctor eſt.

T hoa cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

T hoas cum.th.aſpirato ſcribit’:fuit rex in tauricá regione.De quo Ouidi⁹li.iii.de ponto inqt:Regna thoas habuit mæotide clarus in ora.Nec fuit euxinis notior alter aquis.Alius fuit rex lemni Liberi patris filius:& pater Iſiphyles.Alius Iſiphyles fili⁹ ex Iaſone.Alius fuit teſte Homero Andremonis fili⁹.At ení li.ii.iliados: θόας ἀνδραιμονος ὑιοσ.Fuitq́ rex ætoloꝝ:ac eoꝝ dux in bello troiano: in qué iccirco tunc ætoloꝝ ipe-rium recidiſſe dicit:q̃ & Oeneus ipſe:& dius eius filius Meleager deceſſerant.

T holus cũ.th.aſpirato & unico.l.ſcribit’:dici pót a noſtris teſtudo:quo uocabulo uſus é Virgilius li.ix.ænei. cum ait:Si qua ipſe meis uenatibus hauſi Suſpendiue tholo.Sed(ut ait Serui⁹)tholus,ꝓprie é ueluti ſcutum breue:quod in medio tecto eſt:in quo trabes coeunt:ad quos dona ſuſpendi cóſueuerant.

T omyris cũ.t.exili ſubſequente.o.littera:ſecũda cũ.y.græco:ultima cum.i.latino ſcribit’:fuit regina nobilis maſſagetarum in ſcythia:quæ Cyrum debellauit & interemit.De qua plene Herodotus li.hiſto. & Iuſtinus ſimiliter li.i.ſui epitomatis ſcripſerunt.

T omos cũ.t.exili ſcribit’:dici pót latine inciſio:ſeu ſectio.Nam deriuat’a τέμνω:quod eſt incido uel ſeco.eſt locus in ponto iuxta phaſidis hoſtium memorabilis primo crudelitate Medeæ:quæ ibi fratré ſuũ Abſyrtuꝫ occidit:& in partes execuit. Sed magis memoria dignus exilio clariſſimi poetæ Naſonis:de quo idem ipſe libro tertio triſtium:

Hic quoq́ ſunt urbes graiæ:quis credere poſſet?
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoq́ mileto miſſi uenere coloni:
Inq́ getis graias conſtituere domos.
Sed uetus huic nomen poſitaq́ antiqtus urbe
Conſtat.& abſyrti cæde fuiſſe loco:ut late uidim⁹ i dictione Abſyrtus.Et ſubdit in fine eiuſdem epiſtolæ:
Inde tomos dictus locus hic:qa fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

T homas cũ.th.aſpirato ſcribit’a græcis:nomé eſt hebraicum uiri ꝓprium.

T hon huius thonos cũ.th.aſpirato ſcribit’:fuit primus q apud ægyptios medicinam in arté redægit.De quo meminit Homerus li.iiii.odyſſeæ.Alius teſte Hellanico fuit rex canopi:ad qué cũ Menelaus a troia cuꝫ He-lena diſcedens:tépeſtate maris deduceret’:fuit primũ ab illo anteq́ Helená cóſpiceret:grate ſuſcæpt⁹. Sed cum illam cóſpexit:uim Menelao inferre conatus:ab illo interfectus eſt.

T hoon cum.th.aſpirato & duplicato.o.ſcribit’:habet accentuꝫ in ultima:fuit teſte Homero li.xii.iliados:uir troianus ab Vlyxe interemptus.

T hootes prima cũ.th.aſpirato:ſequente duplicato.o.ultima cum.t.exili ſcribit’:fuit teſte Homero li.xii.ilia. unus ex præconibus græcorum.

T hoota cũ.th.aſpirato & duplicato.o.ultima cũ.t.exili ſcribit’:fuit teſte Homero in odyſſea Phorci filia: ex qua Neptunus Polyphemũ genuit.Quo etiam nomine qdam Phorci matrem nominauerũt.

T opotheſia prima cũ.t.exili antepenultima cuꝫ.th.aſpirato ſcribit’:dici pót loci poſitio uel deſcriptio.Nam topos locus:& θέσις poſitio dicit’.Et rei ueræ a poetis & hiſtoricis fieri cóſueuit:licet nónunq́ abutantur: ut Virgi.in.i.æneidos:Portum in ſeceſſu longo apud aphricam deſcripſit:q teſte Seruio:non illic:ſꝫ apud hiſpanam carthaginem habetur.

T horax cũ.th.aſpirato ſcribit’:tegmé é pectoris:& a multis lorica traducit’.Virgi.i.vii.Thoracas ahenos.

T orone cũ.t.exili ſcribitur:fuit urbs ſithoniæ:ut in ea dictione uidimus.

T oreumata abſq́ aliqua aſpiratóne ſcribit’:opera ſunt pulcherrime ſculpta.Saluſtius in catilinario tabulas: ſigna:toreumata emunt.

T hous cũ.th.aſpirato ſcribit’:fuit teſte Homero unus ex troianis principibus.

T rabea cũ.t.exili ſcribit’:nec græcá deriuationem habere puto:cui⁹nec latinam ſatiſfacienté adhuc comperi gen⁹é ueſtis.de quo Suetoni⁹i li.de genere ueſtiũ inqt:Tria ſunt genera trabeaꝝ.unũ qđ diis ſacrat’:quod é tátũ de purpura.Aliđ regũ qđ é purpureũ:hꝫ tamé albũ aliqd.Tertiũ augurale đ purpura & cocco mixtũ

T hracia cũ.th.aſpirato:&.c.exili atq́.i.latino ſcribit’:regio é europæ quæ ab Herodoto aliiſq́ auctorib⁹ iter ꝑtes ſcythiæ ponit’:& a θρακύ:quod é ferũ ſeu temerariuꝫ nomen ſumpſit.Nam ferociſſimos hoíes alebat: qbus aſper corpoꝝ inerat cultus.Et ut nónulli ferũt teſte Gellio li.x.noctium atticaꝝ:prius ſithon dicta fuit eius fines ſunt teſte Plinio li.iiii.naturalis hiſto. a ſeptétrione iſter:ab oriente pontus : & a meridie ægæum mare.montes habet æmum:rhodopen:& orbelon.Et ut Plinius li.vii.dixit:Cum uaria ſit mortalitas:& ad circũſcribendá ſeipaꝫ ingenioſa cóputat more thraciæ gétis:q̃ calculos colore diſtictos,ꝓ experiméto cuiuſ-cũq́ diei in urnam códitːac ſupremo die ſtꝑatos dinumerat:atque ita de quoq́,ꝓnuntiat.Iuxta qđ dixit Iuue.& a thracia threicius & threicia deriuatur:ut in dictione threiſſa uidebimus.

T ragœdia prima cũ.t.exili:ſequens cũ.œ.diphthongo ſcribit’:& habet accentũ ſup diphthongo:cum reliq̃ breues ſint.Ouidius in.ii.de triſtibus:Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uincit.Horatius ſimiliter. Effutire leues indigna tragœdia uerſus.Cóponiturq́ ex tragos:q apud nos eſt hircus:& œdia cantus. Naꝫ

hircum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

hircum pro præmio ſui cantus primi tragici:qui ruſtici & paſtores arant:reportare dicebantur: ut Horati⁹ Carmine q tragico uilem certauit ob hircum. In quo tádẽ genere poematis floruerũt apud græcos Aeſchylus:Sophocles:& Euripides. Apud noſtros uero Accius:Pacuuius:Ouidius:q teſte Quintiliano in hoc genere Medeam ſcripſit. Et q̃ntum potuerit ingenio clariſſime oſtendit. Sed his deperditis ſolus iam reſtat Seneca. De quo nec inter tragicos Quintilianus meminit. In ſuis tamen inſtitutionib⁹ illius uerſiculum nominatum inducit:quem ſane & in his tragœdiis:quas habemus olim comperi. Nec oẽs eiuſdem auctoris eſſe uidentur:ut uarietas ſtili diligenter ĩtuentibus indicat.

T ragus cũ.t.exili ſcribiť:diciť a noſtris hircus:quẽ nõnulli arietẽ eẽ uolunt. Vnde & tragopa auis diciť:quæ ĩ æthiopia aſiatica maior ẽ aquilis & cornib⁹ arietinis præfert caput armatum:ut ſcribit Solinus.

T ragelaphus cum.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitur:nomen eſt compoſitum ex trago & elaphus:qui ẽ ceruus. Nam teſte Plinio libro.viii.naturalis hiſto. Species eſt cerui:barba tamẽ & armorũ uillo ab aliis diſtans:nec alibi q̃ iuxta phaſim amnem naſcens.

T ragemata cũ.t.exili utrobiq; ſcribiť:& teſte Macrobio ĩ prĩo ſaturnaliũ li.ea ueteres noſtri appellauere bellaria. Et ut parum ſupra dixit. Significant aũt bellaria omne mẽſæ ſecũdæ genus.

T ralles cũ.t.exili & duplicato.l.ſcribiť:urbs fuit in minori aſia:qua Metellus numidicus exulauit.

T rapeza cũ.t.exili &.z.cõſonante ſcribiť:dicitur a noſtris menſa.

T rapezita abſq; aliqua aſpiratione:&.z.conſonãte ſcribiť:nomen ẽ deductũ a trapeza.i.mẽſa:qua argẽtarii uti cõſueuerũt. Vnde trapezita argentarius a q̃buſdam:a nõnullis uero nũmularius traduciť. Sed ipſi græco uocabulo utitur Plautus in Curgulione.

T hraſybulus cu3.th.aſpirato & unico.s.ſequẽte.y.græco ſcribiť:fuit uir athenienſis Lyci filius. De quo Aemilius Probus ait:Si per ſe uirtus ſine fortuna ponenda ſit:dubito an hunc primum oĩm ponam. Illud ſine dubio neminem huic præfero fide:cõſtantia:magnitudine animi: & amore in patria3. Nam quod multi uoluerunt paucíq; potuerũt:ab uno tyráno patriam liberare.huic cõtigit:ut a triginta oppreſſas tyránis athenas:e ſeruitute in libertatem uendicaret. Aliaq; magnifica confecit:quæ Iuſtin⁹ li.v.& alii nõnulli ſcripſerũt Verum ſequẽti tp̃e cum prætor claſſem ad ſiciliam appuliſſet:neq; ſatis diligenter in caſtri s eius agerentur uigiliæ:a barbaris noctu eruptione facta ĩ tabernaculo interfectus ẽ. Alius eodẽ nomine fuit teſte Herodo. libro hiſto.primo:mileſiorum tyránus.

T hraſymedes cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribiť:fuit teſte Homero li.ix.iliados:Neſtoris filius.

T hraſus cũ.th.aſpirato ſcribiť:nomen ẽ uiri:quod apud nos fiduciam indicat:quæ græce θράσος dicitur. unde & thraſumenum lacũ deductum dicimus.

T hraſumenus lacus cũ.th.aſpirato:& abſq;.n.ante.s.ſcribiť:lacus ẽ in agro peruſino. De quo Liuius & plures alii loquũtur. Nam ſi.n.conſonans:ut q̃dam ſcribũt adderet:ita ut diceret thranſumenus eẽt eius prĩa poſitione longa.quod ue℞ non eſſe indicat Ouidius li.vi.faſtorum cũ ait:Sũt tibi flamini⁹ thraſumenaque litora teſtes. Hũc lacum ſemel totum arſiſſe dixit Pli.circa finẽ libri.ii.natu.hiſtoriæ.

T hraſo cũ.th.aſpirato ſcribiť:nomen ẽ ꝓprium uiri. De quo ſæpe Terentius.

T rechus cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libro iliados.v.uir ætolus & in bello troiano ab Hectore interfectus.

T hreiſſa cum.th.aſpirato &.i.latino atq; duplicato.s.ſcribiť:nomen ẽ patrium a θρεισ maſculino:q̃d ionica lingua thracenſem ĩdicat deductum:ubi diphthongus.ει.ſoluiť. Virgi.li.æneí.i. Vel qu alis equos threiſſa fatigat Harpalice. De quo ĩ dictione creſſa latius uidimus. Similimodo threicius dicitur.

T hrenos cũ.th.aſpirato ſcribiť:dici põt latine lamẽtum. Et generis eſt neutri:quod in funerib⁹ decantabatur Quo primum Simonides poeta lyricus apud græcos uſus ẽ. Et diciť a θρῆνος:qui ẽ planctus.

T rieterica abſq; aliqua aſpiratione:&.i.latino utrobiq; ſcribiť:erant Bacchi ſacra:quæ quia triẽnalia:hoc eſt tertio quoq; ãno ſumptuoſiora quotidianis orgiis agitabanť:trieterica dicta ſũt: dicẽte Oui.li.ix.metam.

Vtq; tuo moto proles ſemeleia thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita triẽnia bacchæ.

Idem & Seruius affirmauit ſuper id Virgilii libro æneidos.iiii.

Thyas ubi audito ſtimulant trieterica baccho
Orgia:nocturnuſq; uocat clamore citheron.

T ribrachus prima cum.t.exili &.i.latino:ſequens cum.r.poſt.b.ultima cum.ch. aſpirato ſcribiť:pes eſt tres continens breues. Nam componitur ex tris:& αραχύ:quod eſt breue.ut Virgi.ĩ Alexi:Te corydon o alexi ubi don o a facit tribrachum:cum uocalis ante uocalẽ breuis fiat.

T riclinium abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribiť :dictio ẽ compoſita ex tris & κλίνη: qui eſt torus hoc eſt a tribus toris:qui iuxta menſas pro ſeſſione ponebanť eſt appellatum. Nam tres menſas in conuiuio apponere conſueuerant:iuxta quas & toros ſedebant. Iuue.in q̃nta ſatyra:Primo fige loco:quod tu diſcũbere iuſſus. Et ſubdit:Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto:Vna ſimus ait. Quare & pro loco ubi cõuiuabantur triclinium ponere conſueuerant.ut Quintilianus loquens de loco:ubi Simonides artem memoriæ

traditur íueniſſe inqt: Vix eo limen egreſſo triclinium illud ſupra conuiuas corruit. Cicero uero eundē locum traduxit cõclaue dicens: Hoc interim ſpatio conclaue illud cõcidit. Aliquibꝰ uero aliis diſcubitorium magis traducere placuit: & a triclinio architriclinus: ut in ea dictione uidimus.

T rigla cum.t.exili &.i.latino ſcribit᷑: piſcis ille eſt: qui a noſtris mullus dicitur: qui & apud quoſdam græcos traductus eſt μύλλοσ.

T rimetra ſine aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribit᷑: nomen eſt compoſitum ex tris & metrum: quaſi triū metrorum ideſt pedum.

T rinacria abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribit᷑: dicitur a nõnullis trinacris: & pro ſicilia ſumitur. Nam teſte etiā Seruio ſuper primū æneí. græca dictio ē: qa tribus acris.i.ſummitatibꝰ ſeu ꝓmontoriis ꝓminet: uidelicet pachyno: peloro: & lilybæo: ut ī dictiõe ſicilia uidimus. Ob quod dixit Ouidius ſup.iiii.faſtorum:

Terra tribus ſcopulis uaſtum ꝓcurrit in æquor
Trinacris: a poſitu nomen adepta loci. Et li.xiii.metamorpho.inqt: Intrant
Sicaniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis:
E quibus imbriferos eſt uerſa pachynos ad auſtros.
Mollibus expoſitus zephyris lilybæus: at arctos.
Aequoris exptes ſpectat boreamq; pelorus. Verum græci omnes poetæ & hiſtorici in oībus: quos legi emēdatiſſimis codicibus nõ trinacriā cum.t.exili: &.r.poſt.c.ſed thrinacriam cum.th.aſpirato: &.c.exili ſubſequente.i.latino ſcribūt. ut Homerus in odyſſea: θρινακίνη ἐσ νησον. Cuius deriuationem nec ego nec doctiſſimi græci: quos interrogaui reddere ualuimus.

T ripos cum.t.exili &.i.latino ſcribit᷑: componiturq; ex tris & pos: qui eſt pes. Erātq; tripodes teſte Seruio ſuper.iiii.æneidos: menſæ in templo Apollinis delphici: quibus ſuperpoſitæ phœbades uaticinabantur. De quibus in dictione gortina uidimus.

T hryoeſſa cũ.th.aſpirato &.y.græco: atq;.o.&.e.diuiſis ſyllabis: duplicatoq;.s.ſcribit᷑: fuit teſte Homero li.xi.iliados: oppidū ſupra alpheum arduo in loco poſitum: & ad poſtremū regni pylii.

T hryos cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribit᷑: fuit etiā teſte eodem Homero urbs ſub regno Neſtoris.

T riptolemus abſq; aliqua aſpiratione: & cum.p.ante ſecūdam.t.ſcribit᷑: fuit teſte Ouidio li.iiii.faſtoruȝ: filiꝰ Cæloi & Mænalinæ. Ad quos cum in loco: qui nunc cerealis eleuſis dicit᷑: ipſa Ceres quærens Proſerpinam deueniret (hæc Cæloi rura fuerat ſenis) Triptolemuſq; eoꝝ filius ī cunis degeret: dum nocte pater & mater dormirent: gremio ſubſtulit illa ſuo: Terq; manu mulxit eū: & tria carmina dixit. Et deinde in accenſo foco obruit humanum purget ut ignis opus.

Excutitur ſomno ſtulte pia mater: & amens
Quid facis exclamat: membraq; ab igne rapit.
Cui dea dum non uis inquit ſcelerata fuiſti:
Irrita materno ſunt mea dona metu.
Iſte quidem mortalis erit: ſed primus arabit:
Et feret: & culta præmia tollet humo.

Sane Iuſtino referente in ſecūdo ſui epitomatis: & Capella de nuptiis Mercurii: Triptolemus in ꝑtibus atticis uſum frugum primus adinuenit.

T riton abſq; aliqua aſpiratione &.i.latino ſcribitur: fluuius ē in libya defluens primo in lacū grandē ſeu paludem tritonidis: deinde in mare libycuȝ: in quo lacu dixit Herodotꝰ li.hiſto.iiii.inſulā eē noīe pola: in qua ſigna ſunt aduentus Iaſonis: & alia plura: quæ idem auctor refert. Quin & ad hūc lacū tēporibus Ogygii regis Pallas uirginali ætate apparuiſſe fert᷑: ex cuiꝰ noīe & ipſa Tritonia dicta fuit. Vnde Lucanus li.ix. Hāc & pallas amat patrio quæ uertice nata Terraꝝ primam libyen. nam ꝓxima cælo eſt: Vt probat ipſe color: tetigit ſtagniq; qeta Vultus uidit aqua: poſuitq; in margine plātas. Nam tanto ꝓcliuiꝰ dea credita ē: quāto minus eiꝰ origo inotuit. Ob quod rettulit Herodotus dixiſſe quoſdā Mineruam ipſam filiā fuiſſe Neptuni: & ipſius paludis tritonidos: ſed patrē dedignatā dediſſe ſe Ioui: & a Ioue filiam recæptā: rurſuſq; & cū ſcuta & galeas ægyptii adinuenerint: ipſam ex illis ad græcos tranſtuliſſe.

T riton eodem mõ ſcribit᷑ ut ſuperior dictio: fuit marinus deus Neptuni filiꝰ: atq; Salathiæ. q ut dixit Virgiliꝰ in.x.æneí. Cærula cõcha Exterens freta: cui lateꝝ tenus hiſpida nāti Frons hoīem præfert: in piſtrim deſinit aluus. quem ut etiā dixit Lucanus li.ix. Audit uentoſa ꝑflantem murmura cõcha Pontus: quod nõ fictū: ſed uerum fuiſſe oſtendit Pli.li.ix.natu.hiſto. Et cum primum in tritonide palude aphricæ uiſum fuiſſe dicauit tritonis noīe cognominatum uolunt.

T riumphus prima cum.t.exili &.i.latino a nobis ſcribit᷑: q̄q; a græcis cum.th.aſpirato ſcribit᷑: uidelicet θρίαμβοσ. Sed ut ait Priſcianus in.viii. fuit tranſlatio aſpirationis a prima ad poſtremā ſyllabam: qūo χύθρα olla in κύθρα cõmutatum fuit: quod ē ionicū: & ἔνταυθα pro ἔνθαυτα. Ad cuius imitationem latini ꝓ θρίαμβοσ cum aſpiratione primæ: triumphus ꝑ tranſmutationē aſpirationis ꝓtulerunt. & ob id eodē Priſciano teſte.b.in.p.conuerſa eſt: qa.b.aſpirari non pōt. Et erat triumphus honor maximꝰ: qui dari poterat du-

cibus romanis.Nam uehebat᷑ equis albis:qbus primus omniũ Camillus inuectus eſt curru inaurato:capite coronato lauro:& antę ipm triumphanté uictꝰ hoſtis oneratus colla catenis . Et ꝑeunte᷑ ſenatu capitolium aſcendebat᷑ ad téplũ Iouis optimi maximi. Vbi mactato tauro albo:ad ꝓpriam deinde domũ redibat. Verũ teſte Plutarcho in uita Romuli. Si ipſius Romuli imagines intuemur:nó niſi pedité triumphos geſiſſe illuȝ uidemus.Et refert aliquos dixiſſe Tarquiniũ Demarati filium:hoc é Priſcum fuiſſe:q primus ob icredibilé ſui animi iſolétiam:hoc quod diximꝰ:triũphandi genus adiuenerit.Quí & referéte Pli.i.xxxii.na.hiſto.tunica aurea triũphaſſe Tarqniũ Priſcũ Verrius tradit.Sũt & nónulli q Publicolá fuiſſe primum referunt.

T hryus cum.th.aſpirato &.y. græco ſcribitur: fluuius eſt elidis:qui in alpheum decurrit:de quo meminit Homerus libro iliados ſecundo.

T ritees abſq; aſpiratione ſcribit᷑:populi fuerunt achiuorũ:q teſte Herodoto li.hiſto.i.ſoli mediterranei erãt

T rochæus prima cum.t.exili:ſequens cum.ch.aſpirato &.æ.diphthongo ſcribitur:pes eſt celer & uolubilis. Nam a trochos:quæ eſt rota deriuatur.Et ut quidam ferunt a Mercurio compertum.Conſtatq; ex longa & breui téporum trium:ut Cæſar:Caius.

T rochus cũ.t.exili &.ch.aſpirato ſcribit᷑:dicitur a noſtris rota.

T rochiſtus pría cũ.t.exili:ſequés cũ.ch.aſpirato:ultima ſine aſpiratióe ſcribit᷑:dicit apud nos ꝑuá rotam.Ná diminutiuũ é trochi:unde & cópoſitióes quædá medicoꝝ í formam rotulæ trochiſci uocabantur.

T rœzen cũ.t.exili &.œ.diph.ſcribit᷑:fuit oppidũ atticæ regionis.Vnde trœzeni populi ſunt cognominati.

T roglodytæ abſq; aliqua aſpiratione:& cum.y.græco ſcribit᷑:ſunt teſte Pli.li.iiii.natu.hiſto.degeneres ſcytharum gentes a ſeruis ortæ. At uero Solinꝰ & Póponius dixerũt populos eé aphricanos í finibꝰ æthiopiæ.

T roia cũ.t.exili &.i.latío ſcribitur:fuit teſte Liuio li.vii.de bello macedonico regio minoris aſiæ:í qua Ilion fuit ciuitas cantatiſſima.Nónunq; uero &.ꝓ ipſa urbe troia ponit᷑.ut Oui.pría epiſtolarum heroidũ: Troia iacet certe.Et alibi í eadem epiſtola:Iam ſeges é ubi troia fuit.Similiter Virgi.Et cápos ubi troia fuit.Quæ teſte Homero circa initium libri.iiii.oím quæ ſub ſole ac ſtellifero cælo ſunt urbium qdem inſigniſſima eſt troia.Et ut uidimus in primo hoꝝ cómétariorum libro.o.&.i.apud græcos ꝑ diphthongum cóiungunt᷑: quam nos diuidentes facimus.i.cóſonátem.Niſi ea dictio fiat adiectiua:in qua.i. diuiſa ab.o.remanet uocalis:ut troius æneas:troia gaza:& ſimilia.Deducitur inde etiam troiugena.ut Virgi.in.iii. Troiugena interpres diuũ.Dicebatur et troia teſte Feſto Luſus puerorum equeſter:& locus in agro laurente:qué primũ Italiæ Aeneas cum ſuis conſtituit.

T roizenus cũ.i.latino ſequéte.z.cóſonante:fuit Thrax filiꝰ Cæadi.& unus ex his qui uenerũt í auxilia troianorum:ut oſtendit Homerus li.ii.iliados.

T rophæum cũ.t.exili &.ph.aſpirato:ſequéte.æ.diph.ſcribit᷑:licet maior græcorum ps aſpirationem ab ipſo ꝓ.amoueant:ac dicant tropæũ.Nam deriuat᷑ a Τροπη ſine aſpiratióe:quæ é cóuerſio:qa dux ille qui hoſté cóuerterat:trophæum merebat᷑.Qui uero ultra certũ numerum hoſtiũ occiderat:ita ut plenam uictoriam cóſequeret᷑ triumphũ mereri dicebat᷑.Sane nónunq; & arbor:in qua hoſtium ſpolia affigebant᷑:& id ædificium in quo ducũ res geſtæ inſcribebant᷑:trophæa illiꝰ dicta ſunt:ut Marii cimbria:quemadmodum uidimús í dictióe Roma.Ná ut rettulit Seruius ſup.x.ænei.Saluſtius in hiſtoricis de Pópeio ait:Deuictis hiſpaniis trophæa in pyrenei iugis cóſtituit:ex quo more í urbibꝰ trophæa figunt᷑ arcubus exædificatis.hæc ille. Itaq; trophæũ de ſpoliis Mezentii deſcribés Virgi.in initio ipſius.xi.ait:

Ingentem quercum deciſis undiq; ramis
Conſtituit tumulo:fulgentiaq; induit arma
Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum
Bellipotens:aptat rorátes ſanguine criſtas
Telaq; trũca uiri.& reliqua.Ná ſic quoq; a trophæis poni cóſueuerát.ut Iuue.etiá í ſatyra Oíbus in terris.
Bellorum eximie truncis affixa tropæis
Lorica:& fracta de claſſide buccula pédens.
Et curtum temone iugum:uictæq; triremis
Ampluſtre:& ſummo triſtis captiuꝰ in arcu
Humanis maiora bonis credũtur.Náq; í ſummitate arcꝰ captiuꝰ dux uti erat ex captiuitate triſtis marmore effingebat᷑.Sane trophæũ ipſi Aeneæ dedit Virgilius nondũ & plená uictoriá cóſecuto:q occiſo Mezentio fugauerat exercitum.Nam plenæ uictoriæ(ut diximus)triumphus dicebatur.

T ropus cũ.t.exili ſcribit᷑:dici pót modus:figura:uel cóuerſio.Et ut diffinit Quintilianꝰ li.viii.de inſtitutione oratoria:é uerbi uel ſermonis a ꝓpria ſignificatione ad aliá cuȝ uirtute mutatio.Circa qué inexplicabilis & grámaticis inter ipſos & philoſophis pugna é:quæ ſint genera:quæ ſpés:q numerus:quis cui ſubiiciat᷑: nos cæteris omiſſis neceſſarios maxime:atq; í uſum recæptos diuerſis í locis hoꝝ cómentariorium exequemur. hæc modo in his ánotaſſe cótenti quoſdá gratia ſignificationis:quoſdaȝ decoris aſſumi.& eé alios í uerbis ꝓpriis:alios in tranſlatis:uertiq; formas non uerboꝝ mó:ſed & ſenſuum:& compoſitionis.

T ropologia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:dicitur figurata locutio.Nam componitur ex tropos:quæ eſt

figura:& logos ſermo.

Thronus cum.th.aſpirato ſcribit̃:dicitur a noſtris ſedes.

Thucydides pria cũ.th.aſpirato:ſecũda cũ.c.exili &.y.græco:alia cũ.i.latino ſcribit̃.Et declinat̃ teſte Priſciano in.vi.non ſolum huiꝰ Thucydidis: ſed etiã Thucydidæ.Fuit hiſtoricus grauiſſimꝰ apud græcos. Et teſte Quintiliano ẽ denſus & breuis:ac ſemper ſibi inſtans.

Tumba cũ.t.exili ſcribit̃:ubi.y.græcum ĩ.u.noſtrũ conuerſa eſt.Nam apud illos dicit̃ τύμβη.Eſtq; locꝰ ĩfra terram cõcauus.& plærũq;ꝑ ſepulchro accipitur.

Thurinus cum.th.aſpirato ſcribit̃:genus eſt marini piſcis.

Thurion cũ.th.aſpirato &.i.latino ſcribitur:ciuitas fuit in ſinu tarentino:quæ ut puto ea eſt quæ ab aliqbus thurina uocatur.

Tuber cũ.t.exili ſcribit̃:& græcũ ab aliquibꝰ dicitur.Alii dicũt latinũ.& a tumore deduci uolunt.Et ut dixit Pli.li.xviii.na.hiſto.tubera uocant̃ hæc:quæ undiq; terra circũdata nulliſq; fibris iuxta aut ſaltẽ capillamẽtis fiunt.Nec utiq; exuberante loco in quo gignũt:aut rima ĩgerẽte cortice etiã ĩcludunt̃.Nec aliud eẽ poſſumus dicere q̃ terræ callum.Et ſubdit:Siccis hæc fere & ſabuloſis locis frutetoſiſq; naſcunt̃.excedũt ſæpe magnitudinẽ malichotoni etiã librali pondere.Duo eoꝝ ſunt genera:arenoſa & dẽtibꝰ inimica.Altera ſincera diſtinguũtur colore ruffo nigroq; & intus candido laudatiſſima aphricæ creſcũt.Et in ſequentibꝰ ſubdit.De tuberibus hæc tradũtur peculariter cũ fuerit ĩbres autũnales:ac tonitrua crebra tũc naſci & maximũ e tonitribꝰ nec ultra ãnũ durare:tenerrima aũt uerno eẽ.Hæc Pli.Iuxta quæ ait Iuue.in.v.ſatyra:

Fumat aper:poſt hũc raduntur tubera:ſi uer
Tunc erit:& facient optata tonitrua cœnas
Maiores:tibi habe frumenta aledius inquit
O libya diſiunge boues:dũ tubera mittas

Nam de libycis cultoribus locutꝰ ẽ:dum ait in ſatyra:Stẽmata quid faciũt:Parce & meſſoribus illis:
Qui ſaturant urbem circo ſcænæq; uacantem.

Tus cũ.t.exili ſcribit̃:& græce arborem ſui gũmi deſignat.Nam dicit̃ apud illos λιβανωτός:hoc ẽ λίβας quod ſuccũ uliginẽ deſignat:& Τός tus generis neutri.Nõnulli uero aſpirandũ dixerũt.& a thyſia:quod ẽ ſacrificium:uel a theos:q ẽ deus deducũt.Et ut ait Pli.in.xii.na.hiſto. Tura præter arabiã nullis:ac ne arabiæ qdem uniuerſæ ſunt.Et ꝓſeqtur:Regio eaꝝ turifera ſaba appellat̃.Hoc ſignificare græci myſterium dicunt.hæc ille.Iuxta quod dixiſſe Virgiliꝰ priꝰ uidet̃ ĩ.i.georgi.Solis eſt turea uirga ſabæis.qđ cũ.æ.diphth.in penultĩa ſcribit̃.Sꝫ in ſequẽtibꝰ ſubdit Pliniꝰ:Siluaꝝ longitudo eſt cœni.xx.latitudo dimidium. Cœnus patet Heratoſthenis ratione ſtadia.lx.hoc eſt paſſus qnq; milia:aliq.xxii.ſtadia ſingulis cœnis dedere.Attolluntur colles alti:decurrũtq; ĩ plana arbores ſponte natæ.Et infra ſubdit: Nec præterea arabũ alii turis arborem uident.ac ne hoꝝ qdem oẽs ferunt̃ nõ amplius eẽ familiaꝝ qnq;:quæ ius ꝑ ſucceſſiõẽs id ſibi uẽdicẽt ſacros uocari.Ob id nec ullo cõgreſſu fœminaꝝ funerũq; cũ incidant eas arbores : aut metant pollui:atq; ita religione merces augeri.qdam ꝓmiſcuũ ius his populis eẽ tradũt in ſiluis.Alii ꝑ uices ãnoruꝫ diuidi:nec arboris ipſius:quæ ſit facies cõſtat.Nam res ĩ arabia geſſimus:& romana arma in magnã ꝑtem eiꝰ penetrauere.In quã (ut idẽ prius dixerat li.vii.) primꝰ Helius:Gallus romana arma ĩtulit.Quin & ut ad priora ſeqt̃ C.etiam Cæſar Auguſti filius inde gloriã petiit.Nec tamen ab ullo(quod eqdem ſcientia latina habeatur) arboꝝ earum tradita ẽ facies.græcoꝝ exẽpla uariant.Alii folio piri minoris dũtaxat:& herbidi coloris ꝓdidere.Alii lentiſco ſimilẽ ſubrutulo folio.Quidã terebynthũ eẽ.Et hoc uiſum Antigono regi allato frutice.Et in ſequẽtibꝰ etiam ꝓſequit̃:Quod ex eo rotũditate guttæ pependit maſculum uocatur. Cũ alias nõ fere mas uocet̃:ubi non ſit fœmina religioni tributum:ne ſexus alter uſurpet̃.Quod ideo rettulimus:ut id Virgilii intelligatur:quod ait ĩn Damone:

Verbenas adole pingues:& maſcula tura.

Tuſcia abſq; aliq̃ aſpiratiõe &.i.latino ſcribit̃:uocabulũ ẽ græcũ teſte Pli.li.iii.natu.hiſto.dicente:Lydia:a quoꝝ rege tyrrheni:mox a ſacrificio ritu lingua græca tuſci ſunt cognomiati.Nã (ut uidimus) tus græcũ ẽ.

Vappa cum duplicato.p.ſcribit̃:genus eſt uini.De quo uidimus in dictiõe Surrhentum Et tranſmittitur aliquãdo ad hoiem ignauũ illi uino ſimilẽ teſte Horatio in prĩo ſermonum:Euphidius uappæ famã timet aut nebulonis. Et paulo ſupius dixerat:Non ego auarum:Cum ueto te fieri:uappam iubeo:aut nebulonem.

Varus cũ unico.r.ſcribit̃:fluuius ẽ teſte Plinio li.iii.natu.hiſto.narbonẽſem prouĩciam ab Italia diſterminans.

Veſuuius cũ.i.latino ſcribit̃:mons ẽ campaniæ ab omni alio monte ſolutus:neapoli ad quattuor milia paſſuũ ꝓximus:uinetis oliuetis & qbuſdam fructiferis arboribꝰ refertꝰ Sed præ cæteris uini ubertate admirabilis:quod iam græcũ uocant.Hic ab auſtro pompeios ĩ radicibus:& ſarnum fluuiũ hꝫ.Ab euro fere:ſed remotiꝰ beneuentũ.A uulturno Capuã.A circio neapolim.Eructauitq; quãdoq; cineres & ĩcendia ĩ formam pumiceaꝝ arenaꝝ:ita ut ex illis campi uſq; ad arborum cacumina itu-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

muerint. De illo Martialis in .iiii. epigrāmmatum libro inquit:

Hic eſt pampineis uiridis ueſuuius umbris:
Preſſerat hic madidos nobilis uua lacus.
Hæc iuga q̄ꝫ uiſæ colles plus bacchus amauit:
Hoc nuper ſatyri monte dedere choros.
Hic ueneris ſedes lacedæmone gratior illi.
Hic locus herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flāmis: & triſti merſa fauilla.
Nec ſuperi uellent hoc licuiſſe ſibi.

Nam tēporibus Neronis & Traiani huiuſcemodi admirabiles eructatiōes euomuiſſe legimus: ita ut cū Plinius ſecūdus: q naturalē hiſtoriam ſcripſit ex meſanēſi claſſe: cui imperitāte Traiano præerat ad uiſendum hoc ſpectaculum ꝓpius accederet: ab incendio abſorptus eſt.

V calegon cum .c. exili & unico .l. & .e. abſqꝫ diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados .iii. nobilis troianus: qui tpe belli obſeniū a re militari ſe cōtinebat. De quo Virgilius: Iam ꝓximus ardet Vcalegon ideſt illius domus.

V eſulus cū unico .l. ſcribit̃: mons eſt teſte Plinio in .iii. naturalis hiſto. altiſſimus i finib⁹ ligurum: a quo padus formoſiſſimus fluuiorum Italiæ oritur.

V enaphrum cū .ph. aſpirato ſcribit̃: & ab Venere & ἀφρος: quæ eſt ſpuma: hoc eſt Veneris aphros deducit̃ Oppidum fuit campaniæ nō longe a ſueſſa & aquino: ut oſtendit Pli. li. iii. natu. hiſto. In cui⁹ agro optimū naſcebat̃ oleum. Quare dixit Iuue. Venaphrano piſcem ꝑfundit oliuo. Martialis in ultimo: Hoc tibi cāpani ſudauit bacca uenaphri: Vnguētum quotiens ſumis: & iſtud olet.

V icia cū .c. exili & .i. latino ſcribit̃: eſtqꝫ neutrū apud græcos: & correctius bicia diceret̃: eo quod βίκιον apd̃ illos ſcribit̃ cum betha: quæ in .b. noſtrum cōmutatur.

V lyxes cū .y. græco ſubſequēte .x. conſonāte ſcribit̃: q̄ꝫ apud græcos cum duplicato .s. ſcribit̃: & .o. uocali i prīo uidelicet ὀδυσσεύς: ubi .d. i .l. etiā cōmutamus: ſicut e cōtrario meditaris ꝑ melitaris. Fuit filius Laertæ regis ithacæ ex cōiuge Autholia: ut Homerus & poetæ noſtri aſſerūt. De quo uidimus in dictiōe Siſyphus. Quare a patre cognominat⁹ ē Laertius. Ouidius li. v. triſtium: Sic quōdam feſtū laertius fecerat heros. Dictus ē etiam Itachus ab ithaca inſula: in qua regnauit. Quin & Dulichius ab inſula dulichia: quæ i illius regno habebat̃. Virgi. in Sileno: Dulichias uexaſſe rates. Similiter Naritius a naritia. Ouidius in prīo de triſtibus: Pro duce naritio docti mala noſtra poetæ Scribere naritio nam mala plura tuli. Vlyxes ſimiliter ut Achilles tertiæ ē declinationis. Nōnunq̄ꝫ tamen a poetis noſtris in formā ſecūdæ declinatiōis ꝑfert̃. Virgili⁹ in .ii. æneī. Et terrā altricem ſæui execramur ulyxi: ꝑ Vlyxis: ut latius uidim⁹ i dictione Achilles.

V lyxbona ſimili mō cum .y. græco: ſubſequēte .x. cōſonante ſcribi uolunt: q aſſerūt (ut Solinus) urbem eē in hiſpania ab Vlyxe cōditam. Quare nōnulli ulyxponam cuꝫ .p. & non cum .b. ſcribi uolunt: quaſi ab Vlyxe poſitam. De quo ob litteraꝝ uicinitatē cōtēdere uolumus. Sed id quoqꝫ ex qualitate locoꝝ: quæ cōmemorat Homerus in odyſſea tpe nauigationis Vlyxis: multis nō eſſe uerum uidetur.

V lula cū ſimplo .l. i ultima & penultima: auis ē a fletu denominata: hoc eſt ab ὀλολύζω: quod ē ululo.

V mbria cum .i. latino ſcribit̃: & a uocabulo græco deſcendit: quod ē ὄμβρος: ideſt imber. Nam ea loca: quæ iuxta ſpoletū: & iugo apœnino expoſita ſunt: ībribus quādoqꝫ oppreſſa umbriæ nomē accæperunt. Vel ut Antonius Auguſtus de orbis diuiſione dixit: Vmbria dicta ē: qa (ut hiſtoriæ narrāt) tpe aquoſæ cladis ībrib⁹ ſupfuerit. quod ueꝝ eſſe (ut ille dixit) montium altitudo pōt fortaſſe cōprobare.

V rania cū .i. latino ſcribit̃: una ē ex muſis: quæ apud nos cæleſtis interpretat̃. De qua Ouidius ī .v. faſtorū ait: Excipit uranie: fecere ſilētia cunctæ.

V rina cū unico .r. & .i. latino ſcribit̃: græcum ē uocabulum: & a uerbo græco deriuatum: quod eſt οὐρῶ: qd̃ eſt meio. Vnde ουρον deſcendit: quod latine qdem dicitur lotium: græce uero urina. Nec ſolum accipitur urina ꝑ ea aqua: quæ quotidie eiicit̃: ſed & ꝑ ſpermate genitali. Plinius li. viii. natu. hiſto. incōtinēs inqt aſinæ uterus urinam genitalē reddit: ni cogatur i curſum uerberib⁹ a coitu. Iuue. in ſatyra Atticus eximie: Auribus atqꝫ oculis cōcæpta urina mouet̃. Et pōt etiā ꝑ ipſa libidine capi. Vnde dixit idem poeta i ſatyra Credo pudiciciam: Tuccia ueſicæ non imperat.

V ri cum unico .r. ſcribit̃: boues ſunt agreſtes: q teſte Seruio ſuper ſecūdum georgico. in pyrenæo monte naſcuntur inter gallias & hiſpanias poſito: quos dicit excæptis elephantis maiores aialibus cæteris eſſe. Et dici uros ἀπὸ τῶν ὀρῶν: ideſt a montibus.

V ulcanus cum .c. exili ſcribit̃. Fuit Iouis filius ex Iunone: qui deformis naſceret̃: nec ei arriſiſſet Iuno: a Ioue e cælo fuit præcipitatus in lemnum. Ibiqꝫ teſte Seruio i bucolicis nutritus a ſimiis. Homerus uero dixit a Tethye: & Eurymone Oceani filiam ſuſcæptum: ac nutritum fuiſſe: ex caſuqꝫ claudum effectum. Fuit deorum faber: qui & Ioui fulmina: & arma aliis diis contra gigantes fabricauit. Fecitqꝫ monile Hermionis: coronam Ariadnes: arma Achillis & Aeneæ. & plura alia: quæ ſupra humanum ingenium fuiſſe uiſa ſunt. Nec ob ea

beneficia ad deorum menſam admiſſus eſt. Quapropter ſupplicauit Ioui ut ſaltem Mineruæ nuptiis iungeretur. A qua tamen ſpretus fuit: ut uidimus in dictione Erichthonius. Quæ & ipſe Virgilius tetigit in bucolicis qum ait:

Cui non riſere parentes:
Nec deus hũc menſa: dea nec dignata cubili eſt.

Habuitq; deinde Venerem uxorem: quam cum Marte adulterantem ſubtiliſſimis catenis deuinxit: ac diis omnibus propaluit. Alios etiam poſuit Cicero de natura deorum. unũ quem Cæli filium dixit ex Minerua ſecunda Iouis filia: ex qua Apollinem genuiſſe refert. Secũdum hũc ipſum: quem Iouis tertiũ ex Iunone filium dixit. Alium filium Nili: q ab ægyptiis ægypti cuſtos creditur.

Anto cum. t. exili ſcribit᷑: fuit teſte Heſiodo ĩ theogonia una ex nymphis Oceani & Tethyos filia. De qua meminit Virgilius in tertio georgicorum cum ait:

Drymoq; xantoque.

Xanthippe cum. th. aſpirato & . i. latino ſcribit᷑: fuit Socratis uxor querula.

Xanthus cum. th. aſpirato ſcribit᷑: fuit nomen fluuii troiani: ut uidimus ĩ dictione Simois. fuit etiam uir troianꝰ filiꝰ Phænopis: quẽ teſte Homero li. ix. iliados: Diomedes occidit in bello. Fuit & adhuc teſte eodẽ Homero libro nono: nomen equi cuiuſdam Hectoris.

Xanthii cum. th. aſpirato ſcribit᷑: populi ſunt in aſia: q cum eorum urbs ab Harpago præfecto Ciri obſideret᷑: uxores ſuas ac ſeruos una cuꝫ ſupellectili ĩ arce poſuerunt: eãq; igni ſuccẽderũt. deinde oẽs pariter cõtra Harpagũ irruentes: bello ceciderunt: ut ſcripſit Herodotus li. hiſto. primo.

X enodotus cũ. t. exili ſcribit᷑: fuit hiſtoricus patria trœzenus. De quo ſæpe Plutarchus meminit.

X enocrates abſq; aliqua aſpiratione ſcribit᷑: fuit uir calcedonius Agathenoris filius. Et a primis fere ãnis Platonis auditor. erat teſte Laertio tardus ingenio: adeo ut cum illum Plato Ariſtoteli compararet: alteruꝫ fræno: alterum calcaribus indigere dicebat. Alioquin ſeuero ſemper ac ſerio habitu & ore perdurabat. In academia uixit: ut plurimum: ſiquãdo ad urbem ꝓficiſcebatur turba omnis impudicorum eius tranſitum obſeruabat. Inquietandi ipſius gratia Phyrne nobile ſcortum dedita opera a quibuſdaꝫ intra eius cellã miſſa eſt: quæ cb eo orans lectuli ꝑtem accæpit. Demum cum multa ne qcq; oraſſet: imperfecto opere diſcedẽs: dixit ſe non a uiro: ſed a ſtatua ueniſſe. Quidam aiunt a diſcipulis eius Laydẽ intromiſſam: fuiſſeq; ipſuꝫ tantæ continẽtiæ: ut cum ſe ad libidinem incitari præſenſiſſet: pateret᷑ uirilia ſecari & uri. Tanta fuit eius uerbis adhibita fides: ut cum nullius iniurati teſtimoniũ admitteret᷑: illi ſoli iuſiurandum athenienſes remitterent Erat adeo frugi: ut cum illi Alexander magnam pecuniæ quãtitatem miſiſſet: ſublatis tribus milibus nũmorum atticorum (ne regia munera ſpernere uideret᷑) reliquũ remitteret: dicens illi pluribus opus eẽ: q plures enutriret. Ad Philippum olim cũ cæteris miſſus: cum alios ſciret donis emollitos: & ſæpe cõuiuia celebrare neutrum ipſe horum fecit. Legatis poſtea dicentibꝰ Xenocratem fruſtra ſecũ iuiſſe: comperta re ipm̃ duplici honore honeſtauere. Succeſſit ĩ academia Speuſippo: ſcholãq; tenuit uigintiqnq; ãnis. morit᷑ noctu cum in ſartaginem forte offendiſſet ãno ætatis. lxxxii. Quinq; fuere eius nominis. Primus huius philoſophi ꝓpinquus. Cuius fertur oratio quæ inſcribitur arſinoetica de Arſinoe. Alius philoſophus & elegiæ ſcriptor nõ ſatis probatus. Ita enim ſe habet res: ut poetæ quidem ſe oratione ſoluta uelint ſcribere: id efficiant: q uero pedeſtri oratõe ſcribere cõſueuerũt: ſi poeticæ ꝑtes ſibi uendicare uelint nõ cõſequãt᷑ id: ex eo liquet: quod alterum naturæ: alterum artis ẽ. Alius fuit ſtatuarius. Alius odas ſcripſit.

X enodochium cũ. ch. aſpirato & . i. latino ſcribit᷑: dicit᷑ latine hoſpitale. Nam eſt ξενων: ideſt peregrinorum: δεχόμινος: ideſt recæptiuus.

X enodorus græcũ ẽ: quaſi ξεινος. i. peregrinũ qd & egregiũ denotans: & δωρον donũ. Fuit nomẽ ſtatuarii de quo uidimus in dictione Coloſſus. Hunc Plinius lib. xxxiiii. natu. hiſto. (de quo uidimus) cælandiq; nulli ueterum poſtponendum.

X enophanes cuꝫ. ph. aſpirato ſcribitur: fuit colophonius Dexii: ſiue (ut dixit Apollodorus) Orthomenis filius. Cum. xx. eẽt ãnorum pulſus fuit a patria: & ĩ zada ſiciliæ: atq; catina moratꝰ ẽ. Et ſeipſo teſte. lxv. annis exulauit a patria. ſunt q eum neminem dicãt audiuiſſe. Scripſit elegias cõtra Heſiodum & Homerum. Fuit & alter Xenophanes ex leſbo poeta iambicus.

X enophon cum. ph. aſpirato ſcribitur: fuit philoſophꝰ & dux inſignis Grylli atheniẽſis filius: homo uerecũdus & ſpecioſus ultra q̃ dici poſſit: moratuſq; ꝓbus atq; omnibus gratus. Fuit Socratis diſcipulus & Platonis æmulus: dicente Gellio libro. xviii. noctium atticarum: Xenophon & Plato ſocraticæ amœnitatis lumĩa certare: æmulariq; inter ſe exiſtimati ſunt: quia Xenophon inclyto illi operi Platonis: quod de optimo ſtatu reipublicæ ciuitatiſq; adminiſtrandæ ſcripſerat: lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucem uenerãt ſe op

poſuit:& contra multa ſcripſit:quo audito ualde permotum fuiſſe Platonem ferunt. Hic teſte Laertio oĩm primus ex his:quæ a Socrate dicebantur notis excæpit.& in publicum edidit:commentaria ſcribens. Et primus omnium philoſophorum ſcripſit hiſtoriam. Fuit etiam dux ſtrenuus:& qui ex ultimis babyloniæ finibus exercitum reduxit aſperis ac difficillimis itineribus per infeſtiſſimas gentes : ac barbaras incolumem in patriam conduxit. Septem fuere Xenophontes. Hic primus. Secundus ſimiliter athenienſis Pitoſtrati illius frater:qui Epaminundæ uitam ſcripſit. Tertius Cous medicus. Quartus qui Hannibalis hiſtoriam ſcripſit. Quintus qui prodigia fabuloſa commentus eſt. Sextus parius ſculptor egregius. Septimus antiquæ comœdiæ poeta.

X erolophus cum unico.l.&.ph.aſpirato ſcribitur:dici poteſt a noſtris ſiccus tumulus & aceruus. Nam componitur ex ξηρός:qui eſt ſiccus:& λόφος tumulus. Namq; ex lapidibus & marmoribus ſtrui conſueuerat principibus tumulus. Hoc uocabulo utitur Priſcianus li.i.cum ait:Epigrãmata quæ egomet legi in tripode uetutiſſimo Apollinis:q eſt in xerolopho Apollinis.

X erolibya antepenultia cũ.i.latino:& penultia cũ.y.græco ſcribit͛:dici pót latine ſicca libya. Quo uocabulo utitur Seruius ſuper.iiii.æneí.cũ ait:Hiarbam Iouis Ammonis filium ſic dici:qa cũ Bacchus indiam peteret & ꝑ xerolibyam exercitũ duceret.& reliqua.i.per deſertam libyam.

X erxes cum duplicato.x.ſcribitur:hoc eſt tam in prima q̃ĩ ſecunda. Fuit filius Darii regis perſarũ ex Atoſſa filia Cyri.patri ſucceſſit in regno. Cui id potiſſimum illuſtre fuit:quod maximo poſt hominum memoriam exercitu terra mariq; bellum intulit græciæ:& quia numerus militum & nauium a ſcriptoribus latinis mendaciſſime legitur:curabo ſummam totius exercitus:quam fecit Herodotus ad unguem trãſferre:ita ut tantæ rei ueritas clariſſima habeat͛. Itaq;(ut ait ipſe Herodotus)ex maiori aſia collegit naues mille ducentas & ſex:in quarum ſingula erant ex principibus aſiæ populis ducenti uiri: qui ad ſummam quadraginta unius milium & ducentorum hominum aſcendebant:nec ſane pauciores:ſed certo plures erant. Præter hos ex perſis:medis : & ſicæis in unaquaque illarum triginta alii uiri reliquorum duces diſpoſiti erant : quorum ſumma ad trigintaſex milia & centumoctuaginta aſcendebat. Sicque uiri omnes: qui in præfatis nauibus erant: numerum implebant ducentorumſeptuagintaſeptem milium: & trecentorumoctoginta hominum Hocque ex maiori aſia . Ex minori uero congregauit tria milia nauium:in quibus fuiſſe dicit ducentaquadraginta milia hominum. Sicque omnis hæc multitudo ad ſummam quingentorum & decem & ſeptem milium: ac trecentorum octoginta hominum. Et hi omnes apti erant ad bellum. Ex peditibus habuiſſe illum dicit mille milia & ſeptingenta milia hominum. Ex equitibus octoginta milia . Inſuper in quadrigis libycis & arabicis:uiginti milia hominum. Ex thracia & inſulis adiacentibus naues habuit centum uiginti. In quibus fuiſſe memorat idem auctor hominum uigintiquattuor milia. Quin & pedites congregauit ex Thracia:Pæonia:Herodia:Boottica:Chalcidonia:Brygia:Pierea:Macedonia:Perrebia: Emenia: Dolopumque genere:& Magnetum:atque achæorum trecenta milia hominum. Quos omnes ſummatim computans præfatus auctor ait uirorum ad bellum collectorum fuiſſe bis mille milia ſexcentaque: & quadraginta unum : ac trecentos & octuaginta uiros . Ita ut nullo pacto pauciores fuerint : ſed longe plures. Inſuper & alios in nauibus onerariis: & ad alia officia:& miniſteria aduenіſſe dicit:quos abſque aliqua dubitatione pluſquam totidem fuiſſe teſtatur. Vnde totum exercitum computans fuiſſe aſſerit.quinquies mille milia: & ducentaoctuagintaduo milia hominum: ſeptingentoſque & ſexaginta. Quæ quia incredibilia fere uidebantur: forte dixit Iuuenalis in ea ſatyra:quæ incipit Omnibus in terris:de iſto Xerxe loquẽs Creditur olim Velificatus athos. De quo in ſua dictione uidimus.

Et quicquid græcia mendax
Audet in hiſtoria conſtratum claſſibus iſdem
Suppoſitumque rotis ſolidum mare.

Nam ut idem Herodotus latiſſime narrat:pontem ſtruxit Xerxes ſuper mare helleſponticum ab abydo urbe aſiæ uſq; in ſeſtũ urbem europæ. quod Lucanus in ſecũdo tetigit:cum de.C.Cæſare loqueretur:q incredibili ædificiorum mole Pompeiuꝫ in brũduſio claudere nitebatur cum ait:

Tales fama canit tumidum ſuper æquora xerxem
Conſtruxiſſe uias:multum cũ pontibus auſus:
Europamq; aſiæ:ſeſtũq; admouit abydo.
Inceſſitq; fretum rapidi ſuper helleſponti.
Non eurum zephyrũq; timens:cũ uela rateſq;
In medium deferret athon.

Et ſubdit Iuuenalis ad ea:quæ ſupra rettulimus:

Credimimus altos
Defeciſſe amnes:epotaq; flumina medo
Prandente:

Vt de pluribus refert Herodotus.& nos aliqua diuerſis in dictionibus annotauimus. Et ſupple Credimus

hæc madidis cantat quæ ſoſtratus allis. Difficilis nobis eſt locus iſte:cu3 nihil certi de hoc Soſtrato legerim⁹ De quo ſi diuinare licet putamus illum fuiſſe poetam non celebrem : q de Xerxe nec bene canens:hæc oia: quæ rettulimus cóſcripſit. Quod ex auium tranſlatione indicare uidet̃:quæ madidis allis inepte uolare dicuntur. Et ponit deinde Iuue. illius fugam. Nam cũ a græcis duce Themiſtocle nauali prælio uinceretur: & plurimæ illius naues caperentur:multæ ſummergerent̃:rex ipſe cũ pauco exercitu p macedoniam fugiens: puenit ad ſeſtum:ubi cũ ſolutum ponté hybernis tépeſtatibus percæpiſſet:piſcatoria ſcapha mare trepidus ſulcauit. In corum atq: eurũ ſolitus ſæuire flagellis Barbarus rex ideſt remis.

HOF BIBLIOTHEK CARLSRUHE

Acynthos cum.c.exili &.y.græco:atq:.th.aſpirato ſcribit̃:inſula parua eſt i græco mari propinqua ætoliæ:urbem unicam eiuſdem nominis teſte Liuio i ſexto de ſecũdo bello punico detinens. Et quia nemoribus abundat:dixit Virgilius in.iii. æneidos:Ia3 medio apparet fluctu nemoroſa zacynthos. De qua locutus Vlyxes regi Alcinoo apud Homerum libro.ix.odiſſeæ ὄυτι ἐγώ γε ἧς γάιης δύναμαι γλυκύτερον ἄλλο ἰδέσθαι: hoc eſt ego quidem nil dulcius in hac terra uidere poſſum.

Zacanthei cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:fuerunt teſte Polibio zacynthiorum coloni in medio pyrenei montis ſiti:& iuxta fluuiu3 hiberum habitátes: ut & plures alii græci:qui circa illos inhabitant.

Z acharias cum.ch.aſpirato ſcribit̃:nomen eſt uiri ꝓpriu m hebræi.

Z amolſis cũ.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.hiſto.iiii.Pythagoræ ſeruus: cui getæ putantes illum Saturnum eſſe ſacrificia impendebant.

Z elotypus cum unico.l.&.t.exili atq:.y.græco ſcribitur:dici pót æmulator formæ. Ná zelus æmulatio eſt:& typos forma. Iuue. in ſatyra Si te ꝓpoſiti:Quas in uaginæ fronte ſolebat ponere zelotypo iuuenis prælat⁹ hiarbæ:hoc eſt iuuenis Aeneas:q ob decorem illatum a matre iuuenis uidebat̃: ac etiam Hiarbæ regi fuit i coniugio a Didone prælatus. Quare Zelotypiam diffiniés Chryſippus:dicebat teſte Laertio ægritudinem eſſe ex eo ꝓuenienté:quod adſit alteri:quod ipe nó habeas:aderat ení Aeneæ Dido:quam Hiarbas habere non potuit. Et dixit Iuue. in uaginæ fronte:ut id Virgilii exponeret:q de Aenea loquens in.iiii.ænei.iquit: Atq: illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat.i.uagina. Nam ut ait Seruius in fronte & ſummitate uaginæ conſueuerunt precioſi lapides apponi.

Z eno cum.e.abſq: diph.& unico.n.ſcribit̃:fuit philoſophus cicienſis ex cypro græca ciuitate fœnicib⁹ frequéter accolis. Fuitq: Napſei:ſiue(ut alii dicũt)Demei filius. Et teſte Timotheo collo in alteram ptem inclinatiore. Apollonius aũt tyrius dixit eũ gracili corpore fuiſſe:ſtatu ꝓcero:& atra cute. Vnde illum Chryſippus palmitem ægyptiũ uocabat. Crura habuit turgida & imbecilla atq: iſirma. Ob quod teſte Perſeo multas cœnas declinauit. Veſcebat̃ libéter ficubus recentibus:& ad ſolé paſſis. Auditor fuit Cratis. Stilpionem etiam & Xenocraté decénio audiuit. Deinde cóuertés ſe ad porticu3:quæ pyſianactia uocabat̃: ex uaria & multæ ſcientiæ pictura Polygnoti orationé formabat. Vnde uolens locũ illum ſtabilé facere:atq: iuiolabilé ubi ad mille quadrigentitriginta ciues necati fuerát. Cœpit in illa docere:ad qué eo audiendũ diſcipuli cóflués tes:q antea zenonii dicebant̃ ab ipſa porticu ſtoici ſunt uocati:ut Epicur⁹ ipe in epiſtolis atteſtatur. Siqdem & ante illum teſte Eratoſthene poetæ in illa morantes:dicti ſunt ſtoici:a qbus multum incremẽti illa appellatio cœpit. Tanto in honore apud atheniéſes Zeno habitus eſt:ut apud eũ claues urbis deponerét. Ornarentq: ipm aurea corona & imagíe ærea. hoc ipm & ſui ciues fecere. Habuit auditores eximios:iter quos Antigonus cũ ibat athenas eius erat auditor. Cui aliquádo hanc epiſtolam ſcripſit:rex Antigonus ſalutem dicit Zenoni philoſopho:Ego fortuna me qdem & gloria uita3 tuá anteire exiſtimo. Cæterũ diſciplinis ſtudiiſq: liberalibus:& pfecta fœlicitate:quá tute poſſides:lóge abs te præcelli ſentio. quocirca te orare ſtatui: uti ad me ꝓficiſcaris:id mihi perſuadens te preces meas minime irritas fieri paſſurum. Tu igit̃ modis oíbus enitere:ut tuo cótubernio fruamur. Hoc ꝓcerto habens te non mei ſolũ:ſed oím ſimul macedonum eruditorem fore. Nam q macedoniæ regem erudit:atq: ad uirtuté ibuit:tum & ſubditos quoſq: inſtruere ad fortitudinem & ꝓbitaté certum é. Nam cuiuſmodi fuerit dux:tales ut plurimũ ſubditos fieri é neceſſe. Vale.

Cui Zeno reſpondit dicés ſe maxime laudare eũ:quod ſtudiũ nó uoluptaté ſequeret̃:quæ aíos adoleſcentuloꝝ effœminat. Porro ſi adiiciat̃ modica exercitatio:neq: deſit præcæptoris copia:mature eũ poſſe ad pfectionem puenire. Se aũt non poſſe ad ipm pgere ſenectute ipeditum:quod iam eét octogenari⁹:ſed ſe mittere ad eũ quoſdá ex cótubernalib⁹ ſuis qbus ſi ſtudioſe uteret̃:beatitudiné ueram cóſequeret̃. Miſit aute3 Perſeum thebanũq: Philonidem:ut patet in decreto athenienſiũ de illo. Hic adoleſcentulo cuidam inepta multa loquéti ait:Ideo duas habem⁹ aures:os aũt unum:ut.ſ.multa audiamus:pauca uero loquamur. Nonageſimo ætatis ſuæ áno deceſſit incolumis:integer:ac ſine morbo. Nam ut rettulit Apollonius cu3 abiret ex ſchola lapidé offendens digitum perfrægit. Manu uero terra3 feriens illud ait:ex Niobe uenio:quid me uocas? Et cótinuo ſe ſtrágulás iteriit. Quo mortuo ſtatuere illi atheniéſes ex publico ſepulturá i ceranico.

Scripſitꝗ plura & uaria. Crudis cibis ūtebatur: & tenui pallio. Pueris ſemel aut bis tantū teſte Laertio uſus eſt: & ancillula quadā: ne ſexum odiſſe uideret̃. Erat ad eū facilis aditꝰ. Euitauit ne nimis eēt popularis. Nec tamen pluſꝗ̃ cū duobus aut tribꝰ ambulabat. Fuere Zenones octo. Primus eleates Pyretis filius teſte Apollodoro. Parmenides uero dixit illum fuiſſe natura filiū Teleutagoræ: adoptiōe uero Pyretis. Fuit teſte Platone ſtatura ꝓcera: quē uocat ſophiſtam Eleatē. Hunc īuentorē fuiſſe dialecticæ ſicut Empedoclē rhetoricæ teſtis ē Ariſtoteles. Is cū Nearchū tyrānum: ſiue Diomedontē ꝓfligare uellet captꝰ ē teſte Heraclide. Et cū de cōiurationibꝰ īterrogaret̃ uolens ſignificare tyrānum deſtitutū: rettulit oēs illius amicos cōſcios eē. & cū ſimulaſſet ſe uelle ad illius aurem alloqui: ipſam mordicus appræhenſam ꝑforauit. uel teſte Demetrio naſum arripuit. Dixitꝗ ad ciues: admiror ueſtram uecordiā: ſi hoꝝ gratia: quæ patior tyrāno ſeruire ſtatuitis. Sed cū complices cōiurationis ꝓferre cogeret̃: cōciſam dentibꝰ linguam ī os tyrāni cōſpuit: quo facto ciues tyrānum lapidauerūt. Secūdus fuit ſtoicus: quē ſupra diximus. Tertius rhodius. Quartus hiſtoricus ꝗ Pyrrhi ī Italia geſta ſcripſit: epitomaꝗ romanaꝝ & carthaginenſiū reꝝ. Quintꝰ Chryſippi diſcipulus. Sextꝰ medicꝰ acutæ ītelligentiæ. Septimus grāmaticꝰ: cuius epigrāmata ferunt̃. Octauus Sydoniꝰ philoſophus epicureꝰ ꝗ de regno ſcripſit. De repu. De nuptiis. De īpietate Thyeſtæ. De amoribꝰ. Cōmētaria ī leges Platōis li. vii.

Z ephyrus cū. y. græco ſcribit̃: uentꝰ ē occidentalis. De quo Oui. in primo de triſtibus:
Nunc zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt.

Z etis cū. t. exili: & . i. latino ſemꝑ apud græcos ſcriptū cōperi. ꝗ̃ꝗ̃ multi ex noſtris ſcribāt Zetum cū. u. in fine & non cū. i. Fuit filius Boreæ ex Orithyia: & frater Calais.

Z ethus dū cū. th. aſpirato ſcribit̃: fuit teſte Homero in. xi. odiſſeæ: filiꝰ Iouis ex Antiopa: & frater Amphiōis.

Z eugma cū. eu. diph. ſubſequente. g. ſcribit̃: dici pōt latie cōnexio. Nam figura ē: quæ tūc quoꝗ fit cum plures ſenſus uno uerbo claudunt̃. Quod tribꝰ cōtingit modis. aut in prīo uerbo: ut currimus nos & tu. & tūc dicit̃ ꝓtozeugma. In medio: ut tu curris & ille. & tūc dicit̃ meſozeugma. In ultīo: ut Hic illius arma: Hic currus fuit. Similiter Terentius: Hoc tpe obſequium amicos: ueritas odium parit. Et dicitur hyſterozeugma cū y. græco aſpirato.

Z euſis cū. eu. diph. ſubſequente. s. & . i. latino ſcribit̃: fuit pictor Heracleotes maximꝰ ſua ætate. i. olympiade qnta: & nonageſima. Hic teſte Pli. xxxv. natu. hiſto. pēniculum ad magnā gloriā ꝓduxit. Opeſꝗ tantas acquiſiuit: ut inſtitueret donare opera ſua: eo quod nullo precio ſatis digno ꝑmutare poſſe diceret. Aequales eiꝰ & æmuli fuere Timātes: Androgides: Theopompas: & Parrhaſius: ꝗ deſcendiſſe cū Zeuſide in certamē traditur: ut uidimus in dictiōe Parrhaſius. Idem teſte eodē Pli. fert̃ pinxiſſe puerum uuas ferentē: ad quas cum aduolarent aues: ꝓceſſit iratus operi & dixit: Vuas melius pinxi ꝗ̃ puerum. Nam ſi & hoc conſummaſſem aues ipſæ timuiſſent. Idem etiā Quintiliano teſte luminū umbrarūꝗ dicit̃ īueniſſe rationē & plus membris corporis dedit. Id amplius atꝗ anguſtius ratus: atꝗ (ut exiſtimant) Homerū ſecutus: cui ualidiſſima quæꝗ forma etiam in fœminis placet.

Z euxo cū. eu. diph. & . x. cōſonāte ſcribit̃: fuit teſte Heſio. ī theogōia una ex nymphis filia oceani & tethyos.

Z odiacus cū. i. latino: & . c. exili ſcribit̃: dici pōt a nobis aīalis. Nam circulus ē ſignoꝝ: quæ in formam aīalium figurantur: & a ζωον: quod ē aīal deriuat̃: ut aries taurus. & reliqua. Cingitꝗ totum cæluꝫ in obliquū: hoc eſt cancro circulū æſtiuū: & capricorno hyemalē contingens. Vnde dixit Virgilius in primo georgicorum:
Obliquus qua ſe ſignoꝝ uerteret ordo.

Z opyrus cum. y. græco ſcribit̃: fuit Megabizi filius: cuiꝰ opera & induſtria (ut dixit Herodotus ī. iiii. hiſto.) Darius babylonem cæpit.

Z uthus cū. th. aſpirato ſcribit̃: fuit teſte Homero in. x. odiſſeæ: Aeoli filius ex Lepatra.

IOANNIS Tortellii Arretini cōmentarioꝝ grāmaticoꝝ de Orthographia dictionū e græcis tractaꝝ opus per Hermanū Lichtenſtein colonienſem: Venetiis pridie Idus Nouembres accuratiſſime impreſſum: Anno ſalutis. M. CCCC. LXXXIIII.

PRIMARIO LITTERARII ORDINIS VIRO CONSTANTINO ROBEGANO NOTARIO TARVISANO HIERONYMVS BONONIVS .P. .S. .D.

Vorundam Hominum iſtis temporibus uaniloquentias: qui dum cæteris detrahunt ſibi plurimum aſcribere opinati: neminem uirum doctum cui non allatrent intactum relinquūt: æquo animo ferre non poſſum Conſtantine uir optime. Neꝗ enim ingratitudine qua iſti hac in re potiſſimuꝫ coarguuntur: quicꝗ̃ mihi ſtultius uidetur. Siquidem Guarinus ille Veronēſis: Laurentius Vallenſis: Arretini: Georgius Trapezuntius: compluresꝗ alii doctiſſimi: qui romanam linguā maiorum incuria tanꝗ̃ ædificium putre uetuſtate collapſum: oblitteratam prope extinctamꝗ magno cū labore ac ſtudii diligentia reſtituere

ut his ducibus qcqd boni in re litteraria habemus: ſimus maxime conſecuti: caninis morſibus undiq; dilaniantur. Nec ē qui magnis ſaltem nominibus parcat. O ſtoliditatem inſulſiſſimā: cæteros tacebo: de Ioanne Arretino pro loco tantum loquar. Quæ ante laborioſiſſimum hoc opus orthographiæ apud latinos inquam habebatur ratio? Nulla prorſus. Latinitas græcitatis cōmercio egebat: uſq; adeo ut neutram merito noſce putaret q alteram tantū ſciret. Græcæ dictiones ex cuiuſque arbitrio ſcribebantur: nec ullus rationi aderat modus. parum id quidem. At qui codices corruptiſſimos deprauatiſſimoſque Ciceronem: Liuium: Plinium: Quintilianum: Gellium: auctores eloquentiſſimos uix loquentis habebamus. Hiſtoriarum uero græcarum Strabonis: Herodoti: Thucydidis ignari omnino eramus. Quæ impræſentia apud Tortellium diligentiſſimum auctorem pro locis aperta: ut nunc diſcipuli præceptoribus olim doctiores ſint effecere. Gratiæ habendæ huic reliquiſq; q difficiles nobis aditus monſtrarunt: gratiæ habendæ eſſent: Non litteras ignoraſſe (quod de Tortellio audiui quoſdā obloqui auſos) publicandi. Qui tamē ſi nōnunq; aliqd (ut eoꝝ loquamur more) inſipidum: aliquid minus gratum, ꝓmunt: quandoq; bonū Homerū dormitaſſe etiánum recenſendum: Non omnis porro poſſe oīa: Nō oīa eidem deos dediſſe ut Annibali Maharbal aio uerſandum foret. Cæterum qa temeritatis atq; ignorantiæ fronti meæ indelebile ſtigma inuſtū iri præmonitus ſum: quippe q caſtigandi operis in quo (ut aiunt) plurima errata: ac perperam dicta ſunt: grauē & uiribus meis longe imparem, ꝓuinciam audacter ſubierim. Vnū, ꝓfiteor: nouiſſe me cenſuræ meæ nō eē tanto operi addere neceſſaria: aut demere ſuperuacania: neq; nouū opus conficere uoluiſſe. Verum operá potius dediſſe: ut ea archetypa haberentur in exēplar: quæ auctor ipſe ſubtegminis alieni haud īdigus intexuerat. Cuius rei Blaſium lignaminiū patauinū uirum ſane integerrimū nec doctum minus tibi quēadmodum familiarem Conſtantine ſincœrum teſtem appello. Is Tortellii ſui, ꝓ ſolita in oēs humanitate mihi copiam cū feciſſet: omne hac in te conſiliū meum plane intellexit. Nolle qcq; peruertere, ꝓcurantem utiq; ut Tortelliꝰ non ut Hieronymus ſcriberet. Siqui tamē caracteres inuerſi: litteræ duplicatæ ubi ſimplices debuiſſent poni: aut ecōtra: alia pro alia: exilis pro denſa: repetita ſyllaba: aut prætermiſſa: interlegēdum occurrerint: nō meæ inſcitiæ uerum celeritati librarioꝝ tribuatur. Nec tamen tales hi erunt errores: ut nō facillime caſtigaturus ſit culpam in me nullam relaturus benignus interpres. Tu interim bene uale: & quod facis me ama.

## EIVSDEM HIERONYMI CARMEN IN PRIMI IMPRESSORIS COMMENDATIONEM.

Tingere diſpoſitis chartas quicunq; metallis
  Cœpit: & inſignes edidit aere notas:
Mercurio genitore ſatus: genitrice Minerua
  Præditus æthereæ ſemine mentis erat
Non illum Cereris: non illum cura Lyæi
  Terrenæ tenuit non opis ullus amor:
Copia librorum cupidis modo rara Latinis
  Cum foret: auſpiciis illius ampla uenit
Improbus inumeris librarius ante talentis
  Quod dabat: exigua nunc ſtipe uendit opus
Hiſtoriæ uenere Titi: ſe Plinius omni
  Gymnaſio iactant Tullius: atq; Maro.
Nullum opus (o noſtri fœlicem tēporis artem)
  Cellat in arcano bibliotheca ſitu.
Quem mō rex: quē uix princeps mō rarus habebat
  Quiſq; ſibi librum pauper habere poteſt
Redditus hac etiam nuper Tortellius arte
  Plurimus: eſcribas: qua ratione docet.
Hunc eme q lingua cultus cupis eſſe latina
  Hunc eme grāmaticus q cupis eſſe bonus
Quæ geminãda notis fuerit tibi ſyllaba: ſimplex
  Quæue ſit: exilis: denſaue: doctus eris.
Poſtmodo qui fuerit grato ſi cōmodus uſu:
  Has memor aſſiduis plauſibus ede preces
Artifici ſemper faueant pia numina ſancto
  Vtilis effluxit cuius ab arte liber.

.L. .V. .F.

G. B. ... KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg